A DOMINO FACTVM.

# FRANCISCI CANOPHYLI

## Sangrensis Minoritani œconomia conciona lis, super Euãgeliis quadragesimæ.

FVIT EXAMINATVM

*et approbatũ hoc opus per Reue. D. Ludo uicum Beccatellũ Episcopum Rau... Venetijs Apostolicæ Sedis legatũ, & ex consensu. R. P. Com. generalis, ac excellentis. Dominij Veneti.*

Cum priuilegio ad decennium.

M. D. L I.

CONFITEMINI



# ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO RODVLPHO PIO S. S. R. Ecclesię, Presbytero Cardinali Carpensi totius ordinis Sācti Francisci Protectori dignißimo, Frāciscus Canophylus, Sangrensis Minoritanus, paratißima in Christo offert obsequia.

QVINT. Fabium eum, qui mira quadam virtute, ac splendore cognomēto maximus appellatus est, Reuerendißime domine, ferunt solitū dicere. In rebus maximis, maximo, ac præstanti ingenio opus esse, Periclemq; Athęniensem illum celeberrimum, in cuius labiis persuadendi sedisse deam scripsit Eupolis, quiq; non loqui, aut orare, sed fulgurare, ac fulmina ciere videbatur, quoties suggestum fuisset ascensurum, diis immortalibus, semper vota fecisse literarum monumentis proditum est, quorsum; hęc? vereor ne quis me vel insolentię, vel temeritatis, arguendum putet, quod nulla aut eruditione, aut sufficiēti scribendi arte instructus, (vt in his nulli naturaliter datur) laboriosam in tanto pręclaro opere, scribendi prouinciam susceperim. Arduum sane opus, Mystica sacrarum literarum oracula promere, atq; arcana Euāgelij sensa enarrare, quod meritò negocium. his tantū iniungendum esse videtur, qui non modo in sacris li-

bris euoluendis,multum olei consumpsere, sed quorum insuper pectora,diuino spiritu afflata creduntur. Huc accedit quod apud disertissimos viros qui & ingenij acumine pollent,& bonarum omnium disciplinarum oppido q̄ studiosi sunt, hoc scribendi munus obeundum est,quare iure mihi metuendum video,ne ridiculus appaream, vt qui veluti graculus inter luscinias,maleq; vocalis anser,argutos inter olores obstrepere nō erubescam.Cæterum cum primores fidei Christianę viros,piscandi magis q̄ eloquendi,& scribendi gnaros,vtpote qui nulla rhetorū præcepta hau serant,nullos dialecticorum elencos,nullaq; sophistarum enthimemata norant,nec Liciani, vel Academię limina viderant,suis apud omnes gentes concionibus & scripturis,olim intonuisse,ac prępotentes tyrannos, Phylosophosq; eminent issimos Christi iugo subdidisse memoria repeto, inscientiā nostrā haud q̄q̄ despicatam apud vos fore cōfido, Si nec Rhetoricis flosculis,nec picturata dictione luxuriantem. Sed rudi incōditaq; oratione,me pro rostris exarantem audieritis, quandoquidem simplex ex nulla arte fucatus sermo, audientiam sibi apud alios facile conciliare solet, qui non verbornm phaleras,affectatumq; leporē,sed pondus,vtilitatemq; requirunt, idq; eo magis persuasum habeo ꝙ non eloquii honestate,atque nitore, sed dei optimi maximi imprimis fretus prędidio, quę & mutis linguam disertam,& brutis facūdiam tribuere posse liquet, hoc opus incepi,cæleste mentibus christi fidelium pabulum ministraturum. Quod dum edere statuissem ( relatis regi optimo maximo gratiis ) tuæ

reuerēdissimæ humanitati dedicare non sum veritus. Cum nihil sit, quod a nobis omnibus horum temporum hominibus qui in operibus elucubrādis, quoquo modo versamur, aut inchoari aut perfici posit, quod non iure optimo, tuę dominationi, tum priuatim, tum publice dicari putem oportere, priuatim propter domesticum splēdorem tuum, summam amplitudinem, illustres virtutes, singularem in omni doctrina eruditionem, & id genus plurima, quæ scriptorum animos perstringere, atq; ad sese allicere solent. Publice, propter eam in qua cōstitutus es supremam omnium dominorum ingenuitatem. Ego itaq; quātum vidi a maioribus nostris sanctissimis illis viris atq; doctissimis attentata, nōnihil ad sacrarum scripturarum obscuriora sensa dilucidanda spectans, secundum donum gratiæ dei, quod datum est mihi, secundum efficaciam potētię illius, sim his elapsis annis meditatus, illudq; qualecunq; est in lucem hominum educi, & tuæ humanitati sacrari placuit. Sumat igitur dominatio tua, quicquid est laborum meorum miti facili, ac sereno (vt semper es) supercilio, ad illorum vsum quantum potui concinnatum, quibus Christiana studia sunt cęteris studiis potiora, Valeat fœlix dominatio tua.

# FRANCISCVS CANO-phylus Sangrensis Minoritanus omnibus Christi fidelibus fœlicitatem.

SVMMA omnium artium peritia est, ea tantum uti ratione in exercendo,qua maxime constant, Nam quis sulcandi æquora,transfretandi maria; commeandi prouincias donabitur munere? si classem instruere,malum erigere, carbasa credere notis ignorauerit?quos dum perflant duxerit sibi fore secundos?si anchoram iactare,dum uacat,et mox cum Scilla nescierit uitare sæuam Charybdin? Quisue Olympiaci certaminis,Phythique pugnæ, meritam reportabit lauream,nisi quem agilitas corporis, strenuitas animi,uirium robur;uel quæ summopere ualet, studiosa oblectandi exercitatio, uictorem præstiterit & illustrem?Quis itaque tum dicendi, tũ scribendi arte præfulget,nisi quem natura ingeniosum,doctrina scientem, & usus reddiderit facundum?quem non modo lactea fandi,& scribendi copia,sed inueniendi materiam, & disponendi inuentam,strenua non latuerit disciplina? Quamobrem, Nauta de uentis,de tauris narret arator, Enumeret miles uulnera,pastor oues,quod medicorum est promittant medici, tractent fabrilia fabri,Quorsum isthæc? ea hercle sola est quæ me tangit ratio,& conquerendi locum, & conticendi commendat affectum,quandoquidem elinguem me pœnitus,& inscium, tum loquendi,tumque scribendi iussum admiror, deficit enim in stuporre sensus,contabescit in admiratione intellectus,languet memoria,& exhausto animi robore,uox faucibus hæret. Nam cũ

*me aliorum libellos lecturum putarim. Cæteri me omnes in tanto opere scripturum opperiuntur auidissimæ, Et qui uelut famelica illa moabitis Ruth, decidentes e messorum manibus aristas in manipulos redacturus, sinuq; complecturus accesserim, Perinde ac alter ditissimus Ioseph fratribus panem frangere, compellor, inter saxum quidem & sacrum stare uideor, cum michi nec talentum sit in sudario, nec minima panis mica in pera, qui & scientia uaco, & facundia tantæ artis scribendi non polleo, qua de re haud ualeo non subuereri, ne idem mihi uel infelicius eueniat scribendo, quod grauissimis, ac maximis, & oratoribus, & Philosophis, usu aliquando euenisse traditur loquendo, & eo facilius quo insipientiam meam, & Balbutiem clarius aduerto. Nam Tyrtamum cognomēto Theophrastum per pauca admodum uerba, apud Athiensem populum facturum obmutuisse legimus, Demosthenem uero eloquentissimum, & sciētia, & arte disertissimum, eodem cōfusionis rubore consperfum testatur Valerius, quando apud Philippum Regem Alexandri patrem, cōcionaturum, ita defecisse offendimus, ut ineptius orauerit unquam, Ita elinguem extitisse, ut non balbutiem, sed præse ferret mutitātem. Quid uero de eloquentissimo, & facundissimo referam Cicerone? qui fons eloquentiæ ab omnibus appellatus, adeo perorandi complexus est munus, ut nulli in hoc genere ætate hominum se præstet secundum, Et tamen in causa illa nobilissima milonis, præclarissimi uiri, & de se optime meriti, ita expalluit, ita contremuit, ita animo, & mente decidit, ut quid fuerit orationis caput non inuenerit, hæc ita, & his maiora scribens, animoque uolutans meo, & tantorum uirorum hunc meū libellum lecturorum sapientiam animaduertens, optimo iure, ne quid scribenti mihi quod nollem eueniret, expauesco, uerum ea me tantum commonefacit ratio, & satis utcunque facere suppe-*

*tit opinio, quia hunc scribendi modum, nisi iussus assumpsi. Accedit ad hoc qua potissimum audeo illa quæ est per humana benignitas, & per benigna humanitas legentium, eorumque perquam grata expectatio. Accedit & maxime, quia nec fas est locũ esse silentij, cum passim clamitet, lingua cœli, & omne terræ labiũ nõ conticescat, quapropter eius fretus auxilio, cuius bonitas labia Esaiæ ꝓphetæ calculo mundauit ignito, nonnulla diuinarũ scripturarũ dubia, in his meis cõcionibus, ac lucubrationibus duxi dilucidanda, omnia necessaria christi fidelibus continentia sumite ergo quæ tanto labore, & diligenti cura, in hoc paruo libello, uigilanter constrinxi. Et si quid in eis probe elaboratum, si quid concinne dictum offenderitis, deo optimo maximo, à quo omne bonum est, Si quid uulgare, atque insulsum, mearum uiriũ tenuitati acceptum referatis. Valete.*

# REVEREN. IN CHRISTO PATRI FRATRI CLEMENTI A MONELIA OR. MIN.

obſer. in ciſmontanis partibus generali Cō-
miſſario digniſſ. humilis filius Frater Bo-
nauentura de Gabrielis. Dalmata
eiuſdem ord. ſtudentium in-
ſtructor. Salutem.

SVMMVM ac omnino admirandum il lud diuinæ ſapientiæ iubar Augu. ſplen dore ſuæ profundæ doctrinæ mundum perluſtrans, inter alias ſuæ mentis excelſæ præcellentes propoſitiones, hanc etiā primo de Trinitate, capite ſecundo, intulit. ſic dicens, humanæ mentis acies, in ſupracœleſti luce figi non valet, niſi per iuſtitiam fidei, ſpei, & charitatis enutrita, ab omni peccatorum macula expurgata fuerit, idcirco artificem illum, qui in ſudoribus ſuis, ad talem mentis puritatem, monendo, ſcribendo, ac verbo, & exemplo, dei populum illuſtrando peruenire procurauerit, omni honore dignum fore quiſque iudicio præditus arbitratur, quapropter tuæ R. P. Notum facio, qualiter his diebus euolutis, ad manus meas ſermones quidam a Reuerendo patre fratre Franciſco Canophylo Sangrenſi noſtro Minoritano æditi peruenerunt. quos certe non minima animi voluptate diligenter perſpexi, & eos omni bona doctrina refertos reperi, in quibus non humana, & vana verba, ſed virtute animum purgantia, intellectumque illuminantia, & affectum inflammantia dogmata, veraciter contineri animaduerti, etiam optimum dicendi modum Euangelio bene accommodatum, conſiderationiſque dignum ſubiectum, nec non ſpecioſiſsimum ſententiarum progreſſum, diuinæ ſcripturæ, & aliorum do-

ctorum auctoritatibus approbatum, ea etiam quæ sunt fidei nostræ vera documenta, passim, luculenter, apteque in eis traduntur, quæ etiam a fideli Christiano agenda, quæ vitanda, quæue Christi amore patienda, quæ speranda, quę tandem post huius caliginosi sęculi transitum, certanti christiano repromissa, solerti indagine suo cuique loco, accommodatissimæ reposita continentur, adeo quod iuxta ingenioli mei intuitum, visum est mihi, Christi fidelibus omnibus, ac verbi Dei concionatoribus, ingeniosisque studentibus quibuscunque, hoc opus non solum lumen intellectus, sed quod vtilius est, ardorem effectus, illud diligenter legentibus sufficienter administrabit, hac de causa, opus tam vtile, ac omni laude dignissimum, tuę R. P. Auspiciis, imprimendum, vt concedatis suppliciter exoro, ne tritici nutrimentalis granum, inter confusas multiplicium chartarum paleas absconsum, studiosos lateat: sed quæ in summi dei laudem, & honorem contingunt, oculis coram omnibus in lucem prodeant. Vale in domino, & fœlix diu esto, In conuentu nostro Sanctæ Marię Nouę de Neapoli die 15. Ianuarii virginei partus anno 1549.

# FRANCISCI PHILETI CICONIOLANI EX MINORVM COETV CARMEN.

ECCE quod aſtrigera deſcendit munus ab aula
Ecce quod altitonans ipſe peregit opus.
Non hic inuenies veterum mendacia vatum,
Nõ ſaturnigenę turpia furta Iouis
Non turpis veneris laudes, Non Herculis iras.
Abſit hinc Phœbus: Pieridumq; chorus
Sed tibi ſummitonans docte Canophylę pandit
Dogmata, quæ populis lumina clara dabunt,
Hæreſibus cunctis reſponſa diſerta paraſti,
Cœcis hęreticis tela timenda nimis
Quanq; Panomphei ſit magna potentia patris,
Quam ſapiens proles: nunc tua verba ſonant
Spiritus omnipotens veluti de patre potenti
Et nato manat, diſſeris alta loquens.
Famine quam docto reſeras cunabula Chriſti.
Vt carnis trabeam ſumpſerit ipſe deus
Mortiferumq; doces vitium detrudere mente.
Et quo ſit virtus concilianda modo,
Gloria quanta beat ſuperos in arce Polorum.
Quoue modo miſeros tartara nigra vorent
Hic igitur liber eſt flauo precioſior auro;

Nec tantum rutilans indica gemma valet.
Diuitias Cyri superat, Crœsiq́; tyarum.
Ac Phrigij vincit ditia regna Midæ.
Hunc tu lector emas: teneas sub pectore semper.
Cumq́; vacat, subito nocte dieq́; legas,
O quam te lætum faciet, reddetq́; disertum
Nam liquido monstrat scandere celsa Poli
Quo nos perducat radiantis rector Olympi:
Et secum pręstet regna tenere sua.

# INDEX SERMONVM TOTIVS OPERIS.


DOMINICA, in ſeptuageſima, De operariis, char. 1.
Dominica in ſexageſima, De ſeminibus. char. 9
Dominica in quinquageſima. De cecitate humana. 17
Feria quarta cinerum. De facie hominis lauanda. 26
Feria quinta De corpore Myſtico paralitico, & reformato 33
Feria ſexta De remiſsiōe iniuriarum. 40
Sabbato De immunitate virginis 51
¶ Dn̄ica prima in.xl. De militia chriſtiana 57
Feria ſecunda De factura temporis 66
Feria tertia De ciuitate animæ a dæmone obſeſſa. 72
Feria quarta De voluntate diuina 80
Feria quinta De fidei veritate 86
Feria ſexta De Myſtica piſcina 93
Sabbato De aduentu virginis & eius nomine 100
¶ Dominica ſecunda De ſummo hois bono. 106
Feria ſecunda De pfecta ſui cognitione. 118
Feria tertia De ſero pœnitentibus. 125
Feria quarta De certitudine ſalutis 134
Feria quinta De pietate chriſtianorū. 144
Feria ſexta. De perfectione legis Euan-

Sabbato — De plenitudine gratiarum virginis & xp̃i inhabitatiõe 156

¶ Dominica tertia. — De bello christi contra diabolum. 164

Feria secunda. — De lotione animæ. 173

Feria tertia. — De profectu orationis. 179

Feria quarta. — De vexatione bonorum, & prosperitate malorum. 186

Feria quinta — De ĩfirmitate spirituali, & medico christo. 192

Feria sexta — De effectibus gratiæ. 199

Sabbato — De immaculata conceptione Beatæ Mariæ Virginis. 203

¶ Dominica quarta, — De diuina p̃destinatione. 212

Feria secunda — De efficaci contritione 220

Feria tertia — De vera confessione 227

Feria quarta — De integritate cõfessiõis. 234

Feria quinta — De præparatione, & frutificatione confessionis. 240

Feria sexta — De spirituali morte & resurrectione aĩæ rationalis. 249

Sabbato — De benedictionibus Mariæ & eius fructus. 257

¶ Dñica de passione — De mortis meditatione 262

Feria secunda — De perfecta satisfactione. 272

Feria Tertia — De pessimo vitio detractionis. 279

Feria quarta — De integra restitutione 285

Feria quinta — De conuersione Mariæ Mag


prius de intercessione

dalenæ. 293
Feria ſexta — De Sancto Ioſeph. 300
Sabbato — De Maternitate Virginis Mariæ. 308
¶ Dominica ī palmis — De diuina miſericordia 313
Feria ſecunda — De mirabili Sacramento Euchariſtiæ 322
Feria tertia — De præparatiõe cõionis. 331
Feria quarta — De incarnatione verbi 337
Feria ſexta — De amara paſsione dñi. 346
¶ Dñica Reſurrectiõis. — De eadem reſurrectione Ieſu Chriſti. 367
Feria ſecunda — De diſputatione diſcipulorum 380
Feria tertia — De celeſti conuiuio. 390



# OECONOMIA CONCIONALIS SVPER EVANGELIIS QVADRAGESIMAE.

## Franciſco Canophylo Sangrenſi minoritano de obſeruantia authore.

### Dominica in Septuageſima, De operarijs.

VOCA operarios Matt.20. Fuit pͤcã di numinis ratio nõ una ĩ oib⁹ nũc eius rei effect⁹ dicẽdi,ut ex eo intelligi poſſit, uoces & uota hoĩum a sũmo uſq; cęlo exaudiri,extantq; uirtutis hui⁹tam multa q̃ uaria exempla.Moyſe orãte,tollẽteq; ad cęlũ man⁹. Iſraelita acie dimicãte, & innixus ulnis dux pietiſſim⁹ peperit ſuis uictoriã ppetuo ſupplicatu. Treis annos & mẽſes ſex nũq̃ e cęlo pluit,Helię pcib⁹elicuit idẽ precando, tã ſalubrẽ q̃ optatũ imbrẽ. Iordanis aq̃ Helias pallii iniectu ſibi & Heliſęo parere pter naturę ordinẽ docuit,dũ pedib⁹ab una ripa ad alterã puadũt.Nec piorũ fuit qſq̃ oĩ hoĩum memoria, aut impetrati magis cõpos. q̃ iſraelitici Ioſue dux ppli, cui⁹ pcib⁹ ſol & luna atq; ipſe a deo mũdus ſtetit immobilis:et ut poetica fides his adijciat. Anchiſes,oſtento commotus.qđ circa Aſcanium fieri contigit, nocte illa qua ilium eſt a grecis exciſum, Ioue precaturus, manus & oculos ad cęlum extulit:Aeneas ſupinas manus & oculorum aciẽ in cęlum oblegauit:deos rogaturus, Didon Iouem propitiatura uinũ leuiter libauit, Scipio noctu capitoliũ ſolus aſcendebat adoraturus deos: quos omnes ęmulari orthodoxa docet eccleſia: dum in omni orãdi modo diuinam opem imploranda exhortatur uirginis pcatu. Sicut hic & alibi imitabimur. Simile eſt regnum cęlorũ homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam ſuã. Mat.20. Quoniã ſaluator noſter mercedẽ operariorũ in pſenti euãgelio explanat,ideo tria pſcribimur imitanda uidelicet.

¶ Quis eſt paterfamilias.

¶ Qui operarij.

¶ Quis denarius diurnus.

Circa primum, Iſte paterfamilias eſt Deus benedict⁹, cu-

ius cognitio multifarie habetur, una est totaliter apprehēsiua, & hāc habet solum diuinus intellectus, quia obiectū infinitum non potest comprehendi nisi a potentia infinita .i. ab intellectu infinito ut declarāt Theologi maxime Sco. in .1. di. primi & di. 14. tertij. Secundo potest haberi alia cognitio clara & distincta sub ꝓpria ratione, & maxime intuitiua, & sic cognoscimus aliqd obiectum creatū diffinitiue; & hanc cognitionem habere non possumus pro statu isto, quia ut ait Dio. in lib. de diui. no. Ista cognitio est desup collata, quia deus posuit in tenebris tabernaculū suum, ps. 18. Tertio, Potest haberi alia cognitio ex puris naturalibus p effect⁹ sensibilium; de qua ad Ro. pri. Inuisibilia Dei a creatura mūdi per ea q̄ facta sunt intellecta conspiciuntur, & tali cognitione naturales uenerunt in cognitionem dei, maxime Arist. 12. Meth. c. 4. d. ꝙ est ēns immobile, & immutabile aliter esset processus in infinitum, & repugnaret & destrueret totum ordinē naturæ. Et ut posset saluare hanc immutabilitatem in Deo, posuit ꝙ operabatur ad extra mere ex necessitate quod tamen ē falsum de mente Theolo, Asseruit etiā ꝙ licet sit ens immobile, tamē mouet omnia alia, ut intelligibile, & appetibile. quia intelligentiæ mouent cęlum, in quantum amant, & desiderāt primū ens, & ꝙ tale sit primū in ordine intelligibiliū & est maximum ens, & summa bonitas, cū omnia bonum desiderēt, & ens summe necessariū, ita ꝙ non potest non esse, & ꝙ uiuit uita nobilissima. uidelicet, intelligētia & uolitio ne actualibus, ut. 12. meth. Sic & multi & diuersi philosophi diuersimode speculabanī deū quod omitto breuitatis causa. Quarto potest haberi cognitio dei per fidem, assentiēdo reuelationibus scripturę. Et sic ex Euangelio habemus, ꝙ deus est pater per creationē & regenerationē, ut in Esai. 63. Tu dn̄e pater noster, & redemptor noster a seculo nomen tuū. Et Pau. 2. ad Cori. 1. Pater misericordiarū, & deus totius consolatiōis. Et Iacobi. 1. Descendēs a patre luminū, dicit ēt ꝙ est pater familias. Habet enim triplicem familiā. uidelicet supercęlestem, cęlestem, & terrestrem. Prima est filius, & spiritus sanctus, q possunt aliquo modo dici filij, in quātū pater habet authoritatē a se-

ipſo, & nõ ab alio, filius & ſpiritus ſanctus, quicq̃d habent: habẽt a patre, quia pater agit a ſe, cum ſit principium. quid agendi, primum. filius & ſpiritus ſanctus agunt ab alio .i. a patre, tñ omnes tres agũt una actione ad extra: quia unum principium eſt in eis productiuum. Secũda habet treis Hierarchias ſpirituum beatorum ſ. ſupremam, mediã, & infimã, in ſuprema ſunt tres ordines, Seraphini, Cherubini, Troni. In media alij tres, dñationes, Virtutes, Poteſtates, In infima alij tres, Principatus, Archãgeli, Angeli. Tertia ſũt homines in diuerſo ſtatu degentes, & bruta aĩalia & omnes creaturæ. Iſta multiplex familia ſubeſt imperio primi motoris in potentia obedientiali, & poteſt in eis quicquid non implicat contradictionem, adeo ꝙ magis eſt inclinatio quam habent oẽs creaturæ ad deum: ꝙ naturalitas propria quæ ducit ad oppoſitum, ſicut ex multis exẽplis ſacræ ſcripturæ conſtare poteſt. 3. Reg. 17. non pluit annis trib⁹ cũ dimidio. & tñ eleuati fuerunt uapores ad mediam regionem aeris; & condenſati graues ſteterunt, ad imperiũ primi rectoris. Ioſue. 10. Sol firmatus eſt, & conſequẽter omnia corpora cœleſtia ſteterũt per unum diem: nec ceſſauit generatio neccorruptio in iſtis inferiorib⁹ quæ naturaliter ceſſare debuiſſet, ſecundũ ſententiam Ariſto. 2. de generatione & corruptiõe propter motum ſolis in circulo obliquo. i. zodiaco fiũt generationes & corruptiões, in iſtis inferioribus. Similiter ſol retroceſſit. x. lineis Eſaia. 38. Aqua cõuerſa eſt in ſanguinẽ. Exo. 7. Terra deglutiuit Datã & Abirõ, nu. 16. Ferrum grauiſſimum ſupernatauit, & ſtetit ſuper currenteis aquas, 4. Re. 6. Corui mane & ueſpere portabant panes & carnes, Heliæ 3. Regum. 7. Leones manſueti facti ſunt Daniele exiſtente in lacu Daniel. 6. Et multa alia mirabilia quæ in ſacra ſcriptura habentur. Si ergo creaturæ ratione carẽtes fuerũt & ſunt in prõpta potẽtia obedientiali primo factori; quãto magis ratione utentes? Et quia obedientia præſupponit operationem uoluit eos operari, Et miſit in uineam ſuam, quæ interpretatur a nonnullis cõformitas uolũtatis creatæ cũ uoluntate diũina: nõ illa quæ eſt relatio æquiparentiæ conformium ad inuicem, ut dicit conformis conformi confor-

nis, similis simili similis, nec conformitas uniuocationis, qua uolūtas diuina & creata conueniunt quidditatiue in uolūtate in cōmuni & uniuoce, ut tenet Scot. in. 1. d. 1. Nam sicut diuinæ uoluntati repugnat operari per naturam, ita & humanæ. & sicut diuina uolūtas necessario præsupponit intellectū, ita & humana. Sco. in. 1. d. 2. & 6. Sed accipitur ista conformitas in obiecto. Siue in uolito, sicut qñ uult idem, & diuina & creata uoluntas, sicut qñ uult deus alicui salutē, & idem uult Angel⁹ & homo, Secundo in causa efficiētiæ. s. quando uult, ꝙ deus uult eā uelle, Exēplū licet deus uelit mortem patris mei, uult tamē me uelle uitam ei⁹, & isto modo est discordia in uolito: qa deus uult mortem, uoluntas creata uitam, est tñ cōcordia in causa efficientiæ, & conformitas, quia id uult, quod de⁹ uult eam uelle. Tertio cōformitas ī causa finali. qñ omnia quæ fiunt: in laudem creatoris referuntur, Sicut faciebat beatus Frācis cus, ut habetur in sua legēda, Quicquid in rebus reperit delectamēti, regerit in gloriā factoris, Secundū istam multifariam conformitatem, habetur rectitudo operationis familiæ, & supercœlestis, cęlestis, & terrestris, Ideo dicit Euangelista ꝙ exijt conducere operarios in uineam suam. i. ad operandum cōformiter uoluntati increatæ, & diuinę. Ista uinea figurata fuit Leui. 25. ubi dicitur. Annis sex seres agrum tuum: & sex annis putabis uineam tuā, colligesq; fructus eius; septimo autē anno sabbatū erit requietionis dñi, agrum non seres, & uineā non putabis. Per sex annos intelligitur numerus senari⁹, in quo deus fecit mūdum: & est uita præsens. in qua homo se debet exercere ī operibus misericordię. Et septimo anno intelligitur requies dñi. i. contēplatio: & reqes quæ sequitur uitam actiuam, Signāter dicit anno septimo agrū non seres, nec putabis uineā, quia in beata requie, non erit aliqua operatio, quia (ut dicit christus) quam diu in mundo sum, me oportet operari, sed tunc erit uera requies, & sabbatum dñi. i. uera cōtemplatio. Et potest dici, ꝙ ista uinea fuit figurata per illam arborem de qua similitudinarie dicitur, ꝙ quidam habebat arborē fici plantatam, & ueniens & quęrens fructum, & non inueniens, dixit ad cultorē, Ecce anni tres

ſunt ex quo uenio quęrẽs fru-
ctum in ficulnea hac, & nõ in-
uenio, ſuccide ergo illam, ut
quid terram occupat? Et re-
ſpondens dixit illi, Domine di
mitte illam hoc anno uſq; dũ
fodiam circa illam & mittam
ſtercora, ſiquidem faciet fru-
ctum, ſin autem in futurum
ſuccides eam, ſicut habetur
In Euãgelio Luc. 13. Per iſtum
hominẽ deus intelligitur, Per
uineam Eccleſia militans: de
qua dicitur Eſai. 5. Vinea do-
mini exercituum dom⁹ iſrael
eſt. Per arborem quilibet ho-
mo, Per cultorem prędicator:
Venit deus ad arborem, ideſt
hominẽ tribus annis quęrens
fructum & non inuenit, per
iſtos tres annos intelligitur
uita hominis, quæ diſtingui-
tur in tres partes. i. iuuẽtutẽ,
uirilitatem, & ſenectutem.

Venit deus ad hominẽ quę
rens fructum in primo anno,
& inuenit in eo fructus deli-
tiarum, libidinum, laſciuiæ.
Venit in ſecundo, & inuenit
fructum ſuperbię, ambitionis
& elatiõis &c. Venit in tertio
anno ſenectutis, & inuenit in
curuatum ad terrena, ad aua-
ritiam, ad cupiditatem, Pręci
pit ergo deus. d. Succide arbo
rem &c. quia arbor quæ non
facit fructum bonũ excidet̃ &
in ignẽ mittetur Matt. 7. Et ſic
habet̃ prima pars & practica.

SEcunda pars. di
cit̃ operariorũ.
& eſt ſciẽdum, ꝙ
in iſta uinea. i. cõ
formitatis uolũ-
tatis creatæ, ad increatã & di-
uinã, eſt una uitis circa quã de
bet eſſe diligẽs cultura opera
riorum, Et iſta ẽ eſſentia diui
na, cui aſſignantur ſex ꝓprieta
tes. Prima qđ eſt realis & nõ fa
bricata ꝑ intellectũ, ut ſunt
entia rõnis, & ſecũdæ intẽtio
nes, Scđa qa ẽ neceſſaria & nõ
contingẽs ꝙ poſſit eſſe aliqñ,
& aliqñ non eſſe. Tertia ꝙ eſt
in exiſtentia actuali & non in
potentia. Quarta, ꝙ eſt prima
& non præſupponit aliã prio
rem. Quita ꝙ eſt unica. Sexta
ꝙ eſt abſoluta & ad ſe. i. non
refertur ad aliud. Quia ſecun
dum Auguſtinum ſeptimo de
trinitate. Omnis eſſentia quę
relatiue dicitur, eſt aliquid ex
cepto relatiuo, Et idem Augu
ſtinus. Si non eſt aliquid ad ſe
non eſt omnino ꝙ relatiue di
catur, Iſta ergo entitas in diui
nis ꝓprie appellatur eſſentia,
improprie ſubſtantia & uoca
tur eſſentia ab hoc cõcreto eſ
ſe. qa ẽ ſolus incommutabilis,
oĩa aũt alia ſunt mutabilia. i.
creata terra, aqua, aer, &c. Iſta

ergo essentia diuina, est ratio omnibus quæ sunt in diuinis & est fundamentũ omnium q̃ sunt ĩ deo, puta omnium perfectionũ, videlicet charitatis, bonitatis, ueritatis, clemẽtiæ, misericordiæ, Iustitiæ &c. Et ẽ uelut regina circũdata omnibus ornamẽtis. Sicut in ps. 44. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarietate. i. oĩum perfectionũ, Ista sanctissima essentia est ratio patris essendi patri, non ꝙ sit pater formaliter, sed simpliciter, quia alio pater ẽ, alio pater, est pater, quia est pater formaliter paternitate. Sed pater existit & habet suum esse, & essentiã ab ipsa essentia diuina. Vnde Sco. in 2. d. 1. q. 1. dicit. Sic resultat prima persona in diuinis, posita essentia diuina, cum intellectu & uoluntate diuina, & cõparando ipsam essentiam ut obiectum adæquatum ad intellectum diuinum & uoluntatem in primo instanti originis habetur prima persona perfecta. s. paterna, habens memoriam ꝑfectam siue fœcundam essentiæ diuinę. i. habẽs intellectũ, cui essentia diuina est prẹsens in ratione obiecti actu intelligibilis. Ista prima persona in trinitate anteq̃ generaret filium in illo priori instãti originis & nõ naturæ. quia omnes tres personæ, sunt in eodẽ instanti naturæ, intelligitur uere & perfecte beata, quia si cõicat filio beatitudinẽ oportet ꝙ prẹhabeat eã, quia quicq̃d habet filius, habet a patre, oĩa dedit mihi pater dicit christ⁹ in Euangelio, & alibi, quicq̃d habet pater dedit & filio, Sed unde pater habet beatitudinem? Respõdeo secundũ Sco. in pluribus locis, ꝙ ista excellẽtissima persona cum intellectu & uolũtate diuina, habet duos actus circa essentiam diuinam, tã ex parte intellect⁹, q̃ ex parte uoluntatis. Vnus ẽ operatiuus, & alius productiuus, ista igitur persona intelligendo, & amando essentiam suam diuinã. tunc est perfecte beata. s. per intelligentiam & amorem ei⁹. Etiam ista persona prima cum eadẽ memoria producit notitiam adæquatã huic obiecto. s. essentiæ diuinæ, & cum sit infinita formaliter per consequẽs est deus, & non persona ꝑducẽs, quia nihil ꝑducit & generat seipsum, per Augustinũ, ergo alia persona distincta realiter personaliter a persona producente, & ista est secunda persona in trinitate, & uocatur ꝑsona filii,

isti autem secundæ personæ cõicantur a patre omneis per fectiões, oẽs thesauri qui sunt in ipso patre, non loquendo de potentia dicendi aliũ filiũ, persona igitur paterna, & per sona filij cũ uoluntate diuina, habẽt actum operatiuum cir ca diuinam essentiam. s. actũ amoris, & sic sunt uere & per fectæ beatæ, & ultra habẽt ea dem uoluntate actum produ ctiuum, qa persona patris cũ fi lio tanq̃ unus spirator produ cũt amorem adęquatum huic obiecto cognito, sub ratione summe amabilis, & ita produ cunt amorem infinitũ, & iste amor ĩfinitus, est tertia perso na in trinitate quæ uocatur spiritus sanct⁹, & per se existit distincta, realiter, suppositali ter a patre & filio, & est forma liter deus idem cum patre, & filio in eadem essentia diuina, & sunt simul in eodem instan ti naturæ. licet non originis, & sunt omnes æternæ. Decla rato igitur sacrosancto myste rio trinitatis, quod etiam he bræi antiqui confitent, restat declarare quomodo sint ope rarij. Dicit ergo Euangelium. Exiit primo mane. i. ab æter no. con. op. in ui. suã. Et sunt istæ personæ diuinæ, quia per sona patris nũq̃ per minimum instãs stetit nec stabit in æter num ociosa, sed cũ suo intelle ctu loquendo, quo ad actum operatiuum intelligit diuinã essentiam, & contemplatur il lam, & nunq̃ cessauit nec cessa bit in æternum illam uidere, & ibi uidet omneis uirtutes, quæ sunt in diuinis, & omnes perfectiones & uidet qualiter bonitas illius est maior tota terra, mari & omnibus elemẽ tis, & corporibus cœlestibus, & est uelut quoddam pelagus interminatum et illimitatũ, ibi uidet pater æternus ut di cit Scot. Omnia obiecta secũ daria, omnia creata, & crean da, omnia quæ sunt in mũdo, erunt & possunt esse, & nunq̃ cessauit, nec cessabit ab ista operatione, Si uolumus loqui de actu productiuo intellect⁹ paterni, dico ꝙ nũq̃ fuit ocio sus, sed ab æterno produxit fi lium per generationẽ. Produ cit ad pñs, Quia hodie genui te, dicit Dauid, & producet, & semper filius est perfect⁹. Ista generatio diuina, & filij dei al tissimi ẽ ita mirabilis, & stupę da, ꝙ null⁹ mortalis eam nar rare sufficit, non grãmaticus, nõ poeta, nõ orator, logicus, philosophus, Astrolog⁹, theo logus, Arismeticus, geometra nec sancti qui sunt ĩ paradiso,

nec angeli Dei. Vnde Esaia. 63. Generationē eius quis enarrabit? Nascitur enim ille sanctissimus filius, ex illa intima & incōprehensibili patris substantia, & hoc est ꝙ dicit ipse pater æternus loquēs ad filiū in ps. 199. Ex utero ante luciferum genui te. i. ex immenso archano, & secreto pectoris, & cordis mei. Iuxta illud ps. 44. Eructauit cor meum uerbum bonum, Et sic concludimus, ꝙ nūq̄ pater ætern⁹ stetit ociosus ex parte intellectus. Similiter si uolumus loqui, ex parte uoluntatis dico ꝙ nunq̄ fuit ociosa, nec erit in æternū, sed semper, amauit, amat, amabit. Illud pelagus omnium perfectionum diuinæ essentiæ, & hoc amore sibi proportionato. s. infinito cū obiectū, illud sit infinitum & diligibile in infinitū, infinitamente la uolunta lama. Sic loquendo de secūda persona in trinitate. s. de filio dei. dico ꝙ nūq̄ stetit, nec stabit ociosus ille sanctissim⁹ filius dei, sed semper simul cū patre intelligunt & cōtemplātur diuinam essentiā, & amāt ipsam amore infinito, & cum actu productiuo, producunt spiritum sanctum eadem uoluntate, loquendo etiā de tertia persona ī trinitate. s. de spiritu sancto, dico ꝙ nūq̄ stetit ociosa, sed simul cū patre, & filio, ab æterno uident & amāt diuinam essentiam: Si uolum⁹ loqui de obiectis secūdariis. dico ſm Scot. in. 2. d. 1. q. 1. Qꝫ ab æterno, illæ sanctissimæ ꝑsonæ, produxerunt mundum ī esse cognito, & in esse uolito, & ad præsens conseruant mūdum in esse reali, & actuali, & gubernāt, & sic apparet, ꝙ istę tres personæ diuinæ, fuerunt operarii, quos cōduxit primo mane. i. ab æterno, pr̄familias.

¶ Secūdi operarij fuerunt Angeli, conducti primo mane. i. ex tempore, quia erant perfectiores in donis naturalibus cæteris creaturis, Etiā dicuntur primo mane conducti, quia sicut fuit prima productio naturalis in Angelis, ita ī eis fuit prima cōmunicatio spiritualis, q̄m quatuor fuerūt prima coęua. s. materia. prima Angelica natura, temp⁹, & cœlum Empireum. Et ista gratia qua fuerunt conducti, fuit gratia cooperās, quæ est dispositiua ad bonum aliquod. & nō operans, quæ est iustificatiua, & aliquam culpā pręsupponens, & uocati fuerunt ante casum ad uineam. i. conformitatem diuinæ uoluntatis. (Cōuētione autē facta ex de. di.) ista cō

uentio fuit secũdum Theologos ꝙ haberent illud summũ bonum ex merito & nõ ex se, quia hoc conuenit soli deo, et sic aliqui steterũt, & aliq non. Sed quomodo operabantur? Est sciendum ꝙ angeli nõ fuerunt creati beati. beatitudine perfecta quæ ponit Visionem dei claram, et ĩtuitiuam, licet fuerint creati beati: ꝑut beatitudo dicit statum perfectum priuatione omnis mali, tã pœnæ quam culpæ, erant nanqꝫ innocẽtes. ẜm sanctum Bonauẽturam in 2. di. 4. Et Sco. d. 5. Si igitur nõ fuerint creati beati. necesse fuit ꝙ prius habuerint meritum, q̃ premiũ. Augustinus super Gene. dicit cap. 3. Quod in Angelis fuit duplex cognitio. s. matutina & uesꝑtina. Cognitio matutina ẽ, cognoscere res in uerbo æterno .i. in illa apoteca altissimi uerbi, Vel armario quod ẜm Hiero. continue aperitur & ostẽduntur res preciosæ, & incognitæ, et reuelantur ipsis sanctis angelis, et hoc quia ẽ lux libera: q̃ uidetur quando ipsa uult. Ideo Christ⁹ multoties non ꝑmittebat se uideri, Lux autẽ naturalis necessario uidetur, Cognoscere ergo ĩ uerbo, dicitur cognitio matutina, quia sicut mane est principium diei, ita uerbum est principium rerum. Cognitio uespertina est, in qua cognoscũtur res in genere proprio, puta, quia homo est animal rationale, risibile. Dicitur autẽ quia sicut uespere est in occasu solis, ita omnis creatura tẽdit ĩ occasum. Duæ ergo sunt operationes angelorum cognoscere & uelle & in istis fuerunt ueri operarij. Dicit enim Scot. in 2. d. 5. In Angelis fuisse duas morulas, Et secundum aliquos tres, alij dixerũt quatuor, sed Frãciscus de Mairo. posuit sex morulas distinguẽdo in sex signa, In primo signo Angeli boni creati fuerũt in puris naturalibus qui mediantibus potentiis naturalibus et habitibus quos habebant cognouerunt sex. Primo ꝙ non erant a se, hæc est notitia naturalis, ut dixit Augustinus primo de ciuitate dei. quia nulla creatura gignit se ipsam. Et probatur, quia omnes perfectiones, quæ sunt in creaturis inferiorib⁹, sunt in superioribus, si homines cognoscunt ꝙ non sunt a se. ergo et angeli. Secundo cognouerunt, ꝙ ab alio erant creati, quod sequitur a primo. Quod si non erant a se, ergo ab alio, et iste erat Deus, qui

ſolus poteſt creare ſecundum Sco.& alios doctores in4. d.1. Tertio cognouerunt, quod a deo fuerunt facti propter finem,quia omne agens liberũ agit propter finem. 2. physic. & ille finis erat fœlicitas, quia naturale eſt omneis uelle eſſe beatos.ut deducitur ab Aug. 13.de ciuita.dei.Et Philoſophi etiam hoc tenent, ut ponit, Auguſtinus ibi exemplum de quodã qui dum eſſet in quodam magno ſpectaculo dixit ſe uelle manifeſtare omnibus cogitationes ſuas, & dixit interrogatus,ꝙ oẽs cogitabant uendere caro, e comperare a bon mercato.Et dixit Auguſtinus ipſum reprehendendo, ꝙ male dixit,quia iuſti hoc non quęrũt,nec etiam Philoſophi. Sed ſi dixiſſet,ꝙ omnes deſiderãt fœlicitatem.bene dixiſſet, Immo Academici tenent, hãc propoſitionẽ per ſe notam, omneis deſiderare fœlicitatẽ. Quinto, cognouerunt, ꝙ ad habendum illum finem,requirebantur debita media.ſ.amare deum intẽſiue & extenſiue. Sexto cognouerunt, ꝙ iſtę regulæ habebant contrarias regulas,& iſtud contrariũ erat tentatio reproborum angelorum cui obſtiterũt, & iſta oĩa fuerunt in primo ſigno, et in ſecundo ſigno pugnando meruerunt de cõgruo gratiam, quia facienti quod in ſe ẽ deus dat gratiam.ut dicit Alexa. in 3.p.in tractatu de gratia. In.3. ſigno habita uictoria, dedit eis deus gratiam gratum faciẽtem.In quarto ſigno quando uiderunt ſe habere gratiã, eleuauerunt actum ſuum ad diligendũ deũ, & per conſequens de condigno meruerunt gloriam. In quĩto ſigno fecit eos deus uocare ad ſe, et dixit eis, Iuro uobis qa creaui uos ad hunc finẽ, et acquiſiuiſtis eũ, ꝙ nunquam concurram uobiſcum ad peccandum.i. nõ permittam uos ultra peccare, et ſic fuerunt confirmati in gratia,et non peccabũt amplius, licet habeant liberũ arbitriũ. In ſexto fuerunt in pfecta beatitudine, habentes uiſionem claram et fruitionẽ dei, et iſtæ fuerunt operationes angelorum,quibus tanꝗ perfecti operarij inſiſtebant culturæ uerę uineæ.i.conformitati diuinæ uoluntatis, Et ſicut angeli boni fuerũt perfecti operarij ad culturam iſtius uineæ, Sic debent eſſe homines ut percipere mereantur denariũ diurnũ .i. beatitudinem, ut habetur Matt.22. Erũt ſicut angeli Dei in cœlo,Debet ergo homo cõ

formari angelis bonis in suis opationibus, Prima ergo operatio debet esse, cognoscere nõ esse a se. quia esse nostrum et omnia quæ habemus a deo sunt, datore omniũ bonorũ. et non a nobis. Vñ ps. Scitote qm̃ dñs ipe ẽ de⁹, ipe fecit nos, et non ipsi nos. Igitur si habemus a deo omnia, debemus illi tanq̃ benefactori de beneficijs gratias referre, et nõ debemus erigi in superbiam et elatiõnẽ ex donis naturę uel gratię. Debent etiam homines cognoscere, ꝙ sunt creati ad finem beatitudinis, ut dicit magister sententiarũ in. 2. d. p. Fecit deus rationalem creaturã etc. Et nõ fecit ut maneamus perpetuo in hac uita in delectationibus terrenis, sed in superna patria contemplantes, q̃ copiosa, iocunda, & incomprehẽsibilia sint gaudia et bona illius uitæ cęlestis, Debent etiam cognoscere media, qm̃ ẜm doctores. Ad finẽ non peruenitur, nisi per media q̃ sunt in obseruantia diuinorũ præceptorum. Sicut Christus ait, si uis ad uitam ingredi serua mandata, et non seruantibus spes est fallax, quia sine meritis nõ datur beatitudo. Similiter cum angelis cognoscentes se habere gratiam, debent eleuare actum ad diligendum deum, et proximũ, et sic erunt sicut angeli Dei in cœlo, perfecti operarii ad culturã uineæ et in sero habebũt denarium diurnum, idest beatitudinẽ.

Deinde sequitur Euãgeliũ, Circa tertiã uero horã exiit ĩ cõmunicatione istius gratiæ in Adam, non ꝙ tertia die sit productus, sed tertio loco, qa primo Angeli, secũdo cœli, et elementa, et omnia reptilia. Tertio fuit Adam. et ideo tertio loco fuit gratia sibi præuisa, quæ gratia fuit quædam iustitia non originalis, quia nõ fuit aliunde producta, et traducta, et ista fuit quædam rectitudo uel conformitas sensuum exteriorum, uel ratiõis inferioris ad superiorem. (Cõuẽtione autem facta ex denario diurno) hoc fuit quãdo dixit de⁹, ex omni ligno paradisi comede, dę ligno autẽ scientię boni uel mali ne comedas, in quacũq; enim die comederis morte morieris. Gene. 2. In sexta hora exijt ab Noe usq; ad Abrahã ⁊ Moysen. (Cõuẽtiõe a. fa.) hoc fuit dãdo signũ fœderis, et circuncisionem in Abraham. In nona autem hora fuit a Moyse usq; ad aduẽtũ Christi. (Cõuẽtiõe aũt facta,) hoc fuit obseruantia decẽ prę

ceptorum. Circa undecimam uero horam quę est prope occasum solis. i. quando homo erat prope peccatum obstinationis, exiit in communicatione legis nouę in qua fuit communicata maior gratia q̃ alijs creaturis, imo q̃ angelis in donis supernaturalibus. Sicut in beata uirgine, Paulo, Magdalena, et alijs.

¶ Tertij igitur operarii, sunt homines qui non debent esse ociosi, quia secũdum naturales. Nihil est ociosum in natura, gaudent enim omnia naturalia propria operatiõe, ut patet. 1. ce. 2. de anima. 2. de generatione. Et dicunt naturales, ꝙ nullum ens naturale natũ est esse ociosum, dedit enim natura omni enti naturali ꝓpriam operationem. Et Aui. 6. naturalium ait, Qui tollit a rebus suas proprias actiones, tollit suas proprias essentias, operatio enim sequitur essentiam rei, et Plato in Thimeo, Nihil fit sub sole, cui⁹ ortum causa legitima nõ præcesserit, immo omnes antiqui sapientes in hanc sententiam conuenerunt, ꝙ omnium natura cõstantium terminus est operatio, Et ad hoc habem⁹ persuasionem mundialium. Omnia enim quæ sunt in mundo: per suadẽt nobis fugere peccatũ ociositatis. Et primo sunt corpora cœlestia, q̃ nunq̃ sũt ociosa sed agũt in istis inferiorib⁹. Sicut habetur. 2. de cœ. Corpora cœlestia agũt in ista inferiora triplici instrumento. s. lumine, motu, et influentia, Astra illuminãt hæc inferiora et ex motu cœli in uisceribus terrę generantur multi effectus, ut aurum, argẽtũ, etc. Et ad eorũ generationẽ, oportet corpora cœlestia concurrere, lumine motu, et influentia, quę est quędã qualitas spiritualis nobis ignota, quo ad sensum, licet non quo ad intellectum, ideo dicit Augusti. Fuge ociũ quod mors est, age quod bonũ est, aperi oculos mentis & corporis, videꝙ singulas creaturas, ad similia officia deputatas, Sol cursum anni ꝑficit, luna mensurnis uicissitudinib⁹ discurrit, cæteræ stellę, oĩa deputata officia, sine quiete exercent, Elemẽta omnia mouentur, ascendunt et descendunt, secundũ eorum naturã, uegetabilia, ut plantę, semper operantur. frondes flores, fructus producẽdo, uolucres cœli, pisces maris, bruta, semper aliquid operãtur, quia natura docente, pergunt ad operationes suas, Cum igitur hõ sit no

bilissimum omnium animantiũ, primo ꝺ aïali, & primo Po li. Qui est finis quodammodo oium quæ sunt. 2. Phi. qui dicitur microcosmus. i. minor mũdus. 8. Phi. Gaudet nobilissima operatione. 5. Ethico. ergo cõtra naturã hominis est esse ociosum. Persuadet nobis fugere ociositatẽ Iesus Christ⁹. de quo loquẽs Sco. in. 3. dicit. Quod ab instãti cõceptiõis, in utero btẽ uirginis nõ stetit ociosus, sed fecit quandã magnã oblationẽ deo, & toti trinitati pro salute mundi, ideo reprehendit, ociosos hoĩes dicẽs qd hic statis tota die ociosi? Suadet diuinus Augustinus inducens multa exẽpla sacræ scripturæ, qualiter multi excellẽtissimi & sancti hoĩes per ociositatem corruerũt in nepharia peccata in quę nõ fuerunt ꝓlapsi donec steterũt occupati, Prim⁹ fuit Dauid propheta, qui quã diu exercuit se, in arte militari non legitur cecidisse in peccatũ, sed postq̃ remansit in domo ociosus insultauit in eũ uitiũ carnis, & propter illud cõmisit homicidiũ quod deterius fuit. Vnde hoc malũ? solum propter ociositatẽ. Ideo Hieronymus semꝑ aliqd boni facito, ut cũ uenerit diabolus inueniat te occupatũ. Secundum est de Sansone, qui pugnãs cum Philisteis, nõ potuit capi a suis inimicis, sed postquã dormiuit in sinu fœminæ, & ociose cum ea remansit, mox capitur ab inimicis, & obcæcatus fuit ab eis, sic sõnolenti & pigri, ad bene operandum capiuntur a dęmonibus, & spiritualiter obcæcantur ab eis. Vnde Plato in. 7. li. de legibus dicit, loquens de somno, Somnus enim mult⁹, nec corporibus, nec animab⁹, nec rebus gerendis ex natura proficit, Nemo quidem, dum dormit alicuius pretij est, quare quicũq; uiuere & sapere cupit, maximo, lõgissimoq; tempore uigilet sola sanitatis cõmoditate seruata, Et Hieronymus in quadã epistola ad hoc propositum dicit. Si sanctus es, ama uigilias ut thesaurũ tuum uigilando custodias, & ipse in sanctitate serueris. Si peccator es, magis cura, ut uigilando & orando purgeris, & ꝑcusso pectore frequentius clames ab occultis meis munda me dñe & ab alienis parce seruo tuo, quare repellere debemus ociosum somnũ, & uacare bonis operibus, quem si repulisset Sanson, non fuisset captus a suis inimicis, ideo sapiens Salomon prouer. 7. No-

li diligere somnum, ne te egestas opprimat. Tertium exemplũ de Salomone, qui dũ fuit occupatus in ædificatione tẽpli non sensit impetus carnaleis, sed recedẽs ab opere persensit insultus libidinis & uictus fuit ab illis, & instigantibus mulieribus, ydola adorauit & uitulos aureos, hoc solũ propter ociositatem, ideo totis uiribus debemus repellere illã, quæ sentina est oĩum malorum, quia nõ sumus sanctiores Dauid, fortiores Sansone, sapiẽtiores Salomone, Tamẽ isti miserabiliter prolapsi sunt in grauissima peccata. Hæc enim est illa pestis mortifera, quæ expellit a generatione humana uirtutes, priuat animam merito uitæ æternæ. Quis unq̃ ociosus adeptus est uitam ęternam? Quis christianus saluatus ẽ per ocium? nulla enim anima uidit deũ neq̧ uidebit per ocium, nõ sancti patres, apostoli, martyres, cõfessores, uirgines, nec btã uirgo, nec angeli. Ratio quia hęc expellit operationes uirtutũ, sine quibus non saluatur anima. Sed dicet aliquis. Non debemus stare ociosi? Ego autẽ uadam ad ludũ, Guarda che tu nõ habbi tali cõcetti, guarda che tu non habbi tali discorsi, Sed dico ut ait Augustin⁹ ad heremitas, Volo uos esse occupatos ĩ opere honesto, iusto, & sancto, Sed dicet anima deuota, qualis est maior opatio, honestior & sanctior, quam homo posset facere in hoc mũdo? cultiuare terram? dicere pater noster? peregrinari? Rñdeo quod ad hoc quæsitũ, aliter dicerent philosophi, aliter Theologi? Philosophi dicerent, ꝙ optima operatio hoĩs quæ posset haberi in hac uita est speculatio, uidelicet speculari intelligẽtias separatas, & maxime primam. Nã in speculatione & in actu intelligendi posuit Aristo. fœlicitatẽ cõsistere, Vnde dicit. 12. Meth. Quod si deus nõ esset actu intelligens, sed se haberet sicut dormiẽs, quid utiq̧ esset ei insigne & uenerabile? Nõ esset utiq̧ optima substãtia quid utiq̧ esset ei honorabile. 10. Ethic. dicit, Perfecta fęlicitas, qm̃ speculatiua quædã operatio est, deos enim maxime suspicati sumus beatos & fœlices esse, ꝑ ipsum uiuere & speculari, Sed Theol. dicunt ꝙ sanctior operatio, quę possit haberi in hac uita, & ĩ alia, est, diligere deũ, quia uolũtas est nobilior potentia ĩ homine, & est regina in toto regno animæ, & ꝑ con

sequẽs,actus eius & operatio. Et fœlicitas prius consistit in actu uoluntatis. deinde intellectus, s̃m Sco.in.1. Post hanc operationem generalem,quæ ab omnibus fidelibus debet haberi.in particulari dico, ꝙ operatio Epi debet esse specu lari mores, & uitam populi sibi crediti,& intẽdere ad eorũ salutem. Vnde epus græce latine dicit̃ speculator. Hic dic de negligentia Epi, & prælatorum: operatio confessoris est uacare circa studium consciẽtiarum, & sic de similibus statib⁹,& de officiis.Debet unusquisq; bene operari & fugere ocium si uolumus uiuere laudabiliter apud hoĩes & apud deum. Vltimo inducit̃ nos ad fugiendum ocium, cõfutatio generalis, oẽs uiri periti & experti confutant maledictum peccatum ocij. Vnde Philosophus moralis Sene. Conscientiæ languẽt per inertiam.nec patitur talem ictũ diuina maiestas.Et Bernar. Ociũ est sentina oium malorum, & diuus Augustinus in.2.ad heremitas ait, Quid ẽ ocium, nisi mors, & uiui hominis sepultura? Et in eodem loco ait. Quis cœlorum ciuis erit, si ociositatem amauerit? Et postea ponit exẽplum sancti Antonii, qui discurrens per desertũ cupiebat ociositatem fugere. Et clamabat ad dñm. d. O samaritane, deus meus, o custos animarũ suscita ĩ me gratiam tuam, & infunde seruo tuo misericordiam, ut in heremo collocat⁹, ociosus non maneam, Et audiuit. Antoni si cupis deo placere.ora. Et dum orare non poteris manib⁹ labora, fac quod in te est, age quod potes, & nõ deficiet tibi auxiliũ de sãcto. Et sic saluauit aĩam suã beat⁹ Antonius. Nam qui fugit ociũ fugit multa pericula, & peccata, quia multam malitiam docuit ociositas. Ecclesi. 30.

IN tertia parte prĩcipali uidẽdũ est, quid sit denarius diurnus s̃m multos expositores, Ille denarius, significat uitam æternã, cui⁹ rõ est, qa denarius hẽt formã orbicularẽ ĩ qua designat̃ uitę ęternitas, hẽt regis imaginẽ, in qua designat̃ aĩæ ad deũ expssa cõformitas, hẽt pulchritudinẽ delectabilem, ĩ qua designat̃ ĩ dotib⁹ corporis pfecta formositas, ualet.x. decẽ nũmis, & designat̃ meritorũ ęqtas, & ꝙ nõ dat̃ nisi obseruãtibus pręcepta perducẽtia ad gloriam, s̃m illud Matt. 19. Si uis ad uitã ingredi serua

mandata,& ista uita ęterna est uisio in patria, iuxta illud Augustini uisio est tota merces, Quam ipse Augustinus distinguit in tria membra, In uisionem.s. matutinam.i. rerū creatarū in uerbo. Scda est uespertina.i. rerum in genere ꝓprio. Tertia ē meridionalis.i. dei in se ipso, Nā ibi uidebimus deū, sicuti est, ex quibus trib⁹ partibus.s. uespere, mane, & meridie integratur tota dies super cęlestis in qua uidebim⁹ deū, & ideo dicitur denarius diurnus, dilata sicut scis. ¶ Cōclu dit saluator multi sunt uocati pauci uero electi, ista tria differunt ex parte rei.s. uocatio, electio, prędestinatio. prędestinatio pręintelligitur ipsi electioni & uocatiōi, Sicut appetitus finis hijs quæ sunt ad finē, licet in executione prior sit uocatio ꝙ electio & prędestinatio, sic in executione prior est electio, q̄ ꝓdestinatio, sicut per media peruenitur ad finem. Ideo ait Apostol⁹ Paulus, ad Ro.8. Quos pręsciuit, & prędestinauit, quos prędestinauit hos & uocauit, quos uocauit, hos & iustificauit, quos autē iustificauit illos & magnificauit, Nota ꝙ electio in se includit. primo cognitionem, & prescientiam. scđo dilectionem. tertio separationē bonorum a malis. Exemplum si uis emere equos aptos ad militiā, primo cognoscis meliores, agiliores, fortiores, quos eligis, & postea cognitioni, & electioni cōcurrit dilectio, q̄a diligis quos eligis. Deinde segregas bonos a defectuosis, sic facit deus ad animā predestinatam, quia primo ab æterno oēs cognouit anteq̄ crearet. ſm illud Hiere.1. Priusquā formarem te ī utero noui te, & ad Petrum, anteq̄ uocarē te noui te, quia scientia dei est æterna, & ꝓuidit aliquos male aliquos bene facienteis & finienteis, quia uirtutes & uitia sunt uolūtaria. Tertio de anima. Postea concurrit dilectio eorum qui liberum arbitriū exercēt in uirtutibus. Tertio concurrit separatio, q̄n dicit deus, uolo ꝙ talis deditus uirtutibus sit scriptus ī libro uitæ, & talis deditus uitijs reprobetur, est ergo triplex electio, Prima ęternalis. ad Ephe.4. elegit nos deus ante mundi constitutionem. Secunda est temporalis, quæ fit a deo mediante gratia sua cum in baptismo purgatur anima, ab originali macula in qua oēs nascimur, de con.d.1.c. firmissime, quia baptismus est Ianua sacramētorum

rum, i ipso enim efficimur milites Christi. 15. q. 1. c. non est. Tertia electio fit ab actuali peccato, cũ per gratiã diuinã anima iustificat̃, sine qua gratia anima non potest resurgere a peccato: quãdo ergo dicit Iesus pauci sunt electi, intelligitur de ista electione actuali quia pauci sunt qui uelint resurgere a peccato & se disponere ad gratiã per penitentiã.

¶ Quomodo aũt multi sunt uocati est sciẽdum ꝙ uocatio diuina est duplex, quædam efficax & ultima determinatio diuinæ uolũtatis, & sic oẽs ad finem ultimum consequẽdũ uocat & sic est qñ aliquem uocat ad gratiam gratum facientem. quæ est mediũ efficax ad uitam æternã, Et si ille qui uocatur cõseruet eam, usq; ad ultimum mortis saluatur necessario, quia in illo instanti non potest amplius demereri, ut dicit Scot. in 4. &. 5. d. 2. Hoc modo multi chr̃iani uocati sunt ad primã gratiã in baptismo, nullis meritis præcedẽtibus, sed solo merito passionis christi; sed amissa prima gr̃a, multi uocantur ad secũdam gratiã, quã cõsequi possumus preuia dispositione per ueram penitentiam, & hoc est quod dicit saluator multi sunt uocati ad primam gratiã, pauci uero electi, quia pauci disponũtur ad ueram penitẽtiã, de ista uocatione loquitur Pau. ad Ro. 8. Quos presciuit, & predestinauit, quia omnes presciuit anteq̃ creet (ut diximus) quos ꝑdestinauit, hos & uocauit ad fidem, ad primã gratiam in baptismo quos uocauit, hos & iustificauit, in secũda gratia ꝑ penitentiam, quos aũt iustificauit, illos & magnificauit in gl̃ia. Hic dic aliqd de epistola hodierna, oẽs qdẽ currũt sed unus accipit brauiũ, declarãdo quasi totã epistolã de mẽte Nicolai & exclamatio erit Esai. 1. Filios enutriui, & exaltaui &c. Et erit finis in noĩe dñi.

## DOMINICA IN LX.
### De Seminibus.

ET FRVCTVM afferunt in patientia Luc. 8. Sicut in ciuitate in qua est aquę penuria consueuerunt putei claudi, & custodiri, ut hora determinata qlibet accipiat portionem. Sic spiritualiter, aqua spiritualis quæ est sacra scriptura, de qua ante aduentum christi, tãta fuit penuria, ut gẽtes ex siti uiderent̃ æstuare. ps. 42. Sitiuit anima mea ad

deũ fontẽ uiuũ cooperta erat quantum ad uerũ ſenſum, ſed aduemẽte Chriſto eleuatum eſt ſacræ ſcripturæ uelamen, & patefacta eſt aqua, ut oẽs ex iſta biberent abundãter, ſicut figuratum eſt Geneſis.39. Vbi legimus quod erat puteus in Aram. In agro, cuius os opertum erat grãdi lapide, & iuxta puteũ tres greges accubabãt, ad quem puteũ uenit Iacob, & uidens Rachel uenientẽ cũ grege ſuo remouit lapidẽ qui erat ſuper os putei, & adaquauit gregem ſuũ, Spiritualiter ſacra ſcriptura propter ſuam altitudinem, comparatur puteo, & erat in Aram quę interpretatur regio excelſa, quia ſacra ſcriptura erat alta pp occultationẽ. ſacrorũ, lapis operiens aquã, erat ſenſus litteralis operiens miſteria, Tres greges, ſunt tres mũdi nationes, Hebraica, Græca & Latina, Iacob ueniens ad puteum ſignificat Chriſtum aſſumentẽ carnem, per Rachel intellige eccleſiã, qua adueniente cũ grege.i. populo uelamẽ ſacræ ſcripturæ eleuatum eſt, et Chriſti miſteria manifeſtata ſunt, & quo modo ꝑuulgari debeat, inferius myſtice aſſeretur.

¶Cũ turba plurima cõuenirẽt, & de ciuitatib' ꝓperarẽt ad Ieſũ, dixit ꝑ ſimilitudinẽ; Exijt q ſeminat ſeminarẽ ſemẽ ſuũ, &c. Luc.8. i pñti euãgelio tria uidebim' uidelicet eius.

¶Anagogiam.

¶Allegoriam.

¶Tropologiam

In Anagogia eſt ſciendum, ꝙ ſaluator noſter obſcure, & in parabolis loquebatur, Triplici ratione, prima ut imitaretur antiquorum pręceptorum cõſuetudinẽ ut de Moyſe Salomone &c. qui res diuinas aut plane non ſcribebãt, aut ſcribebant diſsimulãtes. 2. eo ꝙ magis delectant, et tenaciter imprimũtur. 3. qa animus auditoris in ſecretiora inueſtigãda, q̃ ſub cortice latẽt magis cõmouetur. Iſte igitur ſeminator eſt ipſe deus; qui in mundi creatione exijt ſeminare ſemen rerum creatarũ in hoc mũdo q eſt unus cãpus, quem deus ſeminauit cum ꝓprio ſemine, & non de alieno qa ꝓductio mundi nõ põt alicui cõpetere ꝑterq̃ deo ſoli, & primo ſeminauit in cœlo nouẽ ordines angelorũ, cõformes nouẽ cœlis ſm eorũ ꝓprietates, & notãdum eſt, ꝙ ſuper nouẽ cœlorũ ordines .i. ſeptẽ planetas. & octauã ſphęrã, q̃ uocat firmamẽtũ, nonũq orbẽ, qd primũ mobile dictũ

&,& inter corpa cœlestia,q̃ mouenť,creditũ ē decimũ cœlum fixũ,manēs & q̃etũ,qđ nullum motũ participat,& istud ē cœlum Empireum, qđ nō solum a nostris theologis ē creditũ sed ēt a pluribus hebreis.

¶Primũ ergo cælũ, dř primũ mobile cuius tres sunt excellētię, v3 qa ipm est principiũ motꝰ oium aliorũ orbiũ. & nullũ h3 locũ in quo firmeť nisi diuinā mētē q̃ ipm mouet. 2. Eius motꝰ ē mēsura oium aliorũ.nā inenarrabili celeritate uiginti q̃ttuor horarũ spatio oēs Spheras inferiores, impetu suo rapit,& ē radix tēporis, cũ nihił aliud sit tēpus nisi mēsura motus.Arist.4.phi.Et radix dierũ, mēsiũ & annorũ.3.ē, ꝙ oēs uirtutes q̃ sunt in alijs diuisę, in ipo oēs sunt unite, Et hoc cælũ assimilať. primo Angelorũ choro,v3. Seraphinis.Nā ut dicit Dio. de cœlesti hierarchia c,7.ipsa Sphera Seraphica circa deũ immediate ē incessāter circũiens æternā eius essentiā. 2.eius amor ē mēsura & radix oium aliorũ q illuminanť & pficiunť.3. cōtinet oēs uirtutes aliorũ inferiorũ excellentiori modo q̃ ipsa inferiora.

¶Secundũ cælũ ē firmamētũ seu cristallinũ, seu octauũ cælũ,in quo sunt fixæ oēs stellæ, hoc cęlũ 2 die cōditũ eē theologi opinanť,iccirco nonnulli cælũ christallinũ appellauerũt,Et de isto firmamēto. Ge. primo dř,dixit quoq; deus fiat firmamētũ in medio aquarũ, Hoc cælũ,assimilať ordini cherubinorũ,qa sicut firmamētũ ē lucidũ,tũ ,ppter sui naturā, cũ sit aqueũ.tũ ob stellarũ fulgorē in eo lucentiũ, ita mētes cherubinoꝶ,q plenitudo sciētiæ appellanť.Ideo in Gen̄. dř. spũs dñi ferebať super aquas, habet littera hebrea super aquas.i. sup mētes cherubicas.

¶Tertiũ cælũ seu 7.ē Saturnꝰ q (ut scribit Albumasar in suo maiori introductorio, ē cogitationis q̃ plurimi atq; ,pfundi cōsilij facit hoīes acutos, religiosos,callidos,& diuersæ & ,pfundæ opationis, & influit mēti uirtutē illā ( ut Macrobius scribit)quā greci terosticō uocant.i.potētiā cōtēplandi, speculādi,& uaticinādi,has.n.uirtutes uidenť hře troni. de qbꝰ Grego.in homelia, Troni sũt illa agmina,qbꝰ ad exercendũ iudicia ops deus p̄sidet & dicti sunt sedes dei,ut ait Grego. q tanta gr̄a replenť,ut in eis dñs sedeat,& p ea sua iudicia decernat, Vñ dř in ps 9. sedisti super tronũ,q iudicas iusticiā, ideo Iuristæ & canonistæ ad quos

pertinet hæc materia dicunt ꝙ iudex debet sedere.

¶Quartũ cœlũ seu sextũ ẽ cœlũ Iouis, qui (ut dicũt astrologi) est Planeta beniuol⁹, modest⁹, liberalis, ab ipso sũt leges, dñiũ, cult⁹, regna, Has uirtutes habẽt dñatiões, qb⁹ attributũ ẽ impiũ, legẽ ponere & pcipe.

¶Quintũ, cœlũ est Martis, de quo dicit Dorose⁹ Astrolog⁹, qđ signat animi audaciã, ingenii acuitatẽ, & festinationẽ in omnib⁹ rebus & totũ cor suũ exponit in reb⁹ agẽdis ideo dicit dux militię, Hoc maxime cõuenit uirtutib⁹, q̃ uelocissime exequunt, toto animo, qđ a dñationibus est imperatum & p ea signa & miracula fiunt, ut dicit Greg. Et ideo dicitur, ꝙ tempore iudicii uirtutes cęlorum mouebuntur, quia tali die magna & frequentia signa fient Matt. 24.

¶Sextum cœlũ est Solis, quẽ Caldęi mediũ Planetarum uocant, licet Egyptii posuerint eum, inter duos mũdi quinarios. i. super eum planetas, sub ipso autẽ Lunã, & quatuor elementa, quia omnis planetarũ uirtus & potentia in uno sole cęlesti est, & oẽs philosophi & mathematici uno ore, hoc cõfirmãt: Huic cęlo correspõdet ordo potestatum, de quibus Albertus, super Dio. ubi supra dicit. Quod actus ꝑprius potestatis est, gubernare subditos in tranquillitate & continere eos in iure diuino, sicut enim potestas cõstituitur, ut teneat rempublicam quietã ĩ uno fine ẜm statuta ciuitatis, sed quia hoc non potest fieri, nisi resistatur perturbationibus reipub. ideo per cõsequẽs actus potestatis, est coercere nequitiam aduersarum uirtutum, iure, dęmonum, iure malorum hominum.

¶Septimũ cęlum est Veneris, De quo dicit Hely. hebreus, ꝙ est fortuna hylaris, & gaudiosa, limpida & formosa, mãsueta, & pauci motus, De hoc ẽt dicit Ptolemęus, ꝙ Veneri tributũ est quicquid ad amorẽ spectare uidetur, quãuis homines magis in malã quã in bonam partẽ utãtur hmõi amore & amicitia, Has conditiões principatus habere uidẽtur, de quibus Bernardus ĩ lib. de cõsideratione ad Eugeniũ papam. d. Putamus principatus esse quorum sapientia, & moderamine, omnis principatus in terris constituitur & regit.

¶Octauum cœlũ ẽ: Mercurii ẜm Ptolemęũ, Hic ꝓducit homines studiosos & eloquẽtes ideo a poeta dictus est de⁹ elo

quentiæ,& ſapientię. Gręci eũ nominãt Hermetem, & apud eos hermoniũ ſignificat interpretari,quia eloquentia eſt interpres animi cõceptuum, Et uolunt eũ eſſe nuntiũ deorũ, Hoc autem quid aptius poteſt demonſtrare,quam archangelorũ ordinem,de quibus Gregor.in Homel.dicit. Qui ſumma nunciant Archãgeli uocãtur, de quorũ prouidentia dicit Bernar. Super canti. x. Archangeli æternæ ſapientię,cõſiliis familiaribus admittunt, & deniq; p ipſos locis ſuis atq; temporibus ſummo moderamine diſpenſantur,&c.

¶ Nonũ cœlũ ē Lunę, quod ē ultimum incipiẽdo a primo mobili,& primũ quo ad nos, & eſt regina noctis, potens in mari,& eſt planeta boni aſpectꝰ & honeſti, pulcher,influit in mortalibꝰ cõtinẽtiã,& uitę innocẽtiã,illoſq; ad uirginitatẽ inclinat &c.Hæc aũt oĩa Angelorũ ordini q̃ maxime accõmodari poſſunt. Nã ipſos eſſe hmõi tenebroſi, & tempeſtoſi maris, & hominum inhabitãtiũ rectores & cuſtodes omnibus notũ eſt, De quibus dicit Dio. q; actus proprius eorum eſt annũciare hoibus ea quæ ſunt ad ſingulorũ ſalutẽ,Propter quod dicit Bernar. 2. de cõſideratione. Putamus Angelos dici, qa ſinguli hominibꝰ dati ſunt, & credũtur miſſi in miniſteriũ, ut ſm Paulum inſtruimur propter eos qui hæreditatẽ capiũt ſalutis. ad Hebre.1.Hii enim ad continẽtiã, & ad uirginitatem inducunt, quia uirginitas eſt ſoror angelorũ uictoria libidinum, regina uirtutũ,poſſeſſio oĩum bonorum, & Hier.ad Euſto. Bene angelus ad uirginem mittitur,quia angelis ſemper ē cognata uirginitas. Ecce igitur qualiter iſte ſeminator ſeminauit in cãpo iſtius mundi in ſuperiori parte nouem angelos, conformes nouẽ ſphęris ſecũdũ proprietates eorum. Deinde deſcẽdendo inferius. Seminauit elemẽta pura, quę ſunt prima ſemina mixtorum in hoc mũdo inferiori.ſ. Ignẽ cum ſuis qualitatibus, Aerem cum auibus, Mare cũ piſcibꝰ, Terram cum animalibus, plãtis metallis,& omnibus hominibus,ita q; poſſumus dicere. Dñe certe bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo Matt.13.quia uidit deus cũcta quæ fecerat, & erant ualde bona. Gene.1.& de hoc Sco.in.44.d.1. dicit, q; ſm leges ordinatas,nõ potuit iſte mũdus ſeminari nobilior & melior q̃ ſeminatꝰ fuit & ſa

ctus, Exijt ergo deus de camera æternitatis, non tñ dimittẽdo æternitatem. & seminauit creaturas. in tempore uel trãsacto tãto spatio imaginario ęternitatis, Exijt dico manifestando se per istas creaturas, qa prius nõ erat cognitus, Sed nota ꝙ dicit Euãgeliũ, ꝙ fuerunt factæ quatuor partes de semine, Nã aliud cecidit secus uiã, & conculcatem est, & uolucres celi comederũt illud. Et hoc semen fuit lucifer, cũ suis sequacibus: fuerunt nãq; oẽs Angeli seminati uniformiter, uel in puris naturalibus, uel in grã, ut inqt Sco. in. 5. d. 2. Sed qa deus uoluit, ꝙ haberẽt ꝓmium, mediãte merito, ideo data est eis potestas merendi, Lucifer autẽ cũ suis sequacib⁹ cecidit secus uiã. i. deũ q dicit Io. 14. Ego sum uia &c. qa uoluit æquari deo. nõ uolitione efficaci, Nota ꝙ talis uolitio nõ ẽ impossibiliũ 2. Ethi. Sed uolitione simplicis cõplacentiæ. Sicut dicimus infirmus, q̃uis sit de salute desperatus, tamẽ adhuc uult sanitatẽ, sic iste Lucifer uoluit esse similis altissimo, licet esset impossibile. Ideo dicit Sco. ꝙ primũ peccatũ Luciferi magis reducit ad luxuriã, licet peccauerit etiam peccato superbiæ, & alijs peccatis, ut habemus in 6. d. 2. Sed dum istud semẽ cecidit secus uiam. boni noluerũt ei cõsentire, Sed magis cõculcauerũt illud semen, eijciẽdo eũ de paradiso, uirtute dei, & irreparabiliter relicti sunt in sua obstinatione, Ideo bene dicit ꝙ uolucres celi. i. cogitationes nimis altæ, & superbæ comederunt illud. i. destruxerunt irreparabiliter, Alia pars seminis cecidit supra petrã & natũ aruit, qa dicit Sco. ꝙ eadẽ die qua natus ẽ Adã de terra uirgine quæ nondũ fuerat corrupta peccato: aruit. i. peccauit, qa nõ habebat humorẽ gratiæ cõsummatæ, qa quãuis haberet iustitiã originalem, q̃ erat domũ ualde egregiũ, tñ ipsum non stabiliebat, qn posset peccare, ideo aruit ex immoderato amore amicitię, qua afficiebat uxori suæ ꝓm Sco. 21. d. 2. Alia pars cecidit inter spinas & hoc fuit gen⁹ humanũ, descendens ab Adã. qd cecidit inter spinas penalitatũ, tribulationũ, miseriarũ, & multarũ infirmitatum, Quis enim posset excogitare, in quot spinis nascatur homo? Iuxta. n. sententiam Iob. 3. Sicut auis ad uolãdum, ita homo ad laborem nascitur. Et Boetius, Quis est tantæ compositæ felicita-

tis, q̄ nō aliqua ex parte cū sui status conditione rixet? Anxia qppe res est humanorum bonorū conditio, quæ uel nunq̄ tota peruenit, uel nunq̄ perpetua subsistit; Istæ spinæ, istę penalitates. In tm̄ exoriunt, q̄ suffocāt istud semen, saltē p mortē corporalem; cui sumus suppositi ad Heb. 9. Statutum est omnib⁹ hominibus semel mori. Et hæc est cōditio naturæ, qa oē agens naturale in agēdo repatitur, & patiēdo debilitat, Ideo etiā Christus fuisset mortuus ex cōtraria actione, contrariarū q̄litatū, ex qbus erat cōpositum suum benedictum corpus, ut in. 19. d. 2. deducit Sco. Aliud cecidit in terrā bonā, & ortum fecit fructū, aliud cētesimū, aliud sexagesimū, aliud trigesimū Matt. 13. Et isti fuerunt Angeli boni, qui perstiterūt qn̄ lucifer auersus est a deo, cōuersi sunt ad deū cadentes coram ipso cum humilitate, & uerā obediētiā demōstrantes & dicentes. Sanctus. Sanctus. usq; sabbaot. Non est æquū q̄ creatura ęquetur creatori suo, Ideo fecerūt meritorie fructum centesimum. s. gratiæ cōsumatę, Et Nota q̄ fit triplex uariatio numeri. s. centesimi, quoad angelos primę hierarchiæ. qa sicut excellunt inferiores in naturalibus: ita in gratuitis, ut dicit Dio. in libro de ang. Hier. per totum, Per fructum sexagesimum, intelligitur gloria secundæ hierarchie, per trigesimum. gloria ultimæ hierarchie. Et sicut secundum Euclidem, omnis numerus minor est pars saltem materialis numeri maioris; ut inquit etiā Scotus. in. 5. q. quo. Ita trigesimus continetur in sexagesimo & sexagesimus in centesimo: Sic secundum Dio. ubi supra perfectiones infimæ hierarchiæ sunt in media, & mediæ: in suprema excellentiori modo, quod etiam est uerum secundū philosophos, qui dicūt q̄ illa quæ sunt sparsa in inferioribus, sunt collecta in superioribus, Ex his ergo capiemus hoc documentum, ex speculo alterius q̄ fugiamus superbiam, & nimiam complacentiam nostri, quia si de quo minus &c. Si Lucifer conculcatus est propter suam superbiam, & nimiam sui complacentiam, ipse qui erat suprem⁹ angelorū, qd erit de nobis? Audi qd dicat Iob. 4. Ecce q serūiut ei nō sunt stabiles, Et in angelis suis repit prauitatem, quanto magis hij qui domos luteas habitant qui terrenum habent fundamen

tum, consumentur uelut a tinea?

QVo ad fm sensū, allegoricū, q tractat unum, qđ & signat aliud credēdo in sctā fide & euāgeliū illđ exponit de humana redēptiōe. Vbi nota, ꝙ incarnatio est ꝓpria filio pp filiationē q̄ est rō termīādi, depēdētiā naturæ humanæ, q̄ filiatio est ꝓpria filio, ut i.14.q. quo. declarat a Sco. Sed incarnationis actio ptinet ad totā trinitatē, tñ inq̄tum in ipsa relucet maxima potentia, dicit opus patris, & inquantū relucet in ipsa maxima bonitas, & amor dei, dicitur spiritus sancti. Ille aūt qui seminat intendit multiplicare & fructū facere, ꝓpter quod eligit terrā bonā, non spinosam, arenosam, uel petrosam, & sic fecit deus pater in filii sui incarnatione; quia licet in mundo fuissent multæ mulieres sanctæ, tñ ultra quinq; miliū annorum, expectauit terram bonam & sanctam .s. uirginem Mariā, in qua nūq̄ fuit mala herba peccati, & in ipsa seminauit semen de quo dicitur, semen est uerbū dei, Et hoc fecit ut multiplicaret, & fructū faceret inextimabilem sanctarum personarū;

Dicit ergo Euāgelista exiit .s. deus pater, qa a principio mūdi, usq; ad filii sui īcarnationē habitauit in domo Iustitiæ & rigoris clausus, ita ꝙ nunq̄ apparuit, & pro quocūq; sancto nūq; aperuit portam paradisi & palatii sui ut patet in Adā & Eua, q plusq̄ centū annis planxerunt peccatum suū in quodā monte; ut dicit Euse. in lib. de preparatione Euangelii. & ad radicē mōtis erat quidam lacus, q ab incolis appellatus est lacꝰ lachrymarū Adæ. Et tñ nō potuerunt intrare &c. Noe seruiuit iustꝰ .900, & 50. annis & tñ non potuit intrare, & sic de aliis. Ob hoc plangens Dauid dicebat, Quis est homo q uiuet, & nō uidebit mortem? eruet usq; ab inferi. ps.88. Et intantū erat rigorosus, ꝙ statim puniebat scelera. In incarnatiōe filii dei. Exiit pr̄ de castro rigoris Iustitiæ, in plateā amplam misericordiæ. Ideo apostolus positus ad pedes crucifixi, non uult ꝙ amplius uocetur deus ultionū, sicut prius, sed pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qa nūc paruuli baptizati decedētes, pro nihilo habent terram desiderabilem, & sic digne pœnitētes, expectat & differt flagella &c. Deus igitur pater ꝙ

ſeminat ſemper.i.producit fi lium in æternitate, quia filius ſemper naſcitur, ut patet 1.9. d.primi, quia generatio illa eſſet imperfecta. ſi tranſiret, ſemper igitur ſtat, exiit ſeminare ipſum i agro uteri uirginalis in tẽpore,& nota ꝙ hoc ſemẽ cecidit quatuor modis, Primo cecidit ſecus uiam in natiuitate quia noluit naſci in palatio, ſed ſecus uiam in diuerſorio,& conculcatum ẽ id eſt deſpectũ a Iudæis, quia licet audierint tot mirabilia natiuitatis Chriſti,tamen timore Herodis noluerũt eum recipere,nec adorare,ideo cõ queritur de ipſis Iſai.1.Audite cœli & auribus percipe terra &c.Et uolucres cœli co.illud .ſ. Reges orientis, qui quaſi aues uolantes uenerũt, & qui erant aues,ratione cõtemplatiõis ſyderum cœleſtium, iſti reges cordialiter receperunt Chriſtũ, & ipſi fuerunt incorporati,quia ut dicit Scot.i.d. 10.4. Qui comedit Chriſtum bona fide commutatur in cibum.Sicut accidit per oppoſitum,de re mala comeſta, qa cibus cõuertitur in cibatum. Scdo cecidit ſupra petram.ſ. in ſua cõuerſatione quia prędicauit Iudęis lapideis qui ẽt uoluerũt eum pluries lapidare,quia omne ſimile currit ad ſuum ſimile. & ideo homines lapidei, currebãt ad lapidem. tñ tale ſemẽ natum eſt in cordib⁹ iudæorum: quia eum cognouerũt, a principio ꝙ erat meſſias Matt.21. hic eſt hæres &c. Sed ſtatim aruit, quia nõ habebat humorẽ ueræ fidei, & deuotionis, quia non fecit Chriſtus eos magnos dños,ut ſperabant, & quia detegebat malitias eorum, ex odio fuit obſcurata illa notitia. Tertio cecidit inter ſpinas in ſua paſſiõe.i.in pænalitatibus diuerſis,& ita exortę ſunt iſtę ſpinę ꝙ ſuffocauerunt illud ſemen per mortem corporalẽ.Quarto cecidit in terram bonam: in ſua tumulatione, qñ corp⁹ fuit poſitum in ſepulchro, & anima illa deſcẽdit in limbũ, Et ortũ.ſ. iterum reſurgẽdo: fecit fructum cẽtuplum.i.ſanctorum patrum, & noſtram liberationẽ. Sed quomodo credis frater ꝙ illud ſemẽ cadat nũc in cordibus fideliũ? quo modo credis nunc ꝙ recipiat ab.N? Reſpondeo,cecidit ſec⁹ uiam:non occultauit ſe in deſerto,ſed ſecus uiã,factus uiator nobiſcum, ut curremus poſt ipſum, & tamen cõculcamus eũ per blaſphemias Iſa.1. ueh genti peccatrici &c. Sed

uenit Venetias aliquis prin-
ceps, uel legatus omnes cur-
runt, omnes adorant, uenit
Christus, qui suscipit ipsum?
qui audet nunc portare mor
tificationem crucis Christi,
in suo corpore? Ideo conque-
ritur de ingratitudine nostra
Hiere.2. Videte uerbum dñi,
nunquid solitudo factus sum
Israeli, aut terra serotina?
Quare ergo dicit populꝰ meꝰ,
recessimus: non ueniemus ul
tra ad te? Hæc ille. Homines
minus libenter habitãt in so
litudine, et terra serotina. q̃
non fructificat nisi de.3. in.3.
& quę est plena spinis: uult di
cere, Cum ergo continue sim
uobiscum. producés fructus
conseruationis uitæ, & non
omni anno, sed omni momé-
to influens uobis bona, quia
sine me decideretis in nihilũ,
quare conculcastis me? qua
re non suscepistis me? Videte
etiã si Christus cecidit super
petram cordis indurati, quia
tot flagellis attenuamur, &
nõ suscipimus consolatorem
Christũ? Videte, si cecidit in
spinis affectionũ inutiliũ quę
regnant nũc in hominibus?
fac ꝙ cadat super cor tuũ, re-
cipiẽdo Christum amorose,
quia faciet fructũ inextimabi
lẽ, Videmus ꝙ oẽs qui susci-
piunt istud semen super cor
suum, crescunt, in fide, & in
uirtutibus. Si.n. qui tetigerit
picem inquinabitur ab ea, &
q̃ cõicauerit superbo, induet
superbiam, Cum bonũ sit po
tẽtius malo. multo magis qui
suscipit Christum super cor
suum, fiet in eo fructus sua-
uitatis & gratiæ, &c.

TErtio, quo ad
sensum Tropo-
logicũ. dico pri
mo ꝙ ẜm Scotũ
in.19.d.2. Semen
ẽ corpus imper-
fectũ nõ ꝑ se intẽtũ a generã-
te. sed ꝑp aliđ.s. ut ex ipso ge-
nereť aliqd simile generãti: &
ratio ẽ ista qa natura ẜm phi-
losophos ꝓcedit ab imperfecto
ad perfectũ ex.9. Metha. poste
riora gñatiõe sunt priora pfe-
ctione, procedendo in eodẽ
ordine. Est.n. talis ordo. ꝙ nõ
põt haberi posterius, nisi præ
cedat prius. Sicut igitur uita
corporalis conseruatur ex se
mine, Sicut patet, Nisi labora-
tores ararent, & seminarent
nõ ita bene uiueret homo sic
etiam predicare est unum se-
minare semẽ uitæ in cordibꝰ
fideliũ. Ideo Pau. Si spiritua-
lia seminamus, uobis mirũ nõ
est, ꝙ carnalia uĩa metamus,
primo Cor.9. nec sine causa,

prædicatio dicitur ſemen. Semen enim primo habet uirtutem attractiuam, quia attrahit humorem terræ ad ſe, ita uerbum dei attrahit affectionem animæ, ſicut attrahebat Dauid ps. 118. Os meũ aperui & attraxi ſpm̃. Et Io. 6. Verba uitæ æternæ habes. Secundo ſemen habet uirtutẽ purgatiuã, quia mundat & purgat terrã circa ſe exhauriendo pinguedinẽ & attrahendo humorẽ, qa aliter conuerteretur in malas herbas, ſic uerbũ dei purgat & mundat animã. ad Hebr. 1. Verbo uirtutis ſuę purgationẽ peccatorũ faciẽs. Tertio ſemen habet uirtutẽ aſsimilatiuã, quia ſeminans intẽdit producere aliquid ſimile, non. n. ex quolibet fit quodlibet, ut uoluit Anax. Sed terminatũ fit ex terminato, licet .n. oẽs formæ phiſicæ ſint in potẽtia in materia prima, nõ tñ per quæcunq; agentia, ſed p terminata, & terminate educuntur, ut uolũt philoſophi, Et ideo pr̨edicator ſeminans poeſim, logicã, leges ciuiles, philoſophiam, in fine quadrageſimę recolliget poetas, logicos &c. Qui aũt ſeminat Chriſtum & uerba ardentia amore Ieſu Chriſti hic faciet fructũ; Quarto, ſemẽ habet uirtutem multiplicatiuam per unum granum facit centum, O, quid fecit uerbum Chriſti in cruce? Sanctus Petrus in uno ſermone conuertit pluſquã tria milia animas, & dicit Galienus ut recitat Sco. 19. d. 2. Qd in ſemine ſunt uirtutes diuinę, qa eſſet impoſsibile q uirt⁹ q̃ ẽ in ſemine poſsit unq̃ alterare ipm ſemẽ ad tãtã difformitatẽ, ſicut appet in illo qd fit ex ſemine, niſi cõcurreret uirtus dei, & corporũ cœlẽſtiũ, Sic in uerbo dei adeſt uirtus diuina, qa ut dicit Iſai. 55. ꝟbũ qd egredieĩ de ore meo nõ reuerteĩ ad me uacuũ. Dicit igiĩ Euãgeliſta Exijt q ſeminat. Exijt. ſ. pr̨edicator, uñ exit fr̃ de ſtudio, de cella, ubi debet eẽ clauſus orãdo, meditãdo, ſtudẽdo, pquirẽdo in horreis dñi triticũ, in teſtõ nouo hordeũ in teſtõ ueteri, non uagãdo tota die, uiſitãdo amicos, uel amicas qa ſic nõ poterũt facere fructũ, dñt philoſophi, qd nullũ agẽs. agit niſi habeat aliq̃ uirtutem, & quanto actio ẽ maior, tãto uirtus eſt maior. illi qui magna fecerũt in hac arte fuerũt magni in uirtute. Sicut Apl̃i &c. Nũq̃ uidebis aliquẽ facere fructũ niſi habeat uirtutẽ. Ideo oportet q ſint boni orãdo dicit Dio.

ut ſupra, ꝙ Archangeli prius cõuertunt ad ſupereſſentiale principiũ,& poſtea inferiores colligũt, quaſi uelit dicere cũ Gre.in Ho.In uanum laborat lingua ꝑdicatoris exteriꝰ niſi interius adſit grã ſaluatoris. Exiit ergo ꝑdicator ſeminare ſemẽ ſuum.i.Chri non alienũ .ſ.poeta℞,& fabularum,ſed ſemen Chri,hoc eſt Theologiã, quæ continetur implicite in Biblia,& declaratiue in ſacris Theologis,hoc eſt ſemen qđ facit fructũ deuotionis,amoris,penitẽtię ſaluationis,& de facientibus oppoſitum ualde conqueritur deus Hiere. 23. Vſquequo iſtud eſt cor ꝓphetarum uaticinantium mẽdacium, prophetantium ſeductiones cordis ſui,qui uolunt facere ut obliuiſcatꝛ populus meus nominis mei,ꝓpter ſomnia,quæ narrat unuſquiſque ad proximum ſuum,quid paleis ad triticum?dicit dñs,nũquid nõ uerba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus cõterens petram? Hæc ibi, In hiis uerbis clamat dñs contra predicatores illiꝰ patriæ, qui predicabant res nouas,inanes & aduentiones ex capite ſuo, & uolebãt ꝙ crederetur illis ac ſi eſſent ex ore dei, & ſic auertebatur populus a deo, & per ſeuerabat in malitia, quia nõ dicebant populis ueritatem, ſed loquebãtur placentia, ut acqrerẽt reputationẽ. In uerbis,qa non qrebant lucrũ animarum.Practica tuo modo.

¶Vltimo ſciendum ꝙ etiam iſtud eſt ſemen apoſtolicale, & exitus apoſtolicus.d. Exiit ſ.prędicator de cella ad ſeminandum populo,exiit primo de ꝓpria reputatione, de adulatiõe,cum ſacco pleno ſacra ſcriptura,& ſeminat uerbum Dei,ſed de hoc ſemine tãtum una.ſ.quarta pars fecit fructũ quia de predicationibus par uus fructus colligitur,non ex defectu ſeminis, quod eſt bonum,nec ex defectu ſeminantis quia ueritas a quocunq; dicatꝛ a.s.s.eſt,Sed terræ ſeminãdæ male cultæ, de hac loquitꝛ Iſai.5. triginta modii ſemẽtis facient modios tres, & Aggei 1.Multum ſeminaſtis ſed parũ intuliſtis,ideo multi ſunt uocati & pauci &c.Matt.20.Semẽ quod cecidit iuxta uiam, eſt uerbum dei cadens ſuper luxurioſos,cõcubinarios, adulteros fornicarios, ſodomitas & carnales,qui ſunt pleni malis cogitatiõibus,locutionibus & operationibus, tales nec bona facere proponunt, nec uerbo dei cõpunguntur.

O quot ſunt & quot inueniũtur. Iſa. 51. Poſuiſti corpus tuũ quaſi uiam tranſeuntibus, iſti ſunt qui intrant eccleſias nõ ut audiant uerbum dei, ma ꝑ uaghezzare, e per põpe, e uanita, & per uedere o eſſere uiſto. In iſta uia ueniũt aues uanæ gloriæ, ambitionis, ſuperbiæ, aues ꝓpriæ reputationis, adulationis & auferunt totũ quod in eis eſt ſeminatum. de talibus dicit Oſeas. 8. Vẽtum ſeminabunt, & turbinem metent. Non ueniunt ad ſermonem ut illuminentur, ſed ut uideantur boni, & deuoti, In talibus ſemen hoc non affert fructum quia hñt cor infatuatum, & putridum carnalitatibus. Vnde Hieronymus cõtra Iouinia. Amor ſine ratione in obliuiõe eſt. & Pau. Animalis homo non percipit quæ dei ſunt, primę cor. 2. Secundum ſemen eſt cadens ſupra petrã .i. ſuper homines ſuperbos, inflatos, duros, crudeles, iracũdos, & beſtiales, nullũ humorem deuotionis habentes, dũ in ſermone ſunt naſcit̃ ſemen & immediate recedit, oriente ſole alicuius diſplicentię blaſphemant, uilanizant, tales æq parãtur petræ, quæ eſt frigida ponderoſa & dura, ſic corda talium Eccle. 41. quaſi lapis in durabitur cor eius.

¶ Tertium ſemen cecidit in ſpinis. i. in corda hominum cupiditate plena, ut ſunt, auari, mercatores, aduocati, notarii, procuratores, artifices, q̃ ſuffocant uerbũ Dei in ſpinis furti, fraudis, rapinę, ſimonię, uſuræ, iniuſtitię, turpis lucri, O quot puncturas hñt cõtra animas, ipſi habent ſpinas. Primo in hoc preſenti. Eccleſia. ſcdo cuncti dies auari in erũnis, ſcdo in iudicio, Iacobi. 2. Agite nũc diuites, plorate ululãtes ĩ miſeriis ueſtris. Tertio in inferno mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno, O quot ſunt ſepulti in infernifo uea, ꝓpter diuitias, O quomodo sũt crudeles illæ ſpinæ tormentorum, inferni, ſunt ſempiternæ &c.

¶ Quartum cecidit in terrã bonam, & ortum fecit fructũ centuplum, quia uerbum dei operatur, ſup humiles, patientes, deuotos & perſeuerantes ſuper quibus affert primo, fructum illuminatiuũ, quia mentem illuminat. ps. 118. Lucerna pedib⁹ meis, uerbum tuum. Scdo inflãmat. Luc. 24. nonne cor noſtrum erat ardens. Tertio purgat animam Ioãnis. 14. Vos mundi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum

uobis.q̄rto beatificat,Luc.20. Beati q audiūt ꝟbū dei, Quarta igit̄ pars fructificauit,& tres partes perduntur, quia lata ē uia q̄ ducit ad perditionem,& multi ingrediunt̄ p eā Matt.7. Facilis descensus auerni, Sed reuocare gradū, superasq; euadere ad auras hoc opus hic labor est,pauci quos æqu⁹ amauit Iuppiter.

Tertiū semen est infernale, Audistis,qualiter deus seminauit ab intra in terrā cœlestē. Scd̄o seminauit ad extra,i terrestrem terram, & seminauit bonū semen,& sanctū,puta:semen Euangelicū,Diabolus ēt exijt ad seminandū semē suū diabolicū. Hic est ille de quo parabolice loquutus est xp̄s. Matth.13.de inimico q superseminauit zizania in medio tritici,a principio usq; ad ultimū istās, semp seminauit seminat & seminabit zizania:inter bonū semen Dei, Et ꝙ hoc sit uerū,discurramus p oēs ætates, tā Noui q̄ Veteris testamēti,& inueniemus ꝙ deus nūq̄ seminauit,aliquod bonū & sanctū semen, quin diabolus cum suo peruerso consilio exierit ad dissemināndū,zizania, sicut patebit sic discurrendo.

Primo deus creauit Angelicā naturā in cœlo Empireo, q̄ debebat laudare & cōtēplari deū,& adhærere ei,& ecce diabolus illico,ex supbia seminauit zizania discordiæ,belli,& ruinæ,&secū traxit tertiā ptē angelorū.ut hr̄ Isa.14.&Apo.12.

Scd̄o de⁹ seminauit in paradiso terrestri semē bonū & sāctū.s. naturā humanā in Adā & Eua. Cū tot donis & priuilegiis,Et ecce diabol⁹ illo die ex inuidia seduxit Euā, & p Euā Adā.Geñ.3. Ecce diabo. semē.

Tertio,De⁹ seminauit abel, uirū iustum,& diabol⁹ seminauit semē odii ita ut Caym occiderit fratrē suum Abel,Geñ. 4.O semen diabolicum.

Quarto, Deus seminauit semē Ade,cæterosq; filios, & sobolē magnam.Tūc diabol⁹ ēt ipse seminauit, zizania luxuriç,ita qd̄ uidētes filii dei filias hominū.i.mulieres exarserūt in tantā cōcupiscētiā,ꝙ corruperunt mandata Dei, & Deus iratus misit diluuium. Geñ.6.

Quinto credēs diabolus totā naturā humanā esse destructā,uidit nauē in medio aquarū,in qua erat Noe cum filiis, Heu dixit diabol⁹ remansit adhūc de semine isto,Seminauit zizania, & ꝓcurauit uinū, cū quo inebriatus ē, & iacuit nud⁹,& Cam derisit eū, Sil'r filię Loth, patrē inebriauerunt,&

dormiuerũt secũ, ut hr Geñ.19.

Sexto, Seminauit de⁹ Abraã patrẽ fidei nostræ, plenũ scientia & scitate, & diabolus seminauit zizania, quia cõcitauit Caldeos, ut illũ caperẽt, & cõburerẽt, sed de⁹ eũ liberauit, seminauit ẽt zizania sterilitatis in uxorẽ, sed deus in senectute dedit ei Isaac cõtra quẽ diabolus concitauit Ismaelẽ.

Septimo seminauit deus Iacob. Et diabol⁹ Esau, q erat ei inimicus, & cõtrarius Geñ.23.

Octauo Deus seminauit Ioseph, uirũ iustũ & piũ & sãctũ. Et diabolus inuidiã, odiũ, & maliuolẽtiã fratrũ, ita ꝙ uolebant eum occidere, nisi Rubẽ eum adiuuisset, & uendiderunt eum Ismaelitis Geñ.37.

Nono seminauit de⁹ filios. Israel, in ægypto qui deũ colebãt. Et diabol⁹ suscitauit Pharaonem, q eos opprimebat in maximo labore, & ordinauit ut omnes masculi occiderentur in cunis. Exod.2.

Decimo seminauit de⁹ Moysen, & Aaron, ut liberarent populum ab egyptiis, & diabol⁹ incitauit Pharaonem, ut uellet eos interficere Exo.14.

Vndecimo seminauit deus perfectum cultum dei, Et diabolus idolatriã in uituli adoratione Exod.32.

Duodecimo, seminauit de⁹ Dauid ẜm cor ei⁹, & diabolus suscitauit Saul contra eum.

Tertiodecimo. Seminauit deus ꝓphetas Esaiã, Hieremiã, Danielẽ &c. Diabolus seminauit zizania ꝑsecutionis, quod unũ secaret, alterũ ꝑ tempora cõfringeret, alterũ in lacũ leonũ, alios in fornacẽ ignis &c.

Quartodecimo, seminauit deus semẽ sanctũ Ioãnẽ baptistã q fuit sanctificat⁹ in utero matris, nat⁹ sine macula, q debebat gẽtibus uenturũ deũ ꝓnũciare, uitã in deserto ducebat. & diabol⁹ incitauit Herodẽ, che aposta di q̃lla sacrilega adultera meretrice Herodiade, & illi⁹ spurcę saltatricis ballarina, diauolina, o quot mala ꝓueniũt da q̃sto ballare o quot homicidia &c. fecit eũ decapitari, Ecce fructus illius diabolici seminis, quod preualet bono semini, ut patet de quatuor partib⁹ tres sunt diaboli. Ideo cadit inter spinas, etc. et nũq̃ facit fructũ bonũ.

Si diceres ego intellexi q̃uo deus seminauit bonũ semẽ in ueteri testõ. Et diabolus ſp su perseminauit zizania. Quæro mõ si sic fecit in nouo testõ? Discurre totũ nouũ testamentũ. et inuenies ꝙ nũq̃ deus fecit nuptias, quin diabolus, ce po

niſſe qualche ſaporetto,et ut hoc meli⁹ intelligas,debes ſcire ꝙ tps nouę legis diſtinguit primo in tempus iuſtitiæ. Et fuit tempus Chriſti, in quo ꝓ ſeruanda iuſtitia deus miſit filium ſuũ Ieſum chriſtũ dñm noſtrũ, q docuit qualiter hõ fieret rectus erga deum,& ꝓximum.O quanta rectitudo, ecce diabolus qui ſeminauit zizania.Nam excitauit Iudæos, cõtra eum, qui moti inuidia, odio,& rancore,intantum ꝙ cõtra omnem legem, iuſtitiã, & ordinem iuris,crucifixerũt eum,morte turpiſſima.

Secũdo in tempore gratiæ .ſ. apoſtolorum in quo Chriſtus ſeminauit ſemen gratiæ. l. euangelicę. Diabolus ſuper ſeminauit perſecutionem imperatorum, Neronis, Domitiani,Traiani,Claudii.

Tertio in tẽpore doctrinæ & ſcientiæ,ſeminauit bonum ſemẽ, ſanctorum doctorum, Auguſtini,Hieronymi , Ambroſii,Anſel. Orige. &c. et diabolus zizania hæreticorũ ut Iouiniani, Manichei,Sabelii, Arrii,&c.

Quarto, in tempore humilitatis,in iſto tempore ſeminauit bonum ſemen,ſanctorum fundatorum ordinum,Baſilii Benedicti,Auguſtini,Frãciſci, & Dñici quos duos ultimos .ſ.Dñicũ, &Franciſcum,ſicut Moyſes & Aarõ,Petrus,& Paulus cum tãto feruore,che uolſino eſſere ueri euangelici , & renouauerunt uitam Apoſtolicã in paupertate & humilitate. Et diabol⁹ ſeminauit zizania quorundam malorum qui ſub prętextu ſtudii,acquiſiuerunt propria , & lautos ꝓuentus,& Deus miſit ſanctum Vincentium,& Bernardinũ,q reformauerũt religiones, un⁹ in occidente,& alius in oriente. Sed heu nunc.

Relligio cõtempta iacet,ſpretuſq; deorum
Cultus,tritaq; fides,cum pallida ueſte,
Infirmaẽ,titubat pedibus &c.

Seminauit ultimo deus, decẽ præcepta,& diabolus decẽ cornua illa extirpantia ſeminauit,ſeptem ſacramenta, Septem dona ſpiritus ſancti, & diabol⁹ ſeptẽ peccata mortalia, Seminauit deus in anima intellectum, memoriã, & uoluntatẽ.& diabolus concupiſcentiã,ignorantiã & obliuionem. Seminauit deus tot uirtutes,fidem, ſpem, charitatẽ, iuſtitiam,temperantiam,prudentiam,fortitudinem, humilitatem,honeſtatem,gaudiũ, pacem,concordiam,dilectionem,

nem, amicitiam, fraternitatē, quæ omnia, erant in tanta di lettatione, che era uno para diso lo uiuere del christiano. In ecclesia Dei Antistites eligebant a deo, homines sancti. Zelantes ut Ambrosius, Nicolaus, Martin⁹, & sic fides roborabatur, Sed diabolus uenit, et seminauit zizania, ita ꝙ corrupit omnes status mundi, Nam seminauit rapinam, quam dedit principibus diuitibus regib⁹ &c. & suis officialibus, qui nēsciunt uiuere nisi ex rapto. Iniustitiam. rectoribus, gubernatoribus &c. quibus competit iudicare. Et uadunt per Giouā Bocca d'oro, per dñe quinque talenta, Prauam defensionem, quam dedit aduocatis, notarijs procuratorib⁹, qui extorquent leges suo modo. strusiant pauperes & uiduas, Deinde dedit Simoniam prælatis ecclesiæ, & quia tales non possunt nubere, tenent concubinas. Dedit usuram ciuibus, mercatoribus, quis enarrare queat cōtractus qui fiūt hodie? D. fraudem quam dedit artificibus, qui nesciunt uendere nisi per fraudes. propter hoc dicit Hiere. perijt fides de terra. i. fidelitas, quis inueniet fidelē uirum? D. blasphemiam, quam seminauit ubiq; terrarum & i maginis. & paruis, & uiris, & mulieribus, hic dic contra uehementer, Inanem gloriam, seminauit inter mulieres cum fucamentis, uanitatibus, Iuuenes relaxati. inobedientes, effœminati, la berretta da buffone, le scarpe da griffone. la spada da tagliare cātoni, Le donne sfacciate, sēza uergogna scoperte con uno palombare de grilli, in capo, che uno quatrino di foco faria buon seruitio, Superbiam seminauit nobilibus, ubi tot rixæ. seditiones, diuisiones, detractiones, iuidia, luxuria, l'ha seminato in ogni horto, cāpo & uigna. Heu quam mala herba, che mala semente, Pratica tuo modo, contra hos ultimos. Ideo. Paulus clamat in hodierna epistola Periculis fluminum, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in solitudine, periculis in ciuitate, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, Heu si esset tēpus dicerem uobis pulchrā expositionem. Primo, dicit periculis fluminum. i. lasciuorꝶ, qa luxuria est fluxus carnis, quot fornicatiōes, adulteria, incestus, sacrilegia, sodomię,

bestialitates.
Non e chi de uirtu piu curi un quanco
Che la felicita hoggi e estimata,
A ben luxuriare e impir el fiancho.
Secundo, periculis latronum tot barrarie, rapinæ, furti, usure. 3. periculis ex genere masco lo & femina, ex genere de cognato a cognato, ex genere da patre a figliuolo, ex genere da fratello a fratello, ex genere da socero a genero. da figliastro a matregna, da nora a socera.

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.
Non socer a genero. fratrum quoque gratia rara est.
4. periculis ex gentibus proprijs, & alienis, nulla fides pietasque uiris. 5. periculis ex solitudine, tanti hypocriti, duplicita. &c. 6. periculis in falsis fratribus, quæ est periculosior. Dhe Audi Paulum. 2. ad Timo. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, erunt homines, seipsos amantes cupidi, auari, elati ingrati, scœlesti. Prathica tuo modo, qa materia est optima & ratio, & erit finis.

## DOMINICA IN L.

De cœcitate humana.

COECVS quidam mendicans &c. Luc. 18. Dicũt sacri Theologi in secundo sent. dist. 23. Quod homo in statu innocentiæ, antequã peccasset in delitioso & amœno paradiso, fuit dotatus ab altissimo deo tribus oculis spiritualibus, uno superiori, uno interiori, uno inferiori, Supremus ut possit cognoscere, omne donum a deo, & hic dicitur portio superior, interior, ut cognosceret seipsum, & omne donum a Deo recognoscens infimus ut cognosceret alias creaturas sensitiuas, & materialia, & hic uocatur portio inferior, fuit etiam dotatus quo ad uoluntatem uno dono spirituali, quod dicitur Iustitia originalis, qua mediante non solum poterat sine difficultate retrahere uoluntatem a caducis rebus mundanis, & incentiuis ad peccãdum, sed etiam cum delectatione, & summa facilitate eleuare ipsam ad cœlestia, & diuina, æterna, immortalia, & specialiter ab obiectis disconuenientib⁹, & nociuis, Et sic uoluntas in pace & cha

ritate regebat potentias infe riores, & totum animæ regnum, Sed quia superbia noluit se conformari uoluntati diuinæ, & primæ regulæ, ut ait Sco. in quæst. ulti. prolog. Proinde merito fuit priuata ipsa iustitia originali, & superiori, interiori, & inferiori oculis: & remāsit obtenebratus, & cœcus quo ad intellectum. Et in terra prostratus quo ad uoluntatem, & sic cœcus sesedebat in terra peccatorum, ut Thematis uerba sonent, super qb⁹ tria uidebim⁹ uidelicet.

¶Phisicalem disputationem.

¶Theologicalem determinationem.

¶Diuinalem consolationem.

Pro primo. Dixerunt philosophi morales, mundum esse similem ciuitati habenti duas portas, unam quam ingreditur. alteram qua egreditur, scilicet mors, unde uiuendo, stando, studendo, uigilando, semper currimus ad mortem, quia non habetur ciuitas hic permanens. ideo oportet de ciuitate hac egredi una dierum, igitur intrando per uiam huius ciuitatis, scilicet mundi, uidi quosdam homines uenerabiles aspectu, doctos, sapientes, maturos, disputantes de diuersis & uarijs rebus, Et maxime ꝙ homo sit animal infœlicissimum super omne animal, allegantes dictum Iob. capit. 13. Homo natus de muliere &c. Et illud August. Heu miser quid sum? uas sterquilinii, conca putredinis &c. Dic totam, Et andādo inuestigando, quæ sit maior infœlicitas, quam homo possit habere in hoc mundo, & sic disputando inter ipsos, dicendo, chi una cosa, & chi unaltra, inter quos unus dixit, ꝙ erat cœcitas, & ignorantia, mater omnium errorū, Ideo Aristo. posuit beatitudinē in speculatione, substantiarum separatarū. primo &. 10. Ethi. Et sic andando, parlando, & conferēdo insieme se scontraro con uno ceco, & quia petebat elemosinam se uoltorno a quello, & uiderunt ꝙ erat peregrinus, nudus, scalzo, a pena haueua tanto adosso, che se potesse coprire le parte pudende. stabat facie in terram demissa, plenus doloribus, & miserijs: ꝙ uix poterat se leuare de terra, sub tantis calamitatibus, & habebat caniculum, ligatum ad uno bastone, qual era sua scorta & guida, quando uolebat ire ad aliquem locum, secūdum ꝙ instruxerat, quem cum ui-

dissent isti philosophi, & sapientes habuerunt compassionem, eius maximis passionibus, in quibus uidebant eũ immersum, erat iste aspectu mirabili & notabili, quem uidebãt in isto cœco, ita quod putabant ipsum fuisse ex notabili genere natum, & magno dominio, uel aliquo digno officio, & aliquo suo infortunio, & infœlicitate ceci disse in magnam miseriam & cecitatẽ si fermorno alquanto, & interrogãdolo dissero, De gratia narratice ò coeco, causam tot tuarum infelicitatum. & tuam prolem, & a quo descendisti, qui fuerunt tui parẽtes, & unde uenis, & quo uadis & che pensiero è il tuo? Quibus coecus respondit, Deh ui prego non me molestate, & non mi domandate da chi son disceso, non mi fatte dire lo mio infortunio, & quo modo ceciderim in tantis angustiis. Se ui Piace farme qualche lelimosina, quia fame pereo, & siti, se non partitiue di qua. in nome di Dio, & non mi date fastidio, quia loquẽdi uocem non habeo, & quia uos scitis maximum esse dolorem, & tristitiam homini recordari fuisse, in gaudio, & alto statu, Cui respon derunt philosophi, non propter hoc petimus, ma non sai tu ꝙ est solatium & gaudiũ, & summa consolatio misero. potere coll'amico aprir il petto, & recitare suas calamitates cum amicis? Igitur petimus propter tuum aspectum che ne hai congiunti in amicitia teco, & si dices causam tuæ cœcitatis, forte poterimus te liberare, quia nos sumus philosophi, Hic est Aristote. Auicen. Auerrois, Anaxagora, Anaximander, Alpharabius, Hic est Diogenes, Democritus, Demosthenes, Hic est Plato, Pythagora, Parmenides Socrates, Heraclito, Euclide, & tanti altri philosophi, che passano di qua de molte cose uarie disputando, & maxime di questo, che homo est animal infelicissimum, & uidendo te pouerello in tanta miseria, moti pietate, quia ostendis te esse di grande cõditione, & nobile parentela te domãdiamo dell'esser tuo, del tuo nome, unde uenis, quo uadis? Et quia hic nobiscum habemus quandam matronam uenerabilem quæ dicitur philosophia naturalis, soror medicinæ, Et sicut medicina curat. & sanat infirmitatem corporalem. cosi la phi

losophia spiritualem infirmitatem. Respondit Cœcus tenui uoce. & debili. Perdonatemi, ui priego, quia sum cœcus, & non ui ho conosciuto che fusti philosophi, ⁊ che potresti liberarmi. Et si non respondi ita humaniter, ut debebam compatimini. Et lachrymando dixit, ah infelice me misero, quia fui nobilior creatura ꝙ deus creasset in ista machina mundiali, coronatus donis naturalibus, & supernaturalibꝰ. mihi omnes creaturæ obediebant. Ideo quotiescunque recolo cecidisse in talem statum renouantur mihi uulnera si che perdonatemi. Or su dunque Respondi: dicunt philosophi, chi sei tu? & quale e lo nome tuo? Respondet coecus particulariter & distincte nescio dicere, scio bene ꝙ sum homo infœlicissimus super omnes homines & animalia alia, ut uidetis. Exul peregrinus a patria propria religatus in hac lachrymarum ualle, Venio e, paradiso ubi est omne genus delectationum. uado continue a la morte, uado incertus & dubius meæ salutis, hoc scio me esse puluerem, cinerem, & terram quo ad corpus, an anima sit mortalis, uel immortalis penitus ignoro, Quæ sit mea parentela, & quomodo ceciderim nescio. sed hoc scio quia habeo tres magnas ĩfirmitates. ❡Primam cecitatem in intellectu quia nõ cognosco deū. ne come sia fatto, nec ẽt aĩam meam, nec ubi sit, nec de quo sit, nescio finẽ nescio media ad finẽ assequendum, non habeo cognitionem de aliqua substantia, ne uego altro che un poco di accidente, & per essere ceco, sæpius cado in foueam & lutum. & cosi infangato, & ceco, son per hauere il mal ãno, mi ritrouo pouerello, cõ q̃sto mio cagnolo chiamato sensu, qui ducit meū intellectum obcœcatum & sic eundo per ciuitatem ipsum sequendo casco in aliquod præcipitium rumpẽdomi hora un braccio, hora una gamba, ita ꝙ sum animal infœlicissimum & cætera. ❡Secunda infirmitas quam habeo è una certa inclinatione. uno appetito, una tendentia, uno desiderio, una prontta, ad malum ad res fœtidas & cætera. habeo unam repugnantiam, unam difficultatem, al bene, ita ꝙ nihil boni facio, & per tãto, son in terra prostrato, & non possum rele-

nari, & farue debitam reuerētiam. ¶Tertia infirmitas, quę est quædam maxima sitis, quā habeo circa meū intellectū, ita ꝙ desidero sapęre, cognoscere, intelligere, & uidere, nec potū, nec liquorē hēo qb⁹ possim sitim extinguere, iu uo luntate hēo famē unā carnalis concupiscētiæ, honorū, ꝑlatio nū, dic de alijs &c. Et iō uꝛ̄ mi hi esse animal infelicissimū: ulterius postulo ueniā ad portam, ex qua oportet exire, & maiori dolore, ex quo nō possum non diligere pñtia, ideo uidete tutti questi miei guai, & se mi sapete dare rimedio. Tunc sapientes, insimul ragunandosi, & due di loro. s. Diogenes, qui semper plorauit considerādo humanas miserias, & Democritus qui considerando hominum inopias semper risit dixerūt naturam magis esse nouercā, q̄ matrem hominis, & sic fuit ꝑposita prima infirmitas, & si diuisero in tre parti. s. i tre sette uidelicet.

¶Platonici

¶Accademici

¶Peripatetici

Et posuerunt quæstionem, quę. s. esset causa infirmitatis intellectus. Primo, surrexit Plato ꝓ sua secta, & dixit, ꝙ causa huius infirmitatis est, ꝙ animæ sint creatæ cum stellis cū omnibus speciebus intelligibilibus, cum omnibus habitibus sciētificis practicis & speculatiuis, cū omnibus cognitionibus possibilibus uni animæ, & ꝙ habebāt duo lumina relucentia, unum supernaturale, quo cœlestia, & unū naturale, quo terrena cognoscebāt, & illa anima quę se uertit circa terrestria, derelinquens cœlestia, oportet discedere ab illo loco. s. a stellis, per uiam p quam uenit in corpus humanum, & transiens per dictam uiam gustabat un certo beueragio, & obliuiscebatur omnium rerum, quarū cognitionem habebat, dū staret in stellis & recordabatur. Ideo dicebat Plato, hominem nihil noui, scire, & ꝙ eorū scire est quodā reminisci. Hoc idem Macrobius de somno Scipionis, et Pitagora sentiūt, ꝙ anima pp ingressum corporis quod aggrauat animam incipit obliuisci, & dicebāt intellectum esse incarceratum, ⁊ in hoc corpore dormire, & nostrum intelligere erat, come quello adormētato che sogna, quodꝙ anima spogliata dal corpo, & uigilante, conosce q̄sti medesimi oggetti che prima. Ideo dico, ꝙ remedio optimo, & medicina

che posſit dari ipſi cœco, eſt ꝙ abſtrahat & eleuet ſe ab hijs materialibus & ſenſibilibus, & attēdat philoſophari & ſpeculari, & hoc non eſt aliud niſi ſemper manere in conſideratione ſupernorum, & quanto magis intellectus eſt abſtractꝰ a ſenſu, tanto magis perfecte intelligit, ideo diuinus intellectus, qui eſt ſemper ſimpliciſſimus incōponibilis maxime intelligit, ut ait Scot. in .i. di. 8. & in 2. pri. Et ꝙ angeli & intelligentię ſunt ſubſtantiæ ſeparatę, & ſunt compoſitę ſaltem ex actu & potentia, uel ex realitate & realitate, & baſta per lo dotto qui me intelligit, ſunt componibiles, ex ſubiecto & accidente, quia ſua ſciētia nō eſt ſubſtantia come quella di Dio, ſed eſt accidēs, i. ꝙ minus intelligit, q̄ Deus, & ſic homo qui eſt compoſitus ex materia & forma, eſt magis immerſus in materia, & minus intelligit ideo o cœco uis uidere, ſi: horleuati ſu a ſpeculare.

¶ Secūdo ſurrexit Heraclitus pro ſecta Academica di, genus humanum. i. homo non erat cœcus, intrinſece, quia naturalia remanſerunt ſplendidiſſima in eo, intellectus non leſus, non moleſtatus eſt, dico ꝙ cauſa cœcitatis huius ad extra eſt ab obiectis, quę eſt ana cœcitas extrinſeca accidentalis, imaginatur iſte cœcus & fabricat chymerā in aera, principio, origine & fundamento omnium inferiorū, eſt uapor, & propter inſtabilitatē iſtius uaporis, iſta ſenſibilia nō poſſunt cognoſci, ab intellectu, & do tibi exemplum de flumine, uides magnum flumen currens uelociter, propter rapacitatem ſui motus, & inſtabilitatem & curſum non poſſunt cognoſci ea quæ ſunt in principio, & fine fluuij, & ideo o cœco, ſi uis lumen recipere ti biſogna fare ut Plato dicebat. ¶ Tertius ſurrexit princeps philoſophorum pro ſua ſecta dicens, ꝙ anima eſt tanq̄ tabula ī qua nihil eſt depictū, quę uenit ad perfectionem, ꝑ cognitionem ad eſſe ex potētia. i. teneo ꝙ aīa noſtra intellectiua neceſſario ſenſum præcedat: qui eſt origo potētiarum, quia oīs noſtra cognitio ortū habet a ſenſu. 1. poſte. Et nihil eſt in intellectu qn prius fuerit in ſenſu. in libro de ſen. & ſen. oportet intelligentem fantaſmata ſpeculari, ut in lib. de ani. & ꝑ conſequens de primo ad ultimū. Intellectus noſter nō poteſt intelligere remoto ſenſu, quia deficiēte ſenſu, de-

ficit scientia de sensibilibus il lius sensus, ut i li. post. & in lib. de ani. ideo concludo, si uis liberari a tali cœcitate quã habes, non solum est necessario secundum Platonem abstrahere a sensibilibus. Et ſm Heraclitũ sed oportet purificare obiecta, & separare illa a cõditionibus materialibus, & sensibilibus mediante fantasmate, & intellectu agente, species intelligibiles producẽdo. Exẽplifica & dic totũ processum de modo intelligendi.

¶ Scdo ꝑposita, fuit infirmitas uolũtatis, & cãm talis inclinationis esse, q̃a effect⁹ sp sapit naturã suę cãæ, Iõ cũ Deus iocundissimus, sit summũ gaudiũ, & cã hoĩs q fecit hoĩem ad suam imaginẽ & similitudinẽ. Gen. 1. ca. qui homo est uelut unus Deus in terra. ps. Ego dixi Dij estis &c. Et propter hoc, hõ nitit participare, de natura suæ causę, & quia cognoscit Deum uirtualiter esse in oĩbus creaturis, sicut rex per totum dominium, propter hoc dicebat Plato, esse astrictum oblectari in creaturis sensibilib⁹. Et magn⁹ Pythagoras dicebat. Quia deus cãbat, pelagus uel mare, & quod spargebat suam dulcedinem, & bonitatem, in omnib⁹ creaturis, Ideo appetebat amare tales creaturas propter dulcedinis participationem, quam reperiebat in esse. Ideo ait philosophus, ꝙ dulcia sunt amicabilia naturę Et ait, ꝙ uoluntas nostra, agit ut canis, q̃n inuenit leporem, uel uulpem, quia sentit quẽdam odorem. Ideo incipit latrare, & sic latrando persequitur illum, Sic uoluntas nostra, gustando, sentiẽdo dulcedinem harum mõdanarum rerum, Arist. ita ait causam propter quam uoluntas in ordinate delectatur, est, quia creaturæ a principio sunt plenæ gaudio, & naturaliter, Deus. sol. & homo generant hominem. omnes cæli influentias intelligendo per solem, q̃a creaturæ ab his influxibus conantur imitari suas causas, & cum sit ꝙ omnes cœli sint delitiosi, intelligẽtiæ plenæ summo gaudio, & cũ habeant in se maximã leticiam de illa armonia, quam faciunt cœli in suo rotare ab intelligentiis, ideo dixit omnia esse in numero constituta, Et numerus de sua natura; habet quandam consonantiam secundum musicos, & sic cœli seruãdo ordinem sibi datum a deo e nelle sue reuolutioni rotandosi maximam causant armoniam Arist. ait, Animam,

imitari paſsiones corporis, & corpus potius inclinatur amare creturas, q̃ creatorẽ, Et ſic oblectatur nel fango, & omne ſiſ'e, appetit ſibi ſiſ'e Ideo uolũtas p cõfœderationẽ, quã habet cũ corpore ſequitur illud, hinc eſt ꝙ quando corpus dolet & anima, & quando triſtatur, & anima, & quando gaudet & anima,

¶Tertio fuit prępoſita tertia infirmitas. ſ. Sitis intellectus & concupiſcentia in uoluntate, Concluſerunt philoſophi, ꝙ erat a natura. & non ab infirmitate, Aui. ait, ꝙ intellectus noſter ſatiatur, in ultima intelligentia, 9. Metth. ſi uis dic illam aureã cathenam, Ari. ait. quòd quietatur in ſpeculatione ſubſtantiarum ſeparatarum, & in amorem illarum tãq̃ in finem amatum; ordinatur & ait, ꝙ quãdo intellectus ſpeculatur illas amat eas uoluntas, Idẽ 8. Ethi. ait, felix eſt dei amantiſsimus, quem amorem paſsiue Scotus exponit: ideo in hoc extinguit ſitim intellectus, & ſatiat uolũtas & omnes unanimiter conueniunt, ꝙ ad illuminãdum intellectũ oportet acquirere ſcientiã, circa uolũtatem inquantum inclinabatur oportebat habere uirtutes morales, quæ inclinant ad oppoſitum, cõtra auaritiam, O auari &c. habitus Largitatis, contra gulam. habitus abſtinentiæ, quia habitus ſe habent ut pueri plãgentes, & petentes panem a matre, & ut catuli latrantes, ſic habit⁹ quaſi plangendo petunt a uoluntate ſimiles actus, ex quibus ſunt generati, habitus caſtitatis ſemper clamat uirginitatem, contra iram habitus humilitatis & mitiditatis, contra odium, inuidiam, & rancorem, clamat habitus iuſtitiæ, cõtra tyrannos, oppreſſores, pauperum, blaſphemos, luxurioſos, adulteros, concubinarios, habitus fidei cõtinue clamat, contra iſtam ciuitatem ꝙ non auditur, deplorat, plangit, ꝙ a uobis contemnitur. gemit & ſuſpirat ꝙ expellitur, O ciuitas ubi fides tua? ubi fides Ieſu Chriſti? ubi eſt memoria paſsionis Ieſu Chriſti? ubi amplius deuotio erga uirginẽ Mariam? ubi fides eccleſię? Habes Iudęos, hoc eſt in teſtimonium, fidei tuæ, beatam uirginem Iſti dicunt continue meretricem, continue quærunt eccleſiam explantare, Tu li fauoriſsi, Tu li uoi continuamente uederli in preſentia, Tu li impreſti caſe, li nutrichi del ſangue tuo, in op-

probrio de Christo, & de la sua matre, Ideo dic ꝙ habitus fidei clamat, O ceco relinque causam, lassa il senso, se non te trouarai spesso infangato nella fece deli peccati, O ceco oportet te fugere, & nō ampli⁹ sequi sensum, & paruo lumine naturali, incipe ad caminare p uiam ratiōis O dio, uorrei nō ue lassasi cosi uincere, cosi re gere dali sensi, O ciuitas noli semper ire per uiam sensualitatis, Dic de peccatis quæ fiūt tempore carnis priuij quæ fit tali dominica, Dic, quomodo ecclesia docet refrenare sensus, more Romano, Rememorare acta fortium, sic ecclesiæ Christi gesta, & suorum sanctorum. Sed heu quia fit oppositum &c. Et quelle che menano le figliole ad ballare, dicono bisogna hauerli cōpassione, o pouerelle habiate compassione a lanima, & non alo corpo &c.

¶Passati adoncha questi philosophi, hauendo ben disputato de causa tantæ infirmitatis, lo ceco per questo non fu guarito, per eandem uiam passorno molti altri sapienti. s. Patriarchæ prophetę, sacerdotes, reges, portantes secum archam, in qua erant tabulæ legis, uirga Aaron & manna, disputantes inter eos, quæ esset maior cæcitas, quam homo posit habere in hoc mundo, Aliqui dicebant non cognoscere pericula: aliqui non cognoscere deū, aliqui seipsum, Hoc audiens cœcus ait, chi seti uui? dixerūt Sumus prophetæ & Patriarchæ, Tunc rogauit eos, ut darent sibi aliquod remediū suæ infirmitatis, tūc moyses dixit. O pouerello, nō ti posemo dare remedio, nisi pri⁹ agnoscamus causam tuæ cæcitatis, Tunc dixit causam quam philosophi dixerunt Respondit Moyses, ꝙ illa non erat causa cæcitatis suæ. sed peccatum originale, quia beati uident faciem dei, & substantias separatas nunc autem per speculum in ænigmate, Sicut radius solis qui est in fluuio, ita deum uidemus per participationem esse in reb⁹, ut supra. Sed homo cognoscebat deum perfecte, & etiam habebat iusticiam originalē. qua poterat habere dei cognitionem. Ideo Augustinus 5. de Trinitate Quid est nisi iniquitas tua causa talis cecitatis? & quia intellectus est obscuratus peccato originali, quare oportet habere speculū spirituale, quo si uis illuminari, speculare scripturam san-

ctam.& primo cognosces quo modo creatus es a deo ex nihilo, & quo modo incurristi hãc infirmitatem, dei mandatum transgrediendo, & ad quem finem, sis ordinatus. ad tuæ cæcitatis remedium, hæc omnia in sacra reperies scriptura. Tunc surrexit Aaron, confirmans quod dixerat Moyses ꝙ p peccatũ originale &c. Quia beati, radio recto uidebant diuinam essentiam. Homo in statu innocentiæ, uidebat radio reflexo, sed quia per superbiam ascendit, fregit nubeculam, ideo nos nunc uidemus radio fracto, & non possumus deum, neq; angelos, neq; substantiam cognoscere, nec finem, nec medium, Nec est sufficiẽs remedium Moysi, Dico de sacra scriptura, quia ipsa habet uelum, nec possumus perfecte eam cognoscere, nec etiam ꝙ deus sit trinus & unus, Ideo Aaron dicit quo'd est necessaria uirga. i. tribulationes, quia tribulatio & uexatio dat intellectum, Ideo de⁹ mittit tribulationes in mundum, ut diluuium Noe, ut per eas genus humanum cœcum illuminaret, Et cognosceret se, & non reperitur melius remedium mea uirga, Sunt homines in mundo dormientes quia nihil intelligunt. In iuuẽtute, in senectute occupantur in his terrenis uelut somniũ, Ideo necessaria est tribulatio, si uis illuminari, O quantum est bonum aliquando ut cognosceres tribulationes; & maxime illis, qui credunt habere intellectum, & tamen non uident dei iudicia, & quod pei⁹ est nolunt intelligere. De quibus Dauid noluerunt intelligere ut bene agerent, Ideo tu qui es sopitus in his temporalibus recordare, che la tribulatione te fa suegliare & illuminate nella uia de Dio, Ecce q̃liter uirga mea dicit, Aaron est necessaria medicina dela tua cecita, Tunc Iosue dixit. Michi uidetur, ista duo remedia non esse sufficientia, sed est necessarium manna, ꝙ aperiatur cœlum, & ꝙ descendat lac & ros de cœlo, Quel grãde lume, quel grande splendore, qui est Christus deus, uera lux. speculum sine macula, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & tollet uelũ de lege nostra, Et sic profecto cieco mio, uederai, & te sanarai, dã la tua cecita, ideo expecta eum, quia cito descendet, & ueniet post nos, si morã aliquam fecerit, expecta eum quia non tardabit &c.

Quo ad ſm principale, Eſsendoſi partiti li phi, & cœc⁹ nõ ſanatus, ſed remãſit ſtupid⁹, cogitabũd⁹, pẽſoſo, di mala uoglia p lo detto de philo. & di qſti altri, ſtãdo in qſta fantaſia, ⁊ imaginatiõe qſto ceco, Et ecce qdã pulchra regina. comitãte caterua hoim ſapiẽtũ, Cœcus audiẽs ſtrepitũ, petijt quidnam eſſent, qui tranſirẽt inde? O la chi e quello che paſſa, fuit reſponſum ꝙ erat quædam regina magna, Theologia nominata, Et cœcus humili uoce ſe li raccõmando', ⁊ illa ait, ut diceret cãm ſuę cœcitatis, R. Nunc receſſerũt aliq philoſophi, qui uoluerunt illuminare intellectum & uolũtatẽ meam, & magis obfuſcarunt, Tunc domina Theo. ei cõpatiens ait, O infœlix nõ nes ille qui fuiſti creatus a deo, & in paradiſo deliciarum poſitus, creatus ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, cum perfecto dominio omnium creaturarum, tanto munere dotat⁹? quãto era la giuſtitia originale, cui data fuit noticia omnium creatarũ rerum, nec potuiſſes mori, quo modo nũc in tot mala cecidiſti? priuatus tantis priuilegiis, & poſitus in ualle gementium, tot infirmitatibus circũdatus, cecidiſti non ſolum: in ignorãtiam puræ & prauæ negationis, ſed prauæ diſpoſitionis, intellige ergo cauſam tuæ cecitatis intellectus. Bona. in 2. d. 25. ar. 2. q. 3. dicit. Quia Adam fuerat creatus, cognitione media, inter beatos & uiatores, Sicut nos uidim⁹ ſolẽ in aqua limpida, ſic Adam uidebat deum anteq̃ peccaſſet, Poſt peccatũ uero uidit, ſicut in aqua turbida, quando. n. creatus fuit in ſtatu naturæ conditæ uidebat Deum abſtractiue per ſpecies cõcreatas, propter peccatum amiſit lumẽ intellect⁹ ſui & noſtri &c. Tunc Scotus ſubiungit, ut habetur in 2. d. 29. fili mi, ſcias ꝙ Ariſto. non dixit tibi uerum, ꝙ uolũtas tua erat cœca, & quęrebat in terrenis delectari, & ꝙ imitabat corporis paſsiones. Nec ad extinctionẽ fomitis & corruptionis uolũtatis oportet habitus morales habere, q̃a uolũtas ꝓpter amiſsionẽ Iuſtitiæ originalis cito labitur in malum, & difficulter operatur bonum, quia primus homo quando illam habuit, omnia in deum referebat, O pulchra res nimis: quando uidebat aliquam pulchram creaturam, non fit

mabatur ibi nō quomodo facitis uos carnales. O meschino, tu facis unum peccatum mortale, qui uiderit mulierē ad concupiscendam eam &c. Ipse ibi non sistebat, sed dicebat, mo mo, Si iste homo & ista mulier est tam pulchra, quanto magis creator? nec ēt dixit uerum, quando dixit, ꝙ homo naturaliter poterat cognoscere suū finē, qa finis est sublimis, ad quem per speciē non potest attingere. Sco. in prima q. prol. Tunc Thomas dicit. False dixerunt illi philosuphi, Quod sanetur in ultima intelligentia, quia nihil est perfectū nisi æquiparetur suo principio, sed sic est ꝙ anima est creata ab ipso deo, ergo nō potest qetari nisi in ipso deo. Igitur non in intelligētia, nō in substantia separata, non in angelo. Tunc Scotus ait Dicā unum uerbum, ꝙ cum uolontas nostra ferat̄ in plura obiecta, non poterit satiari, nisi in obiecto eminente, continēte omnia alia obiecta, tale obiectum est solus deus, ergo &c. Hoc idem probaui in primo di.1.q.1.ar.2. quatuor rationibus. & Bonauentura dicit. Ego quoq; dicam aliud, nam quicquid est capax dei, per nihil minus deo satiatur, Sed oē aliud a deo est minus deo, de quo anima non est capax, sed solum de deo, ad cuius imaginem est facta, ergo non potest quietari nisi in deo, ut dixi in primo d.1.ar.2.q.3. Ideo dicebat Dauid. Satiabor cum apparuerit gloria tua, quādo uidebimus eū sicuti est, & Christi humanitatem uidebimus. facie ad faciem, erimus quieti, fælices contenti &c. Sed quia nos non possumus curare tuā infirmitatem, sed expecta parū, quia ueniet uerus mesias .i. promissus in lege, qui dabit tibi gratiam ęquiualentem, Iustitiæ originali, & excedet ipsam, ut dixi in 2. Et hoc est illud quod tibi dixerunt Moyses, Aaron, Iosue. Tunc cœcus hoc audiens non posse sanari, prostratus in terra, expectabat mundi redemptorem. Interim orat lachrymando dicēs, O meschino me. O infœlix creatura, O animaliū omniū miserrime, Ne philosophi, ne giusti huomini, ne amici di Dio, ne Theologia ne puo guarire. Ad quid ego tot literarū monumenta? tot studia, tot labores. &c? Dum hęc & alia diceret, sentit turbam tumultuātem, Et dixit Cœcus, & erit ꝑ tertia parte &c. Sed prius uideamus causalitatē huius cœ

citatis, Sicut. n. multis modis causatur cæcitas corporalis. ita & spiritualis ¶Primo ẽ magni luminis inspectio, Et ratio est ut ait philo. de sensu & sen. Excellens sensibile corrumpit sensum. Si quis inspiceret rotam solis, dissolueret oculos & obcœcaret, & similiter illi qui transeunt mõtes, ubi sunt continuæ niues, deferunt in manu ramum oliuæ, ne uidendo solum niues excẽcẽtur, spiritualiter peccatum prẽsumptionis, & curiositatis, excẽcat animam, quia dum presumptuosus, uult respicere in rotã solis. s. diuinæ maiestatis, & eam inuestigare, & comprehẽdere, ultra uires sui intellectus excœcat, ideo prouer. 25. scrutator maiestatis, opprimetur a gloria. Et Pau. ad ro. 12. non plus sape q̃ oportet sapere sed. sa. a. so. ¶Secundo excæcatur oculus carnalis ex inflatione tumoris. quia. s. oculi inflant & tument, & significat tumorem superbiæ, Nam sicut dicit Ari. in libro de animalibus quod oculus preeminens, est debilis uisus, profundus uero ẽ boni uisus, & fortis, similiter humiles melius & clarius uidẽt diuina q̃ superbi. prouer. 19. ubi humilitas ibi sapientia Hic cœcus figuratur per Sanson nem, qui fuit cœcus & ex cẽcatus a Philisteis, ita peccatores superbi a dæmonibus, Supbia est initium omnis peccati Eccle. 9. Initium omnis peccati superbia, quæ nihil aliud est quàm inordinatus amor propriæ excellentiæ, Vt dicit Aug. in libro de innocentia; Hæc superbia obcœcat homines quadrupliciter, secundum quatuor eius species. Primò per propriam reputationem. s. ppria uirtute habere bona spiritualia uel temporalia quę quis habet. Contra quos est illud Iacobi primo. Omne datum optimum & o. d. p. &c ¶Secundo excæcantur: suis meritis credentes habere bona quæ habent, contra quos est illud Pau. ad Titũ. 3. Non ex operibus Iustitiæ, quæ fecimus nos. sed ſm suam miam sal. nos fe. ¶Tertio excæcant illi hac infirmitate, qui se credunt magis uirtuosos, & alia bona habere q̃ habent. Hoc. n. est primũ cap. libri stultorũ, credere de se quod non est. ¶Quarto Excæcãtur illi qui iactãt se cum iniuria proximi, sicut fuit ille phariseus, qui Luc. 18. orabat in templo dicẽs, Gratias tibi ago domine, quia non sum sicut cæteri homines, raptores, adulteri, iniu

Ri, uelut etiã hic publicam⁹, &c. ¶ Tertio Excæcantur oculi corporales, per in sufflationem pulueris.in oculos, Et significat peccatũ uanæ gloriæ, Nam habẽs in oculis mentis, puluerem honorum, ambitionum, non potest uidere uiam ducentem ad regna cœlorũ, q̃ est uia humilitatis, Et ideo Dominus ait discipulis, excutite puluerẽ de pedib⁹ uestris, sicut autẽ cœcus credens ascẽdere, sępe cadit, ita uanagloriosus, Talis cœcus figuratur, per heli, sacerdotem. p. Reg.3. ubi dicitur. Caligauerũt oculi eius, nec poterat uidere lucernam domini, donec extingueretur. ¶ Quarto Excœcantur oculi fumo, qui multum contrariatur oculis, & significat peccatum irę. Iuxta illud ps 17. Ascendit fumus in ira eius, quia sicut fumus ascendit in altum. ita ira ad cor. Et sicut ait Cato. Ira impedit animum ne possit cernere uerũ, Et Goffred⁹ in poetria sua ait Ira genus flammæ, materq; furoris, ab ipso felle trahens ortum, cor & interiora uenenãt, Talis cœcus ab ira, figuratur, per Paulum qui persequebat̃ Christũ & fidem suam, & Christianos, Et figurat iracundum, furibũdum, & uindicatiuum, qui taliter excœcatur, q̄ non potest uti usu rationis, Ira. n. est appetitus uindictæ. secũdũ Ari.2. Retho. Cognoscitur aũt quando quis est cœcus ira tripliciter, Primo quando subtrahit loquelam, & habet odium contra aliquem, 2. notabiliter offendit, uel iniuriatur proximo, q̄ est ꝓprius effectus iræ. tertio Ratione mali desiderij, cum appetit illum puniri, qui non meruit, Ideo Cesari⁹ ait, suæ mentis lumen iracundus excœcat, ¶ Quinto excœcantur aliqui, ex nimia ad lumen uigilantia, ex qua oculi conturbantur, Et signat gulosos & nimiam sollicitudinem gulosi circa cibaria, Et hic cœcus figuratur per Sedechiam, quem excęcauit Nabuchodonosor, & incidit manus, & posuit sub mensa, ad stentare como uno cane, Sedechias interpretatur cibaria, & significat gulosum, cuius deus uenter est. Cõtra quos ẽ Ouid. 15. Metha. Parcite mortales dapibus temerare nephãdis. Et Innocẽti⁹ in lib. de uilitate cõditionis humanę dicit. Initiũ uitę hominis aqua & panis, nunc aũt non sufficiũt gulosis, arborũ fructus, non gña leguminum, nõ radices herbarũ, nõ pisces maris, nec bestiæ terræ, nec a-

nes cœli &c. ¶ Sexto, excœcãtur oculi, ex oculorum depressione, & significat auaritię depressioné, adeo enim oculos hominis auaritia deprimit, ut eos ad cœlum leuare non possit, hic cœcus figuratur p Tobiam, qui obcœcatus est ster core irundinum, & ista stercora sunt omnia bona mundi, & temporalia, excœcat enim animã fertilitas nimia, & crassitudo terrenę substantię, hęc auaritia nihil aliud est, nisi inordinatus amor pecuniæ, qđ intelligitur de omni re, quæ consistit, in pondere numero, & mensura, & est omnis, qui aut iniuste acquirit, aut nimis affectuose diuitias diligit, & est paratus potius peccare q̃ illas ammittere, aut est crudelis pauperibus, aut uiuit in miseria, cum sit diues, aut totum studium habet ad diuitias acquirendas, Hij sunt qui magis diligũt nummum, q̃ Deum & animam suam, ut dicit textus in cap. duo sunt. 12. q. 1. ¶ Septimo, inducens cœcitatem est humor calidus in oculos descẽdẽs, siue nimis calor ignis. & ideo in Ethiopia, multi pp calorem excœcantur, & pdũt uisum, & hoc significat calorẽ & humorem luxurię, & ignem libidinis, ac carnalis concupicentiæ, excœcantis animãm, Talis cœcus figuratur per Sansonem qui excœcatus fuit a philistęis, fraude unius mulieris meretricis Iudi. 16. Et figurat concubinarios, sodomitas incæstuosos, & philocaptos, qui omnes sunt excœcati, q̃a ut dicit Ouid. Quid deceat non uidet ullus amor, Et dicitur cœca luxuria, quia tam Iuuenes, q̃ senes, mares & fœminas maritatas, & viduas, excœcat, O fetenti luxuriosi, chi ui ha cauato gli occhi? &c.

¶ Ottauo, Inducẽs cœcitatẽ, est organi deuastatio, ut cum eruitur, uel aliquo alio modo uastatur, & signat inuidiosos, & odiosos contra proximum. Talis cœcus est figuratus, per illum cœcum, cui arbores uidebantur homines, Matt. 8. Et sic inuidus uidens proximum esse magis se uirtuosum inuidet, uel habentem aliquem defectum minimum facit maximum. O infelix anima inuidia cœca, quæ est uenenum charitatis, ostiũ iniquitatis, putredo omnis sanitatis. ¶ Nono, Inducens cœcitatẽ, est longa in tenebris habitatio, quia ut ait philoso. opus naturæ est opus intelligentiæ, & ideo natura non mittit uirtutem suã ad membrum quod non ope-

ratur

ratur sed ad illud quod operatur, secundum eundem philosophũ in libro de sensu & sensato, Et hoc signat accidiosũ, uel ociosum, nihil boni operãtem, qui figuratur per illum cœcũ. qui sedebãt in uia Luc. 18. Accidia. n. & ociũ sunt sentina omnium malorum, quia in malis desideriis est omnis ociosus. c. nisi cum pridem. extra de renuntiantibus, item accidiosus placet multũ dialobo. Sicut. n. sus plus delectatur in luto, q̃ in fonte sereno, sic dialobus delectaẽ quiescere, in ocioso & accidioso. Item nocet sibi ipsi, Sicut ferrum rubiginatum quod. per seipsũ consumitur, Habes ergo moraliter, quomodo similitudinarie causeẽ cœcitas, in oculis corporalibus; ita & in spiritualibus. s. animæ Et habes 2. principale.

IN tertia parte, principali &c. Tunc accedens regina cœco ait, noli timere. Ecce medicus, Tunc cœcus interrogare incepit quis nã esset? Dixerunt ei, ꝙ erat Iesus Nazarenus Rex iudeorum, mũdi redemptor, filius magni dei, cuius nomen omnipotẽs, qui tot mirabilia egit in terra Egypti, sapientia patris æterni, nec principium nec finem habens, De quo omnes Theo. & sapientes scripserunt, ille est qui de illa sanctissima uirgine natus est, legislator, Christus noster qui omnia attrahet ad seipsum, cum exaltatus fuerit in cruce. s. omnes uirtututes, omnia uicia, & demonis potestatem amputabit. Tunc cœcus cepit clamare. Iesu fili Dauid miserere mei &c. O Iesu bone. compatere meæ infirmitati, O Iesu fili uirginis, noli me derelinquere, respice quo modo prostratus sum in terra, infangato, ex me ipso surgere nõ possũ resurgere. O Iesu fili Dauid, recordaẽ ꝙ sis saluator mũdi, Et illi icrepabant eum ut taceret, Tunc regina dixit, clama clama, noli tacere, noli cessare, quia uirt⁹, tuaꝗ sanitas de illo exibit, ipse sanat omnes, Ideo querunt eũ omnes tangere, At ille magis clamabat, O Iesu fili Dauid miserere mei. Tu es lux mundi, qui illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum. Illumina intellectũ meũ, o uerbum incarnatum, tu omnes sanas languores, o sapientia increata, o fons uitæ, extingue, sitim, famem, concupiscẽtiæ meæ. O noticia genita, tu es ille panis Angelicus, qui se

lum uenisti per lo cieco peccatore, compatere mihi & sana me ipsum. Stans autem Iesus ait, quid tibi uis faciā? Ego te creaui, ex quo tu nō eras, ego feci te creaturam rationalem, intellectum & uoluntatem dādo, ut me intelligeres, ut frui ualeres, & finaliter esses beat⁹, postea posui te in paradiso deliciarum in coelo Empireo, in consortio angelorum, cum anima & corpore, te dotaui di q̄l bello dono supnaturale della Iustitia originale, mediāte la quale &c. Postea tu peccasti, & ut te redimerem sum incarnatus, ut scribunt Theo. in 3. sen. & ut scribunt prophe. Sibillæ, & omnes animæ iustæ. quid tibi uis ulteruis ut faciā? quid facere debui, quod non fecerim? Pro te Egyptū flagellaui, Pharaonem & exercitum eius submersi, Paui te in deserto annis. 30. manna. Quid uis ut ultra faciā? Pete, q̄a presto sum, ait ille, Ah signor ut uideam, non signorie, non diuitie, non oro, non argento, nō possessioni, sed ut uideam, nō pompe, non prelationi, non officii, non dignita, sed ut uideam meam ingratitudinem, meam damnationem. Domine ut uideam tot gratias, tot dona, tot priuilegia, spiritualia, & corporalia; quæ mihi dedisti, Domine ut uideā flagella, sputa, uulnera, opprobria, alapas quę pro me sustinuisti, ut uideam delicta mea. peccata mea, iniquitatē meam, Domine ut uideam quid facere debeam pro te, & etiam pati, & finaliter, ut uideam te in gloria, cum illa diuina essentia, con quello obietto beatifico, quietatiuo del mio itelletto. Tunc Iesus ait cęco, Respice, fides tua te saluum fecit, Extingue igitur sitim tuam, cū meo sanguine, extingue famem, corpus meum gustando, Respice sanguinem meum preciosum effusum per quinq; partes corporis mei i maxima copia, respice totum corpus flagellatum, per clauos & lanceā per coronam, per crucem, per absintium, Respice me, quia a planta pedis usq; ad uerticem capitis non est in me sanitas, non per altro, ut te illuminarem, satiarem, liberarem dal inimico, Et ultimamente, per darte in questo mondo il lume de la gratia mia, & nel altro il lume dela gloria Amen.

## FERIA IIII. CINERVM.

De facie hominis lauanda.

FAciem tuã laua. Mat. 6. Gabaonite audita strage, quã fecerant Iosue & popul⁹ Israel de duabus ciuitatibus, timore perterriti, sub fraude & dolo, miserunt nuntios ad Iosue indumẽtis ueteribus coopertos, saccos ueteres habentes, calciamẽta antiqua & fracta & panes durissimos & in frustra, quasi ex antiquitate fractos, hij nanq̃ simulantes p supradicta a longinquis partibus missos, dixerunt Iosue, & populo. De longinqua regione uenimus compone pactũ nobiscum: ne occidatis nos, nec faciatis quicq̃ mali. Nos uero amici uestri erimus: & interrogati, an habitarẽt in terris quas dominus daturus populo suo spoponderat. Respõderunt mẽtientes quod nõ: & tunc Iosue & populus: non cõsulentes dominum, pacti sunt cum illis. Sed dũ per tres dies ambulassent filij Israel. inuenerunt eos habitare in terris: ois promissis a dño; ac fuisse mentitos super omnia promissa: & sic uolẽtibus eos occidere filijs Israel, prohibuit Iosue: sed condemnauit eos isto modo, ut habitantes in medio filiorum Israel: portarent aquã necessariam, tam ad lauandũ, quam ad bibẽdum, omni multitudini, & cederẽt ligna, & humeris portarent, quibus tota multitudo indigeret: Iosue. 9. quæ figura declarabitur in fine sermonis, faciem tuam laua. Matt. 6.

¶ In præsenti Euangelio uidebimus tria.

¶ Primo, quomodo accipiatur facies.

¶ Secundo qualiter maculet.

¶ Tertio qũo lauanda sit. Et primo est sciẽdum q̃ facies multipliciter dicit. Primo facies dei. Secundo facies diaboli. Tertio facies hominis. Loquendo de facie Dei multifarie accipitur in sacra scriptura. ¶ Quandoq̃ pro consideratione ut in ps 137. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? q.d. nullus a tua cognitione ascondere se poterit: unde primi parentes post peccatum arbitrati sunt se abscondere a facie domini. Gene. 3. abscondit se Adam & uxor eius a facie domini. ¶ Quãdoq̃ pro dulcedine contemplationis.

Iob.14. Cur faciem tuā abscondis & arbitraris me inimicum tuum? ¶Qñq; sumitur pro uita beata.1.cor.13. uidemus nūc per speculum in enigmate: tūc facie ad faciem. ¶Quandoque pro benignitate Dei.p̄s.103. Auertente te faciem tuam turbabuntur. ¶Quandoq; pro diuinitate. p̄s.79. oñde faciē tuā & salui erim⁹, hāc uidere Moyses desiderabat quando dicebat. Exo.33. Ostēde mihi faciē tuā. &c. ¶Secūda facies est diaboli Iohel.2. a facie eius.i. diaboli cruciabūtur populi.i. peccatores. ¶Tertia facies dicit̃ humana & hęc ē duplex.s. corporalis, & spiritualis: prima est pars anterior capitis: de qua Esaiæ loquitur.d.50.c. faciem meam non auerti ab increpātibus, & conspuētibus in me. secunda est conscientia ut habetur Matt.6. faciem tuam laua.i. conscientiam: quæ sic describitur, conscientia est quoddā dictamē rationis, ad opus fugiendum uel cōsequendū, uel est facies animæ qua unusquisq; siue bonus siue malus discernitur: uel quædam concludens scientia eorum quæ intelliguntur.

¶Sed ad maiorē declarationem nota tres terminos uidelicet sinderesim, rationem: & conscientiam, sinderesis nihil aliud est nisi habitus principiorum, qui est semper rectus & in intellectu & nūquam in uolūtate, ut declarat doctor sub.d.49.2.q.1. sed Aug. in lib. de baptismo paruulorum.d. sinderesis est lumen innatum animę concreatum quo dirigimur ad faciendum ea quæ pertinent ad uitationem culpe, & pene, & adeptionem gloriæ cuius officium est a pecca to retrahere, murmurando contra peccatum, & hoc ostē siue ut.d. Scot. quia ibi nulla est deliberatio cum sit tantum cognitio principiorum (ut dictum est.)

¶Ratio siue portio secūdum Sco.in.2. nihil aliud ē nisi anima, siue intellectus & uoluntas quando respiciunt tātum diuina in se, & hoc stricte. sed large quando respiciunt temporalia & creata in ordine ad Deum, & regulas diuinas: conscientia nihil aliud est nisi quidam habitus intellectus pratici secundum Scot. conclusiuus eorum quæ præmittuntur a sinderesi & ratione siue portione. Dicit enim franc. maro. ser.2. ꝙ in aīa sit quidā sillogismus: cuius maiorē præmittit sinderesis.v3. bonū est faciēdū, & malum uitandū,

&nihil aliud facit, ratio assumit minorem.d. diligere Deũ propter se, obedire, & seruire illi, est bonum, facere elemosinam, ieiunare & similia facere est bonum, conscientia concludit faciens conclusionem &.d. ergo Deus est diligendus propter se, & ei seruiendum, & obediendum & elemosina, & ieiunium, & oratio &c. de hoc datur tale exemplum: est quædam turris ĩ medio ciuitatis, in cuius summitate manet q. dam, cuius officium est clamare die noctũq;, boni tantum & amici regis debent ciuitatem ingredi: mali uero & regis rebelles non. Est alius parum infra, qui discernit inter bonos & malos rebelles ⁊ non rebelles regis, & tertius parũ infra concludit: ergo isti qui sunt boni & non rebelles ingrediãtur, mali uero & rebelles nõ. ¶ Ad propositũ ista ciuitas ẽ anima nostra, iuxta: illud ps. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. In medio animæ nostræ est turris inexpugnabilis, quę ẽ liberum arbitriũ, qđ qđẽ nec mund⁹, nec cœlũ, nec diabolus, nec ipse Deus de potẽtia ordinata põt expugnar, nec ad bonum, nec ad malum inclinare, Regina huius ciuitatis ẽ uolũtas. In ista turri sunt tres custodientes ciuitatẽ die ac nocte clamantes: primus est Sinderesis, quæ dicit tantũ bonum est faciendum & malum uitandum: secundus est ratio quæ discernit inter bonum & malum, uidelicet, amare Deum est bonũ, blasfemare est malum: tertius est conscientia quæ concludit, ergo bonum est faciendum & malum euitandum. Omnia ista ostenduntur uoluntati, quæ cum sit regina in toto regno animę, secundũ Ansel. de cõceptu uirginali & Sco. in. 2. d. 42. & ĩ. 4. d. 49. ad eã ptinet ut porte huius ciuitatis. i. quinq; sensus aperiantur, uel claudãtur: ideo & bonum & malum, totum attribuitur uolũtati, propter ipsius libertatem & potestatem, & si ipsa intromittit inimicos regis est causa ruinæ huius miserrime ciuitatis; qñ adunque questi guardiani grĩdano, che le cose male sono inimici d'Iddio, & la uoluntã gli apre la porta del uiso, dilettandosi in quelle, è causa della ruina di q̃sta misera città dell'anima: practica de omnibus sensibus, & sic secundum ps. 4. Signatum est super nos lumẽ uultus tui domine: posuit. n. sapientia illa diuina luminaria hæc in anima nostra: qui-

bus possumus dirigere, & regulare aīam nrā3 circa amorē & dilectionē creatoris, & creaturæ, & si uoluntas eligit aliquid cōtra dei uolūtatē, hoc est ex ꝓpria malitia, audistis ergo, quid intelligatur per faciem & quotuplex est facies. Modo declarandum est quotuplex est conscientia.

¶ Multiplex est conscientia quædam bona & non trāquilla, & est eorum qui ad uiam pœnitentiæ conuersi, & in gratia constituti die noctuꝗ omnes annos uitæ recogitare nō desinūt, ſm illud Esa.38. recogitabo tibi, etc. de qua consciētia habetur Prouerb.12. quasi gladio pungit conscientiæ, & Eccle.13. bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, & ad Rom.2. testimonium reddente illis conscientia eorum, & ad Ro.9. testimonium mihi perhibente conscīa mea in spiritu santo.

¶ Secunda, est tranquilla & non bona, & est eorum qui absque Dei timore peccant & dicunt. Deus non requiret ista de qua habetur ad Titum primo, coinquinatæ sunt eorū mens & conscientia, & 1. Corint.10. conscientiam dico nō tuam sed alterius.

¶ Tertia est nec bona, nec trāquilla, & est eorum qui in peccatis obstinati desperātur de diuina misericordia, & uitam miserabilem finiūt, de qua habetur.1. ad Timo.4. loquentiū mendacium & cauteriatā habentium conscientiam suam, & 1. Co.10. ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?

¶ Quarta est tranquilla & bona, & est eorum qui carnē spiritui subdiderūt: sicut Paulus quando dicebat castigo corpus meū & in seruitutē re. &c. de qua habetur.2. Cor.4. commendātes nosmetipsos ad omnem consciētiam hominum. & Actu.24. studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ista ultima est perfecta conscientia, & dicitur uera facies spiritualis hominis. de qua facie potest dici illud Hester.15. facies tua plena est gratiarum.

SECVNDO, uidendum est quō maculetur ista facies, reperitur ex textu Euagel.1. maculari simulatione in actibus pniæ, unde dicit nolite fieri sicut hypocrite tristes: unde hypocrita græce, latine dicit simulator, ut dicit Isid. i li.10. Ethimo. o periculosum genus

nā, tripliciter hypocrita transformatur, primo ueste, secundo loquutiōe, tertio facie, primo in ueste sordida & uili & humili, ut Augu. in quodā ser. ait, latet plerunq; sub tristi habitu lasciuia, & deformis horror uili ueste tegitur animorum, de quibus saluator nos reddit attētos. Mat. 7. d. attēdite a falsis prophetis, qui ue. ad uos in uest. o. intrinſ. &c. Sed o bone Iesu quō debemus attēdere? sequitur a fructibus eorum cognoscetis eos: secūdo loquutione, honeste loquendo, inhonesta aūt operando, sicut pharisęi qui sub honestate uerborum, Christum conabantur decipere, Matth. 22. qd me tētatis hypocrite? tertio ī facie exterminādo, & dimissa facie īcedēdo, de quibus xp̄s dicit Mat. 23. ueh uobis hypocrite q̄ similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparēt hominibus speciosa: intus uero &c. de ista facie taliter maculata, dr̄ tren. primo, ducti sunt in captiuitatem, ante faciem tribulantis: secundo pōt maculari cōmessatione: ideo hortatur ad ieiunium. d. cum ieiunatis nolite fie. &c. de tali uitio ait Innocētius, de miseria humana quid turpius guloso & ebrioso? cui fœtor in ore: tremor ī corpore, p̄romit stulta, p̄ijcit occulta, cui mēs alienat̄, facies trāsformat̄, prio dicit fœtor in ore p̄s. 5. sepulchrū patēs ē guttur eorū: scdo dicit tremor ī corpore: ait. n. Seneca ad Lucillum. Epistola 24. Epule cruditatem generāt & debilitatem neruorum, ac corporum tremorem: tertio dicit stulta p̄mit p̄s. 140. quorum os loquutū est uanitatē: quarto dicit, cui mens aliena tur Hiero. in lib. contra Ioui. sententia Galeni fuit, animas nimio sanguine & adipe iuolutas nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus & sensu cogitare, dicit etiam facies transformatur, de qua facie deformi habetur treno. 4. denigrata est facies tua super carbones, & q̄a gula cito transit ad luxuriam, secūdum Hiero. uenter mero estuans cito spumat in libidinem: iō maculatur ista facies, luxuria, poteris praticare qualiter multi sunt qui maculant istam faciē fornicatione, adulterio, sodomia, &c. Vnde Almanasar sapientissimus tractatu. 4. c. 17. ait coitus multus, & frequens neruis magnum infert nocumentum, oculos fortiter lædit, ⁊ corporis uires destruit: corpus corrūpit, et debilitat,

membra ad senium cito deducit: iõ saluator nr̄, ad hui⁹ modi & gulæ, & luxuriæ, refrenāda uitia, hortatur ad ieiuniū (ut dixi) de qua facie. Nau.3. pudenda tua in facie tua.

¶ Maculatur etiam ista facies auaritia: ideo saluator execrās talem maculam dicit: nolite thesaurizare uo. te. in terra: q̄ ab Alexādro de Ales.2. par. su. in tracta. de auar. ait auaritia est inordinatus appetitus pecuniæ: pecunia aut̄ f̄m Aug. in lib. de libe. ar. accipitur large pro omni eo qđ hoïes possidēt. Sed ipse Aug. gn̄al̄r diffinit d. auaritia est inordinatus amor habēdi aliqd. ex qua diffinitione innuitur ꝙ quis potest res temporales appetere sine auaritiæ pc̄tō: qn̄ ordinate appetit maxime necessaria: iõ Prouer.30. dicit Salo. paupertates & diuitias ne dederis mihi, sed tm̄ uictui meo tribue necessaria: quinꝙ. n. modis dicitur quis auarus.

¶Primo si iniuste acqrit. Abachuc.2. ueh hijs qui cōgregāt non sua.

¶Secūdo, si nimis affectuose diuitias diligit: paratus peccare anteq̄ illas amittere: unde saluator Matt.6. non potestis Deo seruire & mammone.

¶Tertio, si est crudelis pauperibus. 1. Ioan.3. qui uiderit fratrem suum necessitatem hr̄e & clauserit ab eo uiscera mīe, quo mō charitas Dei manet in illo? q. d. nōn manet.

¶Quarto, si uiuit ĩ miseria cū sit diues. Eccl.5. auarus nunꝙ implebitur pecunia, ad quod facit illđ quod legitur in fabulis poetarū. s. quod Mida rex petijt ab Apolline Deo suo, ut quicquid tāgeret fieret aurū. quo concesso: cum cibum uel potum manibus tangebat aurū fiebat & sic famæ mortuus est: quo datur intelligi ꝙ auarus semper appetit diuitias, quæ tn̄ sunt causæ mortis suæ spiritualis.

¶Quinto dicitur auarus si diues exn̄s ualde, totum tn̄ studium suum habet ad diuitias, & ędificat ubi per momētum est permansurus, & non in cęlo ubi in æternū: si benefecerit est regnaturus, & de hijs tā tam curam habet ꝙ de preciositate animæ suæ non curat: ideo Matt.16. quid. n. prodest homini, si uniuersum mūdū. &c. iõ Petrarcha. O cechi il tanto affaticar che giouа: Tutti torniamo alla gran madre antica. Et appena il nome nostro si ritroua. Et Paul⁹ ad Ephe.5. oĩs auarus non habet hereditatē in regno xp̄i & deĩ.

cōtra istā auaritiā loquit xps. d.noli.the.&c. & de ista facie taliter maculata hr̄ Abac.1.facies eorū quasi uētus urēs. Et licet multipliciter ēt maculari posśit istā facies puta ira, q̄ diffinitur ab Arist.2.Reth. sic ira est appetit⁹ uindictę, & tripliciter pōt qs iniuste hr̄e irā, cū hēt odiū aduersus aliquē, ⁊ subtrahit loquelā unᷓ Matth.6. oīs q irascit fratri suo reus erit iudicio, scd̄o cū notabil'r offendit & iniuriaṫ proximo ex ira, Pro.29. uir iracūdus ꝓuocat rixas: tertio cū appetit illū puniri, licet n̄ mereaṫ: cōtra tales dr̄ Ecc.28. qui uidicari uult a dn̄o, inueniat uindictā, pōt ēt maculari iuidia, quę est ꝑm Dam.in.2. tristitia de alienis bonis & letitia de malis, et ēt accidia quę a.S. Bernardo ita declaraṫ accidia est quidā animi languor, quo legere non libet, orare nō delectat, meditationes sollicite nō sentiunṫ: tn̄ dicit redēptor nr̄ istā maculā reduci ad tria uitia principalia. v3. ad supbiā, ut in hypocritis qui supbiunt in propria reputatione. 1. credētes inquinari ex malorū cōsortio. 2. ꝑferētes statū suū alijs. 3. uolētes sequi in pœnitentijs uoluntatē propriam. 4. gloriātes de diuitiis dignitate, nobilitate, generositate seculi. Et ad gulam q̄ ut dicit Hiero. cito spumat in libidinē, & ad auaritiam, & ista sunt tria uitia principalia, q̄ maculāt aīam, ut hr̄. 1. Ioan. 2. oē qd est in mundo aut est cōcupiscētia carnis, aut cōcupiscētia oculorū aut superbia uitę. primū uitiū detestaṫ saluator. d. nolite fieri sict hypo. &c. scd̄m, qn̄ dicit cū ieiunatis, tertiū, cū subseqṫ nolite the. &c. Et appet qual'r ista facies deformeṫ & maculeṫ, i superbis potest dici illud Nau. 2. facies oīu3 sicut nigredo olle.

Tertio uiso qual'r facies cōsciæ deformeṫ & maculetur: nūc uidendū est qūo laueṫ ꝑm illud saluatoris faciē tuā laua. & dēm⁹ scire ꝙ triplex aq̄. s. pnię reperiṫ q̄ lauāda ē facies cōsciæ. 1. ē gn̄alis. 2. ꝑticularis. 3. singularis, de pría hr̄ de pnía. d. 4. & in. 4. sent. d. 17. & sic declaraṫ pnia est uirt⁹ a Deo nobis infusa, qua cōmissa mala plāgim⁹ cū emēdationis ꝓposito, ipsi deo nos recōcilians. ¶ Primo dicit uirtus a deo, nā a nobis uirtutē pnię hr̄e nō possum⁹ sed ipa3 a deo īfūdēte benignitate sua obtinem⁹ ⁊ hoc cōe ē ꝟtuti īfusę. unᷓ Aug. uirtutē theo.i cōi dis

finiēs, ait uirtus est bona qualitas mētis qua recte uiuitur, qua nullus male utit, quā de⁹ in nobis sine nobis opat, hæc ille, pnia ergo cū sit qdā uirt⁹ a deo, nō nra industria ipa3 acqrim⁹, sed de⁹ sua benignitate cuicūq; uoluerit infundit, ad Ro.9. nō uolētis neq; currētis: sed miserētis est dei. Et ad Phi li.2. deus est.n. qui opat in nobis & uelle, & pficere p bona uolūtate. Et.2. Cor.3. nō q suf ficietes sim⁹ cogitar aliqd a nobis quasi ex nobis, sed sufficiē tia nra ex deo est hoc cognoscēs Hiere.31. dicebat in psona pctōris, couerte me dñe, & cōuertar, quia tu dñe deus meus postquam conuertisti me egi pecuniam.

¶ Scdo dicit nobis infusa.i. p grām gratū facientē, sine qua nulla pnia ē uera, nec deo grata, sine qua nullus dolor de pctis est utilis, p nos.n. in peccata dilabi possumus, & demereri, sed nō possum⁹ a pctis desistere, & resurgere, & op⁹ meritoriū agere, sine diuina grā, q est forma aiam uiuificās & pficiēs, de qua inqt Apls.1. Cor. 15. grā aūt dei sum, id qd sum, & Aug. in Enchi. ait, ad bñ agēdū no bñ erit hoi, abdito & uēdito p pcm, nisi eū p suā grām, redimat ille q dicit si fili⁹ uos liberauerit uere liberi eritis hæc ille.

¶ Tertio, sequitur qua commissa mala plāgimus, cū emendationis pposito, cū.n. dr cōmissa mala, de malis cōmissis, & actualibus intelligēdū est. quia de pctō originali ppriæ loquēdo, nō pōt esse pnia. Nā ipsa cōtritio & pnia sm doct. theo i.4.d.17. respicit ea quæ a nobis uolūtariç cōmissa sunt: originale aūt pctm, non est ex propria nra uolūtate introductū, sed ex uitiata origine contractū: bene de eo: pōt esse dolor & displicentia, sicut de oi alio defectu, sed nō est pprie pnia: uñ pnia in duob⁹ materialr cōsistit.s. in dolore pteritorū pcōrū, & i pposito cauēdi a futuris. nihil.n. prodesset de trāsactis dolere, nisi futura euitarēt, q pp Aug. i sol. & de pnia d.3.c. inanis, est pnia quam sequēs culpa coinqnat, qa uulne⁹ iteratū sanat tardi⁹ frequēter peccās, & lugēs, ueniā uix merebit, nihil psunt lamēta: si replicant pctā, nihil ualet ueniā de malis poscere, & mala denuo iterar, hæc ille, & de pnia d.3.c. ille, pnia3 digne agit qui sic preterita mala deplorat ut futura iterū nō cōmittat. Nā q plāgit pcm, & iterū admittit pcm quasi q lauat laterē cru-

dũ quem quãto magis abluit, tãto magis lutũ facit, hęc ille. Et de penitentia.d.3.c. Irrisor. est non penitens qui adhuc agit qd penitet. Et Grego. de pnía.d.3. penitentiam quippe digne agere non possumus.nisi,modũ quoq; pnię cognoscamus. penitentiam quippe agere. est. & preterita mala plãgere,'& plangenda non perpetrare. Nã qui sic alia deplorat. ut iterum alia committat,adhuc pníam agere, aut ignorat,aut dissimilat, quid. n. prodest si peccata luxurie quis defleat.& tamen adhuc auaritie estibus anhelat:hæc ille.

¶Quarto dicitur deo reconciliãs,finis.n.pnię ẽst deũ offẽsum reconciliare.&uitam eternam adipisci.unde dicit.Matt. 3.& 4.penitentiam agite.appropinquabit.n. regnum celorũ hec est uera oblatio,celestẽ patrem reconcilians.& placans. ista igit[illegible]ẽ aqua pnię generalis de qua habetur hierem. 4. laua a malitia cor tuum.& ps. 6. lauabo per singulas noctes lectum meum.& ps.50. amplius laua me ab iniquitate mea, & ibidem lauabis me & super niuem dealbabor. & Esai.primo Lauamini mũdi estote. Et Ezechielis.15.laui te aqua,& emundaberis.

¶Particularis autem aqua pęnitentiæ, ponitur a Hiere. 6. quando dicit filia populi mei induere cilitio.& conspergere cinere. luctum unigeniti fac tibi plãctum amarum. popul⁹ dei est populus Christianus. filia ergo huius populi est anima, quam dominus ad tria hortatur,ut possit bene lauare faciẽ.1.conscientiam,primo ad durę pęnitẽtiæ assumptionem.cum dicitur Induere cilitio.2.ad ieuitabilis mortis meditationẽ,cũ dicit cõspergere cinere. tertio ad peccatorum suorum maximum dolorem. quando dicit fac tibi planctum amarum.

¶Primo induere cilitio. Cilitium est indumẽtum durum et asperum,de pilis camelorũ cõtextum, per quod pęnitentia aspera denotatur.quæ quidem melius curat peccatum q̃ leuis pęnitentia. Sicut dicit Criso. per tria exempla super Matt.

¶Primum est. quia medicina aspera melius curat malos hu mores.q̃ leuis.

¶Secundum est,ꝙ malas herbas melius eradicat rastrũ ferreum q̃ ligneum.

¶Tertiũ,quia malos nodos lapitũ,meli⁹ prescindit malle⁹ ferreus,q̃ plumbeus.Peccator

enim tria incommoda patiť.

¶Primum est quia est plenus corruptis moribus uitiorum ps. 13. corrupti sunt. & abhominabiles facti sũt in iniquitatib⁹. ideo indiget medicina. i. pęnitentia amara. Esai. 37. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. amaritudo pęnitentię ẽ causa pacis ĩ cõsciẽtia. ⁊ debet esse amara, amarior, & amarissima. amara qa pactũ qd in baptismo cũ deo fecerat & abrenũciauerat diabolo, & mũdo, & oĩbus põpis ei⁹, cõfregit: amarior qa timore dei postposito pmulta crimina discurrit. amarissima quia deum & ei⁹ gratiã perdidit. unde Hiere. 2. scito quia malum & amarum est reliquisse te deum tuum. Ecce quia peccator deum perdidit (& non est timor dei apud te) Ecce qd ei⁹ timorem postposuit (a seculo confregisti iugũ meum. rupisti uincula mea, Ecce quia pactum baptismalem fregit.

¶Secundum incõmodum est quia peccator habet multas radices malarum concupiscẽtiarum quæ quidem extirpande sunt rastro ferreo. i. duro ieiunio. Vnde ad colo. 3. mortificate membra uestra quæ sunt super terram nisi. n. male herbe radicitus extirpentur cito germinant malos fructus. sunt enim aliqui qui malas herbas eradicant quantum ad folia. & adhuc renascuntur, tales sunt qui peccata quantum ad exteriora opera quandoq; relinquunt. consensum tamen non auferunt. & ideo inuenta oportunitate ad peccata redeunt. Alii partem radicis frãgunt & aliam partẽ relinquũt, tales sunt qui consensum auferunt. Sed tamẽ malas cogitationes patiuntur. qui sepe in peccata relabuntur. Alij sunt qui radices herbarum fundit⁹ extirpant. & isti sunt qui malas cogitationes e corde suo eradicant. & ideo ulteri⁹ germinare non possunt.

¶Tertium incommodum. qa peccator penitens alligatus ẽ adhuc nodis. & nexibus peccatorum, quidam habent istos nexus. factos de stipula, Alij de feno. alii de ligno. istos autem nexus, & nodos melius frangit malle⁹ ferre⁹. i. pænitẽtia dura q̃ leuis. ut ait Aug. maiorẽ q̃sq; in se, seueritatẽ debet exercere ut a se iudicatus minus iudicetur a deo.

¶Secundo hortatur animam ad mortis meditationem cũ dicitur conspergere cinere. Sicut hodie etiam in capitibus cinere aspergimur & dicitur

nobis.memento quia cinis es ⁊ in cinerē reuerteris. Homo quidem de cinere est format⁹ & cinereum portat corpus & in cinerem redigendus est.unde Gen.3.reuerteris in terrā de q̄ sumptus es,Ecce.qa de terra factus es.(quia puluis es)Eccę quia cinereum portas corpus (& in puluerem reuerteris)Ecce quia in poluerē. uel cinerē redigendus es.Ideo dicit hier. 22.terra.terra.terra. audi uerbum domini.i.tu homo q uenis de terra,&portas terram:& uadis ad terram.audi uerbum domini.quod tibi hodie dicit dominus per Ecclesiam suam. Memēto quia cinis es. & in cinerem reuerteris.

¶ Vtile est autem habere memoriam huius cineris triplici de causa. i.qa sicut cinis terram fecundat. Sic memoria mortis ad bene operandum solicitat ut ait. Grego. ualde .n.se solicitat in bono opere q semper cogitat de extremo fine. Secunda quia cinis ignē conseruat & maxime si est calidus quia frigidus cinis ignē extinguit.Sic memoria mortis cordi feruēter impressa,gratiā spirit⁹ sācti cōseruat.Tertia qa cinis maculas lauat sic memoria mortis lauat omnes maculas peccorum. unde Eccele.7 memorare nouissima tua & in æternum non peccabis.lauat maculas superbie. Eccle. 10.quid superbis terra & cinis & Grego. nihil sic ad domanda carnis desideria ualet quâm unusqsq; quod hic diligit quale sit futurū.post mortē pēset, lauat maculas auaritie. ideo ī fine nihil secum portabit. unde Iob.nudus egressus sum de utero matris mee nudus illuc reuertar Iob.primo.

¶ Tertio hortat ad peccatorū dolorem.cum dicitur luctum unigeniti fac tibi planctum amarū.planctus penitentis triplici planctui assimilatur. primo planctui matris unigenitū plāgetis qui dolorosior est inter omnes planctus omnium animalium rationabilium. & est planctus draconis dolorosior inter omnia irrationabilia,& planctus structionis. de quibus Michee. 2. faciam plāctum uelut draconum, & luctum quasi structionum. peccator tria bona perdidit primum animam suam ideo debet plāgere ad instar mulieris unigenitum plangentis,quia anima nostra unigenita est.i. una est,Tertium bonum quia peccator pdidit caput suum.i. Christum ideo debet plangere ad instar draconis.q custo-

dit caput. & corp⁹ exponit pe riculo, dicitur. n. ꝙ elephans inueniens draconem. in femitis caput eius cum planta con terit, & draco maximum plan ctum facit. fic etiam diabolus in nobis occidit caput quādo nos ad peccatum trahit. ideo debemus plangere & dolere.

¶Tertium bonum perdit om nia fua merita, ideo debet plā gere adiftar ftructionis, q oua fua in puluere calido dimittēs ut foueantur, fed rediens & a beftijs ea cōculcata reperiēs, magnum ululatum facit, oua noftra funt merita noftra q̄ tunc demones cōculcant, quā do ad animam ꝑ confenfum intrant, ideo peccator debet plāgere & dicere cum prophe ta, miferere mei deus quoniā conculcauit me homo. habes ergo modum lauandi faciem multipharie.

¶Nunc autem ad declaratio nē figure, Gaboanite interpre tanť ualles mœftitie, & fignifi cāt corporis fenfus, in quos la buntur omnia feda mundi, q ꝑ cōfenfum labuntur ad uallē peccati, & ad interitum laci in fernalis. hij ergo uidentes Io fue & populum Ifrael. i. fpiritū. & uirtutem eius ftragem face re de fuggeftionibus, & ten tationibus mundi, & diaboli, timent hoc idem fieri de ipfis per mortificationem, & affli ctionem pœnitentiæ, & fimu lāt procul habitare a delecta tione uite pn̄tis promittunt .n. habitare procul ab anima nec impedire populum uirtu tum ab ingreffu terre promif fionis eterne uite, Et hoc fub dolo & fraude. Confulendum eft fecundum illud Apoftoli, fi fecūdum carnem uixeritis mo riemini, Sed poft tertiam diē fpiritus inuenit Gaboanitas. i. corporales fenfus, poft contri tionem, confefsionem, & fatif factionem, oppofitos ad inter cidendam uiam ad patriam, fe cundum illud Apoftoli, uideo aliam legem. &c. tunc fit cla mor filiorum Ifrael, ut moriā tur ifti proditores, per mortifi cationem, tunc Iofue. i. fpirit⁹ profert fententiam, ut oculi producant lachrimas necefla rias ad lauanda peccata. & q̄d membra corporis portent li gnum crucis, ad accendendū ignem charitatis in unoquoq; opere, & nifi taliter mortificē tur, anima non poterit per cō templationem intrare in ter ram promifsionis, & fic habes figuram & pratica.

¶ Aqua fingularis habetur Ioelis. 2. & in hodierna Epi ftola. & dicit primo Hęc dicit

dominus quasi.d.dominus celi qui cuncta potest.Dominus totius orbis qui cuncta scit. dominus dominorum. qui cũcta fecit. Secundo.

¶Canite tuba.i.uoce magna annuntiate bonam pacem.nõ priuate. sed publice ut nullus posſit se excusare quare uoce magna: hec tuba est uox dei in corde.uel uox predicatoris hec tuba.est uox sacre scripture,patriarcharũ, prophetarũ, d.pœnitẽtia.pœnitentia, hec tuba est benignitas dei expectantis ad penitentiam.

¶Tertio dicit In Syon.frustra esset hec pax. nisi esset in syõ. i.in anima. o quanti habent pacem corporis. sed non anime.foris.non.intra:non quærit deus exteriorem, sed interiorem,quia non est cum impiis:o quanti habẽt pacem cũ mundo,sed non cum deo.

¶Quarto uocate cetum.i.omnes.quia deus uult omnes saluos fieri,Ecce maxima liberalitas. nullum spernit. omnes querit.quantum in se est,uult pacem cum omnibus habere. tantum cor nostrum pateat, omnibus uult dare bonitatem suam.

¶Quinto congregate paruulos.i.habentes peccatum cordis,quia de corde exeunt &c.

¶Sexto sugentes ubera.i.habẽtes peccatum oris. s. blasfemi. detractores.&c.

¶Septimo coadunate senes.i. in ueteratos in peccatis opis. assuetos malis.per multum tẽpus.consuetudo mali est insanabile uũlnus q.d.deus. omnibus uolo parcere. ueniam dare.nulli repulsam dabo. si ad me conuertatur.

¶Octauo Egrediatur sponsus de cubili suo.& spõsa de thalamo suo.q.d.hij sunt dies pœnitentiæ.mestitie. purgationis, nõ licet uacare delectatiõib⁹. carnis,uanitatibus.põpis,& si consulit sponsis q possunt sine peccato,quid de adulteris.cõcubinis.sodomitis? &c. heu. cessate a carnalibus desiderijs q̃ militãt aduersus. animã. ¶Nono Cõuertimini ad me.Sicut.n. peccando conuersi estis ad mundum. ad carnẽ ad diabolũ,ad creaturã,nunc autem ad me uenite. ad me reuertimini. tu autem fornicata es cum amatoribus. &c. O bonta immensa non uocat nos ad Angelum uel prophetam.Sed dicit ad me.Et ego suscipiã uos. ¶Decimo in toto corde. q. d. deus primo uult cor.postea opera. uult totum non partem,anima est una.uoluntas est una.cor unum.ideo

unus amor. O quãti dant deo ꝟba bona. pater noster. Aue. maria, officium. psalmos. coronam. Sed non dant ei corda: Sed non opera. d. O hẽo bonã uoluntatẽ. O quãti dant partem, non totum quia uolunt seruire Deo, mundo. & diabolo, & carni &c. &. d. domine domine. Hii qui dant deo. uerba, sunt qui confitẽtur continue sed nunq̃ satisfaciunt, non restituunt, non parcunt, &c. hii sunt qui uadunt ad Ecclesiam cum corona, cũ libello, In manu. tota mane, sed i die ludũt, & sunt in uanitate, luxuria, rapinis, &c. heæ sunt mulieres. Vane philocapte pompose, immunde; uadunt ad Ecclesiã ut uideanť sanctę, tamen cor earum uanum est.

¶Hij sunt mali religiosi. dicẽtes officium. prædicatores, cõfessores, sed puersi corde, ambitiosi, superbi, auari, luxuriosi, dantes mala consilia, ad peccatum incitantia. Vndecimo, In ieiunio, dicit Euangelium cũ Ieiunatis. &c. bona est oratio cũ ieiunio, magis q̃ thesauros auri recondere. Tho. 12. est pars satisfactiõis sicut in crapulis fuistis in istis diebus p̃teritis, nũc i ieiunio, in abstinẽtia in parsimonia.

¶Duodecimo In fletu quasi. d. fuistis in canticis, risibus, Iubilis. nunc autem debetis. flere pro culpis uestris factis. Audi inter uestibulum & altare, plorabunt sacerdotes. parce. parce, domine, inter uestibulũ i. inter timorem pęnę ęternę. & amorem gloriæ spem de futura beatitudine, timorem de Inferno, de Iudicio.

¶Et plãctu. i. clamorosis. uocibus (fletu (. i. secrete) planctu) i. uoce gemere sicut clamastis in uestris, iocis choreis, nunc clamate coram deo. Et Nota quòd per hec tria uidelicet Ieiunium, fletum, & plãctum, intelligitur uera pœnitentia, dicunt theo. in 4. d. 15. q. necessaria sunt hec tria fletus. i. amara contritio: planctus. i. dolorosa confessio, Ieiunium i. satisfactio, cessante uno istorum, cessat totum, O q̃ti cõfitenť sine cõtritione? O quãti sine satisfactione? Iõ oportet in ieiunio, fletu & planctu, Et scindite corda uestra & nõ uestimenta uestra. Nam cor intus latet, uestimenta foris patent. q. d. facite intus secrete propter deum solum. non, sicut hypocrite. Iõ dicit Euangelium, cum Ieiunatis nolite fieri. s. hy. tri. i. quando fate alcuna buona opa non lo facciate per uanagloria: laua faciem

tuam

tuam.i. laua questa apparentia,aliter dicetur. Amen dico tibi recepisti,&c.Et conuertimini ad dominum Deum uestrum.q.d. ad dominum, cęli, & terræ,ad dominum qui cūcta potest facere, Deum q uos creauit redemit, Deū qui uos conseruat amat:uestrum.q.d. licet dominum Deum,tamen uester est,amor &c. ideo tempus modo est uestrum: nolite expectare usq; ad mortem. Nemo tam senex est, ut crastinū possit sibi polliceri,ait Senec. in Tragœ.Quia benignus est, inuocando peccatores ad pęnitentiam, in expectando tantum tempus. O.N. quantum te expectauit dic si placet. Et misericors suscipiendo peccatores, patet in filio prodigo cui obuiauit, amplexatus est, osculatus est,stolam.&c.

¶Et patiens o con quanta patiētia supportat tot peccata horrenda,adulteria,fornicationes, incestus,sacrile.sodo. usu,rapinas blasfem. homici. iras,rix.odia, partial.&c. & tamen misericors est & patiens. Vide.C.de Nuptijs.l. Imperialis. Et multæ misericordiæ, si forte dicis.O omni anno conuertor,& iterum cado melius est non &c. R. propheta multæ sunt eius misericordiæ etiā si cēties in die dummodo perfecte conuertaris, paratus est te recipere, qa copiosa apud eū redēptio. Et præstabilis super malitia.i. præstat confidētiam reuertēdi. O si dicis,tot tempus, tanta mala. &c. Audi & pręstabilis &c.Ecce ego mittam uobis frumentum, uinū, & oleū, tria bona proueniūt a uera conuersione frumentum.i. rem temporalem omne bonum, abundātiam omnium necessariorum: uinum letificat cor hominis.i. lætitiam,gaudium,pacem,animę, consciētiæ:oleum.i.bona spiritualia,hoc est ꝙ dicit Euangelium ungite capite uestra. Vltimo, sequitur non dabo uos ultra opprobrium in gentibus, quasi.d. si hoc feceritis defendam uos a diabolo, a tribulationibus, a malis pręsentibus,futuris,quę adueniūt propter peccatum, sed dabo uobis gratiam in pręsenti, ⁊ gloriam in futuro.

FINIS.

## FERIA QVINTA post diem cinerum.

De corpore mistico, paralitico, & reformato.

EGO ueniam ⁊ curabo eũ. Mat. 8. Aegrotauit Ezechias usque ad mortẽ, & introiuit ad eum Esaias filius Amos Propheta, & dixit ei, hæc dicit dominus, dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues; & cõuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit; obsecro domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & in corde perfecto, & ꝙ bonum est in oculis tuis fecerim, & fleuit Ezechias fletu magno, & factum est uerbum domini ad Esaiam. d. uade, & dic Ezechiæ, hæc dicit dominus Deus patris tui: audiui orationẽ tuam, & uidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos, & de manu Regis Assyriorum eruam te, & ciuitatẽ istam. Esa. 38. Quæ figura in fine sermonis declarabitur.

Ego ueniam & curabo eum. In pñti Euãg. tria uidebimus:

¶ Primo qualiter per seruum centurionis ægrotantem, intelligatur corpus misticum ecclesiæ militantis, quod pari modo infirmatur.

¶ Secundo, qualiter tale corpus dicatur paraliticũ, & male torqueatur.

¶ Tertio qualiter a Christo fuerit reformatum. Tale corpus misticum, a beato Paulo declaratur, ad Roma. 12. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius mẽbra: habet. n. similitudinem istud corpus misticum cum corpore humano secundum Paulum. Nam in corpore humano posuit Deus triplicem differentiam membrorum uidelicet radicalia ut Epar, cor, cerebrũ, & ista sunt de essentia indiuidui, uehicularia, ut sunt uenę, nerui, arterię: ista similiter sunt de esse idiuidui, officialia habentia officium determinatum ad seruitium corporis & animæ, ut pedes, & manus ad operandum, lingua, & os ad loquẽdum, oculi ad uidendum. &c. Inter quę

membra deprehendes ordinem ad sibi mutuo seruiendum, nam superior inferioribus administrãt gubernationem, ut patet in oculis, inferiora superioribus præbent sustentationem, ut in pedibus & cruribus, media autem impartiuntur utrisq; defensionem, & necessariorum acquisitionem, ut in manibus et brachijs, &c. item sic sunt ordinata, ut unum membrum in periculis pro alio libenter se exponat, ut de manu, & brachio pro capite, tãq̃ pro uita totius corporis, etiam quando unum membrum deficit, alia defectum eius, eo modo quo possunt supplent, & sic uidem⁹ aliquos carẽtes pedibus, cum manibus ambulare, carentes uero manibus, cum pedibus operari, magnus etiã dolor in uno membro non facit sentire minorem in alio membro, & tam promptam seruant obediẽtiã libero arbitrio, ut inter imperium uolũtatis, & exequutionem operis, quasi nulla mora uideatur quod uidem⁹ obseruare, oculum in uidẽdo ad imperium uoluntatis, linguam in loquendo. &c.

¶Post istam miram fabricam istorum membrorum cum officijs suis, omnibus superioribus membris, Deus infudit tres uirtutes, uel spiritus, scilicet naturalem, uitalem, animalem, hij. n. spiritus humani corporis, non differũt in substantia, quia unus tantum est spiritus hominis, sed in uirtute, & operatione, & quilibet spiritus siue uirtus habet sedem uel situm suum. Nam uirtus siue spiritus uitalis residet in epate, secũdum Galenum, sed secundum Arist. in corde, & ista est motiua humorum corporis, mediantibus uenis, uirtus uero naturalis radicatur in corde, & est motiua pulsuum, mediantibus arterijs, & sic diffunditur ad alia membra corporis, per arterias ip̃m corpus uiuificans, tanquam instrumentum: uirtus uero animalis radicatur in cerebro, & hæc est motiua membrorum mediantibus neruis, & sic diffunditur per neruos, & organa sensus: dicunt enim naturales philosophi, & physici, ꝙ corpus taliter dispositum, cum membris, & eorum officijs & uirtutibus nunquã potest esse paraliticum.

¶Ita corpus misticum disponitur, quia membra radicalia istius corporis mistici sunt p̃lati, qui sunt, cor, Epar, & ce-

cerebrũ,uehicularia sunt principes christianorum, qui sunt uenę, nerui, & arterię istius corporis. Officialia sunt cæteri christiani, inter ista membra talis ordo, debet obseruari ꝙ superiores administrent gubernationem inferioribus quod fit in regimine prælatorum circa subditos, inferiora substentationẽ præstent superioribus,quia principes christianorum,& armis,& opibus ecclesiæ. Suffragari debet:media autem membra quæ sunt officialia,sunt reliqui christiani & debent utrisq; impartiri defensionem, & necessariorũ subuentionem, & hoc continuis deprecationibus & elemosinis, & unum membrum libenter pro defensione alterius in periculo, se exponat sicut pro capite, ad hoc hortatur Paulus,& Matth.5.expedit ut pereat unũ membrorũ tuorum,quàm totum,sicut in primitiua ecclesia in martyrib[9], fiebat pro defensione capitis Christi.Etiam quando unum membrum deficit: Alia defectum eius supplent, & hoc in subuentione defectus fidei in aliquo istorum membrorum, ut ait Paulus.1. Cor.6. pro se inuicem sollicita sint mẽbra, & si quid patitur unum membrũ, compatiãtur omnia mẽbra, & si gloriatur unum mẽbrum congaudeãt omnia mẽbra,magnus etiã dolor in uno membro non facit sentire minorẽ in alio,quia honor Christi præponi debet cæteris curis christianorum,ut in heresibus extirpãdis: omnia autem membra subdantur Christo, tanquam uero capiti eius cõsilijs inhærendo,de istis membris loquitur Paulus.1.Cor.6. Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi: et ad Ephe.5. quoniam membra sumus corporis eius de carne eius,& de ossibus.

¶ Ad regimen istorum membrorum: posuit Deus tres uirtutes, uel spiritus, uidelicet, naturalem,uitalem,animalẽ, prima est lex naturæ, quæ ponitur a Paulo ad Rom.2. cum gentes quę legem non habẽt. &c.& ps.4. Signatum est super nos lu.u.t.d. De uirtute uitali habetur Actuũ.17. In quo uiuimus, mouemur, & sumus, & Paulus ad Phili.1. Mihi uiuere Christus est. Alia uirtus animalis non admittitur in isto corpore mistico, quia secundum Paulum.1.Cor.2. Animalis homo, non percipit quæ sunt spiritus Dei.

¶ Istud corpus misticum tali

ter dispositum & rectum nunquam potest esse paraliticũ, sed sicut corpus humanum efficitur paraliticum, ita, & misticum. Dicunt physici ꝙ paralisis est læsio humani corporis cum diminutione sensus, uel motus, uel utriusq; & est sciendum ꝙ paralisis ex diuersis causis causatur, aliquando causatur ex nimio humore in homine, qui ex cibo & potu nimio generatur, ex quibus necessario sequitur opilatio neruorum, & hoc intelligitur in corpore mistico gula, & luxuria, quia gula habet luxuriam prouocare.

¶ Aliquando causatur ex nimio calore consumante neruos sensibiles corrugāte, hoc in corpore mistico intelligitur auaritia, quia auarus semper ardet, ut ignis.

¶ Aliquando causatur ex frigiditate neruos constringente, & intelligitur in corpore mistico, inuidia in qua est carentia amoris, & charitatis, & est semper frigida.

¶ Aliquando causatur ex uulnere incidente uel diuidente in corpore mistico, intelligitur superbia quæ fuit peccatum, primum diuidens a Deo creaturā intellectualē, sicut patet de Angelis apostaticis.

¶ Causatur etiam ex communitate alterius morbi puta apoplexie, q̃ est oppilatio neruorum cerebri uniuersaliter, et sic impedit rationem, & in corpore mistico designatur, ira, quæ oritur ex motu sanguinis circa cor, & est rationis impeditiua iuxta illud poeticum, ira impedit animum ne possit cernere uerum.

¶ Et talis paraliticus figuratur per Alchimium. 1. Mach. 9. qui cum esset in malis operibus faciendo destrui domos sanctę interioris, & opera prophetarum percussus est a domino, & impedita sunt opera eius, & conclusum est os eius, & dissolutus est paralisi, nec ultra potuit loqui uerbum, sed mortuus est in tempore illo cum tormento magno, spiritualiter, per Alchimium, qui interpretatur fermentum uani consilij intelligitur sequēs sensualitatem, & ideo fermentum dicitur, & tunc malis operibus insistit, destruit opera domini: dum nec præceptis, nec consilijs submittitur, habet os conclusum, non uolens cōfiteri peccatum suum, mortuus est magno tormento, qa mortuus est diues &c. Ecce qualiter istud corp⁹ misticum fit paraliticum confor

miter corpori humano.

¶Sequitur euãgelium, ꝙ iste paraliticus erat puer, pueri, ut plurimum propter defectum ętatis consueuerunt esse fatui cõmutantes pretiosa pro uilibus, & hoc faciũt peccatores, ideo Paulus .1. Cor. 14. Fratres nolite fieri pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti.

¶Sequitur euangelium, ꝙ iacebat in domo, tunc homo iacet, quando non habet affectum directum in Deum, sed ad terrena, ut de ipso dicatur illud. 4. Re. 4. Ecce puer mortuus iacebat in lectulo .i. pigritię, & potest figurari per Noe Gene. 9. Vbi dicitur, ꝙ cœpit Noe, uir agricola exercere terram, & plantauit uineam, bibensq; uinum inebriatus est, & nudus iacebat in tabernaculo in qua denudatione discooperuit sua pudẽda, sic homo nudus iacens, manifestat sua pudenda, & iacet in Capharnaũ interpretatum ager pinguedinis, & uilla consolationis, quia peccator paraliticus in consolationibus mundanis & carnalibus iacens moritur, & notanter dicitur, iacere, quia Deus benedictus fecit hominem rectum, licet eadẽ sit materia brutorum & hominum quantum ad corpus uoluit tamẽ Deus, aliter organizare corpus humanũ, eiusque imaginem decorare, q̃ illud beluarum, unde quanuis alię beluę habeant eadem mẽbra, quæ homo, non tamen ita uenusta, & pulchra, & proportionata, & ꝙ ponderandũ est in homine, inter cętera animalia est quia erectus iuxta illud poeticum ĩ Ouid pronaq; cum spectent animalia cætera terram, os homini sublime dedit, cœlumq; uidere, iussit & erectos ad sidera tollere uultus, & Bernardus rectus omnipotens Deus in quo nulla est iniquitas, rectum hominem fecit similem sibi .i. sine iniquitate, sicut nulla est iniquitas in eo, sed si scire uelles, quare solus homo inter cætera animalia ẽ erectus, ita nobilior. Dico, ꝙ quadruplici ratione, sicut ponit doctor Angelicus 28. part. summe. q. 4. membro 4. prima ratio est cognitiõis, nam figura ista magis deseruit homini, ad cognitionem acquirendam, quæ sensuum beneficio acquiritur, qui sensus præcipue uigent in facie, & maxime sensus uisus, qui est subtilior & plures differentias rerum scire facit, ideo dedit istam figuram, ut ex omni

parte, uisus sensibilia cognoscere posset, & cœlestia, & terrena, ut ex omnibus homo intelligibilẽ ueritatẽ colligat.
¶ Secunda ratione operationis, nam exteriores uires liberius suas operationes habent. dum cerebrum, quo perficiũtur, non est depressum, sed super omnes partes corporis eleuatur.
¶ Tertia ratione locutionis, nã si homo non haberet istã figuram, non haberet manus, & sic opus esset habere faciẽ longam, labia collissa, linguã maiusculã, & duriorem, & per consequens ineptam ad sermonem, & sic impediretur loquutio, quę est opus rationis.
¶ Quarta ratione completionis, nam per istam figuram homo complet multas operationes, ꝙ si non haberet uacaret illis, sunt & aliæ rationes, prima ratione attestationis, ut ista rectitudo attestaretur mẽtis rectitudinem sursum ad cęlestia tendentis, & argueret promptitudinẽ eiusdem mentis deorsum ad inferiora se inclinantis, & demergentis. Secũda ratione dignitatis, cum hõ constitutus sit dñs omniũ animalium. Tertia ratione significationis, nam sicut est rectus corpore ita debet esse ẽt anima, sed euãgelium dicit, ꝙ iste hõ creatus rect⁹ a Deo, iacet, quia priuatur cognitione cœlestium, & intelligibilis ueritatis, iacet, quia non libere operatur, circa diuina, iacet, quia impedit loquutio in confessione proprij delicti, iacet, quoniam non complet omnes operationes christianæ religionis, iacet, quoniam non eleuat mentem sursum ad cœlestia, iacet, quoniam cum in honore esset, non intellexit, &c. iacet, quoniam sicut rectus est corpore, non ita rectus est mente & anima, patet qualiter istud corpus misticum est paraliticũ, puer & in Capharnaum iacet, de cuius paraliticis membris excrãs loquitur Paulus ad Roma. 6. neq; exhibeatis membra uestra, arma iniquitatis, & sequitur sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibite nunc seruire iustitiæ in sanctificationem, & 1. Co. 6. Tollẽs mẽbra Christi, faciã mẽbra meretricis? absit, sed fiunt mẽbra corporis mistici, & Christi per mortificationẽ, ad Col. 3. Mortificate mẽbra ur̃a quę sunt sup terrã.
¶ Sequitur euãgelium, & male torquetur.

SECVNDA pars est, qualiter male torqueatur. & uidēdum est quibus torturis torquetur istud, corpus misticum et aduerte, ꝙ ante peccatū, homo habuit multa bona; q̄ sunt in triplici genere, quædam dicebantur bona naturæ, quædā bona gratiæ, & quędam bona gloriæ, nec est necesse ponere quartum genus; nam bona moralia, ⁊ bona fortunę, sunt propter bona naturæ, & dicebantur bona naturalia, sed propter peccatum hominis Adæ, ammiserunt nomen, unde bona naturæ hominis, sūt illa, quæ naturaliter perficiūt eius naturam ad suas naturales operationes sibi proportionatas.

❡Bona autem gratiæ, sunt illę perfectiones præter naturam a solo Deo gratis datę, & naturæ superadditę ad sublimādam eam, pręter eius facultatem, uel ad supplendum defectum eius.

❡Bona uero gloriæ, sunt illa, quæ supernaturaliter, & perfecte beatificant hominem in alio seculo.

❡Bona naturæ, sunt in quatruplici genere, nam quędam dicuntur bona speciei, quæ immediate perficiunt naturā specificam, ut sunt potentiæ animæ, & sunt imediate principia operandi.

❡Bona naturalia modi dicūtur habitus, & dispositiones potentiarum animæ, eo ꝙ naturaliter modificant, & perficiūt eam, & habituāt ad suas naturales operationes.

❡Bonum autem naturæ ordinis est, ꝙ partes inferiores subijciantur, & obediant superioribus. s. ꝙ caro, & sensualitas obediant rationi, & uoluntati rationali, & uoluntas obediat Deo.

❡Bonum autem naturale finis est, & erat ante lapsum, ut ꝑpetuaret uitam felicem, in illo terrestri paradiso cum dominio, & imperio, super omnia animalia, & plantas, & mineralia.

❡Adam igitur creatus est, cū omnibus istis bonis naturæ; & nos etiam creati fuissemus, si non peccasset, & hoc ostenditur ex sacra scriptura. Gen. 1. Oīa quæcūq; fecit Deus erāt ualde bona. i. integra, & perfecta bona, & non diminuta, secundum integritatem, & sufficientiam suæ naturæ ut dicit Glo. Dico ergo ꝙ Adam consentiens peccato, licet non ꝑ-

diderit bona speciei, quę sunt uires naturales ipsius animæ, & corporis, tamen perdidit, modum, & ordinem, & finem, quia fuit priuatus omnibus habitibus omnium potentiarum, quibus expedite, recte, & ordinate, operabatur, & per consequens fuit priuatus illa iustitia originali, cum suo premio, & illa gratia super naturali gratum faciente. & dicit Augustin⁹, quod benemerito fuit homo priuatus talib⁹ bonis. Nam sicut ipse fuit auersus a Deo, perdendo originalem iustitiam, ita Deus fuit auersus ab eo, auferendo bona, quæ ipsi contulerat. Nam perdendo originalem iustitiam, perdidit omnia bona naturalia, quæ per illam iustitiam possidebat, & perdidit gratiam per quam potuisset consequi ęternam beatitudinem, & ideo per Adam omnes posteri, & totũ corpus misticum habuerunt multas torturas. ¶Et primo, tale corpus misticum habuit torturam in intellectu, quia ante peccatum intellectus per habitus intellectuales cõcreatos poterat contemplari non solum naturalia, sed etiã super naturalia, per habitus intellectus, sapientiæ, & scientiæ, concreatos, & hoc absque fantasmatibus, quia poterât ad libitũ intelligere, sed post peccatum habuit torturam, intellectus, quia priuatus omnibus illis habitibus non potest intelligere sine fantasia, quia necesse est intelligẽtem phantasmata speculari, tertio de anima, & sic necesse est, ut intellectus conuertat ad phãtasmata, ad hoc, ut intelligat.

¶Secunda tortura fuit in uoluntate, quia ante pctm̃ habebat iustitiam originalem, qua omnia recte uolebat, & erat conformis uoluntati diuinæ, sed postq̃ facta fuit paralitica conuersa fuit in suis operationibus, ad sensualitatem corruptam, & ad appetitum sensitiuum corruptum, & deprauatum, & ista pœna siue tortura rationabiliter fuit homini inflicta, ut inquit Aug. nam postquam uoluit auerti a Deo, & ab eius uoluntate, & conuerti ad mulierem, ut sibi complaceret, ideo sicut intellectus priuatus bonis naturalibus conuersus fuit ad phantasiam de necessitate in sua operatione, sic uoluntas ad sensualitatem, & superiora ad inferiora, & spiritus ad carnem, ex hoc enim eueniunt homini omnia mala.

¶Tertia tortura, fuit in com

plexione ante peccatum, habuit optimam complexionē corporis, ſine dolore, ſine paſſione, ſine uertigine, ſine aliqua leſione extrinſeca, quia corpus erat optime complexionatum ex natura, & ex gratia Dei, ſed factus homo paraliticus uenerunt uarie infirmitates, & morbi adeo, ut nō ſit aliqua pars, quæ non ſit ſubiecta uarijs infirmitatibus, & ęgritudinibus, ut in capite dolor, paſsio, uertigines, diſceſe, catarri, &c. prout ait Auic. in. 4. & . 5. canone. quę finaliter inducunt ad mortem.

¶Quarta tortura fuit improbi laboris, quia homo ante peccatum poterat uiuere ſine labore, quia terra dabat ſponte omnes fructus, & omnia animalia, & plante, & mineralia erant ipſi ad libitum ſubiecta, ſed factus homo per peccatum paraliticus, fuit, & eſt in maximo labore, adeo ꝙ uix poteſt acquirere uictum & ueſtitum, & cum intollerabili dolore, & labore, ex ſententia domini. Gen. 3. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, & omnia iſta bona, quæ de eorum natura dicebantur bona naturalia, & ad neceſsitatem hominis creata, & in principio liberaliter collata. Nunc autem peruerſo nomine, dicū tur bona fortunæ, & hoc ratione modi acquirendi, & poſſidendi, quia tunc naturaliter erant omnia communia, nūc aūt particularia, tunc ſine labore, & fraude poſsidebātur, nunc cum labore & fraude, ut plimum acquiruntur, & ab indignis poſsidentur, & ideo mutato nomine, non dicuntur bona naturalia, ſed bona fortune.

¶Quinta tortura fuit prauæ concupiſcentiæ. Nam ſenſualitas, quæ erat ſubiecta, & ſubordinata & habituata, tēperantia, fortitudine, continētia, & parſimonia, &c. poſt peccatum priuata fuit hijs uirtutibus moralibus, naturaliter ſibi concreatis, & habuit torturam inordinatæ concupiſcentiæ, quæ eſt fomes, & cauſa omnium malorum, in qua ſenſualitate ſic priuata, & in tali tortura prauę concupiſcentię ſucceſſerunt, omnes animi paſsiones, quæ dicūtur ęgritudines animi puta. Gaudium, triſtitia, ira, odiū, amor, &c. quæ non poſſunt refrenari, niſi p morales uirtutes nouiter acquiſitas, & illi habitus uirtuoſi; qui ante diceban tur bona naturalia, nunc dicuntur bona moralia, quia

cum lõga mora & labore sunt nouiter acquisita,& ille morbus concupiscentiæ,& passiones,& ægritudines animi,quę tunc dicebantur mala naturalia, nunc dicuntur mala pęnalia.i.in pœnam peccati inflicta,ex quibus omnibus,patet ꝙ sensualitas cum tali tortura & morbo concupiscentiæ, inclinatur ad omne malum, pigra & rebellis semper,& repugnans rationi, & insurgens & colluctans aduersus spiritum. ecce ꝙ istud corpus misticum per peccatũ primi hominis, factum est paraliticũ, & torquetur maximis torturis, & habes secundam partẽ.

TERTIA pars, dicitur reformationis, uidendũ est, qualiter orthodoxa,sancta mater ecclesia, clamat cum centurione ad samaritanum Christum.d. domine puer meus ia.in do.pa. & male. torque. & respondet Christus.d.ego ueniam, & curabo eum,& sic,ueniens multis remedijs curauit istum paraliticum,& illas torturas.

¶Primo, ad torturam intellectus dedit remedium sapientiæ, nõ illam intelligas quam posuerunt antiqui doctores, qui nunquam potuerunt scire, quæ sit uera sapientia,nec illam quam ponũt sacri theologi, sed illam, quæ ponit in textu Bibliæ. Ecc.6.Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta, quibus autem cognita est permanet usq; ad conspectum dei,ille,secundũ nomen est eius.i. secundum ethimologiam uocabuli,dicitur quasi sapita scientia.s. quã do persona in scientia quam habet de Deo,inuenit saporẽ deuotionis, talis dicitur habere sapientiam de Deo,quãdo uero tota scientia stat speculatiue in intellectu,& in uoluntate, non sentit saporem, nec deuotionem, talis habet scientiam,& non sapientiam. Exemplum multi doctores,& magistri habent scientiam de potentia Dei,ꝙ est infinita,ut patet in creatione mũdi, quẽ de nihilo creauit (nullus enĩ artifex potest operari aliquid nisi præsupposita materia.) Deus de nihilo operatus est omnia,in tanta pulchritudine, & proportione, quando creatura cogitat hoc, & non sentit dulcorẽ deuotionis in anima, tunc habet scientiam & non sapientiam, sed quando cogitat intra se.d. hodie

ſunt tot milia anni, ꝙ nihil erat, niſi Deus, & ipſe de nihilo iſta cuncta creauit, & anima in hoc admirans delectatur, tunc habet ſapientiam. Item multi ſciunt, prouidentiã dei in gubernatione uniuerſi quomodo ꝓuidet Deus omnibus creaturis. Item de motu orbium inceſſabili, ſi cum deuotione iſta cogitant eſt ſapientia, ſin autem eſt pura ſcientia, item de ſcientia q̃ habemus de miſericordia dei quam nobis oſtendit in operę redemptionis, quia cũ haberet mille modos ſaluandi genus humanum, tamen uoluit accipere obiectionem, humilitatem, &c. de uirgine naſcendo, & in maxima paupertate uiuendo, ut nos dulciter inclinaret ad humilitatem, & caſtitatem, ⁊ terrenorum omnium abiectionem, uoluit pati crucem, & acerbam morté, ut nos ab æterna morte liberaret, quando quis legit uel cogitat iſta, ſi ſentit ſaporem deuotionis habet ſapiẽtiam: ſin autem habet ſcientiam. ecce, qualiter dicitur ſapientia doctrinæ, ſecundum nomen eſt eius, ſed dolẽdum eſt, cum dicitur, & non multis eſt manifeſta. Multi ſunt qui prædicant, diſputant, legunt, ſed ſine dulcore deuotionis, ſolũ exterius ſonat uox in ore: ideo ſequitur (quibus autem cognita eſt, permanet uſq; ad cõſpectum Dei) 1. Cor. 13. ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, &c. ſapientes mundani, habuerũt ſciẽtiam de Deo, ſed nõ habuerunt ſapientiam, quia cum loquerẽtur de prima cauſa, primo prĩcipio, primo motore, non habebãt deuotionem ad ipſum Deum, nec gratias agebant ei, de quibus dicit Paulus. Ro. 1. Qui cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibꝰ ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes. n. ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſũt, &c. & iſtam habuerũt multi ſine phantaſmate. ecce remedium ad torturã intellectus.

¶ Secundo, ſubuenit torturę uoluntatis, & hoc ſpirituali quadam intelligentia, quæ ſecundum ethimologiam uocabuli idem eſt, quod intus legẽtia. ſ. perceptio bonorum ſpiritualium in rebus ſenſibilibꝰ, quaſi in libris apertis (uerbi gratia) in honoribus temporalibus huius mundi legere, & percipere honores ſpiritꝰales, & æternos cogitando,

si honores huius mundi tantum delectant, quanto magis delectare debent honores paradisi, ubi minimus sanctorũ est maior q̃ sit Imperator orbis, qualis honor est esse in societate Angelorum, et omniũ sanctorum, cogita qualis honor sit quando anima deuota ingreditur ciuitatem paradisi instar reginæ intrantis ciuitatem suam. ecce quid est intelligentia spiritualis.

¶ Item diuitiæ huius mundi, multum delectant, quando quis habet multos redditus, et magnos letatur, cum tamen sit quidem onus periculosum, quia nullus dominus quantuncunq; diues, habet quicquid uult, lege hic diuitias paradisi ubi q̃libet habet quicquid uult, dicunt doctores, ꝙ quilibet sanctus est omnipotens, respectu suæ uoluntatis. Deus autem est simpliciter omnipotens. item in delectationibus huius mundi, circa omnia obiecta delectabilia sensibus exteriorib⁹, lege hic delectationes spũales paradisi, quia doct. dicunt in.4.d.49. ꝙ omnes sensus corporales actu perficientur uisus in pulchritudine corporum glorificatorũ, & beatorũ, et maxime Chri, et suæ mris.

¶ Auditus in cantibus laudũ uocalium.

¶ Gust⁹ i suauissimo liquore, et sapor humanitatis Christi. De odoratu, qa corpora beata erunt redolentia, idem et multo magis de tactu, quia tãta erit gloria corporis beati, ꝙ non erit in eo uena, nec os, nec nerui quin sentiant consequenter tantam delectationem, ꝙ non potest dici. De huiusmodi dicit Esaię.6. Tunc uidebis et afflues et mirabitur, et delectabitur cor tuum, et ad hoc dicit Deus per prophetam. ps.31. intellectum tibi dabo, et instruam te, nota intellectum tibi dabo. i. ut in hijs sensibilib⁹, scias legere spũalia nõ sic de bestijs, quæ delectãt in sensibilib⁹ tm̃, et nõ hñt intelligentiam, ideo dicit propheta nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus, tales sunt personæ animales, de quibus dicit Paulus.1. Cor.2. Animalis homo, non percipit, quæ sunt spiritus Dei, hic practica quomodo differat homo, a brutis, et ista intelligentia curat, corrupta sensualitas qua uoluntas inclinatur ad ista sensibilia, uidelicet, honores, diuitias, etc.

¶ Tertio, ad torturam complexionis, adinuenit consiliũ,

&sumitur hic consiliũ, pro cõclusione consilij, quando in consilio unus dicit hoc, alius aliud oppositum, tunc princeps, seu dominus eligit de omnibus, ꝙ melius est, & est inter multa bona scire eligere meliora, & inter multa mala scire euitare maius malum. Exemplum bonum est in hoc mundo habere bona temporalia, honores, delitias, diuitias, & bonum est in alio seculo, esse in paradiso, modo cõpara, qd est melius bonũ hoc, uel illꝰ, dico ꝙ bonũ huiꝰ mũdi modicũ ualet respectu boni alterius, quia parũ durat, & sunt uelut umbræ bonorũ, & nõ uera bona, bona autem alterius seculi, sunt infinitę durationis, ideo cõsilium est scire, eligere maius, de hoc cõsilio dicitur Eccle.32. Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pęnitebis. O quot principes, & magnates, quot prælati, & domini modo pœnitẽt, in inferno, sed ibi, nulla est redemptio. Ita de duobus malis, consilium est scire euitare maius malum. Exemplũ si aliquis criminosus est condemnatus a Rege, ut aut sibi amputetur manus, aut eruatur oculꝰ, aut torqueatur ter, cum fune, nunquid non esset stultꝰ, si dimissa tortura funis eligeret amputationem manus, & euultionem oculi? istã disiũctiuam proponet nobis Deus, quia omnes sumus criminosi, & peccatores, & dicit, aut recipiatis pœnitentiam, leuem & fructuosam, paruam huius mundi, uel pœnam ęternam alterius mundi. Lucæ.13. Dico autem uobis nisi pœnitẽtiam egeritis, omnes simul peribitis, ille, de illis autem, qui negligunt facere pœnitẽtiam in hoc mundo, dicitur Deutero.32. Ex ore Dei. Gens absque consilio, & sine prudentia, utinam saperent, & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent, cõsilium est magnis eligere istas infirmitates corporales, quã æternas, in quarũ tollerantia est uera pœnitentia.

¶Quarto, ad torturã ĩprobi laboris, adhibuit fortitudinẽ internalẽ in anima, & ista fortitudo non consistit in corpore, sed in anima, quia de fortitudine corporali, non est gloriandum, cũm bruta excedãt nos, sed fortitudo ista est uirtualis in anima existens, scire resistere, & tenere se fortiter cõtra diaboli tentationẽ, contra mundi occasiones, contra carnis inclinationes, & de ista fortitudine spirituali gloria-

bat?Dauid.ps.58.Et nõ,de cor porali, quia in adolescentia sua, dum esset custos ouium, interfecit ursum, leonem, et Goliam.d. fortitudinem meã ad te custodiam,quia Deus su sceptor meus es, sed ueh nobis miseris, iám uerificatur illud Esaię.1.Erit fortitudo nostra,ut fauilla stuppæ, & illud ps.117. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mi hi in salutem, ista fortitudo data fuit homini, non solũ p debilitate,& labore corporali,sed pro spirituali qua debilis erat, & laborabat in resistẽ do insidijs diaboli, & inclinationi carnis, & persuasioni mundi.

¶Quinta,ad torturam prauę concupiscentiæ adhibuit sciẽ tiam moralem, quę cõsistit in practica.i.scire,se bene guber nare inreprehẽsibilr, ad itra,a dextra,a dextris,a sinistris,ante, retro, superius, & inferius. Ecce hic octo diuisiones, in quib⁹ oportet hoi, se scire bñ regere,⁊ gubernare,primo ad intra.i.in anima, circa ea quæ pertinent ad salutem eius, secũdum diuersum statũ uniuscuiusq;,tam prælati q̃ subditi, tam clerici,q̃ laici. Deute.4.custodi temetipsum, & animam tuã sollicite, secũdo, ad extra in corpore,ut in nullo actu,& gestu scandalizet proximum, Mat.18. Expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius,& demergatur in profun dum maris. Tertio, a dextris idest cum amicis, ne propter eos faciamus contra Dei uoluntatũ. Quarto, a sinistris.i. cum inimicis. Matt.5. Diligite inimicos uestros &c. Quinto, ante res pręteritas bonas recolendo, & amando, & malas fugiendo. Sexto, retro mortẽ periculosam præuidendo. Septimo, superius ad diuina, & cœlestia cum scala spei se erigendo. Octauo, inferius pœnas infernales meditando, & sic per istam scientiam moralem practicã, curabitur morbus prauæ concupiscentiæ,& ex defectu istius conquæritur Deus.Esa.5. Propterea ductus est populus meus captiuus in deserto, quia non habuit sciẽ tiam,o scia benedicta, sed male appretiata ab insipientibus hominibus huius mundi.

Ad figuram per Ezechiam infirmum intelligitur peccator, isti cominatur Deus mortem iuxta illud Roma.7.Stipendia peccati,mors, & peccator debet cõuerti ad cõscientiã suã, & flere.d. quoniam iniquitatem meam ego cognosco.&c.

Tunc Deus acceptat pœniten tiã,& ad dies eius addet quindecim annos eruens de manu Assyriorum idest dæmonum,& proteget illum.&c.

## FERIA SEXTA POST diem cinerum.

De remissione iniuriarum.

DILIGITE inimicos uros. Matth.5. Licet credentis, & uert christiani intellectus, illustratus lumine fidei, ipsius regulas seq teneatur, non tamen inconuenit ad suam confusionem, ac documentum, mirabilia, ac memoratu digna paganorũ exẽpla quandoq; admirari, sectariq;, quanq̃ enim ad diligẽdos inimicos, ac remittendas iniurias, illius benedicti agni immaculati præcepta, & documenta sufficerent, ad promptius autem id agendum, satis iuuat illi⁹ illustrissimi philosophi Picthaci, Mitileni, qui fuit unus de septem sapientibus græciæ, præclarum exemplum, nam ut ait Laer. Quum quidam operarius, eius filium securim ingerẽs interfecisset, & ciues ligatum homicidam ad eum misissent, is illum absoluit dicens, indulgentiam esse supplicio potiorem, & applica, & declara. Igitur de dilectione inimicorum ponitur conclusio, quilibet fidelis si uult saluari, tenetur inimicos diligere: hanc enim ueritatem probabimus, sex uijs. v3.

¶Distinctionis
¶Rationis
¶Auctoritatis
¶Fructificationis
¶Inductionis
¶Exempli.

CIRCA primum. Dicit enim Scot. in.3. dist.30. Quod inimicus potest considerari per se, idest in quantum inimicus, & per accidens, inquan tũ homo, primo modo, Quod inimicus non est tantum malus priuatione boni, sed habitu positiuo uicij, sicut iniustus, non tantum dicitur carẽs habitu iustitiæ, sed etiam habens habitum iniustitiæ, cõtrarium iustitiæ, causatum ex actibus iniustis, sicut habetur a Boetio, super prædica. c. de qualitate, hoc modo. Quũ amicitia respiciat bonum uirtutis in amato, & hoc conueniens

nies actui dilectionis in amãte, inimicitia respicit malum disconueniens bono, quod est in eo qui est inimicus, inimicus ergo inquantum talis, est malus, & uitiosus, & per cõsequens nullo modo est diligendus, hoc enim modo odiuit inimicum propheta, qui dixit, deficiant peccatores a terra, & iniquitas ut non sint; non sunt quidem inimici. 23. q. 4. c. Duo ista, & 66. d. c. Odio leo, inquit, odio habeantur peccata, non homines. de pe. di. 1. c. Quamobrem. Hiero. super Dani. Neq. n. Deus hoibus irascitur, sed uitijs, hæc ille.

¶ Loquendo autem de inimico per accidens. s. de hoc homine, qui nunc est inimicus, habet quęstio difficultatem, hoc est quod dicit S. Tho. in 3. d. 25. & 2. 2. q. 25. ar. 6. Quòd in homine considerantur duo. s. culpa, & natura. Secũdum naturam debet diligi omnis homo, etiam inimicus, & malus, sed odire debemus eius malitiam, & culpam, ut in ca. odio. 86. d. Et Aug. De uera inocẽtia ait, sic diligẽdi sunt homines, ut non eorum diligantur errores, & hoc modo possumus loqui de dilectione, uel positiue, quasi per modum actus eliciendi, uel prohibitiue, qua si per modum actus arcendi cõtrarij, & idem est quod odire. i. nolle sibi bonũ. Secunda distinctio, dico ꝙ duplex est bonum, quod possumus non odire sibi. s. bonum spirituale, quo attingit uel natum est attingere Deum, et bonum indifferens, quod potest ordinari ad illud, & ad oppositum. v. g. de primo ipsum diligere Deum amore amicitiæ, ut est bonum honestum, uel concupiscere sibi Deum, ut est bonũ cõmodi, ipsum audire missas, prædicationem, correctionẽ, per quæ conuertitur ad diligendum Deum, exemplum secundi, uiuere uita carnali, esse sanum, diuitem, fortem, & huiusmodi, quãtum ad primum bonum, non uidetur, ꝙ possimus, illa sibi odire, uel nolle, quia hoc non stat cum perfecte diligere Deum. s. nolle ipsum condiligi ab alio, cuius amicitia non noscitur sibi diplicere, & hoc condiligi, tam ratione boni honesti. s. propter se, q̃ ratione boni commodi eius, nec pari ratione stat cũ perfecte diligere Deũ, nolle alij illa per quæ inducatur ad diligẽdum Deum, hæc Sco. in. 3. d. 28. q. 5. ar. 1. in principio. Quantum ad secundum bonum indifferens, uidetur

ꝙ possim odire illa proximo, tum quia possum ordinate illa nolle mihi, uel odire, tum etiam, quia potest ille ordinate nolle ea sibi, & quęcũq; potest ipse ordinate nolle sibi, uel ego mihi si essem talis qualis est ipse, possum sibi ordinate nolle, assumpta patent, possum enim mihi ordinate nolle diuitias, sanitatem, & uniuersaliter necessaria ad uitam corporalem, & hoc dupliciter uel contemnendo ea, sicut si fiam pauper uoluntarie, uel uolendo Deum infligere illa mihi propter peccata mea, uel uoluntate consequente, ut si sint inflicta acceptare ea, & gaudere de inflictis.

¶ Sed de uita corporali, uidetur dubium, an .s. possim eam odire, uel nolle inimico, & uidetur ꝙ sic, quia iudex in causa criminali, potest iuste sententiare contra reum, actor etiam potest iuste agere contra reum, similiter, quum tyrannus impugnat ecclesiã, quum talis quantum est in se impediat bonum commune .s. pacem ecclesiæ, ut bonum commune saluetur, uidetur ꝙ aliquis possit ordinate uelle tali ꝑsecutori mortem corporalem, propter bonum cõmune quod impedit, Responsio. Quod non potest quis absolute uelle proximo uitam corporalem, uel nolle sibi uitam, quia post mortem non est pœnitentia, nec cõuersio ad Deum, sicut post priuationem diuitiarum, uel fortitudinis, uel talium, ideo priuatio talium potest esse occasio pœnitentię, unde Greg. Mala quę nos hic præmunt, ad Deum ire compellunt, non autem priuatio uitæ corporalis, non uidetur autem ꝙ possim ordinate uelle alicui illud, ꝑ quod simpliciter excluditur a possibilitate diligendi Deum, potest tamen quis ordinate proximo mortem corporalẽ uelle, sub cõditione, puta, si probabiliter credat eum finaliter futurum malum, & tunc potest sibi optare mortem, uel ut det locum sanctis quos impedit, uel ne addat peccata peccatis, propter quæ post mortem puniatur. Et istæ duę causæ colliguntur ex legenda sanctæ Anastasiæ, quæ scripsit Grisogono, de uiro suo Publio, ut si Deus præuideret eum in infidelitate permansurũ, iuberet eũ dare locũ sanctis, hęc quo ad primũ.

¶ Sequitur quo ad secũdum. Quia melius est ei animam exhalare, quam Dei filium blas-

femare,& ita non pôt quis ab solute uelle mortem, etiam nec iudex, nec minister legis. Tenetur enim iudex, & actor in causa nolle ipsum esse reum ex suppositione criminis, tenetur etiam patiens persecutionem tyrannorum, nolle eos esse tyrannos, tenetur etiam quis nolle eum esse finaliter reprobum, & ideo si ponantur opposita istorum, potest uelle sibi potius mortem, tamen cum quadam tristitia, quod non est simpliciter uelle, uelle enim cōditionatum, sufficit causare tristitiam si oppositum ueniat. Potest tamē dici, ꝙ minus est desideranda mors tyranni q̄ alterius rei, quia tyrannus non potest inferre nisi persecutionē extrinsecā, secundum illud saluatoris, nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. & postea nō habent amplius quid faciant, talis autem persecutio exterior, frequenter est electis materia proficiendi, in uirtutibus præcipue, in patientia, quæ secūdum Iacobum opus perfectum habet. Hoc.n.modo ecclesia a principio persequutionem passa est, & ex hoc profecit, ⁊ ideo in casu illo nō uidetur, ꝙ liceat optare tyrāno, etiam mortem corporalē, nisi forte esset aliquis a quo iuste esset sibi talis mors infligenda, propter peccata sua, & tunc posset aliquis optare: ꝙ a tali iudice fieret iustitia, tamen sicut dixi semper cum tristitia, quia semper tenetur nolle ipsum esse dignum tali pœna. Hæc Sco. ubi supra.

¶ Sed loquendo de actu positiuo diligendi inimicum.s. ꝙ non tantū non odio habeat, sed ꝙ etiam diligat ipsum, uolēdo sibi bonum, dici tamen potest ꝙ non tenetur quis aliquādo elicere actum dilectionis, actu uolēdo sibi bonum. Patet, quia etiam non tenetur actu cogitare de eo, puta si esset aliquis, ita occupatus circa contemplationem Dei, ꝙ nunq̄ cum plena deliberatione cogitaret de proximo, si etiam cogitet, non est necesse habere actum diligendi circa ipsum, quia absque hoc potest habere circa finem ultimum actus ordinatos, & circa ea quæ sunt ad finem consequēdum, necessaria, & si hoc ergo multo magis non tenetur elicere actum diligēdi circa inimicum, quia nec cogitare de eo, tamen moderando illud pôt dici, qđ si appareat alicui euidēs necessitas proximi, puta, Quod sine ipso non

potest habere sibi necessaria ad attingendum ad dilectam Deum, puta si est infidelis, & sine eius doctrina non possit conuerti ad ueritatem, uel si est malus ꝛ sine ei⁹ correptione, non pōt cōuerti ad bonū, qđ tñ forte nunq̃ cōtingeret, ibi tenetur quis, ad uelle bonum finale spirituale proximo. Hęc Sco. ubi supra. Ex hijs patet, ꝙ teneor non odire inimicū, & quia teneor eum diligere. Dicit tamen Alexander de al. in tertia parte sum. Qđ quilibet tenetur diligere inimicum affectu, & si non semper effectu, hoc idem. S. Bon. in. 3. dist. 30. Quod diligere inimicum duobus modis cōtingit, aut affectu, aut effectu, affectu dupliciter, aut affectu innocentiæ. i. non appetere ei aliquod malū uel necem, uel uindictam, uel affectu beniuolentiæ, sibi bonum optando. Primo modo, quilibet inimicum diligere tenetur, nullus enim alicui debet nocere, secundo modo, aut affectu beniuolentiæ, & hoc dupliciter, aut optando ei bonum spirituale, aut temporale, spirituale, ut optare ei gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, & sic quilibet de necessitate salutis tenetur diligerę inimicum. Secundo, aut optare ei bonum temporale, & hoc est dupliciter; quia aut est inimicus particularis, aut inimicus communis, ut reipublicę, uel ecclesiæ, si personalis non tenetur homo de necessitate salutis illi bonum temporale optare, sed est actus perfectionis. Si uero inimicus ecclesiæ, nullo modo illi optare tenetur, nisi speretur emendatio, & hoc de primo membro.

¶De secundo mēbro dico, ꝙ diligere inimicū effectu pōt intelligi dupliciter. v3. effectu innocentiæ, & effectu beniuolentiæ, primo modo tunc inimicos diligimus, quando eis non nocemus, nec per alium nocere procuramus, & sic tenemur diligere inimicum de necessitate salutis, quoniam dominus hoc nocendi genus sibi reseruat, ut dicit Apostolus Rom. 2. Mihi uindictam & ego retribuā, dicit dominus, Apoc. 7. Nolite nocere terrę, & mari, neq; arboribus quousq;. s. in pñti uita signemus. &c. Expone sic. Quia nemini etiā brutis ratione odij, est nocendū multo magis hominibus. De effectu autem beniuolentiæ distinguendum est, aut ille est inimicus personalis, aut communis, ut reipublicæ, &

ecclesiæ, si personalis, non tenetur eum diligere, nisi in casu necessitatis, si non est in tali casu, est perfectionis, si inimicus fidei, uel ecclesiæ, tunc nullo modo tenetur ei subuenire, nisi speraretur eius salus, nam minus malum est mori p mittere, q̃ malum ingerat fidei, uel ecclesiæ Iesu Christi: eodem modo si est inimicus boni communis, ut reipublicę, ideo filij Dei lętati sunt, ut habetur Exo. 45. Mortuo Pharaone cum exercitu in mari rubro cantabant enim dicentes. Cantemus domino gloriosæ. &c. Vide ibi. Hęc omnia in sententia. S. Bona. patent. Dicit. n. Ricar. Vtrum teneamur remittere signa rancoris R. in 3. dist. 30. q. 2. Quod sic. Si petit ueniam, actionem, aut nunquam. Dicit etiam ad hoc Aleſſander de al. 3. parte in tractatu de charitate, quod est rancor qui concomitatur appetitui uindictę, & hũc dimittere est præceptum, & est punitio quam concomitatur zelus iustitiæ, & hanc nullus tenetur remittere de necessitate, nota tamen ꝙ sunt quædã signa, quæ gerũt probabilem suspitionem rancoris, ut nolle loqui, nec respicere eum, nec ut appareat per annum in ecclesia, uel platea, uel in quodam castello, uel respicere eũ oculo toruo, uel eum diuertere, non occurrere sibi in uia, sed retrogredi, & talia nulli licet tenere, nec ante satisfactionem, nec post, nam ex talibus signis patet inimicitia. Ad hoc facit c. 2. De renun. li. 6. Quod quando quis alium non salutat, præsumitur esse inimicus: limitat Panno. in capitulo repellantur, de accuſ. uerum est quando erat solitus salutare: sunt alia signa remota, ut nõ facere mutua seruitia, non conuersari amicabiliter, & si hoc facit, ut magis uiuat in pace, & ille magis cognoscat delictum suum non peccat, alias petenti ueniam, & satisfacienti, non poterit sine peccato ista denegare.

¶Nota, ꝙ offendens tenetur petere ueniam, & satisfacere secundum qualitatem offensæ. Offensus autem tenetur esse paratus ad parcendum, ad satisfactionem recipiendam. O tu di odio, o tu di rãcore, o tu di mala uolontâ, o tu di uẽdetta, dic mihi amas tu inimicum tuum? O cor induratũ, diligis tu inimicum tuum, amas tu cum affectu innocentiæ. i. non appetere ei aliquod malum, non mortem? nõ uin-

dictam? non tantum hoc, sed uelles ꝙ a canibus laceratus esset, uelles ꝙ haberet tantum malum, quantum tibi fecit & millies plus, amas tu amore beniuolétię.i.optare sibi, omne bonum spirituale, & gratiã in præsenti, & gloriam in futuro, dico ꝙ non tantum hoc, sed uelles ꝙ omnes disgratiæ, & ruinæ in hoc mundo super eum ruerent, & ꝙ diaboli portarent eum ad domum diaboli. O cor diabolicum, desideras tu bonum temporale inimico tuo? non, quia uelles potius, ꝙ non solum nõ habeat bona ista temporalia, sed potius rui in anima, & in corpore. O uirus mortiferũ odij, habes tu aliqua signa rancoris, cõtra tuum inimicum? immo, quia nunquam uelles uidere, nunquam nominare, nũquam occurrere sibi. &c.

Practica secundum gratiam.

SECVNDO principal'r. Probo tribus rationibus.

¶ Oppositionis, & eius solutiõis.

¶ Ratione dilectionis & charitatis.

¶ Et tertio, ratione filiatiõis.

Si dicas mihi, qua ratione possum diligere inimicũ meũ, cum charitate. Ego probo triplici modo, ꝙ non teneor diligere inimicum ex charitate.

¶ Et primo, ex dicto saluatoris Luc.10. Quis est (pharisæo interrogãti) meus proximus? Respondit saluator, qui fecit misericordiam cum illo, unde uidetur determinasse, ꝙ solum ille habendus est proximus, qui facit misericordiam, sed inimicus non facit misericordiam, ergo &c. Secundo, Glo. sup illud.3.R.7. fecit mare.&c. Dicit, decem præceptis in lege dominus, omnia quæ facere debemus expresit, sed ibi non est aliquod præceptũ de diligendo inimicum, ergo. &c. Tertio, habetur.2.Thopi. In contrarijs tenet consequẽtia in seipsis, si amicus est diligendus, & inimicus odiendus ista autem sunt contraria, de contrarijs, amor & odium, amicus & inimicus, ergo &c. Ah nimirum, si talia proferas, quia fortiter & nouiter offensus es, ab aliquo, sed ut non maneas in isto errore. Respondeo omnibus tuis argumentis, ad primum respondit Sco. dist.30.3. Quod illa responsio Christi ad pharisæum debet sic intelligi, proximus dicit relationem æquiparentiæ, sicut amicus uel simile, relati-

uum enim æquiparentiæ, est quod exprimitur eodem nomine, sicut simile simili, simile, amicus amico, amicus, & huiusmodi, ergo si faciens misericordiam est proximus, sequitur ꝙ ille cui facta est, habeatur apud eum tanꝙ proximus, non erat autem gentis suæ, nec sibi obligatus ex natione, sed extraneꝰ, ex patria, ergo cuilibet quantuncunq;, ego possum seruire in necessitate, est habendus ut proximus, & hoc est quod dicit ibi saluator. Vade & tu fac similiter. i. habeas proximum omnem cui potes benefacere, et si sit tibi extraneus, non igitur benefaciens est tantũ proximus, sed etiam omnis bene potens pati a nobis, & hoc siue passione exteriori, siue bona dilectione passiua, quæ est motus exterior, & hoc modo beati quibus: dum non possumus benefacere possunt bene diligi a nobis, & esse nostri proximi, Deus autem licet bene diligatur, non tamen ex dilectione alicuius potest addi sibi aliquod bonum, & ideo comprehenditur sub proximo. Ad secundum respondet Sco. ubi supra. Quod omnia præcepta secundæ tabulæ, explicant illud præceptum dilig. s. proximum, quia specificat illa in quibus debeo non odire inimicum, nam non occidere includit non odire sibi iniuste uitam corporalem, non furari, non mœcchari includunt non odire bonum fortunæ, uel famæ sibi, & huiusmodi. Ad tertium respondet Scotus. ubi supra eadem dist. Quod illa regula non intelligitur, nisi de contrarijs præcisæ, hoc est, ubi non ambo cõtraria ex una parte subsunt uni extremo, unius contrarietatis, si enim color haberet cõtrarium puta a, non sequitur album est coloratum, igitur nigrum est a, sic in proposito, quia sub ratione diligibilis, continẽtur amicus & inimicus, loquendo de inimico per accidens, quia eadem ratio diligibiltatis est in utroq;. s. possibilitas diligendi primũ obiectum, charitatis, inquantum sunt imago Dei. Hęc ille. Et sic non te excusant tua argumenta, ad non diligendum proximum, siue inimicum ex charitate.

¶Secunda ratio dicitur dilectionis. Quum enim quilibet teneatur habere charitatem p illud. Mat. 22. Luc. 10. Deut. 6. Diliges. &c. Quod debet intelligi gratuite. i. quod talis dile-

ctio sit grata Deo. Quod non potest fieri sine charitate supernaturali, ut patet communiter per Theologos, praecipue per Sco. in.1. dist.17. Charitas autē inclinat ad dilectionem Dei.i. ut non tantum nūquam odio habeatur, sed etiā pro aliquo tempore dicatur actus amoris, ut probat Scot. in.3. dist.9. q. unica. inclinat ēt ad dilectionem proximi, saltem ut nō odio habeātur bona quae conuertunt ipsum ad diligendum Deum, de ista dupl ici inclinatione charitatis, uide Sco. in.3. di.28. Quum ergo charitas sic iuclinet, non poterimus gratuite diligere Deum, & ꝙ odio habeamus illa quae faciunt ad dilectionē proximi.

¶Tertia ratio est, filiationis, fundamētum huius ponit saluator Matth.5. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur: transumptiue autem in c. Noli.23. q.1. Ergo a contrario sensu, qui non sunt pacifici non sunt filij dei, nec beati. Remittere igitur iniuriam, est de necessitate salutis, Augu. ubi supra. Si inimicos dilexeris, non solum amicus, sed etiam filius Dei esse mereberis: idem super. Io. Dilectio sola discernit inter filios Dei, & diaboli: Et Greg. in pasto. ait. Si dei uocantur filij qui pacem faciūt, ꝓculdubio Sathanae filij sunt, qui pacem cōfundunt. O anima diletta, o anima cara. Vis mereri esse filia Dei & amica, Dilige inimicum tuum toto corde, & eris filia Dei. Vis ꝙ inter te, & diabolum sit discretio & differentia aliqua, dilige inimicum tuum. Vis uocari filius Dei, & amicus, dilige. &c. Practica.

¶Quarto, ratione legis naturalis, quae est principium practicum: uide Scot. in.4. dist.17. in.3. dist.37. Sed lex naturalis dicit, quod tibi uis fieri alteri facias. Matt.7. Hoc autem intelligitur pro dictamine recto rationis, non inclinatione naturali, quia aliquando inclinat ad oppositum, & ideo nō tenemur eam semper sequi, cōcordat Alexander de al. in tertia parte sum. i tractatu de legibus qui dicit, ꝙ agens contra ius naturale, peccat mortaliter, & secundum Aristo. de regi. prin. Natura dictat, ut unumquodqꝫ diligat sibi simile. Ergo lex naturalis pręcipit diligere inimicos.

¶Tertio principaliter probatur haec conclusio auctoritate Augustini, in sermone plurimorum martyrum inqt de

diligendis inimicis. Fratres charissimi, nullus unquam in ueritate se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, nō possum ieiunare, non possum uigilare, nunquid potest dicere non possum diligere? Potes dicere non possum res meas totas pauperibus dare, & in monasterio Deo seruire? Nunquid potes dicere, non possum diligere? si dixeris quia non potes a uino uel a carnibus abstinere credimus tibi, si autem dixeris quia non possis in te peccantibus indulgere omnino nō credimus, quia nulla nobis remanet excusatio, dum non de cellario, sed de corde istā elemosinam implere iubemur: ut per uiā uitæ ad æternā pātriā puenire mereamur: &. C. Siquis impatori maledixerit. l. unica. Siqs modestiæ nescius, aut pudoris ignarus, improbo, ac petulanti maledicto, nomina nostra crediderit lacescenda, ac temulentia turbulentus, obtrectator nostrorum temporū fuerit, eum pœnæ nolumus subiugari: nec durum aliquod aut asperum sustinere, quoniā si id ex leuitate processit, contemnendum est, si ex insania miseratione dignissimū; si ab iniuria, remittendum. Et ex consilio Agathen. di. 90. ca. Placuit etiam, ut plerunqꝫ fit, quicunqꝫ odio aut longinqua inter se lite dissenserint: & ad pacem reuocare diuturna obstinatione nequerint, per sacerdotes ciuitatis, primitus arguantur, qui si inimicitias deponere pernitiosa intentione noluerint, de ecclesiæ cętu iustissima excommunicatione pellantur. Et dist. 90. pp Fab. c. Siquis contristatus nō luerit reconsiliari, satisfacienteeo qui contristauit acerrimis maceretur medijs donec grātanti animo satisfactionē recipiat. 1. q. 1. c. Teneam⁹. Qui manducat misterium unitatis, & non tenet uinculum pacis, non misterium accipit per se, sed testimonium contra se, & Ouid. 2. de tristibus.

Si quotiens peccant homines
sua fulmina mittat
Iuppiter: exiguo tempore
nullus erit.

Et ibidem.

Hijs præcor exemplis Regum
mitissime Cæsar
Fiat ab ingenio mollior ira
tuo
Si nil peccassem, tu quid concedere posses?
Materiam ueniæ sors tibi
nostra dedit.

Idem. 3. de Tristibus epla. 5.

Quo quisque est maior magis est placabilis iræ
Et faciles motus mens generosa capit
Corpora, magnanimo satis est prostrasse leoni
Pugna suum fratrem cum iacet hostis habet
At lupus, & turpes instant morientibus ursi
Et quæcunque minor, nobilitate fera est.

His enim auctoritatibus probauimus iniuriam remittendam.

¶Quarto principaliter, probabimus inductione, quę possunt me inducere ad parcendum inimico meo, qui tot iniurias sine causa intulit mihi, dico quod sunt multa, sed præcipue quinque, uidelicet.

¶Lex naturalis
¶Præceptum Christi
¶Dominicalis oratio
¶Similatio
¶Exempla

Dico primum. Quod lex naturalis potest te inducere ad parcēdum inimico. Et primo sup. Quod lex naturalis, quæ nihil aliud est, nisi principiū practicum notū ex terminis, uel conclusio deducta ex tali principio practico, uel consonum principio, uel conclusioni practicis, ut patet a Sco. i. 4. di. 17. & in. 3. d. 37. Semper est recta, immo in tātum est recta, quod loquendo de ipsa lege naturali stricte sumpta, nō potest Deus dispensare cōtra ipsam, ut dicit Sco. in. 3. di. 37. Sed diligere inimicum, uel saltem nō odiī lex naturalis hoc dictat. Quod patet. Si lex naturalis dictat Deum esse diligendum super omnia, tam intensiue quam extensiue, ut probat Sco. in. 3. dist. 27. q. unica, & per consequens dictat, quod etiam sint diligenda uel saltem odio nō habenda, quæ etiam a domino diliguntur, quia ab ipso sunt, sed constat Deum diligere hominem inimicum, loquendo non de peccato, sed de homine habente, peccatum, ut patet in pluribus locis scripturę sacræ, unde sapientiæ ij. Nihil odisti eorum quæ fecisti, & ibi Aug. Odit peccatum non autem naturam hominis. Quod etiā probatur, quia inimicis suis multa bona largitur & præstat, uidelicet, creat, conseruat. &c. Prætera lex naturalis dictat, quod illud quod tibi uelles fieri, alteri facias pz. Matt. 7. Quod intelligitur recte. Quod recte uelles tibi fieri. &c. Sed recte uelles diligi ab illo quem offendisti, ergo & tu fac similiter. Sed dicet aliā

quis; hoc non uidetur secundum naturam, sed contra omnem naturam, ⁊ naturalem inclinationem diligere inimicũ meum, qui intulit tot mala, dico ꝙ lex naturalis potest capi dupliciter. Primo modo pro dictamine recto intell's. Alio mõ pro inclinatiõe naturali. Primo dictat inimicum esse diligendum amore Dei. Secundo modo, forte non, & tunc dico, ꝙ non tenemur semper sequi inclinationem naturalem. Patet quia homo inclinatur naturaliter ad semper uiuere, & tamẽ uoluntas tenetur uelle oppositum aliquando, item inclinatio naturalis inclinat ad habẽdum beatitudinem summe semper necessario & perpetuo, ut probat Sco. in. 4. dist. 49. Et tamen uoluntas tenetur uelle oppositum aliquando, quia tenetur uelle beatitudinem tantũ correspondentem suis meritis, & non necessario, quia Deus uult dare ipsam, mere, libere, ⁊ contingenter, ut patet a Scot. in prolo. q. 1. & dist. 17. 1. Nec uult secundum rectam rationem perpetuo, quia eo modo tenetur uelle ipsam, quomodo uult dare sibi Deus. Ipse autem non uult dare dum sumus in uia, ergo, &c. Sic in proposito dico, ꝙ quãuis homo secundum inclinationem naturalem forte nõ teneatur diligere inimicum, immo forte esset cõtra inclinationẽ naturalem, tñ ex quo uoluntas secundum inclinationem iustitiæ, quæ est moderatrix omnium humanorum actuũ, ut dicit Sco. in. 2. d. 6. Tenetur nõ sequi appetitum naturalem & sensualem, sed bene tenetur sequi dictamen naturale intellect⁹, quod ualde dictat, quod si teneor diligere Deũ super omnia, & etiam diligere debeam illa quæ sunt dilecta ab ipso. Alioquin non ueraciter diligerem ipsum deũ, ut patet. Qui non diligit fratrem quem uidet, quõ diliget Deũ quẽ non uidet? ergo. &c. ¶ Sed forte dices ego non possum ipsum diligere, certe hæc excusatio apud Deũ parũ ualet. Dic mihi nõne habes uolũtatem? dices habeo, nonne est libera ad amandum & non amandum? patet quia est in facultate uoluntatis, aliquem uelle diligere uel non, immo ꝙ libertas huiusmodi est de essentia uoluntatis, ut patet a Sco. 1. sue. Met. Nihil est tam in potestate uoluntatis, ꝗ ipsa uoluntas. i. actus uolũtatis. Si ergo uolũtas est libera, per

essentiam, erit in facultate sua diligere & non diligere, sicut etiam est in potestate mea uidere & non uidere, comedere & non comedere, quæ tamen potentiæ sunt liberæ, per participationem, quę dicuntur liberæ ex hoc, ꝙ ipsa uoluntas quæ est libera per essentiam imperat illis potentijs sic facere uel non facere, quanto magis ipsa uoluntas libera per essentiam poterit diligere inimicum, & ideo excusatio tua non ualet, quia si uelles potes, ideo non potes quia non uis. ergo parce. &c.

¶Secundo dico, ꝙ ad huiusmodi dilectionem: te incitat pręceptum Christi benedicti, ut patet. Mat. 5. Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros. &c. Et ꝓbat illud ibi. di. Si dilexeritis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? &c. Et Matt. 6. Dimittite & dimittetur uobis. Et subdit probationem illius dicens, si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Quod considerans Aug. ait. De laude charitatis, breue præceptum tibi præcipitur dilige & fac quod uis. Siue taceas dilectione taceas: siue clames dilectione clames: siue emendes dilectione emẽdes: siue parcas dilectione parcas: radix sit intellectus dilectionis, nõ potest de ista radice nisi bonum exire. Idem ait, in peccatis dimittendis, & si non moueat uos, amor offendẽtis, saltem uel moueat uos auctoritas admouentis. Si ergo habes ueram charitatem a qua non nisi bonum procedere potest, quare ab ipsa non procedit illud, quod tam efficaciter pręcipitur a Iesu Christo: qui dat tibi charitatem. Certe si non diligis non manes in charitate christi, sed in morte, sed dicit ille. Ego diligo sed non possum eum intueri, nec de profecto illius lętari. Certe hæc non est dilectio. Audi Greg. 21. Mora. Inimici dilectio tunc ueraciter custoditur, quum non profectu deijcimur, nec de ruina eius lętamur. Nõ amat aliquem, quem nõ uult esse meliorem, reum stãtem uoto persequitur, quẽ cecidisse gratulatur.

¶Tertio, nota & bene aduerte tu qui non uis iniuriam dimittere. Dicit Matt. 6. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo quotidie dicis orationem dominicam, dimitte nobis. &c. Fac tu con

sequentiam sic. Ego nō dimitto inimicis meis, ergo nec tu Deus mihi dimittas, quia tibi sum inimicus, quum sim peccator et in mortali existens, & in pluribus simul. Vnde Augustinus de uerbis domini dicit. Si non dimiseritis non poteritis dicere. Dimitte nobis de.no.si.& n.di.de.nostris. In persona propria. Quia sic faciendo, potius peccas q̃ miserearis. Et Cris. super Matt. ait. Cū qua ergo spe orat qui inimicitiam seruat aduersus alterum a quo forsitan læsus est. Sicut enim ipse orat mētitur. Dicit enim remitto, & non remittit. Sic, ⁊ a Deo petit indulgentiam, & non illi indulgetur hæc ille.

¶ Quarto, Petro petenti & interroganti saluatorem, si septies peccanti indulgere deberet. Respondit Christus. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. Mat.18. Dicūt expositores, ꝙ Christus posuit numerum finitum, pro infinito: unde Nicolaus de Lyra super illo.i. totiens quotiens offensus fueris remitte, si uis peccata tua a deo tibi remitti. Qui ait Mat.6. Dimitte & dimittetur tibi: & iterum Mat.6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, & pater uester cælestis dimittet uobis peccata uestra. O stulte. O di poco sentimento. O fili inferni quid agis? Tu teipsum condemnas, & non credis nec uis audire. Et come? Audi & dicam. Scribitur enim Mat.18. Et de pe.d.14.c. Dicit dominus. Et de cō. dist.2.c. Panem de altari. Serue neq̃ omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego misertus sum tui. O ingrate scias pro certo ꝙ xp̄s dicit tibi illa uerba. Serue nequam. &c. Ego tibi dimisi tot nepharia, tot scelera, tot iniqtates, tot peccata, tot uitia, tot facinora, tot abhominatiōes, tot fornicationes, tot adulteria, incestus, stupra, mollicies, sacrilegia, homicidia, furta, blasphemias, detractiones, murmurationes, infamatiōes, rapinas, prædatiōes, iniustitias, & alia quasi infinita peccata, & toties quasi infinities, & tu noluisti semel tantum inimico tuo dimittere mei amore iniuriam. O serue nequam. O fili Satanæ, fili iniquitatis, tu & sequaces & similes tibi maledicti mini semper a patre meo, a me, a spiritu sancto, a tota rerum machina, ab omni ordine creaturarum. Sed dicet ille

iniuriatus. Ah padre mio. Magna res est parcere, & indulgere illi, qui sic me falso criminatus est, & ille alius qui me uulnerauit, qui interemit filium, uel nepotem meum, & ille mihi dixit publicę in platea cornutum & similia. Omnino uidetur res magna. Sed cui? habenti cor fœmineum & uile, sed habēti animum & cor leonis, & generosum, & magnificum nihil uidetur. Solus qui quærit uindictam uilis est & improbus.

VLTIMO, te inducunt ad remissionem iniuriarum, & ad inimicos diligēdos multa exempla, tam paganorum, q̃ fidelium, & primo habes exemplum Socratis maximi philosophi, qui cum esset coactus in carcere bibere cyphum ueneni, in nomine plurium deorum, noluit uindictam ex hoc quęrere, immo pcepit filio proprio quærenti si de hoc uellet se facturum uindictam dixit. tibi mādo & nihil aliud, ut pœnitus obliuiscaris huius actus, ꝙ sum modo morti condemnatus & expirauit. Lętus & alacer, imemor iniurię magnę: Senec. Recitat in libro de ira. ꝙ Diogenes lentulo sibi in faciē maximo impetu spuenti: deposita omni passione, & ęquo animo respondit. Affirmabo deinceps o lētule, omnes eos decipi, qui dicunt te os non habere. Propterea, idem Seneca in libro de quatuor uirtu. inquit. Si magnus fueris nunq̃ iudicabis tibi contumeliam fieri, & de inimico dicas. Non enim nocuit, sed animum nocendi habuit, & cum illum in potestate uideris: uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim honestum & magnū genus uindictæ esse ignoscere, hæc ille.

¶Aristippus, cuidam sibi improperanti, respondit, pia & blanda uoce, utinam ita tu tuæ, linguæ, sicut ego aurium mearū dominus sum. Xephon philosophus sibi maledicenti respōdit. Tu didicisti male dicere, & ego didici maledicta contemnere. Pittachus, Asianus, Mithilenus philosophus illustris, unus de septem sapiētibus grecis, ait, Quod Alexander magnus, quum commisisset magnum bellum contra Darium regem Persarum. Et ipsum in suo exercitu eneruasset, cuidam Persico induto ueste Macedonica & misso a Dario, ut ipsum occideret, sibi

uulneranti in capite magno uulnere indulsit, & uenia data, illesum abire permisit, nec uoluit sibi in aliquo nocere, ecce quantum generosus fuit Alexander, item legitur de ipso, ꝙ cum habuisset inimicũ capitalem, & ei nollet parcere, tunc Arist. qui erat eius pręceptor accessit ad eum dicẽs, o sacratissime imperator, qđ est illud, quod te fecit uincere castra, ciuitates, ꝓuincias, reges, & regna, imperatores, ⁊ imperia, & fere omnes gentes barbaricas? non iam fuit pulchritudo, non diuitiæ, nõ delitiæ, non fortitudo, non sciẽtia, non prudentia, sed quid fuit? nisi humanitas & clementia, quibus domuisti fere totum orbem. Si ergo fuit clementia quare uinceris ab iracundia? a furore? a passione? parce ergo p̃cor inimico tuo, ueniam ei præbe. Ad quæ uerba Alexander totus demulctus ueniam donauit. Vnde ille Mantuanus. Clementia reges efficit imperio dignos: ꝗd dicemus, de Cæsare Iulio Imperatore? De quo Augustinus in epistola ad Marcellinũ ait. Omnium enim reminisci solebat præter iniuriarum. Et. 12. de ci. Allegat Tullium dicentem, nulla o Cæsar de tuis uirtutibus, nec mirabilior, nec gratior, misericordia est. Vnde ipsæ Cæsar uiso capite Pompei sui inimici, fleuit. Antigonis regis Pyrrhi eius inimici corpus honorifice sepeliuit, ⁊ eius filium ad fratrem Antigonis liberum remisit.

¶Alexander etiam magnus, cum iam totaliter debellasset Dariũ regẽ Persarũ, & eũ inuenisset in uia quasi mortuũ ⁊ lętaliter uulneratũ, super eum planxit, & amplexatus est eũ, & posuit super eum coronam imperialem. & tandem mortuum, ipse Alexander personaliter, & proprijs humeris deportandum ad sepulturam adiuit. omnibus etiam Persis admirantibus, & lachrymantibus ex clementia Alexandri. Et tamen Darius antea scripserat epistolas sibi in quib⁹ multa opprobria & nepharia intulerat Alexandro, Diogenes, Cinicus philosophus, dũ semel fuisset satis de honestatus a quodam, alius autẽ sibi dixit, quare non cõtra illũ indignaris? Respondit. Qui me dehonestauit, aut est ueridicus, aut est mendax, si est ueridicus: pro ueritate nõ irascar. Si mendax, deest indignationis causa, ex qua nõ nouerit, quid dixerit, iuxta illud me-

lior est uir patiens, expugnatore urbium. Alia quidē multa exempla philosophorum & gentilium adducere possem, quæ prætereo.

¶Quid dicemus de illis de q̄bus Valerius Maximus li.4.c.2.de Marco Amilio, Lepido & Fuluio Flaco, qui per longas inimicitias, creati cẽsores ob rem publicam ad pacem redierūt. Idē de Sexto Liuio Salinatore, & Claudio Nerone. Idem de Marco Cicerone, & Aulo Gabinio, idem de Celio Ruffo, & Quinto Pompeio. Vn̄ Cicero de laude Cæsaris dicēs asserit, q̄d nihil solebat ob.nisi.in.&c.ut supra. Exemplum illius uiduæ Florētinæ, cuius unicus filius occisus fuit, homicida fugit in domū suā, quem illa nesciens abscōdit, parum post filius defunctus in domum portatur, tandem post multam animi concertationem an deberet eum manifestare, & sic nutu dei illum nocte dimisit cum decem aureis, & pepercit, cui filius in somnis gratias agens dixit, tunc animam illius cœlestia regna meruisse. Adducamus etiam aliqua exēpla modernorum. Et primo exemplū sancti Stephani protomartyris, qui pro suis lapidantibus cordialiter orauit. Sāctus Cyprianus martyr, qui prius fuerat magus. Dum occideretur multa donaria obtulit occisoribus suis pro eis rogando. Et alij plures sancti taliter fecerunt.

¶De modernis autem accipe ista. Primum tempore.b.p.fratris Iacobi de Marchia, dum esset maxima controuersia inter Norsinos & Viscianos, sic q̄ nunquam pax potuisset fieri inter eos, etiam interueniētibus accuratissime dominis episcopis, cardinalibus, b.autem pater frater Iacobus: zelo Dei feruidus perrexit Norsiam, & pluribus diebus prędicans ibi, una dierum de pace & remissione iniuriarum sermonem fecit, in quo sermone totum populum commouit ad lachrymas, & fletum, ut uideret̄ dies parasceue. In quo planctu b.p.audiuit duos inter alios clamantes, & plorantes amarissime, fletu inconsolabili, petensq; quidnam hoc esset, fuit sibi respōsum, q̄ erat pater, & mater cuiusdam iuuenis qui in diebus illis fuerat mortuus, & per frusta truncatus super lignū macelli ab illis de Viscia. Tunc accersito illo super pulpitum, coram populo cuncto ipse b. p. cum

corda

ad collum genuflexit ante illũ hominem interfecti, cũ multis lachrymis incessanter petens, at parceret unigeniti sui occisoribus, & loco filij sui dignaretur ipsum beatum p. accipere, tandem homo ille tactus intrinsecus a.s.sancti gratia, cum magna lachrymarũ effusione eius & totius populi, pepercit illis, & b.p. in filiũ proprium recepit, hoc autem facto, post aliquos dies b. p. dũ uellet inde abire, & uisitiã ire, ubi erant occisores filij, ut pacem procuraret, pater trucidati dixit ei, se omnino uelle secum proficisci, at ille renuens dicebat, non, sed hic moram agas, ego uado & procurabo pacem. Hoc autem dicebat b. p. timens ne aliquod malum eueniret, si eum illuc duceret, & dum sæpe b. p. recusasset, & ille ex aduerso constanter peteret secum ire, consensit. Applicati autẽ ubi erãt occisores sui filij, postulari fecit eos. Quibus coram toto populo astãte, cũ magna charitate & dilectionis feruore genuflexit, & manus eorum deosculatus est sæpe. Alta uoce dicens. O beatæ manus quæ filium meum unigenitum trũcauerũt, deinde osculatus est etiam arma, & macellum in quo filiũ per frustra apposuerunt, & trucidarunt. O quot fletus, o quot lachrymæ ibi fuerũt. Quod si uidisses, ex teneritudine quadam uidendo tantam pietatem & largitatẽ illius hominis fleuisses. O huomo da bene. Si filius tuus esset occisus, & Christus filius dei uiui occisus est. Filius tuus peccator erat, & uermiculus. Christus autem sine peccato & deus æternus.

¶ Aliud uobis trado exemplũ notabile, in prouincia Marchiæ, in ciuitate Camerini, erat quidam medicus habens quinq; filios, & unus rusticus erat sibi maxime inimicus, & leui quadam causa, qui furore succensus sathanico, interpellatim interemit illi quatuor filios. Vltimo, quia disposuerat omnino illam progeniem eradicare. Videns nutricem lactãtem filium in brachijs tenere, ille maledictus & infernalis, Nerone crudelior accurrit & illum paruulũ necauit. Tunc b. pater frater Ia. supranominatus illuc ad prædicandum se contulit, & cum prædicaret etiam semel, de iniurijs remittendis, parentes quorum filij mortui fuerunt, prę nimia angustia cordis, eiulare cœperunt, & maxime ma-

ter decapillauit se, quo audito & uiso .b. pater taliter superna gratia fauente disposuit ut illi ueniam darent, & in filiū illum reciperent. Et die constituto, coram toto pplo fecit illum homicidam discalciatū cum corrigia ad collum, & ense cruentato in manu, ac magnis lachrymis & fletu populi, ante parentes orbatos genuflectere, & ueniam petere. Et illi susceperunt eum læto animo, & hylari facie in filium data sibi uenia: ille autē quo ad uixit in domo sua ut filius peramantissimus cōmorauit, multa alia exempla sunt quæ breuitatis causa relinquo.

¶Inspice popule mi, & fac secundum exemplar quod tibi in monte mōstratum est. Aspice ad exemplū Christi, quod est certius, fortius, ac efficacius, qui cūm esset immortalis, impassibilis, æternus, incorporeus, incircunscriptibilis, immensus, infinitus, in uirtute, amore humani generis, uoluit descendere a sinu cœlestis patris & æterni. Et luteo sacco se iduere, & fecit se mortalem, passibilem. &c. Discurre cum isto breuiori modo. s. fecit se temporalem, corporeum. &c. Amore nostri natus est pauperimus, & a pauperimis parentibus in loco uili, tempore satis frigido, postea peregrinatus est per mūdū. 33. annis cum dimidio, prædicando, docendo, consulendo, exhortando, laborando, ieiunādo cū magna fame & siti, æstu, & algore, a iudæis & malis hominibus, imponentibus sibi multas īfamias, & opprobria, ac calumnias, tandem uoluit a proprio discipulo uendi, a iudæis ligari, capi, accusari, cōspui, colaphis cœdi, flagellari, negari, percuti comminari, tāquam homo uilissimus circūduci, purpura uestiri, derisorie percuti, cum arundine, a discipulis relinqui, sententiari, uoluit uilipendi coram toto populo, & ab omni gente, denudari, flagellari, subsannari, spinis coronari, ad crucem duci, tam ingentem & ponderosam proprio dorso crucem portare, ad montem caluariæ duci, exui iterum & nudari in conspectu populi, potari felle, & aceto, crucifigi, lanceari, mori, demum ad inferna descendere, & animas liberare. Et quare talia sustinere uoluit? Nō propter peccata sua, non propter scelera, sed propter nostra facinora, ut nos liberaret a manibus infernalibus, a seruitute diaboli. Et ta-

me ipse saluator noster, dum hæc omnia in eum fierent, nõ solum ęquo animo tolerauit, sed & ueniam donauit pepercit. Et pro eis rogauit patrem, pater parce. &c. Ah pouerello, ah pouerella. Si Christ⁹ filius dei uiui pepercit, quare tu cũ sis frustrum carnis terrestris, uermiculus, caro tantum, & terræ fex. onustus peccatorũ sarcina, non uis lœto uultu corde benigno, & spõte, amore domini nostri Iesu Christi, parcere, etiam si tibi necauerit patrem, uel matrem, uel filium. &c. Sis ergo imitator Iesu Christi saluatoris nostri: Qui etiam dum actu, a uobis, & ab unoquoq; in particulari blasphematur & dehonoratur in multis peccatis, adhuc lucem solis, & lunæ, & stellarum copiosissime impendit, tam malis quàm bonis, dat uitam, sanitatum, gratiam, dona, beneficia, & nunq̃ desinit, pro filio tuo temporali & terreno lucraberis filium dei æternum, immortalem, & diuinum & mereri poteris uitam æternam hodie.

¶ Circa sextum principale, de merito & utilitatibus, dilectionis, uel remissionis, dico primo, ꝙ diligere inimicum propter deum, est magni meriti. Teneo enim firmiter, ꝙ dilectio inimicorum, etiam quando procedit ex æquali charitate, habitualiter, sit maioris meriti apud deum quàm dilectio amici: ratio quia, quanto dilectio ex maiori difficultate procedit, tanto est plus meritoria, ꝙ patet in simili, sicut enim homo, quanto magis sibi displicet peccasse, & talis displicentia cum maiori difficultate elicitur, tãto magis disponitur ad gratiam culpam delentem, ut patet a Sco. in. 4. di. 1. q. 2. Sic in proposito, quanto maiori difficultate elicitur actus dilectionis, tanto ostenditur ꝙ sit maior, ⁊ acceptior amor apud deum, sed diligere inimicum est huiusmodi. Patet, quia hoc fit cõtra inclinationem naturalem, & etiam contra naturalem inclinationem sensuum, quibus nostra uoluntas ita coniungitur, & unitur, ut non sit dolor, uel delectatio in parte sensitiua, quin naturaliter illis condoleat uel condelectetur, ut patet a Sco. in. 3. di. 15. Si ergo uoluntas diligit inimicum contra naturalem, & animalem inclinationem sensuum, quibus ita coniungitur ⁊ unitur, cũ q̃ta difficultate elicit actũ amoris circa inimicum, hoc

exprimat qui talia in se experitur.

¶Secundo, quãto homo agit contra inclinationem suam naturalem, & hoc amore dei, tanto magis meretur. Quod patet, quia tunc uoluntas maiori conatu elicit illum actũ, quia ibi reperit maximã difficultatem. Dicit enim Scot. in 4. di. 49. Quòd inclinatio naturalis, fortior est omni inclinatione habituali, quæ inclinatio nunquam relinquit naturam, cum sit eadem sibi realiter, ut patet a Sco. ubi supra. Si ergo homo agit contra inclinationem naturalem, quæ summa est inter omnes inclinationes in eliciendo actum amoris circa suum inimicum. Quanti meriti credis sit talis dilectio? solus deus scit qui est scrutator cordium. Dicit tamen Glo. super Matth. 5. Cumulus perfectionis est diligere inimicum, & orare pro ipso. Sicut & Christus fecit. Itẽ quãto dilectio procedit a maiori inclinatione charitatis, tãto est perfectior & gratior. Hæc patent a Fran. di. 17. 1. Sed dilectio inimicorum procedit ex singulari inclinatione charitatis, ergo illa dilectio est magni & singularis meriti. Vnde Glo. super illud Matt. 5. Diligite inimicos uestros dicit. Hæc est latitudo consumatæ charitatis, & sic apparet quantum meritum sit diligere inimicum amore dei: isti autem merito correspondet ex diuina bonitate, nó dico, bonum temporale, & transitorium, sed bonum æternũ, bonum essentialis gloriæ, ut patet a theologis. Vnde Glo. super Matt. 5. loquendo de dilectione inimicorum dicit, ecce ad quem cumulum perfectionis prouehit suos. Et non est mirum, quia talis dilectio est purissima, non habens mixtum sanguinem, nec carnẽ. sed tantum amorem dei. Præterea, ille qui diligit inimicũ assimilat Christo. Vnde Chrisos. dixit. Nihil ita assimilatur deo, sicut iniuriam facientibus indulgere, licet autẽ carnales filij culpabiles non sint, si parentibus nó sint similes, quia in potestate eorum non est suũ figurare corpus. Spirituales tamen filij nisi deo similes fuerint, illorum est, quia in potestate sua fuit effici uirtuosos, & sua culpa patris similitudinem perdiderunt.

FINIS.

## SABBATO POST diem cinerum.

### De immunitate Mariæ uirginis.

AVE gratia plena. Lucæ.I. Tres salutationes, cęteris celebriores in euangelio reperimus, non sine maximo mysterio. Prima fuit Gabrielis. Luc.I.c. Aue gratia plena, dominus tecum. Secunda Mariæ ad Elisabeth. Luc.I. Intrauit domum Zacharię, & salutauit Elisabeth. Tertia, christi ad discipulos, Ioan.20. Pax uobis. Hac triplici salutione, triplex cōcordia designatur, siquidem ante incarnationē discordia erat. Primo inter deum, & hominem, propter peccatum primæ præuaricationis, quando homo deo factus inobediens diabolicæ se subiecerat potestati. Secunda discordia, erat inter angelum & hominem, & hoc ex duplici causa, quia, uidelicet, homo, qui ruinam angelicam reparare debuerat, sponte corruens se subtraxerat e cœlo, & diabolo se coniunxerat, eius uoluntatem faciendo, & quia cū in obsequio dei conserui esse debuissent, homo se quasi spōte seruitio diaboli subdiderat. Tertia discordia erat inter hominem & hominem, uidelicet, inter iudæum & gentilem, propter diuersarum legū æmulationem, quia iudæus unum deum: gentilis autem idola colebat, ita per salutationem Christi ad discipulos, designatur concordia dei ad hominem, quia filius dei in se ipso, coniungens diuinitati humanitatem, & per sanguinem crucis, pacificauit quæ in cœlis sunt, & quæ in terris, per salutationem Marię ad Elisabeth. Designatur concordia iudæi & gentilis, quia Christus lapis angularis, omnes in unicam fidem, & ecclesiam conuocauit & uniuit: denique per salutationem Angeli, ad Mariam, notatur cōcordia angeli ad hominem, quia per partum Mariæ, factus est homo conciuis angelorum, & domesticus dei, & unius dei.s. Christi, homo, & angelus facti sunt serui, quia igitur istę concordiæ factæ sunt per Mariā, quę nobis Christum deum genuit, idcirco nō īmerito dicat deus, dicat angelus, dicat hō,

Aue. et quia cũ beatissima uir. Maria sit illa, per quam salus mundi credentibus apparuit, ut de ea canit ecclesia. ideo congruum fuit, ut cœlestis ille paranymphus, humanæ salutis mediator existens, & ob hoc saluberrimum opus ad eam ex beatissimo trinitatis præcepto perueniens. Primo uerbum salutis proferret dicens Aue. Nam secundum omnes aue, est uerbum salutis: Dicit enim ab A. quod est sine, & ue, i. sine ue, pœnæ & maledictionis ut igitur angelus eidẽ partum annuncians de immunitate triplicis ue, eam certiorem redderet, nomẽ illud maledictionis. s. Eue in benedictionem mutauit, dicens aue. De quo tria dicemus.

Continentiam

Qualitatem

Liberationem.

Circa primum. Hoc benedictum nomen Aue secundum grammaticos, præcipue secũdum Ioannem Ianuensem, in catholicon, sumitur quandoque per uocem optantis, ut quando dico alicui aue, salutãdo, signatur quod ei salutem opto, quandoque est uox orãtis, ut cũ dico; O crux aue, spes unica, uel aue crux pretiosa. Non enim salutando id dico, ligno insensibili salutem, optando, quia eam habere non potest, sed oro ut uirtus crucis mihi salutem operetur, quandoque est uox congratulãtis, & applaudentis, ut cum dico aue Maria, uel salue sancta parens. q. d. O beata uirgo Maria, congratulor & cõgaudeo saluti, & gloriæ tuæ, quandoque sumitur uel est uox annũciantis, ut cum dico Aue Maria. s. ego annuncio tibi, quia fuisti immunis ab omni ue. s. spãli, cõi, & proprio ut infra dicemus. Secundo nota, quod huius nominis tres sunt literæ, quæ significant beatissimam trinitatem. Primã est A. Et denotat personam patris, sicut enim secundum omnes a. est prima litera, eo quod ipsa prior nascentibus uocem aperit, sic pater in trinitate sanctissima, est prima persona, uel denotat patris auctoritatem, & potestatem, nam potentia & auctoritas eidem attribuitur, iõ dicimus patrem omnipotentem, quam auctoritatem, & potestatem, ipse deus operatus est in Maria, liberando eã ab omni ue. Secunda litera est u. & significat personam filij, quod est uerbum patris, & medius, non situ, sed numero inter patrem, & spiritum sanctum, sed

nota, ꝙ ista litera u. quandoq; est uocalis secundum grammaticos, quia plenam per se uocem facit, quandoq; est cõsonans. i. quando ab ea incipit syllaba in principio dictionis posita, sequenti uocali in eadem syllaba, ut Venus, uinum, quandoq; per se est syllaba, & ubi, uro. &c. quandoq; est nota numeralis, notat eni numerum quinariũ, ut in abaco antiquo v. i. quinq;, sic uerbum æternum, quandoq; fuit uocale. s. ante incarnationem, quia tunc uerbũ non habuit sonum, nisi unius naturæ diuinæ. Ioan. 1. In principio erat uerbum, & sic dicimus, ꝙ uerbum habet eandem naturam diuinam unitam, & indiuisibilem, quã pater & spiritus sanctus. Secundo, hoc uerbum fuit consonans in incarnatione. i. cum alio sonans, propter communicationem idiomatum, quæ est uerificatio, aliquarum proprietatum, uel ꝑdicatorum, duarum naturarum, adinuicem unitarum in unitate suppositi & personæ; cum ergo uerbum assumendo nostram naturam humanam, fuerit homo, ideo propter hoc utriusq; naturę sit in Christo communicato idiomatum. i. prædicatorũ & proprietatũ, quæ tamen prædicationes debent fieri in concreto, sic homo est deus, & deus est homo: non autem humanitas est deus, hæc Burlifer in 3. di. 1. q. 3. Tertio, hoc uerbum fuit nota numeralis, quando uerbum caro factum, pro salute mundi in suo sacro corpore, quinque uulnera protulit, conuenięter ergo ponitur u. in hoc sacratissimo nomine Aue, quæ est secunda litera, ꝗ significat secundam personã in diuinis, & dicitur numeralis, quæ denotat quinq;, quia totidem. s. quinq; literis nomen saluatoris cõstat, i. Iesus. secũdo nomen uirginis, quod quinque literis constat. s. Maria, hinc Bernardus sicut christus quinq; uulneribus suis contulit plena remedia, mundo. Sic Maria suo sanctissimo nomine (quod quinque literis constat) ueniam peccatoribus quotidiano remedio ꝓstat, ille. Tertio signat mysterium eucharistiæ, quod quinque uerbis completur. s. hoc est enim corpus meum. Quarto signat mysterium miserationis diuinæ, nam quinque uerbis publicanus ueniã meruit. Lu. 18. Deus propitius esto mihi peccatori, hæc autẽ omnia ad beatam uirginem per

optime applicantur. Tertia litera huius benedicti nominis est, e. ꝛ est ultima litera huius nominis Aue. Sic persona spiritus sancti est ultima origine in trinitate, licet enim omnes tres personæ diuinæ; sint simul natura, nec una est prior alia, hoc modo ut dictum est supra, tamen ordine originis, est tertia persona in trinitate, uel dicere possumus ꝙ per A. significaƭ diuinitas, per u. natura humana, unita naturę diuinæ, per e. beata Maria quæ fuit hebrea & egregia, uel p A. denotat potentiā ꝛ auctoritatem patris, per u. denotat ueritatem, & sapientiam filij, per e. æternam emanationem, & bonitatem spiritus sancti. Ex prædictis patet continentia huius benedicti nominis, in quo beatissima trinitas continetur, & conuenienter positū est in ipsa salutatione, nec aliud uerbum salutandi poni debuit, in quo salutis status, uel profectus, uel pfectio notaretur, ideo conuenientissime salutatur per Aue, & non per aliud uerbum, unde quidam uersificator ait porta salutis aue, per quam patet exitus a ue. Curramus ergo ad beatam uirginem, salutando eam dicendo, Aue, in quo uerbo notatur plena innocētia, quia sine ue alicuius culpæ (ut infra) nec originalis, nec actualis, & quid iocūdius ei annunciare possumus? quā ꝙ nūquam fuerit inimica dei, unde August. de natura & gratia, excepta uirgine Maria, de qua propter honorem domini, cum de peccatis agitur nullam prorsus uolo habere mētionem. Iam enim scimus, ꝙ ei plus collatum fuit gratiæ ad uincendum ex omni parte peccatum, quia concipere, ac parere meruit eum, quem cōstat nullum habuisse peccatū, hac ergo uirgine excepta, si oēs sanctos & sanctas cū hic uiuerent, congregare possem, & interrogare, utrum essent sine peccato, quid fuisse respōsum putamus, nisi quod ait Ioannes? Si dixerimus, quia peccatum non habemus. &c. O si scires quantum gaudium continet hoc uerbum Aue. i. sine ue omnis peccati, quid iocundius offerri potest quam summa innocentia, pro qua quilibet deberet pati omne detrimentū, debuit enim una creatura humana reperiri in uita beata, quæ summe teneretur redemptori, illa quæ est summe innocens, merito passionis Christi. Et hæc fuit bea

ta uirg. Vt notat Sco. in. 3. di. 3. q. 1. dicēs. Quod inter alia meruit matrē præseruare ab omni peccato etiam originali, cū ergo dicis Aue, dic in corde tuo, o domina, credo firmiter te semper fuisse immunem, nec possum credere te aliquādo contraxisse minimum peccatum, sed dico cū Anselmo, decuit uirginem ea puritate nitere, qua maior sub deo nequit intelligi, ille.

¶ Viso qualiter in hoc gloriosissimo nomine continetur mysterium beatissimæ trinitatis, nunc uidendum est ꝙ ipsa beatissima trinitas, ex quo in hoc nomine salutationis includitur tres uirtutes eidem contulerit.

¶ Primo. Pater contulit potētiam. Dicit enim sanctus Bernardinus, ꝙ uirgo gloriosa (Deo annuēte) plus facere potuit de deo, ꝙ̄ deꝰ de seipso. Nā quædam erant contraria, & contradictoria, inter deum & uirginem, & quasi impossibilia, sed deus ad uirginem accedens, omnia sunt in ea cōcordata. primum quia impossibile erat deum non generare, p Scot. in. 1. dist. 2. & in. 2. di. 1. q. 2. Et impossibile erat uirginem generare, remanente uirgine, secundū impossibile erat deū generare nisi deum, quia in tali generatione communicatur filio deitas, de necessitate naturæ, patet a Sco. ubi supra & in. 1. di. 5. Et impossibile erat uirginem generare deum, patet, tertium impossibile erat deum patrem generare cum alia persona, & impossibile erat, uirginem generare sine alia persona, accessit ergo deꝰ ad uirginem, & uidit necesse fuisse uirginem generare, ⁊ nō alium quàm deum, & non de alio ꝙ̄ de deo, sed deus nō potuit generare nisi deum de se, & tamen uirgo deum fecit hominem. Item deus nō potuit generare nisi immortalem, æternum, impassibilem, inuisibilem sub formæ Dei, sed uirgo Maria fecit deum mortalem, temporalem, uisibilem, passibilem, sub forma serui. Ecce potestas magna, quam contulit Mariæ.

¶ Secundo, filius contulit ei summam sapiētiam, nam uerbum dei quod est summa sapiētia adeo animam illam benedictam irradiauit summa sapiētia, ut naturam omnem, ac speciem, ⁊ proprietates omnium elementorum, & in eis existentium perfectissime cognosceret, fuit enim uera mater dei & hominis, propter

quam maternitatem, collata sunt ei innumera priuilegia, ideo ipsa dixit, quia fecit mihi magna qui potens est. Primum priuilegium est, ꝙ tota trinitas eam inhabitauit, qđ signatur per hoc uerbũ Aue, pater sibi concipiendi potentiam tribuit, filius carnem de ea assumpsit, spiritus sanctus eam obumbrauit. Secundum, ꝙ ipsa ita perfectum filium habuit, sicut pater æternus. Tertium, ꝙ filius dei in utero beatæ uirginis Mariæ existens, ita generabatur a deo patre secũdum diuinitatem, sicut ab æterno erat ab eodem genitus. Quartum, ꝙ filius dei existẽs in utero uirginis, spirabat spiritum sanctum sicut & modo in cęlo. Quintum, ꝙ Christus habitans in utero matris glorificabat omnes angelos, sicut deus pater & spiritus sanctus. Sextum, ꝙ Christus existens in utero matris, conseruabat mundum sicut pater, & spiritus sanctus, quia habent eandem uim conseruatiuam. Septimum, ꝙ filius dei in utero uirginis, sciebat & comprehẽdebat omnia quæ sunt, fuerunt, & erunt, cognoscebat quot damnandi & saluandi erant, quis fructus suæ passionis, omnem uitæ suæ decursum, omnes passiones, omnia peccata. &c. Octauũ, ꝙ in eius utero habitauit deus, æquæ magnus, & æqua maiestate, sicut in cœlo & latissimo mundo, quia quem cœli capere nõ poterant tuo gremio con. Nonum, ꝙ ibidem sua sapientia, disponebat totum mundum, & omnia quæ in mundo uolebat, sapientia sua faciebat, & suo iudicio discernebat, quis diues, quis pauper. &c. Decimum, ꝙ in ipsa b. uir. summus splendor diuinę sapientiæ, & præscientiæ, nõ solum in anima, uerum etiam in corpore, mira radiositate relucebat, ita ut dicit. S. Bernardinus propter splendorem ab eius facie procedentem, Ioseph eius spõsus uix audebat in faciem eius respicere, unde super illud Mat. I. Accepit Ioseph coniugem suam, ait Glo. Mariam facie ad faciem uidere nõ poterat. Vndecimũ, ꝙ in ipsa & ꝑ ipsam hamana natura summe exaltabatur, qa in assumptione uerbi, tantum fuit humana natura sublimata, ut esset homo æqualis deo, licet non sit æqualis hnmanitas diuinitati, quia Christus est ęqualis patri secundum diuinitatem. Duodecimum, ꝙ b. uirg. ita dignificabatur ut dominiũ ha-

beret super omnes angelos, & homines, & super omnem mundi creaturam, & esset regina omnium cœlorum, terrarum, & infernorũ: imo sup filiũ dei. Bern. O felix Maria data est tibi omnis potestas, in cœlo & in terra, ut quicquid uolueris efficere ualeas, ille.

¶ Tertio, spiritus sanctus posuit in ea omnem charitatẽ, & amorem, & maximam gratiã, o ineffabilis humilitas creatoris, o inextimabilis uirtus uirginis Mariæ, o incomprehensibilis altitudo mysteriorum dei, una puella nescio quibus blandicijs, quibus cautelis, (ut ita dicam) uulnerauit cor diuinum, & dei sapientiam circũuenit, quapropter conqueritur de ea Canti. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, ubi Glo. Pro tuo amore carnem assumpsi, uulneribus in cruce appositis, uulnerasti cor meum, ex uirginis igitur carne, summam altitudinem, uestitum humilitate, summam deliciarum dulcedinem, uestium penalitate, summam opulẽtiam paupertate, summam lucem tenebris, summum honorem opprobrijs, summum amabile flagellis assumpsi. Reuera deo patri per omnem modum impossibile erat, quod de se aliquod tale faceret, propterea in hoc stat uirginis gloriosæ prærogatiua, quia nulli alteri creaturæ concessit deus hoc, nisi uirgini, ⁊ hoc totum pro salute humani generis, unde sicut illud quod dedit pater filio est maius omnibus, sic illud q̃d dedit matri, quid igitur agendum est? Nisi cum Gregorio exclamandum? O mira circa nos. s. utriusque parentis Iesu Christi pietatis dignatio, o ineffabilis dei & uirginis dilectio charitatis, qui ut seruum redimerent communem filiũ tradiderunt.

SECVNDA pars est quo ad qualitatem, patet qualiter in hoc sanctissimo nomine, continentur tres singularissime uirtutes: ĩ hac secũda parte disserem⁹ quomodo ipsa beatissima trinitas, uoluit ipsam esse immunem, ab omni ue, & nota secundum Albertum magnum super missus est. c. 64. & 65. nec non communiter omnes doctores hanc materiam tractantes, quod beata uirgo uere salutari debet per hoc uerbum Aue, quia fuit sine triplici ue, uidelicet.

¶Sine ue speciali Eue, & mulierum.

¶Sine ue ꝓprio oĩum matrũ.

¶Sine ue cõi omniũ hoĩum. Circa primũ nota, ꝙ Eua habuit triplex ue,& triplicẽ maledictionem.Prima est Multiplicabo erumnas & cõceptus tuos. Secunda; in dolore paries filios.Tertia sub uiri ptãtę eris.Gen.3.Sine hoc triplici ue,fuit beatissima uirgo,quia non sentijt erumnam in conceptu, nec dolorem in partu, quoniam fuit sine corruptione fœcunda, sine grauamine grauida, & sine dolore puerpera, ut ait Bernard. denique nec fuit uiro subdita, perpetuæ uirginitatis obtentu, et quia per dei conceptum, & maternitatem, facta est domina omnium mulierum, uirorum, & angelorum. item in mulieribus est triplex ue, in uirginibus est ue, sterilitatis, in cõiugatis est ue, subiectionis,in uiduis est ue desolationis, ⁊ in duabus ultimis est annexum ue corruptionis, ab omnibus istis ue fuit immunis b.M. uirgo fuit sine sterilitate, cõiugata sine corruptione,subiectione,& seruitute,& Ioseph potius ei seruiebat, ut mrĩ dei,fuit uidua põst mortẽ Ioseph,cum uirginitate, & sine desolatione, propter dei præsentiam, fuit ergo beata uirgo immunis a speciali ue, Eue,& omnium mulierum.

¶Secundo, fuit sine ue, proprio matrum,de quibus dicit saluator,ue autem prægnantibus, & nutrientibus. &c. Est autem illis triplex ue. Damnificentiæ,indigentiæ, afficientiæ. Primum, damnificentiæ, nam triplex damnum incurrit mulier, quando efficitur mater. Primũ ante conceptũ, quia in concipiendo est maxima immũditia, & quod peius est, amittit thesaurum inappreciabilem uirginitatis. Secundum, in conceptu, quia cum pœna & culpa concipit. Tertium,post conceptum,qa cũ grauedine portat,nec apparent pulchræ mulieres grauidæ, sed ab hijs omnibus fuit immunis beata uirgo, nam ante conceptum non amisit uirginitatem, nec pulchritudinem: immo fuit aucta eius pulchritudo,ita ut Ioseph nõ poterat aspicere in eam,& merito quia rex æternæ gloriæ fuit in ea:in conceptu quia de spiritu sancto concepit, non poterat ibi esse pœna, nec culpa, post conceptum, non est passa grauedinem, quia deus erat ibi. Secũdo incurrũt ma

tres ue indigentiæ tripliciter, nã ad cócipiendum indigent compari.i.uiro de quo concipiant. Post conceptum indigent quiete, & in pariendo ob stetricatione. Hijs autem omnibus: b.v. fuit immunis. Primo in concipiendo non habuit comparem, quia de spiritu sancto concepit, in partu non indiguit auxilio obstetricis, quia ut ait Hieronymus, nulla ibi obstetrix fuit, non indiguit quiete, quia non debilitata ꝛ infirmata fuit, ideo bene dicimus ei Aue. Tertio, incurrunt matres ue afficientiæ.i. quia afficiuntur in conceptu libidine & corruptione, post conceptum pudore affanno, & fastidio, & in partu maxima tristitia, & afflictione, & dolore, beatissima uirgo, fuit sine huiusmodi ue, nã concepit sine libidine, & corruptione, non habuit ue puporis, quia non fuit supposita uiro, sine grauamine filium suum portauit, immo cũ maxima suauitate, Bern. in quodam sermone. Pondus amoris tollebat pondus grauedinis, peperit sine dolore, immo cũ indicibili dulcedine.

¶Tertio, fuit sine ue communi omnibus hominibꝰ ꝛ mulieribus, quod in triplici genere cognoscitur.

¶Corporis
¶Animæ
¶Vtriusq;.

Primo ue corporis, quia homo incurrit triplex ue corporis.s. distemperationem, & naturalium appetituum inordinationem, secundũ ipsius corporis ante mortem ad animã repugnationem, tertiũ, post, corpis in cinerátioné, sed ab isto triplici ue. immunis fuit beata Maria, quæ corpus habuit cum spiritu per omnia pacificum, & nunquam in cineres resolutum. In ea nanq; non fuit aliqua inordinatio passionum, nec distemperantia humorum, uel inordinatio operum, quia ordinatissima fuit in omnibus & nullus primus motus ad peccãdum, seu rebellandum contra spiritum fuit in ipsa, item nó fuit in ipsa incineratio pôst mortem, sed glorificata in corpore & anima regnãs cum filio, ex parte animę. Omnis homo incurrit triplex ue.s. erroris, doloris, & pudoris, error est triplex.s. in eligendo, in discernendo, & in exequendo, nam errare est aliud pro alio putare, in discernẽdo.s. falsum pro uero, uel bonum pro malo, in eligendo autẽ errant, qui eli-

gunt malum ad operandum, ſub ratione boni, in exequendo autem errant, qui nõ operantur & exequũtur bonum, quod incœperunt, ab iſto triplicato ue, erroris, fuit libera b. uirg. Et primò non errauit in eligẽdo, quia optimam partẽ elegit, quæ non a. a. in e. &c. Non errauit in diſceruendo, quia ſemper operata eſt conſilio manuum ſuarum, nõ in exequendo, quia in operibus ſuis fuit feruens & uelox. Secundo non habuit ue. doloris, ſed poſſes dicere, quomodo non habuit ue. doloris cũ dicat Dama. Dolores partus fuerunt ei reſeruati in paſſione filij, tunc animam eius ꝑ tranſiuit gladius. Reſpondet Albertus ubi ſupra, ꝙ ſapiens non turbatur, ut probat Seneca, hoc modo, ualidius eſt quod lædit, eo quod læditur, & fortior non eſt nequitia uirtute, ſed infirmior, non læditur autem quis niſi a malis, ergo non læditur ſapiens, ſed uirg. Maria fuit omni ſapiente ſapientior, & perfecta, ergo in ea non fuit ue. doloris, quod intelligitur quoad rationem, quia dolorem ſuæ rationi dominantem nunquam habuit, quæ in omnibus & ſuper omnes potentias ordinatiſsima fuit, & ſecundum ſenſualitatem maximum dolorem habuit, contrarius tamen nunquam fuit gaudio rationis, quod habebat ex cognitiõe, qua nouerat, ꝙ ex paſsione filij ſequebatur dei honor, ⁊ redemptio humani generis. Tertium ue. pudoris non habuit, quia ue pudoris incurrit homo per peccatum. Nã de primis parentibus in ſtatu innocentiæ dicitur. Gen. 3. c. Quod erant nudi ambo & non erubeſcebant, ſed pòſt peccatum uidẽtes ſe nudos erubuerũt, ſed ab hoc ue immunis fuit beata uirgo, quia nihil turpitudinis unquam geſsit, nec in ſe habuit, nec ſuſtinuit. Ex parte autem totius compoſiti, incurrit homo triplex ue, uidelicet.

¶ Ve culpæ

¶ Ve ignorantiæ

¶ Ve pœnæ

Ve culpæ eſt triplex. Originalis, uenialis, mortalis. Ab iſto ue nulli dubium eſt quin fuerit libera, ut patet, quia ꝑſeruata fuit a culpa originali, ut probabitur in ſermone cõceptionis, quia concepta fuit ſine peccato originali. Ve culpæ. ſ. mortalis, & actualis eſt triplex, ſecundum Albertum, ubi ſupra. Ve ſuperbiæ in co

de, ue auaritiæ in operæ, ue luxuriæ in corpore, quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut cõcupiscentia auaritiæ, aut superbia uitæ, in Maria ista non fuerunt, in qua fuit summa liberalitas, contra auaritiam, summa castitas contra luxuriam, summa humilitas cõtra superbiã. Secundo est ue ignorantiæ, in hominibus, nescit homo finem suum, & ignorat utrũ amore uel odio dignus sit. Eccle. 9. Ignoramus etiam diem mortis nostræ, & modũ, & quo pergemus, an ad pœnã siue ad gloriam, & an simus in gratia Dei. Sed b. uirgi. ab isto ue fuit immunis, quia certa erat, quod non solum gratiã dei habebat, sed ꝙ plena erat, angelo nuntiante, item per diuinam reuelationem, sciuit obitum suum & diem mortis eius, & ꝙ maximam gloriam consecutura erat, & nullam ignorantiam habuit de pertinentibus ad salutem. Tertio, inuenitur etiam in hominib⁹ ue pœnæ, quod triplex esse potest, ue pœnę quando consciẽtia remordet de peccato iuxta illud Augustini. Iussisti domine, & ita est, ut omnis animus inordinatus sit sibi pęne. Et philosophus in ethico. Omnis malus implebit amaritudine & pœnitudine, hoc autem non fuit in b. uirgi. quæ nunquam habuit remorsum conscientiæ, ut ait S. Bona. in 2. dist. 3. Secundum ue pœnæ est inclinatio ad alia mala perpetranda, hoc ue non fuit in b. uir. quia nullam incliuationem habuit ad malũ sed semper ad bonum. Tertium ue, pœnæ est purgatorij & gehennę. Ab isto etiam fuit immunis, quia nullum peccatum purgãdum habuit. O beata uirgo, quis unquam explicare poterit, gloriam tantæ immunitatis, omnium ue? O gloriosa & in æternum benedicta, commenda nos in tantis ue, constitutos beatissimæ trinitati, quæ tanta & talia tibi concessit Practica replicando oĩa.

TERTIA pars dicitur liberationis, declarabimus aliqua super illis uerbis euangelij, erat nauis in medio mari. Marci. 6. Ipsa enim beata uirgo est auxiliatrix nostræ peregrinationis. Sumus enim in hoc mari magno procelloso huius mũdi, qui undique agitamur fluctibus, & tempestatibus, ut ergo liberi simus ab hoc mari, &

ad portum salutis æternæ pervenire possimus, hanc tutissimam nauem Mariæ intremus, de qua naui hodie fit mentio in sacro euangelio ut supra diximus in quibus uerbis quatuor dicit.

¶Primū, erat circa quod quatuor causæ denotanī, in fabricatione huius nauis. Prima cā efficiens, quia tota trinitas eā fecit, ac fabricauit. Secūda cā materialis, quia ipsa est facta de cedro uirginitatis, de cypresso charitatis, de oliua pietatis, de platano humilitatis, unde Bernard. Maria ex uirginitate placuit; sed ex humilitate cōcepit, ille. Tertia, causa formalis, forma eni nauis est, quia superi⁹ est apta, inferius clausa, in principio stricta, in fine angusta, in medio lata, similiter beata uirgo superius fuit aperta ad amorem cœlestium, inferius clausa ad ad amorem terrenorum, in principio stricta, in parturitione filij, angusta in fine, in passione filij, quia gladio passionis suæ fuit uulnerata; in medio lata, quia totius trinitatis nobile triclinium est. Quarta causa finalis, est enim facta ut deum de cœlo ad terram portaret, iuxta illud. Pro uerb. ult. Facta est uelut nauis institoris de longe, portans panem suum. Iste est ille panis de quo Ioan. 6. Ego sum panis uiuus q de cœlo descēdi.

¶Secundum uerbum est, nauis. Nauis enim ualet ad multas oportunitates, quia igitur nos in hoc mari tempestuoso huius mundi positi multis indigenus, ideo deus nobis de ista nauicula prouidit, & notandum ꝙ beata uirgo, ut spiritualis nauis ualet maxime ad tria. Primo, ad transfretandū occursus periculosos mūdialis occupationis, in hoc enim mari, continuis uentis contrarijs flantibus nauigamus, in quo quidem in maximis periculis submersiōis stamus, unde nobis dici potest illud. Eccl. 43. Qui nauigant mare enarrent pericula eius, a qbus omnibus ipsa benedicta uirgo nos adiuuat, ipsa enim est illa nauis de qua spirituali ter exponi potest, illud. Actuum. 27. c. Nisi in naui manseritis, uos salui fieri nō potestis. Secūdo, nobis deus dedit nauiculam hanc ad deferēdum thesaurum maximum. i. Christum in quo omnes thesauri sapientiæ, & sciētiæ dei abscōditi, sunt, ad col. 2. Tertio, ad debellandum pyrratas istius maris. s. demones. De ipsa. n. dicitur

dicitur. Cant.6. Quod est terribilis, ut castrorum acies ordinata, quia ad solam sui nominis inuocationem omnes demones fugiunt.

¶Tertium uerbum est, in medio, ista enim nauis est nimis officiosa, cum dicit in medio: ista.n. est mediatrix inter deū & hominem, stat autem in medio duplici de causa. Primo, ad excusanda nostra facinora, de qua Bernardus ait, Domina nostra mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo nato nos recommenda, excuset apud deum integritas tua, culpam nostræ corruptionis, & humilitas tua deo grata, nostræ ueniam impetret uanitatis. Secundo, stat in medio, ad impetranda Christi charismata, de qua Bernardus ait. Per te accessum habemus ad filiū o benedicta inuentrix gratię, genitrix uitæ, mater salutis, ut per te suscipiat nos, qui p te datus est nobis, ille. Item Bernardus. Nihil nos habere uoluit, quod non transiret p manus Mariæ, ille. Et hoc est quod petebat Bernardus, qui ait, mediatrix nostra, fac p gratiam quam inuenisti, per prærogatiuam, quam meruisti, p. misericordiam quam peperisti, ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis, & miseriæ nostrę, te quoque intercedente, participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis suæ, ille.

¶Quartum uerbum est, maris, in hoc demonstratur eius gratiositas. Est enim in mari, non ut uallata fluctibus, sed tanquam directiua & liberatiua a tempestatibus, pro conclusione huius partis. Dico, ꝙ tot sunt, tantiq; huius mundi insufflant periculosi uenti, ꝙ nisi hæc nauis tutissima haberetur uix unus de mille saluaretur, hanc igitur nauem omnes debent ascendere, qui ad portum æternę salutis uolunt prospere & fœliciter peruenire, hinc ait Bernardus homilia secunda, in fine super missus est, ipsa est inquam prę clara & eximia stella, sup hoc mare magnum & spaciosum necessario sublimata, micans meritis, & illustrans exemplis. &c. Sed audi mirabile exēplum quod refert quidā prędicator noster ungarus, uidit oculis proprijs, quendam uirum, qui fide mediante asseruit se fuisse una cum duob⁹ socijs nauigantibus per Danubium, & aquis subintrantib⁹ in medio fluminis submer

ſum, alijſque natantibus, & euadẽtibus, ipſe ſolus in profundum deſcendit, eo quòd natare nequiuit, & eidem in profundo facta eſt uox dicẽs: o homo, ecce mori deberes & damnari, propter damnabilia pctã tua, ſed qa feruiuiſti uirgini glorioſę, donatum eſt tibi, ut libereris, & peccata confitearis, cumque ſui ſocij enatantes, ex uilla prope exiſtente, appreciatos piſcatores adduxiſſent ut requirerẽt ſuffocatum ſocium, & cum per tres dies quæſiuiſſent, nec inueniſſent, & iam abire uellent, ecce illis uidentibus, de profundo fluminis ad ripam conſcendit, & geſta narrauit, atque mox ad confeſsionem faciendam ad me deuenit. patet ergo qualiter uirgo Maria eſt adiutrix noſtra, cui honor & gloria.&c.

FINIS.

## DOMINICA PRIMA in quadrageſima.

### De militia chriſtiana.

ACCESſerũt angeli, & miniſtrabãt ei, Mat.4. Quãquaȝ dilectiſsimi mei, ut dicit Iob.c.7. Militia ſit uita hominis ſuper terram, tamen habet & ipſe homo, ſicut ſolent milites, ſua tempora particularia confligendi. Tẽpus autem particulare militię chriſtianæ eſt, hoc ſanctæ quadrageſimę. De quo inquit Apoſtolus in epiſtola hodierna. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, & ꝙ loquatur de tempore belli, innuit ex uerbis quæ ſubinfert, per arma iuſtitiæ, a dextris, ⁊ a ſiniſtris, ad excitanda igitur corda noſtra, ⁊ inſtruẽda ad pugnam, ſancta mater eccleſia aſsignauit huic principio quadrageſimæ, hoc euãgelium, in quo narratur qualiter Imperator & Campiductor noſter Chriſtus Ieſus, intrauit in certamen contra hoſtem tenebrarum, reportans

uictoriã,& triũphum,præbẽs nobis exẽplũ quę sint leges, ⁊ arma, quibus contra ipsum hostem pugnare debemus, ostendens quoq; quem triumphum gloriosum de hac pugna reportare speramus, Dũ dicitur ꝙ angeli ministri dei summi, accesserunt ad ipsum applaudentes,& congratulãtes sibi,de uictoria hĩta, & ministrãtes ei tanq̃ legitimo imperatori, & uero triumphatori,quæ ut clarius intelligatis tria explicabuntur.

¶Primo,pugnæ ratio.

¶Secundo,conflictus.

¶Tertio, uictoria & triumphus.

Ratio itaq; pugnæ,triplex est, uidelicet,uirtutis exercitatione,personæ comprobatione, coronæ receptiõe.De primo, inquit Greg.in mora.23.Si bella desunt,uirtutis experimenta non proderũt.Nemo enim uires suas in pace cognoscit. Et Lactã.in lib.de opificio dei uictoria constare sine certamine non potest,nec uirtus q̃dem sine hoste.

¶Secundo, ut probaretur ꝑsona: non enim debet admitti in tam sublimi regno dei,ꝑsona nõ probata,ꝙ possemus probare millę locis sacrę scripturæ: nam tentauit primo patrem fidei Abrahãm. Gene. 22. Tentauit populum Israel in deserto, Exo.20. Et dixit angelus ad Thobiã.12. quia amicus es dei, necesse fuit ut tentatio probaret,quod cognoscens Dauid dicit ps.25. Proba me domine,& tẽta me,utẽ renes meos, & cor meum; metti al fuoco,& correggi i reni miei.i.desideria,& concupiscentias meas,& cor,& uoluntatem meam,& uide an ambulẽ coram te uia recta. Ommitto multa alia loca, quæ possemus adducere ad propositum,& uideamus ad quid deus tentet? Nonne deus cognoscit omnia, quantũcunq; occulta? ps.138.Non est occultatum os meum a te,quod fecisti in occulto,cooperto uidelicet,carne,& pelle:innuendo Propheta ꝙ deus cognoscit hominem, non solum ꝑfectum, & operantem palam, sed non adhuc formatum, & antequam operetur aliquid. Non enim uidetur indigere probatione, dicã tibi aliqua quę forsan nunquam audisti: Et primum est ꝙ deus non cõtẽtatur solũmodo cognoscere nos, sed uult ꝙ pateat status, & uirtus nostra,suo tribunali, ubi omnia subtilissime discutientur, admissis accusa

toribus, & defensoribus causarum. De accusatore inquit Ioannes. Diabolus accusabat illos, ante cõspectum dei mei, die ac nocte. Apocal.12. Et de alio accusatore ait Christus Ioannis.5. Est qui accusat uos Moyses: & prophetæ. Et de defensore inquit Ioan.2.2.c. Aduocatum habemus apud deũ patrem. &c. Secundum est, ut indicetur omnibus, ꝙ deus non cogit nos, nam si cogeret sufficeret uiderẽ ea quæ ipse decreuit de nobis, sed quia dimisit nos in libertate nostra, ideo uult comprobare uolũtatem, & opera nostra, an sint bona, uel mala, & an sint facta bona, uel obliqua, intentione, & an talia sint opera, ut inde mereamur mercedem & p̃mium, in proportione tamen geometrica, quia ut inquit Apostolus ad Rom.8. Non sunt condignæ passiones huius tẽporis, ad futurã gloriam. &c. Nam si remuneraret in proportione arismetrica quę est pœnes numerum, nullus mereretur præmium æternum, attendit autem ad proportionem geometricã, quæ est proportio proportionum, uerbi gratia, habet quis unum gradum meriti, & deus pro illo uno dat centum, ideo ei qui habet duos grad⁹, dabit. 200. & illi q̃ hẽt decẽ dabit. 1000. Semper affluendo per centenaria. Mat.19. Cẽtum pro uno accipietis, q̃ est geometrica.

¶ Tertio, ratione coronæ acquirendæ, lex enim decreta est in cœlo, ⁊ proclamata a tuba cœlesti Paulo.1. ad Timot.2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, & in tantũ omnes ligat hoc præceptum, ꝙ etiam Christus fuit ei subiectus, ut expresse ipse p̃hibet, Lucæ.24. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: dicet aliquis Christus ait, ꝙ debebat pati, non bellare; respondeo, ꝙ passus est bellando, & dum bellaret, passus est, & nisi ipse bellasset, & uicisset hostes, nullus nostrum reportaret uictoriam, ⁊ coronam de militia, in qua positi sumus, ut aperte testatur Paulus dicẽs.1. ad Cor.15. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam, per Iesum Christũ dominum nostrum: sed ante aduentum Christi, nõne multi patres triumpharunt de uitiis? & tamen Christus nondum debellauerat hostes? Audi quid dicit scientia non bene intellecta, a theologis aquilonaribus. Gene.15. Credidit Abraham deo, & reputatum

fuit ei ad iustitiam. Vnde arguunt isti doctores nouitij, q sufficit sola fides ad salutem, nimis temerariæ loquentes. Dice il grandissimo Giudice delle opere nostre, che egli dirà in quello estremo esamina re. Venite benedicti. &c. Quia cibasti me, potasti me, colligi sti me. &c. Et dicit Paulus; Nō coronabitur. &c. Et isti præsumunt dicere; che basta a credere. Impara hoggi quel che uol dire. Credidit Abraham. &c. Verba enim præuia sunt, de semine sibi; dando, uidelicet, illo, de quo dictū est in semine tuo benedicentur omnes gentes. Credidit Abrahā huic semini. i. redemptori in quo nobis data est omnis uictoria, per cuius merita, opera nostra sunt facta digna uita æterna, & sic reputatū fuit illi ad iustitiam, quia credidit in redemptorem, qui debellauit hostem antiquum qui pugnam aggressus est pro nobis incipiendo hodie, statim qn̄ baptizatus fuit, & asscriptus, non miles, sed imperator, militiæ christianæ, iuxta illud ꝓphetæ, in capite libri scriptū est de me, nam statim subseqtur, post baptismum euangelium hodiernum, in quo tractatur qualiter deductus fuit a spiritu sancto, in locum desertum, in illū, uidelicet, montem prope Ierico, qui dr̄ mōs quarantanæ, ubi adhuc extāt picture istius congressus diaboli, cum Christo, unde Hierony. super hoc euangelio dicitur non inuitus aut coact⁹, sed uoluntate pugnandi, pugnauit autem cum principe potestatum tenebrarum harum. ipse enim primùm hominem deceperat, per mulierē, & peruerterat totum humanum genus. ipse quoq nondū natum Christum in mundo uoluit deuorare, ut Ioannes narrat. Apoc. 12. Vnde exortū fuit prælium illud magnum in cœlo q fuit mirabilis pugnæ contra draconem. quousque proiectus fuit draco. Ex hoc igitur odio antiquo draco iste īuasit Christum in deserto, contra quem Christ⁹ direxit faciem, non cessans à pugna, donec ut inquit Paul⁹. Expoliauit ipsum, & principatus, & potestates eius, traducens confidenter, & palam triumphans, de illis in seipso. Ad Coloss. 2. Hoc est sine aliquo adiutore, hinc notanter dicit euangelium, q ductus fuit in desertū. i. in locum derelictū āb omni subsidio. Sic enim in hebreo dicitur deser

tum.i.absque aliqua re fauente, uidelicet, auxiliante, sic & in cruce, ubi potissime obtinuit uictoriam, pugnauit solus iuxta illud.Isa.63. Torcular calcaui solus; & de gentibus non est uir mecum, de gẽtibus, uidelicet, humanis, & de gẽtibus angelicis, & quòd maius est, tũc fuit derelictus a patre in sua passiõe, de quo alibi ait. Ipse enim mecum est & non reliquit me solum: solus itaque pugnauit, solus redemit, solus triumphauit, ut unico tantum teneremur redemptori & unus esset omniũ redemptor.

¶Sequitur declarare quid sit conflictus, ubi quinq; considerãtur, uidelicet, hostis, modus, causa, tela, fauor. De primo dico, ꝙ cum Christus habuerit bellum contra principes tenebrarum, nos autem bella habemus contra milites eius, quorum unicuiq; datur æqua lancea & compensata uirtute: non enim permitteret deus, ut contra habentem unum uel duos gradus uirtutis, pugnaret hostis habens, tres uel quatuor gradus, sunt igitur hostes uarij, sicut & homines, qui tamen distributi sunt in tres turmas, sicut ille hostis gaudet tridente & habet tria nomina principalia; sunt eorum nomina mille, & mille nocendi artes, & per hora nõ uoglio che seguitiamo i poetici, ma uoglio, che si sundiamo in Christo, & ne i suoi Apostoli; Christus enim pluries, saltem bis, uocauit diabolum, mundi huius principem, & Ioan. prima sua canonica.cap.2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitę. Io. itaque diuidit facta huius mundi in tria membra. Vnde diabolus princeps eius, habet dominium super ista tria, & in quãtum habet dominium super pruritum carnis, uocatur Hazazel, de quo Leuit.16. In quantum autem habet dominium super concupiscentiam oculorum, & auaritiam a xp̄o uocatur mammona, in quantum habet dominium super regna mundi, & superbiam, uocatur Asmodeus, de quo Tho.3. Hic igitur canis tricerberus, aggressus est Imperatorem nostrum Christum, cum tribus suis turmis, uidelicet, l'antiguardia, la mezza guardia, & retroguardia, con l'antiguardia, combatte contra l'huomo, potissime nella gioventù, con mezzo il campo,

nel tempo della uirilità, con la terza guardia contra l'huomo nella uecchiezza; la prima è la lussuria, la battaglia di giouentù, la secōda è l'ambitione, battaglia d'huomini uirili, la terza si è l'auaritia, battaglia de uecchi, de quali tutto il suo studio è in congregare, Ma, a Christoueramē te questo ribaldo diabolo, li dirizzo tutte tre le turme, l'una dietro all'altra.

¶ Principalmente, quando uidde che egli hebbe fame, li portò le pietre, esshortando lo che le conuertesse in pane, & che ne facesse miracolo, per satiarsi il corpo suo. Hora, che a proposito della lussuria nō erat coueniens, ut tractaret de isto bello cōtra xpm, qui nunquam sensit rebellionem carnis, hinc diabolus nō fuit ausus tentare christum, de hoc cum nullā uiderit dispositionem preuiam, sicut uiderat dispositionem ad gulā, & esuriem.

¶ Secundo, subiūxit bellum superbiæ. Tunc posuit eum super pinnaculum templi, suadens ut deiiceret se, deorsum, qa oīno angeli erāt parati, ad portandum eum, ne offenderet pedem, uel ad minimum lapidem. Allegans Dauid in ps. 90. Et quia mendax est dæmon, male allegauit sententiam, nam ut dicit Bernardus. Hoc non de christo tantū, sed de quocunq; uero christiano dicitur. Sequitur Hieronym⁹. Et si nouerat hoc scriptū fuisse de christo, debebat cognoscere, etiam id quod sequitur. dictum fuisse de illo, sup aspidem, & basiliscum, ambulabis & conculcabis leonem & draconem. & non li saria uenuto uoglia di andarlo affrontare.

¶ Tertio, direxit in eum tertiam turmam: tentās eum de auaritia, dū duxit eum in mōtē excelsum, & ostendit ei omnia regna mūdi. A parte enim orientali, ostendit ei, il regno di Mesopotamia, Syria, Caldea, Persia, Licaonia, Britānia, & omnia regna opulentissima Indiæ. A parte aquilonari, Regnum Ciliciæ, Asię minoris, Traciæ, Macedoniæ, Epiiri, Liburtinorum, Vngarię, Poloniæ, & totius Europę. Ab occidente, regnum Palestinorū, Egypti, Libiæ, Carthaginis, & totius Mauritanię. A meridię, regnum Arabię, felicis Aethiopiæ, Bassinorum, ubi regna extant usq; ad mōtem Lunæ. Et il mare Oceano, ubi est Abrobana Insula, Calicut, Opsir, cō la terra trouata di nuouo

dicens; Omnia tibi dabo.&c. cōtra eundem hostem nobis pugnandum est:non autē cōtra personam illam, cum qua christus pugnauit, qa non est æqua lancea,sed contra satellites eius, ut innuit Ioānes in illa pugna facta in cœlo,dicit ꝙ Michael qui est princeps militiæ christi pugnabat contra draconem,& angeli eius contra satellites,⁊ hic hostis sicut fecit christo,promittit nobis nescio quid magnum, in istis tribus pugnis,ꝙ uidelicet nō sit alia delectatio in mundo, nisi in carne,cū tamen delectatio ista, sit communis etiam bestiis,item ꝙ pulchrū sit dominari, & tenere uincentes, in terris. Et adeo suffocat, & obtenebrat homines, cū huiusmodi appetitu,ꝙ facile facit perdere regnum dei: item ꝙ nihil felicius est, q̄ congregare thesaurum, cū pecuniis obediant omnia. ¶Secundo est causa bellandi. Postquam enim intellexistis quid sit hostis. Videnda est causa, ⁊ iusta ratio pugnæ: nam iniuste nemo pugnare debet: quantum autē sit iusta causa nostra bellandi contra diabolum uidebimus. Primo,ex ecclesia præcipiente, estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente. Secundo,ex lege diuina dictāte,pclamata a Paulo,qui ait,Est nobis colluctatio aduersus principes, & potestates tenebrarum harū,cōtra spiritalia,nequitiæ, in cœlestibus, ad Ephe.6. A deo in lege iubente,ut uidelicet pugnemus contra Amalech,per quem intelligitur diabolus. Et dicit deus, ꝙ nunquam debemus ei parcere, nec desistere a bello contra ipsum, ꝙ qa Saul nō perfecte impleuit,sed pepercit aliquibus de Amalechitis,expulsus fuit de regno 1.Reg.15. Quarto ab exemplo cœlesti,nō tantum descripto a ioanne in Apoc. sed in Exo. c.17. Vbi dicitur,est manus su per sedem dei pugnans cōtra Amalech. a generatione in generationē,ut habet in ueritate literæ. quinto ab exemplo christi capitis nostri qui pugnauit contra ipsum, docens nos facere,sicut & ipse fecit. Sexto,ex ratiōe efficacissima, quia pugnat contra nos. dolo,fraude,astutia,ui,cum magna iactura nostra, & semper inimicat nobis,tam in temporalibus, q̄ in spiritualibus pro quib⁹ semper pugnare debemus.

PVGNA christianorum non solum debet esse cõtra hostes tenebrarum harum,sed contra carnem & sensualitatẽ,& mũdum ꝙ probari potest,tribus rationibus.

¶Prima dicitur ordinatiõis, fundamẽtum cuius ponit cõmentator super.8.phy.& in.2. metaph. Vbi dicit ꝙ ars & natura in suis adoperationibus ordinate agunt,quantum possunt,patet hæc regula,nam famulus,secundum ordinem artis bellicæ, obedit armigero, armiger squadrerio,squadrerius autem capetaneo generali,⁊ capetaneus domino suo. Patet etiam exemplo naturali,aurum præualet argẽto,argentum plumbo.&c. Hoc posito certum est ꝙ deus composuit hominẽ ex materia & forma.i. ex corpore & anima ut habetur secundo de anima, sed clarum est ꝙ forma simpliciter nobilior est sua materia dicente philosopho.1.physi. Forma est quid diuinum, & appetibile a materia, materiã dignitate excedẽs, quod si sic est, peto, quo fine deus ordinauit hominem? Ex parte rationali,& ex parte sensitiua?& manifestum est ꝙ hoc ideo fecit, ut pars rationalis, quæ est nobilior,regat & subiiciat sibi partem sensitiuam, quæ est sibi inferior, alias sequeretur unum, ꝙ est falsissimum, & impossibile. Quòd deus illas inordinatas fecisset, & ꝙ ars & natura,essent perfectiores ipso deo. Composuit ergo deus hominẽ ex anima, ⁊ corpore , ut anima regat corpus, & sensualitatem, ut inqt sanctus Bona.in.2.di.38 ar.2.q.2. Et ideo debemus subiicere rationi omneis motus sensuales inordinatos, qa dicit philosophus prima poli.Debem⁹ uti rebus simpliciter ad id ad quod ordinate sunt a sapientissimo datore, & ideo anima debet esse regens, corpus uero rectum,ille. O ꝗ male regitur domus cum ancilla dominatur. Vnde Pro.30. Per tria mouetur terra: & per quartũ ꝙ nõ potest sustinere,per seruum cum regnauerit,per stultum cum saturatus fuerit cibo,per odiosam mulierem,cũ in matrimoniũ fuerit accepta:⁊ per ancillam cum heres fuerit dominæ suæ, hoc patet in Agar ancilla Sarræ, quę assumpta in matrimonium ab Abraham domino suo,cœpit despicere ipsam dominam suã Sarram,uidens ꝙ conceperat

filium.Gen.16.Per Sarram igitur intelligitur ratio,per Agar uero sensualitas,quæ si uolũtatem quasi uirum ad se allexerit, & cõceperit appetitum concupiscentię despicit rationem: & ideo inquit deus ipsi Abrahæ.i.cuilibet homini, in prædicto capitulo eiice ancillam & filium eius: uoluntas.n. ipsius deus est:Quod Agar ancilla.i.caro & sensualitas, sit subdita Sarrę.i.ratiõi. Posuit nanq; deus in domo animæ nostrę, ut fratrem & sororem, uirum & uxorem, dominam & ancillam.i.rationem & sensualitatem,ut.s.ratio sensualitatem instruat, tanquam frater sororem, & eam corrigat, tanquam uir uxorem suam, atq; eam sibi subiiciat, tanquã domina ancillam suam,ut in omnibus sibi obediat, qui autem contrarium fecerint, per mittentes passiones & sensualitates prępualere rationi,cum peruertant ordinem diuinæ sapientiæ,& ordinationis,magna pœna digni sunt,ipso domino attestante,qui Lucæ.12. Dixit, seruus sciẽs uoluntatẽ domini sui,& non faciens,plagis uapulabit multis.

¶Secũdo,idem probatur, ratione conuersionis,siue transmutationis, quando quis uiuit secundum sensualitatem, dicitur effici bestia.Fundamẽtum cuius ponit philosoph⁹ 2.de anima,& 7.metaphy.Forma est quę dat esse rei, qua ablata,res non est,patet hæc regula:nam tanto aliqua res dicitur ecclesia,quanto in se retinet formam suam, qua forma destructa non dicitur amplius ecclesia,sed ruina.Et ratio est, quia perdidit formã: quo præsupposito peto. Quare homo singulariter appellatur homo? certum est ꝙ propter usum rationis, dicente philosopho 4.ethic.Homo est maxime intellectus & ratio, ꝙ si sic est, clarũ est, ꝙ quãdo homo submittit rationem inordinatæ concupiscẽtiæ, aut contra rationem uiuit, & per consequens est, ac si ratione careat, perdit nobilitatem sui nominis,honoris,& dignitatis, unde tam in conspectu hominum ꝗ in conspectu cœlestis curiæ, non amplius homo, sed bestia censendus est, quia mutata forma, & substãtia, intelligitur mutata.ff.ad exibendum.l.iulianus.§. Sed & siquis.confirmatur per diffinitionem hominis: nam hæc est diffinitio hominis. Homo est animal rationale: per Aristo. per istam differentiam.C

rationale, differt homo ab omnibus animalibus irrationalibus. cum ergo ab alijs animalibus differat homo per rationem, ergo cum dimittit rationem, per peccatum & sensualitatem quasi nihil differt a bestijs, & sic efficitur animal tantummodo sensuale, & nō rationale. Pro quorum meliori declaratione. Sciendum ꝙ philosophus.2.poli. Dicit triplicem uitā a philosophis positā fuisse. s. uoluptuosam, politicam, & cōtemplatiuam. cōsiderabat enim hominem inter superiora. i. angelos, & inferiora. i. bruta animalia: & iō attendebat hominem tripliciter posse considerari, Primo, ut participat cum brutis, & conuenit ei uita uoluptuosa. Secundo, inquantum utitur ratione, & sic conuenit ei uita politica. Tertio, ut cōmunicat cum angelis, in speculatione, & contemplatione, & sic conuenit ei uita contemplatiua. Qui ergo uita uiuit uoluptuosa dicitur bestia, q autem uiuit uita politica. i. rationali, dicitur homo: qui autem uiuit uita cōtemplatiua dicitur angelus. concludo igitur ad propositum nostrum, ꝙ uiuēs uita brutali, ac uitiosa, merito brutum nuncupatur, & nō potest appellari homo, nisi æquoce, sicut homo depictus, uel mortuus, dicitur homo noīe tantum, & nō re, ideo Salomon. Eccl.3. Ostēdit deus filios hominum similes esse bestijs: & iterum dicit, Nihil habet homo iumento amplius. Quia enim homo amissa ratione. perdidit differētiam specificam hominis, remansit solummodo in genere animalium. Quapropter ait philosophus.1.poli. in tantum quis est homo: in quantū habet in seipso rectitudinem per subiectionem uirium inferiorum ad ipsam rationem, & ibidem dicit, sicut perfectus uirtutibus: optimus animalium est homo: ita alienus a lege, pessimus est omnium: & rationem ponit ibidē dicens, plura mala facit mal⁹ homo, q̄ bestia. ꝛ.7.eth. ait. Homines dicuntur sicut dij, propter excellentiam uirtutum: homo autē prauus deterior est omni bestia.

¶Tertio, probatur eadem cōclusio. Ratiōe collocationis, & ponit.2.de anima, &.4.physi. Omnis locus debet esse cōnaturalis locato, ꝛ ecōtrario. Et locatum debet habere similitudinem cum suo loco patet hæc regula. Nam uide

mus in conuiuiis, ꝙ loca digniora debentur personis dignioribus, & unicuique datur locus, secundum suam conditionem: quo supposito, certū est, ꝙ anima saluanda collocanda est in cœlo empireo, secundum Theo.4.d.49. qui locus secundum S.Bona.in.2. distinct.2.in.4.arg.habet præcipue quinq; conditiones. Nam primo est ualde spatiosus, & latus, quia secundum Dama. Cœlum empireum, est contētiuum omnium uisibilium, & indiuisibilium. Secundo hoc cęlum est clarum super alios, & lucidum, & propter hoc dicit empireū, a pir ꝙ est ignis, eo ꝙ est splendidum ad modum ignis. Tertio est pacificum, & quietum, eo ꝙ cœlum empireum est imobile & omnino priuatum omni genere motus. Quarto est uniformę: nec est diuersum, ut est cęlum stellatum, cæteriq; cœli, ipso cęlo stellato inferiores. Quinto est supremum, pro eo ꝙ super est omnibus cœlis, & eis omnibus prædominatur, cæteriq; omnes cęli, tanquam ipso minores ipsi subiiciuntur. cum ergo omne locatum debeat habere similitudinem, conuenientiam, & proportionem cum suo loco, concluditur necessario, ꝙ anima saluanda, & in cœlo empireo collocanda, tenet & debet suo modo habere præfatas conditiones: unde oportet, ꝙ primo sit larga, & spatiosa per charitatem ad deum ⁊ proximum, iuxta illud cant.2. Dilatauit in me charitatem, secundo debet esse clara & lucida, per cōscię serenitatē, tertio, debet esse pacifica, quieta, & tranquilla: & non iracunda, rixosa, & turbida: quarto uniformis, ita ꝙ habeat uniformitatem morum, ac uirtutum, & obseruationis diuinorum mandatorum, usq; ad finem uitæ, ut posit dicere cum propheta. Omnis consumationis uidi finem: quinto, oportet ꝙ sit suprema.i. ꝙ pars rationalis, supersit sensualitati, & carnalitati, aliter non erit posibile, ꝙ unquam in cœlo empireo collocetur, cum non habeat similitudinem, & conuenientiam, aut proportionem cum ipso.

¶Quarto ꝓbatur figuris. Prima habetur Iudicū.16. Vbi dr̄ ꝙ mulier quędam nomine Dalida, concubina Sampsonis, tentauit eum ut manifestaret & diceret sibi in quo consisteret fortitudo sua, cui tandem consensiens dixit, ferrum nū-

quam ascendit super caput meum, quia nazareus. i. consecratus sum domino, si rasum fuerit caput meum recedet a me fortitudo mea, & deficiā, eroq; ut cæteri homines, quæ statim fecit eum dormire super genua sua, uocauitq; tonsorem, & rasit crines eius, & statim discessit ab eo fortitudo eius. Quo uiso dedit eum in manibus Philistęorū, quem cum cœpissent, eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam uinctum cathenis, & clausum in carcere molere fecerūt: moraliter per Dalidam decipientem intellige sensualitatem, p Sampsonem fortissimum, ab ea deceptum, intellige rationem, quæ dum consensit sensualitati, statim perdit omne robur diuinę gratię, uirtutis, & meritorum, quæ per capillos significantur, per Philistæos intellige dæmones, in quorum manibus reponitur dum sensualitati consensit, q Philistæi. i. dæmones, statim funibus diuersorum malorū, animam ligant, oculos mētis eius totaliter excœcantes: ne .s. cognoscere posset: quantū sit graue peccatum quanque magnum sit bonum diuinæ gratiæ, & glorię, quod per peccatum amisit: de qua mentis cœcitate. Sophi. 1. dicitur. Ambulabunt ut cœci: quia domino peccauerunt, & propheta dicit. Supercecidit ignis. s. male concupiscentiæ in anima per consensum. Et non uiderunt Solem. s. diuinæ gratiæ amissæ.

¶ Alia quoq; figura ponitur 2. Reg. 11. Vbi legitur. Quod cū Ioab obsedisset filios Amon in Rabat: & ipsi filii Amon impetum fecissent super exercitum Ioab, occiderunt in uia Etheum quosdamq; alios, qđ audiens Dauid, misit ad Ioab dicens, ne deficias sed esto robustus, & fortiter dimicare cō tra eos, quia uarius est euētus belli: Ioab uero hoc audito fortiter pseuerauit pugnādo: & tādem uicit inimicos suos, & deuastauit totam ciuitatē, moralr Ioab, qui est dux exercitus Dauid, significat hominem ducem rationis, & bonarum operationum, qui ideo positus est in hoc mundo tāquā in loco certaminis, Iob. 7 Vt uincat inimicos, & coronam gloriæ accipiat, huic inuadunt tentationes mundi, carnis, & diaboli, atq; aliquando prosternitur, sed super baculo rationis, se appodians & confortans, uiriliter pugnat, & sic tandem, de hoc mundo,

carne & diabolo, uictoriam reportat: licet ergo peccator quandoq; a sensualitatibus,& concupiscentiis sit superat⁹, tamen nō debet propter hoc dimittere pugnam, nā uictorem a uicto superari sæpe uidimus.

¶Alia figura. Iudith.13. Vbi dicitur; Quod iudith sancta mulier pugione abscidit caput Holofernis, qui erat princeps militiæ Nabuchodonozor Regis Babyloniæ.Quo facto filii israel,posuerunt in fugam omnem exercitum Holofernis, Moraliter per Holofernem intelligitur concupiscētia carnalis,uel appetitus sensualis, qui est princeps militiæ Nabuchodonozor.i. diaboli iudith.i. ratio conterit caput ipsiusHolofernis:iuxta illud.Gen.3.ipsa conteret caput suum. Quo facto filii isrl' idest uirtutes & bonæ operationes,uertunt in fugam, totum exercitum Holofernis.i. omnes motus sensuales: ideo debemus facere sicut Apostolus Paulus dicebat.1.cor.9. Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo. Quod si & nos facere uolumus, & sensualis carnis uictoriam reportare, debemus obseruare per similitudinem, quod recitat Luca.poeta. Refert enim q̄ Hercules,semel pugnans cum Antheo gigante,cuius erat consuetudo, q̄ quotienscunque proiiciebatur in terram, fortior surgebat, quod attendēs ingeniosus Hercules,ui,eleuauit eum a terra, & strinxit ad se brachijs suis, in tantum q̄ emisit spiritum: & sic de eo uictoriam habuit,moraliter caro est gigas, quæ quanto magis ad terram proiicitur.i. ad terrenam uoluptatem fortior resurgit,contra spiritum & rationem:& ideo debemus cum ratione eam leuare de terra,p̄ cōtemplationem cœlestium, & fortiter eam stringere, per macerationem, & abstinentiam, donec eam mortificemus. & de illa, uictoriam reportemus, per subiectionem ad spiritum & rationem.

NVNC autem, de armis istius militiæ differendum est, secundum mentē Pauli, qui ait ad Ephe.6.v3. Accipite armaturam dei. Dicit enim; State succincti lumbos uestros,in ueritate, per experientiam apparet q̄ homo fortior est cinct⁹ quam sine cinctura, ideo bellantes cingunt se. Propterea

in bello spirituali stringamus nos cingulo castitatis, hoc est dicere uiuamus caste, contra malas inclinationes carnis, alias homo icurrit, multa peccata: ideo dicit state succincti. &c. Sequitur in ueritate, uult dicere, quòd ille qui non facit opus tale, quia esset infamatus, & confusus, tamen faceret si posset secrete, talis est castus sed non in ueritate: idem dicitur de religioso, qui uiuit caste propter uerecundiam gentium sed in mente desiderat, ille non est castus in ueritate, & de sene qui non potest, sed desiderat cogitando, ille non est castus in ueritate: ideo Lucæ. 12. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernę ardentes. i. opera clara, in manib⁹ uestris. Ecce prima armatura.

¶Secunda armatura est, quãdo dicit induti loricam iustitię: lorica est quæ totum hominem armat in circuitu ante & retro, a dextris & a sinistris: ita iustitia omnibus ante ⁊ retro, dat quod suum est, illi qui sunt ante, sunt uxor, & filij, & filiæ, & famuli, istis tenemur dare instructionem, ne iurent, ne mentiantur, ne rapiant, & confiteantur communicent, & orent: & ipsi tenentur, dare patri, & domino honorem, retro sunt, qui trãsierunt ut defuncti, istis tenemur dare, orationem maxime heredes, manumissores, complendo testamenta: a dextris sunt ecclesiastici, & prælati, istis tenemur dare reuerentiã: a sinistris sunt illi quos defraudamus: illis tenemur ad restitutionem: & ista est lorica iustitiæ circundans totũ hominem.

¶Tertia armatura est, cum dicit calciati pedes. &c. Nota qđ differunt, calciatus, & discalciatus, quia discalciatus, nimis sentit spinas, lapillos, & uiarum obliquitates, & duritias, calciatus non. Ita qui habet concordiam fraternalem, calciatus est, non sentit spinas uerba aspera, & dura, iniurias, & fraudes sibi illatas, si dicitur sibi uos estis hypocrita, dicit, non dicitis filij ex toto falsum, & sic de alijs. &c. Sed pauci uadũt calciati, omnes uadimus discalciati, quia multi recordãtur de iniuria, de decem annis.

¶Quarta armatura, sumentes scutum fidei, in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere: & ratio quare fides dicatur scutum, quia scutum non est factum longum,

aut rotundum, sed habet tres angulos: ita fidem habemus de deo, ꝙ sit unus in essentia, & trinus in personis. Secunda ratio est, quia scutum portatur in sinistra parte: sicut in homine, sunt dextera, & sinistra: ita sunt duę uitæ, ęterna, & ista est dextera, & temporalis in hoc mundo, & dicitur sinistra. Cant. 2. Leua eius .i. sinistra, sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. In paradiso non est fides, quia fides est credere quod non uidemus, sed scutum fidei portatur in sinistra .i. in hac uita, quia modo credimus trinitatem, sed in paradiso non: quia uidemus clare: ꝑs sicut audiuimus per fidem in ecclesia christiana, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum, sequitur in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, qa aliqui sunt nequam, ut sunt christiani qui habent fidem, & malam uitam, aliqui neqores, qui non habent fidem neque obedientiam, ut sunt infideles: nequissimus autem erit Antichristus: ideo dicit, in oībus. &c. Defendēdo uos ab Antichristo ait Dauid: Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis. &c. Veritas dei est scutum fidei, contra omnia tela nequissimi: Antichristi, quę erunt quatuor .s. disputationum, prosperitatum, falsorum miraculorum, & tormētorum, omnia scuto fidei extinguentur.

¶ Quinta armatura, Galeam salutis assumite, & est armatura capitis, de confidentia cœlestiali, Recte galea compatur confidentiæ. Ratio, tres sunt uirtutes theologicales .i. fides, spes, charitas, spes est altior: non dico maior: qa fides & charitas habent duas partes: habent altum & bassum, fides habet ꝙ est unus deus, pater, & filius, ⁊ spiritus sanctus: istud est altum. item bassum propter christi incarnationem: item de gloria quę est in cœlis, ꝙ est altum, & de pœna inferni, ꝙ est bassum, charitas in duobus consistit præceptis .i. diligere deum, & proximum. Deum ut altum, proximum ut bassum: spes autem tantum est alta, quia in nullo est sperandum, nisi in deo, iuxta illud. Hier. 17. Benedictus qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius.

¶ Sexta armatura est, quando dicit, & accipite gladium spiritus quod est verbum dei. Hic dic qualiter uerbum Dei est optima

est optima armatura contra demonem, isto gladio utebatur christus contra diabolũ: quãdo dicebat: scriptum est. Dãs nobis exemplum: ista armatura muniri: vnde quando diabolus tentat te de superbia. Respondeas: scriptum est Eccle. 10. Odibilis est deo, & hominibus omnis superbia: vt patet de Lucifero: de Nabuchonozor: & Iac. 4. Deus sup. bis resistit: hominib⁹ aũt dat gratiam. Si tentat de luxuria: dicas. scriptum est ad Ephe. 5. Omnis fornicator, aut immũdus, nõ habebit partem in regno christi, & dei: exemplum de diluuio, & Sodoma. Si de ira: dicas: scriptum est. Eccle. 30. Zelus, & iracundia minuet dies eius: exemplum de Caim & Saul. Si de auaritia: Dicas: scriptum est. Eccle. 10. Auaro nihil scelestius: exemplum de Balaam qui auaritia necatus est. Nume. 25. Si de inuidia: dicas: scriptum est. Sap. 1. Inuidia diaboli; mors intrauit in orbem terrarum: exemplum de Achitofele, qui inuidia suspesus est. Si de gula: dicas: scriptum est. Eccl 30. Amaritudo animæ, uinum multum potatum: exemplum de Holoferne. Iudit. 3. Si de accidia: dicas: scriptum. Eccl. 33. Multa mala docuit ociositas: exemplum Sodomitarum, quos induxit ad peccatum nephandum, ociositas.

¶Animaduertas modũ istius militiæ; è qui ti uoglio dare Tre regole di combattere, le quali se tu sequiterai, mai nõ perderai, mã sempre ne portarai uittoria; & a te potranno ben esser chare.

¶Prima est, ꝙ nunquam confidas de teipso; che non ti intrauenga quello che intrauenne a Pietro, che disse troppo audacemente: & si omnes scãdalizati fuerint in te, sed non ego: & appũto egli fu il primo a negare Christo, anchora cõ giuramento: ma raccommandati a Dio, & di cõ Crisanto: & quis poterit esse uictor in hac pugna, nisi pro eo fuerit tua dextera dimicata? & pero Paolo, dapoi che hebbe assegnato l'arme a combattere soggiunge, che si deue animosamẽte intrare in questa battaglia per oratione & obsecratione orando omni tempore in spiritu. i. non tantum uerbis, sed mente, & affectu: si. che raccommandati sempre a Dio, qui dat nobis uictoriam per Iesum christum.

¶La seconda regola si è, che tu debbi fuggire ogni occa-

sione: maſsime in bello carnis; doue Gironimo uecchio morendo, laſsò queſto bello documento memorabile: Dicens. Si experto creditur mihi credite, quòd in hac pugna nullus erit uictor, niſi fugiens: fugere enim debemus, loca, ſocietates, occaſiones, & conſortia omnia periculoſa: De fuga locorum; Dice quello giouanetto del tuo poeta, che ſapea tutte quelle parti di innamoramenti; & loca ſemper nocent, fuggite loca conſortij ueſtri, concubitus cauſas illa doloris habēt, hic fuit, hic iacuit, thalamo dormiuimus illo: hic mihi laſciua gaudia nocte dedit. Secūdo, ſocietatis; come dice il ſupra detto poeta; Et ſoror, & mater, ualeant & conſcia nutrix. Et quiſquis dominę pars erit ulla tuæ: nec ueniat ſeruus nec flēs ancillula fictum, ſuppliciter dominæ nomine dicat aue. De reliquis omnibus a quibus fugiendum eſt. Hiere. 51. Vno uerbo concludit dicens. Fugite de medio Babylonis, ut ſaluet unuſqſque animam ſuā. Sicut enim natura te docet. fugere ab omni periculo corporis, ita ratio docet, & conſcientia ſtimulat, ut fugias ab omni occaſione, & periculo peccati, quia ut ſapiens ait. Eccl. 3. Qui amat periculum peribit in illo: & Hieron. ad Euſtochium: non ſinas cogitationes cōualeſcere, ſed ſtatim ut incipis cogitare frāgas cogitat⁹ tuos, & allidas ad petram, petra autem chriſtus eſt.

¶ Tertia regula eſt: ut cognoſcendo imbecillitatem tuam, habeas ſemper fauores eorū, q ſunt fortiores. Procures habere in fauorem tuum aliquē ſanctum, uel ſanctam, potiſsime beatam uirginē, ſed chriſtum ſuper omnia, quem ſemper habemus aduocatū apud patrem, ut inquit Ioannes, & adiures eum hijs uerbis, quę ſunt maximæ efficaciæ: Et farotti queſta matina un bello preſente s'io te lo dico, dicas. Te ergo quęſumus tuis famulis ſubueni, quos pretioſo ſanguine redemiſti. Accioche Signore nō habbi ſparſo in uano p me. &c. Et poi riuoltati al padre totius miſericordiæ, & cōſolationis, & dic. Pater ſanctæ adiuua me per ſanctū nomen filij tui, & per ſanguinem quem ipſe fudit pro nobis, & fac ut uerificetur illud, quod Apoſtolus tuus de te proclamauit dicens; Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriā

per Iesum christum dominũ nostrum,⁊ hoc est suffragium quod promisimus loqui in quinto loco pertinente ad cõflictum.

¶ Vltimo notabimus quid sit uictoria,& triumphus: Victoria est necessaria, sed triũphus est pulcherrimus:& quę differentia sit inter uictorem & triumphatorem, & quid utrũq; significet: declarat Glo. in Rubrica fforum in uerbo uictor, & in uerbo triumphator, dicens ꝙ uictor est ille,qui superat inimicũ: Triũphator autem ille, qui subiugat de nouo regnum,& dominium aliquod & reportat spolia ipsius, & nolo auditores mei ꝙ sitis ita parui animi, ut cõtentemini uictoria,sed uolo ꝙ reportetis triumphum de inimicis, simul cum christo .de quo inquit Paulus.Palam triumphans in semetipso ꝙ satis clare innuit in euangelio nostro,in quo proponitur pugna trifaria, ut supra explicauimus.Notatur quoque debellatio hostis, in uerbis q̃ dixit christus diabolo . Vade Satana: scriptum est, dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies, in cuius seruitutem deducam te,uelis, nolis, ablato a te mundi imperio,ut aperte Ioannis.12.Dixit nunc princeps huius mundi eijcietur foras a me, uidelicet exaltato a terra,⁊ sicut triumphantibus solebant occurrere conciues,& commilitones, & satellites, sic dicit euangelium,ꝙ occurrerunt ei angeli, qui iam bellauerunt sub Michaele,pro ipso, & accedẽtes ad eum ministrabant ei tanq̃ domino,& applaudebant tãq̃ triumphatori: & adeo debellauit hunc hostem,ut reddiderit eũ debilissimum, cõtra nos:ut dicat Hiero .Debilis est hostis, qui non uincit, nisi uolẽtem:nam ille qui uolebat dominari in mundo,dare responsa, ut deus cogere mortales, ut eum adorarent, per imperatorem nostrũ christũ superatus est, ut deiectus latitet in tenebris, & contra hunc iam deiectum,si pugnare uolueris, audacter dicam tibi illud,quod scripsit Hierony.ad Eustochium.Non timebis a timore nocturno, peccati,uidelicet,carnalis, neque a sagitta uolante per diem, superbiæ mundanæ,neque a negocio,auaritiæ,perambulante in tenebris huius mundi, ubi.v3. effodiuntur thesauri,neq; ab incursu huius fallacis mundi, neque a demonio

meridiano.i. transfigurãte se in angelum lucis: nam fretus suffragio christi, & cõstipatus angelis suis, cadent a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis, unde non est tibi timenda multitudo eorum: nam recordare illius dicti Elisæi, plures sunt nobiscum, ꝙ̃ contra nos. Sunt enim nobiscum illi: de quibus dicitur angelis suis deus mãdauit de te, ut custodiant te in omnibus uiis tuis: qui non solum fauebũt tibi, in bello, sed applaudebunt tibi de triumpho; ut fecerunt christo, & ut fecerũt Hieronymo sicut ipsemet pãdit dicens, ꝙ post multas pugnas factas contra diabolum post multas lachrymas; post cœlo inhærentes oculos, ut ipse dominus mihi testis est, uidebar interesse agminibus angelorum, & lætus, gaudensq; cantare, post christum triumphatorem & dicebam, in odorem curremus unguentorum tuorum.i. in odore. v3. pugnæ in odorem uirtutum, in odorem uictoriæ, & triumphi, in odorem gloriæ, & regni præparati uincentibus: ad quam gloriam, & ad quod regnum perducat nos, qui uiuit & regnat. &c.

FINIS.

FERIA SECVNDA post primam dominicã in quadragesima.

De iactura temporis.

ECCE nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies salutis.2.cor.6. Omnis artifex ex appetitu finis operat.2.phy. finis intellectualis mouet vt habet respectum ad finem ad extra: deus autẽ omnium artificum principalis artifex, motus: vel quasi motus ex amore finis, produxit quæcunq; creata a dextra: finis autem omnium fuit hõ in idea, quãuis ultimate produxerit propter hominem extra: ante cuius productionem produxit quãtuor coeua, naturã. s. angelicam: cęlum empireum, materiam, primam, & tempũ a de quo tẽpore hodie pertractaturi tria uidebimus. v3.

¶Conditionem.

¶Nominationem.

¶Obseruationem.

Quãtum ad primum. Scrutanti mihi diuinarum scripturarum arcana, occurrit illud

orthodoxæ matris ecclesiæ, cupientis fideles suos ad bonum exhortari, Pauli. s. dictũ assumentis dicens. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis, paruifactionemq; illius habitam a populis christianis perpendens, ac sua excellentia comperta: statui aliqua de ipso pertractare, ne qs mortis tempore, excusationẽ sibi uendicet, perquirens nanq; quid esset tempus, consulens quę aliquos antiquorum. Talem. v3. primum de septem sapientibus græciæ, dixit quid quæris scire? illud quod nihil est: tempus enim nihil est, nã si esset, aliquas partes haberet: quod est falsum, quia futurum non est, neq; præteritum, ergo nihil est, ad hoc R. q de tempore habemus nũc, uel istans, copulans illas partes: & quamuis ipsum nũc, uel istans, non sit tempus: tamen sufficit quod aliquid eius sit in existentia actuali, a quo tẽpus nominetur, ut de crispitudine respectu totius hominis a qua totus homo denominatur crispus. Nonnullos alios interrogans, dixerunt: tẽpus nihil aliud esse nisi circulationem cœli; quia ipsa deficiente motus non est: inter quos erat Solon unus de septẽ græciæ sapientibus: cui rñsum fuit: hoc non posse stare, quia pars temporis est tẽpus, & non sic de circulatione: alij dixerũt esse ipsamet sphęram, quia ex quo immediate incepit moueri; incepit motus eẽ, sicut asseruit Crates philosophus; cui dictum fuit esse falsum: nam tempus est accidẽs quodam transiẽs, cuius partes sunt: præteritum, & futurum: non sic autem de sphæra illa. Nonnulli moderniores affirmant esse motum. ideo enim numeratur hora, dies, mensis, annus; quia motus talis factus est. Nec isti mihi satisfecerunt. Nam uidemus p experientiam, q tempus est ubique, & apud omnia: nõ sic motus sed solũ in moto. præterea omnis motus est uelox, uel tardus, nõ sic autem tempus, quia semper uniformiter se habet. cernens illos deceptos, dixi, uadam ad fontem secretorum naturalium. s. Aristo. qui in. 4. suæ philosophiæ sic ait. Tempus est numerus motus, secundum prius & posterius, quia per prioritatem & posterioritatem motus, cognoscitur tempus. sed dicit aliquis quomodo est numerus cum sit q tempus est quantitas cõtinua, numerus autem

discreta? Respõdet Petrus Aureol⁹, q sicut linea potest esse indeterminata & determinata: sic tempus: nam tempus indeterminatum, nihil aliud est nisi successio partium: determinatum autem est: una hora, mensis, annus. &c. Sicut linea indeterminata, est continuitas ipsius lineæ: determinata est bipedalis, tripedalis. &c. ideo in tempore determinato, est continuum & discretum. Scotiste autem arguunt sic cõtra: quia impossibile est vnum in se, habere differẽtias oppositas, sic esset in tali tempore determinato: & respondet, qd continuitas, uel successio, est intrinseca ipsi tempori: discretio autem per accidens, in quantum. s. anima intelligit unã partem, & præcisam ab alia. Et si quæratur fuit ne opinio aliqua: tempus fuisse ab æterno? Dicit Petrus Aureolus q sic: quia ante mũdi initium, & inceptionem alicuius creaturæ, fuit tempus. immo ab æterno: hic possem dicere processionem creationis vnius angeli post alium, quod omitto causa breuitatis, & dicimus q hoc esset tẽpus imaginarium: sicut etiam esset de uacuo: si daretur. Et ideo Augustinus in quadam epistola, dicit. Domine vsque nunc nescio quid sit tempus. Est autem tempus secundum Sco. mensura eorum quę sunt sub motu: quod idẽ quasi est. & distinguere possumus de mensura, quia: quædã est mẽsura perfectionis, quædã adæquationis, ⁊ alia reduplicationis, prima est illa quæ hr. 10. Meth. in quocunq genere est dare unum quod est metrum & mensura omnium contentorum in illo genere: secunda est de continente & contẽto, da exemplum: ut scis: tertia est sicut ulna mensurans pannum: huiusmodi est tempus respectu motus, quia de ignoto fit aliquod notum. Habemus etiam quadruplicem mẽsuram. prima est æternitatis: secũda eui: tertia tpis: quarta istantis, mensura ęternitatis, nihil aliud est, nisi aliqd cõnotans existentiã dei. i. q nũquam incepit esse, nec vnq̃ finiet esse. Euum autem est ipsamet existentia angeli, quod quidem euum, mensurat non solum angelum: sed quæcunq substantia, ⁊ oĩs operatio interior angeli, est sic mẽsurata, unde si angelus esset ab æterno: adhuc euum esset æternũ, tempus per se mensurat motum; mobilia autem per acci-

dens. istans autem mensurat mutata esse, & mutatiões istã taneas, ut generationes, per accidens vero, quæ generantur, & corrumpuntur. Et si dicas, est ne tempus infinitum extensiue.i.duratione? Dico ẜm theologos, ꝙ sicut habuit principiũ ita habebit finē; & si dicas, quare ergo philosophi posuerunt æternitatem mundi? Respondet primo, quia æternitatem, & perpetuitatem generationis, ⁊ corruptionis posuerunt. preterea quia ante tempus dicebant esse tempus, & ꝙ non erat dare primã partem. Sicut est dare primã partem in ꝑmanẽtibus. Theologi autem intimius contemplantes potentiam dei: dicũt non repugnare diuinæ potẽtiæ, tempus creare, sicut & cætera: habebit ergo finem, ut dicit Ioannes Apoca.10. iurauit per uiuentem in secula seculorum, ꝙ tempus amplius non erit. declarata diffinitiõe, ueniamus ad propositum sermonis.

❡De isto ergo tẽpore adhuc tria declarabimus. v3.

❡Breuitatem.

❡Mobilitatem.

❡Irreuocabilitatem.

Et primo dico ꝙ est breue tẽp⁹, tripliciter, respectu sui, respectu dei, & respectu nostri.

❡Primo respectu sui, est breue: quia initium habuit & finem habebit, ut alias dicetur. Si enim uolo comparare ęternitati, uel euo, quid minimũ est, tum breue quia de ipso non habetur nisi istans, hic possemus declarare quomodo partes eius sunt pręteritũ, & futurum (ut supra dixim⁹) istans autem non est tempus, sed est continuitas temporis. sicut punctus lineæ, non est linea nec pars lineæ, sed continuitas eius. Est autem breue propter ei⁹ accelerationem, nõne uidemus, quam cito trãsit annus, dies, mensis. &c.

❡Est etiã breue respectu dei, nam ut dictum est, deus non mensuratur tempore, neque euuo, sed æternitate, quæ ex se. importat nunquam cœpisse, & nunquam desinere. Omnia nãq; immutabilia sic sunt æterna, sed esse dei est uniformæ. fac istãtiã, quomodo per uerba scripturæ, aliqua alia a deo exprimuntur esse æterna, ut in ps.75. illuminans tu mirabiliter a montibus æternis, & Eccle.1. Terra autem in æternum stat. Sapien.3. iusti autem in perpetuum uiuent, & ad omnes vna responsiõe satisfaciam, quia sunt æternę

per quandam similitudinem a parte post, non autem a parte ante. &c.

¶ Certe tempus breue est; respectu nostri quid dicam de tempore nostro? Audi iob. 13. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, & in eodē. Breues dies hominis sunt. Et isido. in lib. Solilo. Quotidie dies ultim⁹ appropinquat quotidie ad finem tendimus, ad mortem quotidie properamus, & ps. 89. Anni eorum septuaginta, si autem in potētatib⁹ eorum octuaginta, eorum anni, Amplius labor & dolor. Et ideo interrogatus philosophus quidam, quid esset homo in hoc mūdo? & postea, quibus sotius? Respōdit. Vmbra, quibus sotius, fami, & siti. ubi est homo? Respondit, in multiplici, & diuerso bello. item quomodo se habet homo? Respōdit sicut lucerna añ uentum, quæ cito extinguitur, sicut rosa matutina, sicut etiam pomum in calore & tandem uerme roditur. Vltra interrogatus qd esset homo? Respondit mancipium mortis, hospes loci, viator trāsiēs, declara. sigillatim. d. Mancipiū. n. qa non euadet manus mortis, hospes loci, quia recipitur cum gaudio, & discedit cum tristitia. Viator transiens, aut vigilans, aut dormiens, aut quodcunque aliud operans, semper transit, hic potes seruorizare, quia si ita breuis est uita nostra, qd prodest sedere in trono? &c. Ideo Augustinus exclamās dicit. O uita præsens quam multos decipis, quæ dum cognosceris nihil es, dum exaltaris fumus es, sapientibus amara, dulcis autem insipiētibus, qui te quærunt, nō te cognoscūt, qui te cognoscunt ipsi te fugiunt. Et Paulus. 1. Cor. 7. Qui habent uxores tanquam non habentes sint, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur: assignat enim rationem. d. præterit. n. figura huius mundi, & ibi tēpus enim breue est. Et ad Gala. 4. Sub tutoribus, & actoribus est usq; ad præfinitum tēpus, & ibidem, dies obseruatis tempora & annos. & ad Gala. 6. Tempore suo metemus, non deficientes, & multa alia.

¶ Secunda conditio, dicitur mobilitatis. semper enim tempus mouetur. Ideo Iob. 13. Nūquam in eodem statu permanet; uidemus enim quotidie per experientiam, q̃ transit. dies, annus, mēsis. &c. O quot

credunt peruenire vsq ad 80.
&.C.annos,& tamen mors p̄-
uenit.&c.O quot fecerūt ma-
gna ædificia in aere, & tamen
&c. Practica hic multum, Se-
nec.Scribens ad Lucillum ait;
nulla maior iactura,quam ia-
ctura temporis.

¶Tertia est irreuocabilitas,
quæ conditio amara est, & tri
stabilis, & tamen in hac con-
sistit pretiositas tẽporis. Nā
dum tempus adest,possumus
mereri & demereri. Ideo dice
bat Sene.ad Lucillum, omnia
mi Lucillæ, aliena sunt, tem-
pus tantum nostrum est;non
enim cognoscimus suam pre-
tiositatem. O che mercantia
saria portare il tempo all'ani
me che stando al purgatorio,
& all'inferno, ꝓpter hoc Iob.
13. Putasne mortu⁹ homo rur
sum uiuat? quasi dicat non.
Tunc animæ dicerent, nolu-
mus argentum, neq aurum,
sed tempus, pro pœnitentia
peccatorum nostrorum, & q̄-
tum tempus. Responderet mi
nimum quid, & quamuis di-
cat Paulus ad Gal.6. Redimẽ-
tes tempus,quoniam dies ma
li sunt,hoc vero Apostolus in
telligit, ꝙ qui non feruenter
se habuerunt, ut in futurum
ultra debitum operentur. Et
Anselmus in libro meditatio-
num ait. O lignum aridum,&
inutile, æternis ignibus di-
gnum, quid respondebis in il
la die, cum exigetur a te vsq
ad ictum oculi,omne tempus
uiuendi tibi impensum,quali
ter fuerit inte expensum. Nā
ut dicunt doct. in momento
temporis, potest homo ani-
mam suam lucrari, & uitam
æternam condigne mereri, &
sic habetur prima pars.

QVANTVM ad
secundam quæ
dicitur nomi-
nationis, dicen
dum ꝙ tempus
multis modis uel multis no-
minibus nominatur puta. Iā
olim,modo,nunc,tunc,nomi
na magis nota sūt hora,dies,
mẽsis,annus,sed quia ista no-
ta sunt omnibus, ideo per-
transibo,quo ad alia breuiter
discurro.dimittẽdo quid pos
sem dicere de.Iam,modo.&c.
Thom. autem super.3.ethico.
Solum tria nominat.s. nunc,
tunc, & olim, hoc quod dico
nunc est illud, quo præteri-
tum cum futuro cõtinuatur,
utsupra & nota ꝙ hoc nūc so-
lum reperitur in uia, in qua
possumus mereri, & demere-
ri,hic practica, quomodo nō
reperitur in paradiso, nec in
inferno, neq in purgatorio,

nõ in paradiso, in quo eadem merita semper stabunt, non in inferno, quia eadem demerita, non in purgatorio, quoniam solum ibi sunt pœnæ satisfactorie, & ideo qui solum stat in consideratione huius miseriæ, assimilatur illi qui a facie unicornis fugiens ne ab ipso caperetur in quodam baratrum cecidit, dum autem caderet. &c. Dic totum exemplum, quia est nimis praticabile, ꝛ contemplari debemus. li, nunc quod significat tẽpus prę́sens, in quo innumera peccata reperiuntur, superbia, auaritia, luxuria, homicidia, usure, rapine, fraudes, & similia. Ideo Paulus. 2. ad Timo. 3. In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, erunt enim homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, inuicem criminantes, inobedientes, proterui, parentibus non obedientes, incontinentes, inanes, magis q̃ deo obedientes. &c. Practica istam auctoritatem quoniam utilis est, ꝛ est conformis dicto christi. Matt. 24. Tunc abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum, & uisio illa Danielis est impleta. Illius statue cuius intuitus erat terribilis, habentis caput ex auro optimo, pectus, & brachia de argẽto, uenter & femora erant ex ærę, tibię autem ferreę, pedũ. quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis, donec abscissus est lapis sine manibus de monte, & percussit statuã in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos, tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, es, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam, lapis autem qui percussit statuam, factus est mons magnꝰ, & impleuit uniuersam terrã, significat vltimã ætatẽ, ab sq̃ federe, & pace, & siccitatem habentem gratiæ, & uirtutũ, vide ibi Danielis. 2. interpretationem ipsius.

¶ Secundum est tunc, & significat, quod est a nobis remotum, & præcipue futurum, q̃uis significare possit præteritum, tamen magis appropriate futurum, misericordiam, & iustitiam diuinam memorãs, Et primum tunc, in scriptura, habetur. Matt. 25. Tunc uidebunt filium hominis uenientẽ in nubibus cęli, cum ptãte magna ꝛ maiestate. Scd̃m, tũc plangent omnes tribus terrę. Mat. 24. & hæc erit infructuosa lamentatio damnatorum. Tertium, tunc stabunt iusti in magna constantia aduer-

ſus eos qui ſe anguſtiauerunt &c. & ſequit & dicent hii ſunt quos aliquādo habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij; nos inſenſati uitā illorum extimabamus inſaniam, & finem illorū ſine honore.&c. Sapien.6. Quartum tunc, habetur.ps.2. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Quintum, tunc dicet hijs, qui a ſiniſtris eius erunt, diſcedite a me maledicti.&c. Matth.25. Sextum, tunc dicet his qui a dextris eius erunt, venite benedicti patris mei, poſsidete paratum uobis regnum a cōſtitutione mundi. Septimum tunc eſt Eſa.60.d. Tunc uidebis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. In contemplatione talium tūc multū proficiet anima. Practica.

¶Tertium dicitur olim, qđ proprie denotat præteritum, commmorans mandata dei, eiuſq; beneficia, ſi recordatus quis obſeruauerit, nec ingratus extiterit, dicas hic multa circa mandata, & beneficia dei. Ideo ſaluator. Matth.11. Veh tibi corozaim, ueh tibi beſaida, quia ſi in Tiro & Sidone facte eſſent uirtutes, q̄ facte ſunt in uobis, olim in cinere & cilitio pœnitentiam egiſſent, quare chriſtus dixit. Lucæ.19. Non relinquent in te lapidem ſupra lapidem, eo ꝙ non cognouiſti tp̄s uiſitationis tuæ, hic poſſumus dicere de ſenibus, quando recordantur quomodo tranſiuit uita eorum, in qua poterant bene facere, & tamen aliter fuit.&c. O quantum gaudium illi ſeni, quando recordatur in ſua ætate, multa bona opera feciſſe, & pro illis expectare benignitatem dei, ſed verte foliū, quando recordatur nihil boni feciſſe, ſic de mulieribus uanis & impudicis, ſic religioſi in morte gaudent, iubilāt in recordatione bonorum operum & obſeruationis ſuæ profeſsionis, & regulæ.&c.

¶Alio medio, probatur tempus nobis impenſum in bonis operibus expendi; & primo, ratione obligationis, q̄a tempus nobis conceſſum obligamur illud deo reddere, obligatione naturali, & diuinali, reddere dico bene in ipſo operando, & primo probatur obligatione naturali; ſic quicunq; recipit beneficium ab aliquo etiam minus debitum, magis lege gratitudinis obligatur illi, vt patet a Scot. 22.4. Sed homo maximum recipit beneficium a deo, etiā

minus debitum, cum nulli teneatur, maximum dico quia totum suum esse naturale, totum esse spūale, habet a deo, & ideo multum tenetur diligere ipsum. Dedit enim deus tempus vt illud expenderet in laudē suā secundum magistrum in .2.d. Prima, fecit deus creaturam rationalem. &c. Ergo tantum beneficium recipiens lege gratitudinis tenetur illud temp⁹ reddere deo, amore illius ipsum expendendo; ⁊ hoc dictat lex naturalis quod tunc salubriter expenditur quando omnia opera ordinantur in deū, in mane, ⁊ in sero, dare laudem deo, ꝙ dederit tibi spatiū bene operandi. ¶ Secundo, tenet̄ lege diuinali, nam quilibet tenet̄ vti, re, ad illum finem ad quē data est, & maxime quando datur cum tali cōditione, sed tempus concessum est homini, a diuina voluntate ad laudem dei, ad cognitionem beneficiorum eius, quapropter tenetur quolibet momento temporis, ipsum laudare, & omnia opera in deum dirigere, & semper bene operari, & nunquam ociosus esse & confirmatur multiplici ratione. ¶ Prima dicit̄ fortificationis, fundamentum habetur a iurisconsultu. in .l. si vnus. §. pactus ne peteret ver. ꝙ etiam in spe. ff. de pactis. vbi dicitur ꝙ vnaquæq; res, de facili reuertitur ad naturam suam. Exemplum huius habem⁹ in aqua, cui si ponatur obstaculum, ne possit ire per viam solitā, paruo facto foramine, de facili reuertitur ad consuetum cursum. Sic̄ qlibet nostrum, pronus est ad malum, secundum illud omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, cursus autem naturæ nostræ impeditur a nobis, ex continua carnis mortificatione & cōtinuo feruore, vnde prouer. 12. Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est tributis seruiet, hic practica, ꝙ contrarium facientes dilabuntur in varia scelera, da exemplum illius rustici, cui⁹ asinus ceciderat in foueā luto plenam, & veniens miles & volens ipsum adiuuare, ⁊ ipse stans manibus iūctis dixit. O Rusticone, ego volo te adiuuare & tu sic stas? & discessit nolens eum adiuuare, sic facit deus noster cuilibet non operanti, & ocioso.

¶ Secunda ratio est cōmissionis, furtum enim committimus, quando re nobis concessa, aliter vtimur quam v té-

dam accepimus, vt dicunt leges, sed deus dedit nobis corpus & animam ut bonum faceremus. Gene.2. Vt operaretur & custodiret illud. Et.3. in sudore vultus tui, vesceris pane tuo, item dedit nobis tempus ad acquirẽdam vitam æternam. Cum ergo stamus ociosi, & voluptatibus huius mundi vacamus, furtũ committimus in corpore, per tempus aliter a nobis expensum, quod pretiosius est cũctis opibus. Volens itaq; deus ad tale incitare, dicit illud Pro.6. Vade ad formicam o piger, & cõsidera uias eius, & disce sapiẽtiam, quæ cum non habeat ducem, nec preceptorem, nec principem, parat in estate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Vsquequo piger dormis? quando cõsurges a somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum cõseres manus tuas vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi uir armatus, & sequitur si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet a te. Ad confirmationem istius dico, ꝙ si unus solus esset tantũ saluandus, qsq; deberet pro posse totis uiribus conari, sic virtuose viuere vt ipse mereatur esse ille saluandus, secundum illud Pauli.1.Cor.9. Fratres nescitis ꝙ hii qui in stadio currunt, omnes quidem currũt, sed vnus accipit brauiũ. Si ergo q ad brauiũ currũt licet sciãt, ꝙ vni soli dabitur, tamen nõ cessant currere, sed sperat vnusquisq; se esse illum qui brauium consequetur, quanto magis nos ut brauium ęternę beatitudinis. &c.

¶Tertio ratione gratificationis. quia etiã si qs esset dãnandus, tenetur nõ uacare ocio: hoc autem propter innumera beneficia a deo accepta, qa ut habet, Sco. in.4.d.14.q.1. cõtra beatum Thomam qui posuit omne qđ a nobis operari posit esse debitum respectu creationis, Sco. uero dicit ꝙ solum obseruatio decem preceptorum. Et si tantum tenemur pro beneficio creationis, quid de redemptione, conseruatione, & gratijs spiritualibus, certe multum tenemur. Et de mente Scoti, bonũ cum sit ipsa virtus, est prosequendum sine omni relatione ad gloriam, uel ad penam, ideo. &c.

¶Quarto ratione exemplificationis Gregor. ait. non mediocriter laudabile est etiam

malis, inter bonos, nonnullis fulgere virtutibus, quia secūdum philosophum virtus est finis, per quem honor & laus 1. ethicorum.

¶Quinto ratione perfectionis, cuius fundamentum ponit philosophus.1.phy.d.unaquæq; res hunc ordinem sumpsit a natura, ut quidquid imperfectum est, in suo genere appetat perfici, & in eodem, materia quamuis una forma informata sit, semper tamen in aliam tendit perfectiorem, & appetit eam, non propter corruptionē formæ sub qua est, sed ut magis perfectionetur: unde quando est sub forma embrionis, ulterius aliam formam appetit, & sic successiue, talis appetitus est ratione maioris perfectionis, hoc etiam patet de intellectu humano, qui cum informatus fuerit una ueritate, & uno habitu scientiali, naturaliter aptit perfici, alia scientia perfectiori, & non quiescit sub una speculatione, sed vlterius tēdit: ad alias speculationes, ut magis perficiatur. A fortiori hic appetitus debet esse in voluntate respectu virtutum; qa ut dr̄.2.ethi. Virtus est quidam habitus vel quædā qualitas mentis, quæ habētem perficit, & opus eius bonum reddit, ideo quilibet, debet semper procedere de bono in melius, & multiplicare in virtutibus secundum illud. ps.83. ibūt de uirtute in uirtutem, uidebit deus deorum Ision.

TERTIA pars est de obseruatione ipsius tēporis, & est triplex.vz.naturalis, superstitiosa, uirtuosa. Quantum ad primam quę est naturalis, est necessaria uel congrua, ut agricole in seminando, naute in nauigando, medici in sanando, quia Eccle.1. Omnia tempus habent. Alia est superstitiosa, de qua loquitur August. in Enchiridion, & ponitur.26. q.2.c. quis existimet, q̄ magnū peccatum sit dies obseruare & menses, & annos, & tempus superstitiosum hominum, q fausta uel infausta existimāt, tempora, ait enim Paulus.1. Cor.10. Siue manducatis, siue bibitis uel aliud quid, facitis omnia in gloriam dei facite, in quo uiuimus mouemur & sumus: dic exemplum eius, qui multas uxores renuit qa constellatio planetarum nō permittebat, tandem unam elegit.&c. Dic, de multis qui

ad sanandum recurrunt. &c. sic de documentis moralib⁹, etiam de illo mercatore Venetiis, ut lucraretur posuit ad lucrum multitudinem nummorum, attendens ad huiusmodi constellationes tādem omnia perdidit. Alia est obseruatio uirtuosa, & est eorum qui considerantes ea quæ supradicta sunt de tempore, cognoscunt tempus uisitationis, cū Paulo clamantes. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Flendi, uidelicet, ieiunandi, tempus lachrymādi, nam tempus præsens, est tempus merendi: tempus autem futurum est tempus sententiādi. Ideo in. ps.74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, & hijs qui male expendunt tempus accidit illud quod euenit aliquando seruo, cui dominus dedit pecuniam ad negociandum, & totam dissipauit, & de pecunia ipsum dn̄m impugnat, nō amplius dominus ille daret seruo pecuniam, immo residuum retraheret, sic de male expendentibus tempus, quia timor domini apponet dies, ⁊ anni impiorū breuiabūtur. ps.18. Apparet ꝙ mediatas mēbri abscinditur ne totum cor rumpatur. ps. Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos, ad hoc saluator hortabatur. d. quid hic statis tota die ociosi? & illud euangelii quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, ui. & non si. per. domum suam, & per illud, uigilate, ergo quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit, & secūdum illud. De decem uirginib. maxime supra li, dum autem irent emere, uenit spōsus, & quæ paratæ erāt, intrauerunt cum eo ad nuptias, & practicando facies finem.

FINIS.

## FERIA TERTIA POST primam dominicam in quadragesima.

### De ciuitate animæ a dæmone obsessa.

RELICTIS illis abiit foras extra ciuitatẽ. Mat. 21. Vulgo dr̃ q reddit debitũ facit capitale: rõ est, quia creditor cognoscẽs debitorem circa solutionem solicitum, promptior efficitur ad sua mercimonia iterum largiendum. Vnde, Cassio. lib. 10. Spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit. ita dico spiritualiter, omnes sumus debitores christo, propter innumera beneficia collata, animæ nostræ in qua christus benedictus amorosæ inhabitat tanquam in propria ciuitate; largiendo mirabilem influxũ gratiarum suarum; pro quib⁹ sufficere non possumus ad satisfaciẽdum, sed quia ipse saluator liberalis est creditor, & nouit figmentum nostrum, & paupertatem meritorum nostrorum; quia etiã nr̃orũ bonorum non eget, ideo ipse præsto est supplicãti, ne dum in parte dimittere, sed etiam totum debitum indulgere, & de proprio redonare, quãdo defectus non erit, ex parte voluntatis nostræ, & qualia beneficia contulerit animæ nostræ, & in ea inhabitet, & quomodo ex defectu voluntatis illis priuetur; & ab ea discedat; innuit mistice euãgelista dicens, in præsenti euang. relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ, pro declaratione istius sermonis procedam sic parabolicæ. v3.

¶Fuit quidam nobilis imperator, qui multas condidit ciuitates, & a fundamentis construxit, in quibus habitabat, vnam tamen speciali affectione ędificauit in qua fundauit duas turres fortissimas, sic miro modo cõcatenatas, vt vna alteri opem ferret; ita vt nullus posset eam expellere nisi solueret mutuũ auxilium illarum turrium, & quia non est ciuitas sine ordine, disposuit imperator in illa, potentiam triplicis gradus. s. sapientes ad consolendum, milites ad pugnandum, & artifices administrandum, hiis sic recte consequentibus, rex ille urbem hanc inhabitabat, ex

cuius

cuius iocundissima potentia, tota ciuitas letabat, & affluebat diuitijs. Quidam autem capitalis inimicus regis, dolo & astutia, sic exegit ꝙ turres illę factę sunt discordes, & unā illarũ in terrā proiecit: & ciuitatem ingressus, pro tinus expulit regem & miro modo eā. muniuit. Primo enim circundauit eam uarijs muris. Secundo, fecit circa ipsam fossatum ita magnũ, ut ptrāsiri nō posset. Tertio, posuit circũcirca turres inexpugnabiles. Quarto, ꝓpugnacła. Quīto, scuta. Sexto, galeas. Septimo. sagittas. Octauo, arcus. Nono, iacula. Decimo, uexilla. Vndecimo, loricas. Duodecimo, habitatores fortissimos, & sic misera illa ciuitas tenebatur in seruitute subiecta: per istā ciuitatē, intelligit ciuitas aię, ut infra uidebimus, de qua ciuitate animæ, tria perscrutabimur, uidelicet.

¶Primo, constructionem.

¶Secundo, inimici inuasionem.

¶Tertio, eiusdem uarias munitiones.

Primo, dicitur in parabola, ꝙ erat quidam nobilis imperator. &c. iste est omnipotens deus cuius ditioni omnia subiiciuntur, & multas construxit ciuitates, cũ uarias creaturarum species produxerit, in quib⁹ habitat generaliter, per potentiam, essentiam, & pręsentiam, unam tamen fundauit manibus proprijs. i. animam nostram, non educēdo eam de potentia materię, nec concursu causarum secundarum: in qua habitat per priuilegium singulare, & influxum particularem, & hanc ciuitatem christus habitat, nō propter utilitatem, & proprium commodum, sed solum propter bonum nostrum, & istā sic munitam taliter construxit, ut totus mundus eam de uincere non posset, nisi ex cōsensu ipsi⁹ ciuitatis. (Duę turres) sunt intellectus, & uoluntas. ¶Prima turris duas habet partes. s. intellectum agētem, & possibilem. Tertio, de anima, intellectus agēs, ē cui⁹ est omnia facere. i. causare speciem intelligibilem, formalē, uel uirtualē. Nam similitudo in fantasia est improportionatum mouens, respectu intellectus possibilis, quia representat cum conditionib⁹ singularibus. Exemplum, si ego uideo albedinem existentē in tali subiecto. statim causatur in uirtute fantastica, interior similitudo, talis albedi

dinis, quæ repreſentat talē colorem. ſic exiſtentem in tali ſubiecto. Secundo, intellect⁹ agens conuertit ſe ſuper illam ſimilitudinem, quæ dicitur fantaſma ipſam intelligendo, & poſtea ipſa ſimilitudo cum intellectu agente, cauſat unā aliam ſimilitudinē magis ſpiritualem illius coloris, quæ primo repreſentat aliquē colorem ſic indifferentem. Secūdo, ipſam albedinem in communi. Tertio, ipſam exiſtentem in tali ſubiecto, ꝛ ꝑpetuo mouet intellectum poſsibilē, quia ſpecies intelligibiles nō corrumpuntur, ut habet Sco. in.1.d.3. & tūc intellectus poſſibilis poteſt cognoſcere illa, quorum ſunt ſimilitudines, ſiue res exiſtant, ſiue non, ſic etiam per hæc ſenſibilia poteſt cognoſcere primam cauſam, per quandam abſtractionem, & applicationem Scot. ubi ſupra, exemplum intellectus poſsibilis habet ſimilitudinem albedinis, quæ non tātum repreſentat albedinem, ſed etiam omnia ſuperiora, puta colorem qualitatem, & ens, & huiuſmodi, intellectus intelligit ipſum ens, & quia ens habet multas paſsiones, puta uerum, bonū, finitum, & infinitum, concipit ipſam primitatem, & ſic uenit in cognitionem primi entis, & ſic patet quantæ uirtutis & perfectionis, uigoriſq; ſit iſta turris intellectus, eſt etiam mirabilis diſpoſitionis, quia habet unde reſpiciat ſurſum, ꝛ deorſum, quia intellect⁹ ſunt duæ potentię, uel duplex uis, non tamen realiter diſtinctæ, ſed per intellectū, uel operationes. ſ. portio ſuperior, & inferior, ſuperior eſt illa quæ immediate reſpicit ęterna. i. deū perfectiones diuinas, & ſic appellaſ propriæ ſuperior portio. Alia autem eſt impropriē dicta, & eſt illa quę reſpicit tēporalia, ſecundum regulas ęternas, puta non ſiſtendo in ipſis, ut temporalia ſunt, ſed ut ordinabilia, ad primā cauſam. Portio inferior eſt, quæ reſpicit temporalia ibi ſiſtendo tantum, ut ſunt ordinabilia ad bonum naturale, ut habet Sco. in.3. diſt.15. ex his apparet quantæ uirtutis ſit iſta turris intellectus, quia potēs intelligere omne ens, & hoc ex natura ipſius potētiæ Sco. in.1.d.3. Et pōt opē ferre alteri turri. i. uoluntati, præſentando ei ut amet amanda, & fugiat fugienda, etiam habet unde fiat fortior ex natura, & propriis uiribus, & hoc

mediantibus habitibus tam speculatiuis, q̃ practicis, & hoc est clarũ, qa ex frequẽtatis actib⁹ speculatiuis intell's inclinatur ad prompte, & expedite, faciliter, & delectabiliter, speculari, ut patet in antiqs philosophis: sic de habitibus practicis, siue actiuis, ut est, prudentia quæ est recta ratio nobis factibilium, uel agibilium, & de arte quo ad factibilia, quæ transeunt in exteriorem materiam, ut secare & similia, & tunc intellectus est, regula uñis regulando ipsam uoluntatẽ circa illa quæ sunt appetenda, uel fugienda. Sco. in prolog. q. ultima. Habes, ergo primam turrim intellectus, de qua potest dici illud. Gen. xi. Faciamus nobis ciuitatem, & turrem, cuius culmen, attingat usq; ad cœlum.

¶ Secunda, turris principalis est uoluntas, quæ est libera p essentiam suam. Scotus. in. 1. dist. 2. Et taliter est libera, q̃ nulla uiolentia uel coactione destrui potest, hæc turris, sic miro modo est disposita, q̃ potest hinc inde ex omni parte respicere, quia uolũtas secundum Sco. in. 2. dist. 3. Respicit pro obiecto omne ens, sub ratiõe entis, in ista enim turre est pinnaculum, respiciens supra deorsum. sunt ꝓpugnacula hinc inde, miro modo, disposita per pinnaculum sursum respiciens. Accipitur portio superior uoluntatis, quæ duplex est, una proprie dicta respectu inferiorũ, quæ inclinat ad amandum tẽporalia, uel fugienda, secundum regulas æternas. puta non diligere res in se tantum sed secundum ordinem ad ultimum finem, & ex amore ultimi finis, ut diligere amicum, uel inimicum propter deum. Sed propugnacula quæ respiciunt deorsum significãt portionẽ inferiorem uoluntatis, quæ inclinat ad amãdum, uel fugiendum temporalia, secũdũ regulas naturales, uel naturalr notas, ut q̃ pr̃ diligat filiũ. &c. Sco. in. 3. di. 31. In hac turre, est unum propugnaculum, ubi sunt duo foramina ad iaciendas sagittas, & istud est amare ad iaciendum sagittas amoris amicitiæ, uel concupiscentiæ, ut quando quis uult bonum alicui propter illũ, & hoc non nisi amore dei, dicitur amor amicitiæ, & q̃n quis uult bonum alicui nõ tamen in se, sed ordinando ad aliud, ut diligere filium propter patrem. &c. est amor concupiscentiæ. Sco. in. 2. d. 6. Ha-

bet, adhuc unde roboretur uidelicet, non uelle, uel non nolle, quod est actus suspensiuus, & quædam in differentia uoluntatis, ⁊ est quando nec amat, nec odit, nec acceptat, nec econtra, & hoc modo est utir reb⁹ dubiis, an. s. bona sint an mala: habet etiam alias munitiões quæ sunt, affectio commodi, & affectio iustitiæ. Prima est appetitus naturalis inclinans naturaliter uoluntatem ad immoderate appetendum. Secunda est, libertas uoluntatis, quæ est moderatiua omnium actuum. Sco. in. 2 dist. 6. Fortificatur etiam per actus. s. elicitum, & imperatũ, primus est amor, uel ipm uelle. secundus est actus alterius potentiæ a uoluntate, uidelicet imperatus ut linguæ, manuum, aurium, ⁊ sic uoluntas dicitur imperare, quia non tã tum potest imperare sibimet, sed aliis potentiis inferiorib⁹ interioribus, & exterioribus, immo & ipsi intellectui, quia ex tertio de anima intelligimus, cũ uolumus, &. 9. de trinitate dicit Augustinus uerbum amore cõcipere, ex hoc apparet qualis uirtus, qualis munitio, sit ista. Nam si turris uolũtatis indissolubiliter cõpulatur intellectui, nõ discrepando ab ipso, totus mũdus ipsam destruere non ualeret, faciendo ipsam peccare.

¶Hoc probatur aliqua supponendo, primo ꝙ actus rectus & uirtuosus est, quando uoluntas eligit illum conformiter rationi recte, uel recto dictamini rationis, uel intellectus, quia. 6. ethi. Electio ꝑsupponit rationem rectam. Secundo suppono, ꝙ intellectus beatorum circa obiectũ proprium, non potest errare, nec circa sensum, immo si sensus erraret intellectus ipsum corrigeret. Sco. in. 1. dist. 3. Tertio suppono, ꝙ intellectus ex naturalibus indicat. primum & summum bonum diligibile, esse propter se, Sco. in. 4. di. 49. Et debere diligi, super omnia, tam intensiue, quam extẽsiue, & hoc dictat ratio naturalis. Sco. in. 3. dist. 27. Quarto suppono, ꝙ ratio naturalis sicut dictat deum esse summæ diligibile, sic dictat omnia esse referenda ad ipsum, & amãda propter ipsum, & etiam dictat ꝙ omnia illa quæ faciũt ad acquirendum, & conseruãdum amorẽ illius summi boni, esse operanda, & omnia q̃ possunt deuiare a tali uero amore, esse fugienda. Dico ergo ꝙ quando uoluntas erit

ſic regulata in ſuis operationibus, nũquam erit in aliqua curuitate, & deformitate, maxime quia de⁹ benedictus determinauit ſemper cõcurrere ad rectitudinem omnium actuum noſtrorum. Sco. in. 2. d. 37. Turris autem hæc ſic munita: poteſt magis, ac magis fortificari per habitus uirtutum: ſequendo dictamen recte rationis, poteſt ex frequentatis actibus in ſe cauſare omnem uirtutem moralem, quia uirtus facit prompte, & expedites operari uoluntatem, nam uirtus uel partialiter cauſat actum, uel inclinat. Scot. in. 1. diſt. 17. Sic ergo iſtæ duæ turres, ſunt duæ manſiones, ita uigoroſę, ꝙ quãdiu ſunt conformes in anima, ſi omnes dæmones, totis uiribus ſuis pugnarent contra animam, non eam deiicere poſſent. Vere igitur ciuitas hæc magna eſt: de qua poteſt dici illud. 2. Re. 17. Circundabit omnis Iſrael funibus ciuitatem, & Apocal. 3. Scribam ſuper illum, nomen ciuitatis dei mei. Ciues, conſiliarii, milites, & artifices, i hac ciuitate, ſunt ita accipiẽdi in homine. Superiores ſunt ſenſus intellectuales, ſecundum Auguſtinum in lib. de ſpiritu & anima, & ſunt tanquam, cõſiliarii, dicentes animæ deum time, & mandata eius ſerua, rationales ſunt tanquam milites, q hoſtes concupiſcentiarum impugnant per arma iuſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris, animalia ſunt tanquam illi q neceſſaria deferunt in ciuitatem. ſunt etiã artifices & ſunt decẽ, quinq; interiores, & quinque exteriores, primi ſunt, ſenſus communis, imaginatiua, fantaſia, cogitatiua, ſeu extimatiua, ꝛ memoria ſenſitiua. Secũdi ſunt uiſus, audit⁹. &c.

¶ Cauẽdum eſt autem, ne artifices & ruſtici, portent uenena, maxime ruſtici res marcidas quinam ſunt iſti? niſi inuidiæ, odia, & mulierum uiſiones, & his ſimilia? hæc autem ſunt uenena, practica tuo mõ errores aũt in his artificib⁹, ꝛ ſenſib⁹ proueniunt a cœcitate ad intra. ſ. a uolũtate, quia de ſe nõ poſſunt peccare, nec recte agere, quia rectitudo & deformitas in rationabilibus eſt tantum a uoluntate, & ſic ſtante uoluntate cum ratione recta non ſolum nõ poteſt errare in ſuis operationibus, ſed nec in aliis potentiis.

¶ Anima autem ex naturalib⁹ ſic munita eſt in extimabilis fortitudinis, & merito ſignificatur per illam ciuitatẽ Hieruſa

q̄ cómota est ĩ occursum filio dei.d.qs ẽ hic?& dñs. Ego sum ille dñs fortis & potens, dominus potens in prælio, qui te a fundamentis construxi, & ueni habitare in te, influendo gratiam meã, eo ꝙ sic munitã te inueni omnibus operationib⁹ naturalibus, & nũquam locum dedisti inimico meo, & ab amore meo, & a recta ratione quam tibi dedi a creatione, non declinasti, sicut patet de Cornelio. Actuum.10. Qui sic munitus erat ideo misit deus angelum suũ. &c. Et hoc est ꝙ dicit Scot. in prolo. interpretationum, ꝙ si esset aliquis adultus non baptizatus, & uiueret secũdum legem naturæ, non habens instruentem ipsum, ꝙ deus conferret sibi gratiam. Tunc igitur quando ciuitas animæ est sic munita naturaliter, ingreditur nobilissimus imperator deus, tronum suum ibi locans, & iocundissimam morã trahens, nouiter roborat ipsam ciuitaté aię, non naturali munitione ut supra, sed supernaturali.

¶Et primo ponit ĩ prima turre, carbũculum inextimabilé q in nocte reddit lumen maximum, quia ipse deus ponit ibi fidem infusam quæ taliter illustrat ipsam primã turrim, intellectus, ꝙ facit eum ascendere usq; ad cognitioné dei, & non tantum quo ad cõceptus communes, sed etiam proprios. Scot. in prol. q.1. ut patet de Paulo, Stephano. &c. Sicut enim carbunculus lucet taliter, ꝙ nec nox, nec tenebre, ibi esse possunt. sic fulgur christianæ fidei, tenebris hereticorum, & persequutorum, nõ potuit obscurari, immo clarius efulsit, ut liquet in primitiua ecclesia: est enim aliqua species carbunculi, in qua inter lucidos ignes apparent quædam partes aureæ, q̄ possunt dici in fide, fidelis patientia, quæ habetur in persequutionibus fidei, & talis patiẽtia dicitur probatio fidei, secundum illud Petri primæ. primo, ut probatio fidei uestræ multo pretiosior sit auro. &c. Carbũculus etiam nõ cedit figuris, & imaginibus, quia fides ignorantiã abhorret, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus.

¶In secũda autem turre. s. in uoluntate ponit saphirum. inextimabilis pulchritudinis, ꝙ habet animum confirmandi in bonis, & significat spem, q̄ sic regulat uoluntatem, ut ipsam inclinet ad desiderandũ

bonum, sibi commodum, ut dicit Sco.in.3.dist.27. & Greg. 6.mora. Spes in æternitatem animum erigit, ideo Paulus comparat spem, anchore, qa animũ firmat & tenet in amarissimo mari præsenti. Secundo, saphirus, habet uirtutem expellendi timorem, secundũ Isidorum, spes autem foras mitit timorem, quia firmatur in bono quod nõ potest uiolẽter eripi.s.in deo, & hoc est quod dr̃ Ezech.10. Ecce in firmamẽto ꝙ erat sup caput cherubin quasi lapis saphir⁹, in firmamẽto.i. in deo in quo omnia stabilita sunt, & firmata, quod est super caput cherubin.i.quod trascendit eminẽtiam scientiæ est quasi saphirus, q spẽ collocat & firmat in deo, cõtra timores hũanos.

¶In hac turre uolũtatis, istẽ magn⁹ imperator, licet sit fortis, tamen munit ipsam, circũ circa agregando bictumen tenacissimum, ita ꝙ bombardarum ictus minime penetrare possunt, nec cõterrere, immo ibi fixæ pœnes eam remanent per quod significat charitas, & gratia gratũ faciens, quæ idẽ sunt realiter. bictumẽ autem secundum Isidorum, est terra tenax glutinosa, & tãtæ tenacitatis, ut nec aqua, nec ferro, dissolui possit, sic charitas ita tenax est, & glutinosa, ut nec aqua tribulationis, nec gladio persequutionis soluatur, ut dr̃ in Cãt.8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, & ideo archam Noe, ut esset fortis contra aquas diluuii, deus præcepit liniri bictumine, intrinsecus & extrinsecus. Archa Noe, est mẽs humana, q̃ debet cõtra aquas diluuii.i.tribulationis mundi, bictumine charitatis liniri, intrinsecus quo ad deũ & extrinsecus quo ad proximum, ferrum siue gladius persequutionis, non habet uim soluendi bictumen istud charitatis. Ad Rom.8. Quis nos separabit a charitate christi.&c. Bictumen etiam habet uirtutem compaginandi lapides, quia lapides uiui.i. uiri iusti hoc glutino compaginantur adinuicem in fabricam ecclesiæ, & q non est linitus hoc bictumine, filius mortis nuncupatur. De ista ciuitate animæ potest dici illud. Gene.16. Est ciuitas hæc parua, & saluabor in ea. Et Deut.22. Non clamauit, cum esset in ciuitate.

¶Nũc autem dicamus de militibus custodientibus istam ciuitatem animæ, ut non possit ab inimicis debellari. Et

primo ait Vegetius in lib.2.de re.mili. Miles debet esse prouidus facie, & oculis circunspectus, quia si in terram perspiceret sagittæ ueloces, & alia instrumenta bellica, eum ferirent, & ideo debet oculos leuare & fixos tenere, uersus illam partem, in qua sunt hostes, quia igitur aduersarii nostri dæmones, cum quibus est pugna secundum Paulum ad Ephe.6.in aere morātur, ideo si uolumus liberari a sagitta uolante in die, ut dr̄ in p̄s.90. Et non uulnerari ab hostib⁹, debemus mentis oculos sursum erigere ad implorandum diuinum auxilium, iuxta p̄s. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis, sed heu. q̄a multi sunt, de quibus p̄s.ait. Oculos suos statuerunt declinare in terrā, habent enim oculos mentis in terrenis, & ideo non sunt boni milites.

¶Secunda conditio boni militis est, ꝙ habeat corpus bene complexionatum; & proportionatum, membraq; durā, unde fortiores sunt qui in cōtinuis laborib⁹ sunt exercitati, q̄.&c.debiles aūt corporaliter parum ualent, nam exercitiū armorū reqrit aliud q̄ exercitiū scientiæ. in scientia dicit Aristo.2. de anima, molles carne aptos mente dicimus, in armis autem contrarium est, unde idem Vegetius de re.militari. non est dubitandum, in armis aptiorem esse rusticam plebem, quę in labore nutritur, Solis ardorem patiens, q̄.&c. Non ergo habere debemus membra mollia, & sensualia, inclinantia ad opera carnalia, & uana, sicut fuit illa eua. Sāson, Dauid com'una feminucia, sed qd' esto te fortes in bello, & pugnate.

¶Tertia conditio est ꝙ sit aspectu; & facie terribilis, unde Vegetius, ubi supra. Si homo habet effigiem leonis, aut ursi, & huiusmodi, ferox est, & fortis, ratio est, ut dicit Auctor.6. principiorum, anima coniuncta corpori, imitatur passiones corporis. sicut patet ex experientia iuuenis, q in effigie uidetur una feminella, facit plures actus, etiam de feminuccia, sed debemus esse terribiles contra dæmones, & contra peccata, illis fortiter resistendo, & esse de illis, de q. b⁹ ait p̄s. Tu terribilis es, &c. Non fare come faciūt aliquæ fœminæ.d. Deh Dio non mi tentare; o feminuccia, dicit Iaco.4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis.

¶Quarta conditio est, ꝙ ha-

beat pectus latum, quia si habet strictum, signum est hoīs pusillanimis, debet ēt hr̄e brachia lōga, ut dicit Vegetiꝰ ubi supra, & dat̄ intelligi ꝙ demusꝰ hr̄e cor latū in charitate, & amore, ad deum, & ad ꝓximum, brachia, & digitos lōgos, & extensos ad opera pietatis, ut dicit Paulus ad Phil. 1. Testis est mihi deus, quomodo vos omnes cupiam in viscuribꝰ Iesu xp̄i, ⁊ ꝓuare illud. Deut. 5. Præcipio tibi, ut apias manuū tuā egeno, & pauperi.

¶ Quinta conditio est, ꝙ non multum curet de cibo, & potu, & lecto, & similibus, non eniꝫ debet assuesci sensualibꝰ delitiis, quia dicitur miles, a malo quod substinere debet, uel quia unus de mille eligit̄, uel miles a militia quam substinet. uult dicere che'l soldato di Christo, non deue uiuere laute, non debet esse de illis, de q̄bus dr̄, sunt q̄bus in solo uiuendi est cura palato, nō debet esse negligens in lecto, nec in torpore, nec esse in delitiis. &c. Quando igitur ista ciuitas animæ est ita munita naturaliter, & supernatnraliter, cum custodia talium militum, nunquam debellabitur ab inimicis, & sic habes primam partem.

SECVNDA pars est inimici inuasionis, venit inimicꝰ regis, rex inferni, caput superbiæ, diabolus. qui factus est fortis, nihil timens, nam nō est potestas super terram quæ comparetur ei. Iob. 7. Hic rusticis, & artificibus. i. sensibus exterioribus, placabilia obiecta ostendens primam turrim uoluntatis inuasit inclinando ipsam ad terram, & ista inclinatio turris ad inferiora, fit dum eam inclinat ad suum proprium appetitum inordinatū, ex quo procedit omnis discordia munitionum prędictarum, ⁊ isto appetitu inordinato auarus cupit diuitias, fur aliorū substantias, lasciuus delectationē fedam, ambitiosus honores, gulosus delicata cibaria, ⁊ sic de aliis, hoc confirmat Augu. 14. De ciuitate dei dicēs, duas ciuitates. &c. Hoc autem est, quia uoluntas non sequit̄ dictamen rationis rectę. i. intellectus, nec affectionem iustitiæ, regulatiuam omnium actuum humanorum. ideo homo peccat, ⁊ corrupta ista prima colligatione turris uolūtatis, sequitur inordinatio in consiliariis, quia motus intel

lectuales, qui fuerunt sapientes & cõsiliarij istius ciuitatis, non fruuntur deo, quia uoluntas, effecta carnalis, non permittit hoc, nam nasceret remorsus in conscientia, deseruisse tam amabilem regẽ. Milites autem conuertunt arma in ciues, ut magis destruãt ipsam turrim, sicut sunt motus naturales, assumentes rationes sophisticas, ꝙ bonum est luxuriari, quia appetitus naturæ ad hoc inclinat, & de similibus, & conantur ne remorsus cõsciẽtiæ adueniat. Rustici autem & artifices, sicut sunt sensus exteriores, die, noctuꝗ, laborant uana portantes in ciuitatem. Alii formas iuuẽcularũ, alii mollities carnis, alii odores fragrãtes, alii uarios sapores, alii uero sonos, & armonias, dic multa parabolice, ad B. ista omnia inclinant uoluntatem ad suum appetitum inordinatũ, q̃ est causa omnium malorũ, & priuatur omnibus bonis supernalibus, & sic. Rex noster xps, relictis illis abiit foras extra ciuitatem, ut dicit euangelista.

¶ Sed inimicus volens totaliter debellare istam ciuitatem animæ, & spoliare eam omnibus bonis suis supernaturalibus, ordinat magnum exercitum militum suorum, qui militant aduersus animam, ut habetur. I. Petri. 2. Qui milites describũtᷓ a Ioã. euang. Apo. 6. Dicens uidi & ecce equus albus, & qui sedebat super illũ habebat arcum, & data est ei corona: ⁊ exiuit uincẽs ut uinceret, & est primus miles, de secũdo dicit. Vidi, & ecce equus Ruffus, & qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra. De tertio dicit, uidi, & ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. De quarto milite ait, uidi, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum, nomen illi mors, & infernus. isti milites militant aduersus animam. p istos quatuor equos, intelliguntur quatuor peccata mortalia, super quæ dæmones equitant, & militant aduersus animam. v3. supbia, luxuria, auaritia, & inuidia.

¶ Primo dicit, ꝙ equus primus erat albus, per quem designatur superbia, ratio est, color albus magis apparet sic superbus super alios uult apparere, & uideri, tam in bono temporali, quam spirituali, uult semper super alios apparere, ideo Christus. Mat. 24. Omnia

opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus, deinde dicit ꝙ hebebat arcum in manu, quia iſto arcu multi ſunt ſagittati, ſicut qui cogitant aſcendere in dignitatibus, ⁊ diuitijs, per illicitos uſus. ideo Dauid arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit uaſa mortis, ſagittas ſuas ardētibus effecit. ps. 6. nota, ardentibus .i. dignitatibus, honoribus, pręeminentiis. &c. Sequitur. data eſt ei corona, qa Iob. 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, deinde dicit exiuit uincēs, ut uinceret, quia exiuit de paradiſo per ſuperbiam uincens angelos malos, ſibi conſentiēties, ut uinceret homines in mūdo iſto, ecce primus Miles quomodo fortiter pugnat.

¶De ſecundo milite dicit, uidi, & ecce equus ruffus, & qui ſedebat ſuper eum, datum eſt eſt ei ut ſumeret pacē de terra, & iſte pugnat per arma luxuriæ, & ideo dicit ꝙ erat ruffus, quia quando perſona cogitat de tali peccato, efficitur rubea, & ſicut domus quando incēditur igne, omnia bona comburuntur. ita in iſto peccato omnia bona meritoria, & ſpiritualia: ſequitur, datum eſt illi ut ſumeret. &c. qa perturbat pacem cum deo, cum angelo cuſtode, & inter carnem, & ſpiritum, quia caro tunc rebellatur ſpiritui, inter uirum & uxorem, quando non obſeruant ſibi mutuo fidelitatem, & ſic in multis aliis & iſto uitio quaſi totus mundus eſt corruptus, ſecundum illud corrupti ſunt & abhominabiles. &c. Dic exemplum dæmonis, q volebat miſſam de tribus clericis virginibus, ad liberationē unius obſeſſe.

¶De tertio, milite dicit, uidi & ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper eum, habebat ſtaterā in manu ſua. iſte pugnat p arma auaritię, dicit ꝙ equus erat niger, color niger abſcōditur præ aliis, quia auarus ſemper abſcondit pecuniam, facit ſe pauperem, uadit, ſemper, male indutus, male comedit, peſsime bibit, dic de aliis miſeriis auari, ſequitur habet ſtateram in manu ſua, qa iſtar ſtateræ falſæ male pōderat, qa deus, paradiſus, q eſt infiniti valoris. parum ponderatur in conſpectu auari, bona temporalia quæ modicum valent, reputat eſſe infiniti ualoris, ecce ſtateta falſa, & doloſa, hic practica cōtra falſitates quæ fiunt in emptionibus, & venditionibus.

¶De quarto milite, dicit: uidi: & ecce equus pallidus, & q sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus, & iste pugnat per arma inuidiæ. Ideo dicit pallidus, quia amaricatus, mortificatus, iuxta illud inuidus inuidia comburitur intus, & extra, quia inuidia animam occidit, ſm illud Ioãnis.3. Omnis q odit fratrem suum homicida est.i.suiipsius ecce mors, sequitur eum, deinde dicit, & infernus, quia dæmones ex inuidia tentãt nos, & ex temptatione augmentatur pœna, quæ est pœna inferni, & semper sequitur eum, ecce infernus, ꝛ sic apparet quomodo militant aduersus animam isti milites, debellant ipsam, & spoliant, omnibus bonis ut supra diximus.v3. charitate, fide, spe, uirtutibus cardinalibus, moralibus, addita debilitate naturalium, & habes secundam partem.

CIRCA tertiam partem, Rex inferni, non contentus debellasse & spoliauisse istam ciuitatem animæ, munit & fortificat ipsam uariis modis.

¶Primo circa ipsam ponit murum magnum, & iste murus ẽ auaritia, siue amor inordinatus diuitiarũ, unde Nau. propheta.3.capit. cuius diuitiæ mare, & aqua, muri eius, ꝛ ratio quia munit eam amore inordinato, quia in tali amore conuertit se ad amorem cõmodi, quærens, omnia commoda siue ordinate, siue inordinate, & sic diuitias per fas, et nefas, et sic ruit in peccata, quia iniuste acquiruntur, iniuste possidentur. ideo bene dicit Hiero. in quadam epistola. Omnes nãq diuitiæ, de iniquitate descendunt, nisi istas perdideris, alias inuenire nõ poteris. et Bernard. super cãt. Omnis diues, aut iniqu⁹, aut iniquæ hæres, uerissimum esse uidetur dictum euangelii, sicut habetur. Mat.19. Facilius est camelum per foramẽ acus transire, quã diuitem intrare in regnum cœlorum. ꝛ merito dicitur ps.54. Super muros eius iniquitas, et dolus, et sequitur: et nõ defecit de plateis eius vsura, & dolus: et sic misera anima taliter occupata sui obliuiscitur.

¶Secundo, munit eam fossato magno, et significat, quia semper accendit in inordinato appetitu habendi diuitias. Vnde bene sequitur, ex prædictis, qa voluntas relicto amo

re illius,in quo solo est perfecta, quies, & pax, & conuersa ad temporalia,semper desiderat,& nunquam satiatur: immo quanto magis appetit,tāto magis appetitus accendit, & ideo.Eccl.5.Auarus non implebitur pecunia,& qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis,& idem.4.melior est pugillus cum requie, quam plena vtraq; manus,cum labore, & afflictione.

¶Tertio, ponit turres, quæ sunt dignitates mundi,⁊ hoc est quia facta solutione voluntatis a recta ratione, ipsa voluntas quærit quietari, non tantum in diuitijs, propter amorē quē habet ad sensus corpales,sed ēt q̄rit sublimari,super alios.vnde Sco.in 3.dist.34. Prima appetibilia a natura humana, sunt honores,delectationes,& voluptates;& tāta est suiipsius immoderata delectatio, ꝙ uult supra alios se ferre, sicut Lucifer Sco.in.2.dist.6.Quærit ergo turres.i.dignitates,magna ambitione, & tunc de nullo curat,nisi ꝙ nutriatur in ambitione,amicitiam paruipendendo, sicut Marcus Tullius declarat in lib. de amicitia.d. Vere amicitie dificillime reperiuntur, in his qui in honoribus,req; publica uersantur, & finaliter ruent tales turres, iuxta illud Esa.30.In die iterfectionis multorum, cum ceciderint turres.i.quando in die iudicii cadent dignitates, isti tales faciunt sicut scimia quo magis ascēdunt, eo magis turpitudinem suam ostendunt, ⁊ potest dici illud Tren.2.Tradidit in manu inimici muros turrium eius,& Ezech.26.Muros tuos,& turres,destruet in armatura sua.

¶Quarto,ponit propugnacula.i.scientiæ seculares,quia ut possint conseruari in dignitatibus,quęrunt ista propugnacula.i.scias secūdum illud Iudith.9. Erat turris excelsa in medio ciuitatis.i.dignitas, & super tectum turris:erant erecta propugnacula.i. scientiæ seculares.

¶Quinto scuta.i. excusationes in peccatis propter amorem suiipsius inordinatum, quia quanto plus aliquis diligit aliquid,tanto oppositum ei⁹ fugit. cum ergo anima derelicta a iustitia, diligit se inordinate;fugit contraria sibi, & suo honori,⁊ sic se excusat, ne maiorē patiatur confusionem, & iste excusationes nutriunt animam in peccatis,ne conuertantur. ad dominum

deum factorem suum. ⁊ ideo Iob.34. Posuit corpus suũ quasi scuta. O quã misera est ista ciuitas animæ, de qua potest dici illud Deut.28. Maledictus eris in ciuitate, & Iosue.6. Sit ciuitas hæc anathema.

¶Sexto adhibet. Galeas.i.uanam spem de misericordia, & uenia; & hoc ex instigatione diaboli, ne malum dimittat, ⁊ recordetur illius, quod dicitur. Eccl.3. Ne tardes conuerti & ne differas de die in diem, quia diabolus timet expelli, ideo ponit Galeam.

¶Septimo, sagittas.i. detractiones. Prouerb.23. Gladius acutus, & sagitta, ei q loquit falsa. ista detractio procedit, ex nimio & inordinato amore sui, quia nollet habere superiorem in aliquo.

¶Octauo arcus.i. prauum iudicium, quia in tanta malitia venit, ꝙ non potest de aliquo sentire bene, ideo omnia conuertit in malum, iuxta illud Oseæ.9. Factus sum, quasi arcus dolosus, & Paulus ad Roma.2. In quo alium iudicas, in eodem teipsum condẽnas.

¶Nono, iacula.i. verba adulatoria, nam diabolus ut magis se fortificet, & teneat animã in tot laqueis, suscitat contra eam uerba adulatoria, quæ nutriunt peccata, & sunt venenata iacula, vt in ps.54. Molliti sunt sermones eius, super oleum, & ipsi sunt iacula, & Pro.29. Homo, qui blandis fictis sermonibus loquitur cũ amico suo, expãdit rethe. ante oculos suos, quot detinentur hac peste adulationis? & sic in peccatis perseuerant.

¶Decimo, vexilla idest mala exempla, quæ Rex inferni ꝑducit. Interrogetur il Gamaro, quare sic retro vadit? causam nescit, nisi quia pater sus sic eum docuit. O beata trinitas, nunc potes dicere illud ps.73. Posuerunt signa sua, signa diaboli, signa nostra non vidimus.

¶Vndecimo, loricas.i. delectationes Eccle.43. Induit se quasi lorica aquis, idest delectationibus.

¶Duodecimo, habitatores fortisimos, Ezec.27. Persæ, Libies, erant in circuitu tuo viri bellatores tui, per Persæ, interpretantur luxuriosi, per Libies, auari, qui semper sunt, insatiabiles, o pauperrima ciuitas tantis obsessa hostibus, & præliis, de ista loquitur Esaiæ.1. Quomodo facta est meretrix ciuitas sancta, &.28. Attrita est ciuitas vanitatis, & potest dici illud saluatoris no-

ſtri.Luc.19. Videns Ieſus ciui-
tatem,fleuit ſuper illam. Vi-
dēs priuationem ſuorum bo-
norum, videns ſubiectionem
miſerabilem, damnationem,
& ſimilia, fleuit ſuper illam.
Practica,ut ſcis,& facies finē.

FINIS.

**FERIA IIII. POST**
**primam dominicam in**
**quadrageſima.**

De voluntate diuina.

QVICVN-
que enim
feceritvo
lūtatem
pr̄is mei,
qui in cœ
lis eſt, ip-
ſe me⁹ fra
ter ſoror & mater eſt.Matt.12.
Sicut enim ſanguis multum
amicatur naturæ, cuius exē-
plū eſt,quia vbi ſanguis perci
pit eſſe neceſsitatem, ibi ſta-
tim ſuccurrit. vnde videmus
dū homo erubeſcit, ſanguis
uadit ad faciem, eo ꝙ facies
patitur: dum autem homo
mori timet,facies ei⁹ palleſcit
quia cor patitur,& ſanguis re
linquēs faciē,uadit ad cor,ut
ipſum confortet. Ita ſpiritua-
liter, Chriſtus multum amica
tur humanæ naturę, quia vbi
videt neceſsitatem incumbe-
re,ſtatim præſto eſt ſubueni-
re. Videns enim humanum ge
nus mortem ſubcumere, re-
colligens ſe ad illud, totum
ſuum effudit ſangninem, pri-
uſquam permitteret hominē
mori. Sicut figuratum fuit.3.
Reg.6. Vbi magiſter recitat in
hyſtoria ſcolaſtica quoddam
dictum.ſ.dum fabricaretur tē
plum,non eſt audita uox ma-
leatoris, & cauſa aſsignatur,
quia Salomon plenus ſapien
tia fecit includi ī vaſæ vitreo,
pullos ſtrutionis,quos ſic in-
cluſos ſtrutioni oſtēdit, qui
videns ꝙ vas frangi non po-
terat,vadens ad Nemus, por-
tauit vermē nomine Tamar
& verme roſtro īterfecto, ver
mis ſanguine liniuit vas illud
vitreum, & ad liniamenta ſan
guinis,ſtatim vas fractum eſt,
& pulli liberati ſunt. In ſenſu
miſtico.omnes eramus clauſi
in vaſæ limbi,propter pecca-
tum primorum parētum,nec
poterat vas illud frangi ꝑ ali-
quam creaturam, demum vi-
dens miſericors deus creatu-
ram ſuam.i. homines ad ima-
ginem ſuam conditos,quos fi
lios adoptauit,detineri, ca-
ptiuos, deſcendēs ad Nemus

uitæ pñtis, vermẽ hũanę carnis attulit, & fuso ꝓprio sanguine, cõtriuit portas æreas; & liberauit suos captiuos. Zacha.9. Tu quoque in sanguine testamenti, eduxisti vinctos tuos de lacu, ubi non erat aqua, hoc ergo indicat Christum verum esse amicũ, & ad conseruantiam suæ amicitiæ, ostendit uoluntatem suam multis modis in lege, & adimplentem suam uoluntatem, uocat fratrem, sororem, & matrem, & non adimplentes nominat generationẽ malam. ideo in euãgelio hodierno dicit. Quicunq; enim fecerit uolũtatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater ⁊ soror. &c. De qua uoluntate diuina, tria interpretabimur uidelicet.

¶Primo, declarationem.

¶Secundo, modificationem.

¶Tertio, ad impletionem.

Circa primum, omnes theologi & philosophi tenent in deo esse uere uoluntatem, & maxime Sco. in.1. dist.2. q.1. Et probat tali modo. est enim primum agens quod in agendo a nullo dependet, sed primum agens simpliciter agit propter finem, ergo primum agens habet uolũtatem. Probo, quia agere propter finem est agere ex appetitu finis, qđ contingit amando finem, ut patet a Scoto. ubi supra, & in prolog. q.1. Si dicatur quod agentia naturalia quæ solum agunt ex appetitu finis, ut ignis, cœlum. &c. Sunt per se agentia, ergo agunt propter finem. 2. phi. te. c.50. Et tamen non habent uoluntatem. Dico ꝙ diriguntur a cognoscente finem, a quo dependet tota natura in agendo, & tale non uidetur nisi primum efficiens, ergo in primo efficiente est uoluntas, quæ ut amans fines omnium agentium naturalium, dirigit illa agentia in fines suos, breuitatis causa omitto alias rationes, quas facit Sco. ubi supra, quæ uoluntas dei est de se regulata, ⁊ modificata, secundum Alexandrum in prima parte. q.33. Et ſm Scot. in.1. dist.2. Et Thomam contra gentiles, lib.1. Petrum de Aquila ⁊ alios. Vnde nota ꝙ diuina uoluntas circa suum principale obiectum quod est essentia diuina se habet tripliciter. Primo operat circa ipm, amandolo in quello modo co'l quale debbe essere amato, cioe di amore infinito. Secondo produce con esso suggetto uno amore infinito, ilquale è lo spirito santo, nec

to, nec poteſt habere niſi uni cam operationem. Tertio uo luntas diuina regulatur ab eſ ſentia diuina obiectiue, nec regulatur ab intellectu diui no, ſed ipſamet uoluntas eſt regula rectiſsima ſuiipſius, re cte uolens, quicquid uult, ut dicit Scot. in prol. q. de praxi. Alcuni hanno detto che la eſ ſenza diuina, regula, rettifica l'intelletto ſuo, & intendẽdo regola la uolonta, ſed non eſt tenendum, ſm Sco. ubi ſupra. Secundo, uolũtas diuina cir ca obiectum ſecundariũ, quæ ſunt ideę, creaturarum in mẽ te diuina, operatur amãdo ip ſum, quia amando il ſuo prin cipale oggetto, ilquale è la eſ ſenza diuina ama, cio che è in ipſo, ſed ſic eſt, che tutte le creature ſono iui ideate, ergo gli ama con quello amore cõ ilquale ama la eſſenza diuina. Tertio, diuinæ uoluntatis ali qua eſt operatio per quam nõ bis manifeſtatur, & hoc quin que modis, ſecundum Alexan drum, parte. i. q. 36. v3.

¶Operatione.
¶Præceptione.
¶Prohibitione.
¶Permiſsione.
¶Conſultatione.

Primo opatiõe, qa opatᷣ multa bona circa creaturas, creauit hominem ad imaginem & ſi militudinem ſuam, dat ei quo tidianum eſſe, pulchritudinẽ, ſanitatem, diuitias, miniſtrat tempus uariatũ angelum cu ſtodem dedit tibi, & proprio filio non pepercit pro te. O manifeſtatio diuinæ uolunta tis. Domus ad extra, fit á do mo intra, ita oĩs artifex prius cogitat modũ artis, poſtea po nit in effectum, ita prius nos habuit in mente ſua, poſtea nos creauit. &c. Ecce manife ſtatio uoluntatis diuinæ per operationem.

¶Secundo, uoluntas diuina manifeſtatur nobis pceptio ne affiirmatiue, ut patet in p̃ ceptis, primæ, & ſecundæ ta bulæ, contra præcepta primæ tabulæ, non poteſt aliquid p̃ cipere, quia præciperet cõtra ſeipſam, bene poteſt præcipe re contra præcepta ſecundæ tabulæ, quæ dicunt ordinem ad proximum. ſ. ut aliquis fu retur, occidat, ſed heu ubi eſt nũc obſeruantia diuinorum mandatorum?

¶Tertio manifeſtauit nobis ſuam uolũtatem prohibitio ne, quia prohibuit multa ma la negatiue, unde nota, ꝙ ne gatiua pręcepta obſeruare te nemur, pro ſemper, & ad ſem per, ut uult Scot. puta præce

pit, non assumes nomen dei tui in uanum. Tu teneris d'ogni tempo, & hora di mai fare contra questo cõmandamento. Similiter, non occides, nõ furtum facies, heu ubi est ista obseruatio? &c.

¶Quarto, manifestatur nobis diuina uoluntas permissione: quia multa permittit mala, circa creaturas, ut boni propter hoc exerceantur, & maior eorum corona præparetur, & iuste mali puniantur, ut appareat iustitia diuina quæ de malis elicit multa bona, per suam omnipotentiam, ut dicit Augustinus in Enchiridion.

¶Quinto cõsultatione, quia consuluit multa opera perfectiõis ipsi homini, ut est paupertas uolũtaria, sequela christi, & similia, ubi sunt iuuenes & iuuenculæ? qui sequantur Christum. La sua florida giouentu danno al diauolo, come figliuola leggitima: a Christo danno la figliastra della vecchiezza. &c.

¶Secundum mysterium dicitur modificatio, secũdum Alexandrum in prima parte. q. 14. Bona. 1. dist. 48. Sco. in. 1. di. 44. Habetur ꝙ diuina uoluntas est, regula uoluntatis creatæ, obligans ipsum ad conformitatem sui, ad hoc ut sit recta.

¶Nota primo quia uoluntas diuina est prima lex, & prima regula, obligans creaturam, rationalem, ad illud qđ uult, nec aliqua alia, sine hac potest ipsam obligare, & ista sola sine alia potest creaturam obligare, & quicquid est iustum secundum legem uoluntatis diuinę, est iustum in omni lege, & econtrario, & sicut intellectus noster, si conformetur intellectui diuino, est uerus, ita si uoluntas nostra conformetur uoluntati diuinæ est necessario iusta.

¶Secundo, nota secundum Alexandrum in prima parte q. 40. Bona. in. 1. dist. 41. Quod uoluntas dei dicitur multipliciter. Aliquando dicitur uoluntas antecedens, aliquando consequens, conditionalis, absoluta. Aliquando uoluntas signi, & beneplaciti. Volũtas dei nullo modo potest cessari, quia nullo modo priuari potest ꝓprio effectu ad quem est, & nullo modo uoluntas dei potest superari, quia est omniũ suprema, uoluntas autem dei conditionalis, siue antecedens, siue signi, non semper impletur. Sed uoluntas dei absoluta, uel beneplaciti, semper impletur, &

nunquam poteſt impediri, nã ſi homo facit bonum, deus hoc uult: ſi autem facit malũ, deus hoc uolens permittit, & ſi homo non facit quod deus uult, uoluntate antecedenti: Deus facit quod uult de ipſo, uoluntate conſequenti, & ſic uoluntas dei ſemper impletur, uel ab hoĩe, uel de hoĩe.

¶ Tertio, uolũtas diuina obligat uoluntatem creatam, ad hoc ut ſit recta, ad dirigendã opera ſua in finẽ debitum. ſ. in deum, nam opera noſtra non poſſunt eſſe iuſta, niſi adſit circunſtantia finis, ut uidelicet dirigantur in deum, ſecundum Sco. in. q. de praxi. Et in 1. diſt. 48. Vnde Matth. 6. Ait dominus Ieſus Chriſtus. Attẽdite ne iuſtitiã ueſtram. ꝛc. Et ſicut deus uult omnia propter bonitatem ſuam, & gloriam: ita nos debemus omnia uelle propter dei amorẽ, gloriam, & honorẽ, alias opa nr̃a nõ ſunt iuſta, nec meremur.

¶ Quarto, uoluntas diuina obligat uoluntatem creatã, ad uolendũ opera ſua ex charitate, ſecundum Bona. in. 1. d. 48. ar. 2. q. 1. Obligat ad omne præceptum implendũ ex charitate, etiam obligat pro omni tempore, & pro omni loco ut in præceptis negatiuis, ſicut ſupra diximus, ſed quoniam tenemur diligere deum obligat nos ad eum diligendum ex charitate. Dicit Scot. in quoli. q. 17. ꝙ deus obligat nos ad eliciendum omnem actum ex charitate, ſi debeat eſſe meritorius uitæ æternæ: diſpoſuit enim acceptare omnem actũ quẽ facit aliqs ex inſtinctu, & impulſu charitatis.

¶ Quinto, uoluntas diuina obligat uoluntatem humanã quę nõ habet charitatem, ad faciendum quod in ſe eſt, ut eam habeat, ꝛ ipſam recipiat, & quando non habet tũc uolũtas noſtra mala eſt, qa oẽs actus informes facit, & tunc facit propriam uoluntatem, Dicente Bernardo, uoluntas propria eſt, quæ non eſt communis deo & homini, & eſt illa, quę ſine gratia eſt, unde Eſaię. 10. cap. Cõfundetur iſrael in uoluntate ſua, & Bernard. Quid odit deꝰ, aut quid punit in inferno, niſi propriam uolntatem? ceſſet ergo propria uoluntas, ꝛ infernus non erit Auguſtinus in lib. de ſimilitudinibus: ſicut dei uolũtas eſt origo omnis boni, ita propria uolũtas, eſt origo omnis mali: quando ſuperbis, facis propriam uoluntatem, quando operam das auaritiæ, propriã

uoluntatem facis, qn̄ operam das luxuriæ, facis propriam uoluntatem, quando usuras facis propriam uoluntatem facis, quare punitus est primus angelus? propter propriam uoluntatem, quare Adam expulsus est a paradiso? propter propriam uoluntatem, quare totus mūdus fuit subuersus aquis diluuii? Propter propriam uoluntatem, quare Sodoma & Gomorra. &c. Propter propriam uoluntatem. Omnia mala quæ sunt fuerunt, & erunt, solum sunt propter propriam uoluntatem. et practica. Qn̄ autem fecerimus uoluntatem diuinā secūdum euangelium erimus frater & soror Christi. &c.

¶ Tertium mysterium principale, dicitur obligatio. s. quomodo uoluntas diuina obligat uoluntatem humanā, sed prius dicamus unum pulchrū dubium. s. ꝙ aliqua operatio diuinæ uoluntatis, est circa creaturā rationalem, de qua potest reddi ratio in generali, sed non in speciali, sicut est iustificatio impii sine dispositione, ut patet de illis qui in uentre matris fuerunt iustificati, uel ad instantaneam, & subitā iustificationem, ut de Paulo apostolo. Si enim quæratur, quare benedictus deus uult iustificare aliquem tali modo? Dico secundum Augustinum. 22. de ciuitate dei. Ad manifestationem suæ iustitiæ. Si autem quæratur in speciali, quare iustificauit istum, & nō illum? Hoc non est nobis certum, nisi per suam reuelationem, sed quia non est nobis expediens ista cognitio ad salutem, ideo deus noluit reuelare, propter hoc clamat apostolus. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei, quā incomprehensibilia. s. iu. & inuestigabiles uie eius, ad Roma. 1. Quid uult diuina uolūtas a nobis.

¶ Dico quod uult ut ueram fidem teneamus. Ioan. 6. c. ait, Hæc est uoluntas patris mei q misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eū, habeat uitam æternam. Sapete perche? quia impossibile est sine fide placere deo, & pero il clauiculario Pietro ci ammonisse dicēdo; Fratres sobrii estote & uigilate. &c. Et infra cui resistite fortes in fide. Quærit enim diabolus fidem ueram a cordibus fidelium corrumpere, quia homo per fidem filius dei efficitur. Dicente Paulo ad Gala. 3. omnes enim filii dei estis per fidem, est ne fides

In ista nostra terra. N? Certe ego teneo ꝙ non, quia si habe res ueram fidē, teneres ꝙ pro tantis tuis peccatis præparatur infernus tibi. Et uoi donne hauete uera fede? O quanto sete fallaci, come ui occorre qualche infirmita massime a i figliuoli uostri, ricorrete a breui, segni, caratteri, & simili altre uanita, piu presto in dānatione dell'anime, che in salute de' corpi.

¶ Secundo uult ut uere pœniteamus. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impii dicit dominus? quasi dicat non. Matth. 4. Pœnitentiam agite appropinquabit in uos regnum Dei. Deus dissimilat hominum peccata, propter pœnitētiam, expectat, & postquam expectauit; ti manda qualche noioso flagello: Nisi cōuersi fueritis gladium suū uibrabit, arcum suum tetendit. &c. ait ps. Quāto piu uno inarca la saetta, nell'arco, tanto maggior fracasso ti dara cō essa. Cosi Iddio, quanto piu perseueri ne gli abhomineuoli peccati, & pur lui ti aspetta, tanto piu crudelmente ti ferira, & sara come dice Valerio Massimo. Lento enim gradu ad sui uindictam diuina procedit ira, tarditatemꝙ supplicii, grauitate compensat.

¶ Tertio uult nostram mundiciam. s. animę & corporis. 1. ad Thess. 4. Hæc est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione, & sciat unusquisꝙ uas suum possidere in sanctificatione, & honore. Hæc est uo. dei. O la, la uolonta del pietoso Iddio è, che siate mondi, netti, e rilucenti. Isa. 1. Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, quiescite da tante immundie, da tante ribalderie.

¶ Quarto, uult nostram inflāmationem quo ad cor nr̄m. Luc. 12. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Præceptum erat in lege Moysi, ut semp ignis arderet in altari suo, Moraliter ignis est amor, qui semper ardere debet in corde hominis. O chi hauesse il cor gentile, sempre amaria Giesu Christo, il quale ne ha (per sua bonta) tanto amato, Et se nō sai amare, consulo ut proficiscaris in ciuitatem Hierusalem, & diligenter quæras, & inuenies signum crucis, uoluas te ad illud & dicas.

O Giesu Christo, perche sei nato? Per amore.

Perche trentatre anni cō noi conuersato?

Per amore.

Perche sei cosi nudato in croce?

Per amore.

Et sic practica in omnibus Christi actibus.

SED quia pauci faciunt voluntatem dei. Ideo nominat Christus istam generationem christianam, generationem prauam & adulteram, sed quare ista generatio posſit dici praua & adultera? uidebimus multis viis.

¶Primo, quia non cognoſcit deum, non ſi conoſce ne Dio ne ſanti. Vnde eſt, che quello ſuperbone è uenuto in tanta ſuperbia? quia nō cognoſcit deum, che'l puo punire della ſua ſuperbia. Vnde eſt che qllo è pieno di odio, partialita, ⁊ inimicitie? certo non per altro, che per non conoſcer Iddio, che lo punira del ſuo odio. &c. Practica ſic ſemper p omnia peccata.

¶Secundo, quia non uenera tur ſanguinem Chriſti. Chi ſi rammenta di quello uermiglio ſangue, ſparſo per tutti. Queſta maluagia & adultera fameglia, di queſta chriſtianita, non ſe ne uuole ricordar mai. Video illum roſeum ſanguinem conculcatum, da ſuperbi, partiali, guloſi, luſſurioſi, (diſcurre) poſto & conculcato ſotto i piedi, che piu uale una goccia di quello, che tutto il mondo, & tamen niēte ſi apprezza. Si uis uidere eius precium, conſidera valorem corporis effundentis, nō fu mai creatura al mondo, tāto accetta a Dio q̄to fu xp̄o. Vide quid dicat Scot. in. 3. de valore vitæ Chriſti. Vide la cauſa della effuſione, ſolo per tuo amore, ⁊ per redimere l'anima tua. Apocal. Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris, in ſanguine ſuo. Dicunt enim doc. Che una delle cauſe, che Chriſto pianſe in oratione, erat quia videbat, paruipendere ſanguinem ſuum precioſiſsimum. O ingrata fameglia, o ingrata chriſtianita, o praua & adultera generatione, quare nō recolis ſanguinem eius effuſum?

¶Tertio, unde eſt che hoggi i chriſtiani ſono tāto peruerſi & adulteri? non è per altro ſe nō propter diminutionem fidei, ubi eſt fides Chriſti? con tanta fatica predicata, con tāti miracoli chiarificata, ſanguine Chriſti, & martyrum,

confirmata, vita sanctorum patrum dilucidata? O fede abbandonata fra christiani, Hor che ne sai tu frate? L'opere mostrano gli effetti. Aristo. 2.phy.&2. de anima. Habitus cognoscũtur per actus. Et.4. ethi. Accidentia magnam partem conferunt ad co.q.q.est. Sapete doue è la fede de christiani, ne gli incanti, superstitioni, breui, sortilegij, nigromantie. Heu heu, quare committuntur tot mala? tot usuræ, tot iniustitiæ, tot blasphemie? perche non si crede dal tetto in giu. Ille adulter, quare adulteratur? quia non credit. Practica.&c.1. ad Tim.1.c. Confitentur ore se deum nosse, factis autem negant. Heu quod hæreses pululãt, & exortæ sunt in diuersis partibus christianitatis, & in ista infelice & ruinata Italia.&c.

¶Quarto, unde est.&c. Non per altro, quia non sunt fideles nec honorant matrem suã ecclesiam, & propter abhominationem sacramentorũ suorum. Video primo. Le chiese mal trattate, come stanno i sacramenti suoi? Cui hodie dãtur sacri ordines? Agl'ignoranti, & lasciui, come riceuono gli ordini sacri? senza diuotione, & senza riuerenza, solo per cupidita & guadagno & per hauere benefici. Come si ua hoggi al battesmo? Con pompe & uanita, & pero son maligni christiani. Come si ua alla confessione? per una usanza, & senza confessione di core, senza alcuna preparatione, senza fermo proponimento di emendatione, non conoscendo che sia peccato mortale, o ueniale, si alleuano appresso alle bestie, & da bestie si ritroueranno, come uanno alla communione? senza riuerenza, senza timore di Dio, solo p parere buoni christiani. Oime, che tremar deuriano dal capo fino alle piãte pensando q̃to sia importãte la cõmunione: Quiui uanno, come se lor fusse porto un pezzo di pane. O maluagi christiani. Quid dicam de sancto matrimonio? Hoggi è fatto da alcuni un postribulo, & quod peius? magis seruatur fides adulteris, q̃ propriis maritis. O mater ecclesia, ubi est obediẽtia tuorum filiorum? Ideo christiani sunt hodie p. uersi, quia non diligunt suam matrem. O generatio peruersa & praua.

¶Quinto, unde est tanta peruersitas christianorum, nisi propter diuinorum precepto

rum transgresſionem ? Non eſt quì deo obedire uelit. Nõ ce piu honore, ne di dio, ne de la madre, ne del ſuo nome, doue è il ſantificare delle feſte ? Vbi eſt honor parentum? ubi amor proximi ? Heu heu, che hoggi non ſi conoſce, ne ſi impara, ne ſi oſſerua piu i cõmandamenti di Dio, ma piu ꝑsto i comandamẽti del diauolo, ⁊ della ꝓpria sẽſualita.

¶Sexto, unde eſt tãta peruerſitas christianorum ? niſi propter uirtutum contemptionem ? non ſi amano, non cercano piu le uirtu morali. ne coſtumi buoni, dellaqual uirtu, parla Auguſt. lib. 2. di lib. ar. dicẽs, Virtus eſt bona qualitas mẽtis, qua recte uiuitur, qua nullus male vtitur, quã ſolus deus in homine operatur, & Iſidorus ait, uirtus eſt animæ habitus, naturæ decus, vitæ color, morum pietas, cultus deitatis, honor hominis, æternæ beatitudinis meritum. Heu quia nõ cognoſcitur uirtus. &c.

¶Septimo, unde eſt, ꝙ christiani ſunt ita peruerſi ? non ob aliud, quia nõ timent deũ. De quo prouerbiorum. 8. Timor domini odit malum, & Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum, ſed ſe ui fuſſe timore di dio, ogniuno fuggeria il peccato, non ui ſaria tanta peruerſita nella christianita, & in Lactan. de ira dei. cap. ultimo dicit, debemus hunc amare, quia pater eſt, reuereri, quia dominus eſt, honorificare, qa beneficus eſt metuere, quia ſeuerus eſt, ille, & quia non eſt timor dei ideo. &c.

¶Octauo, unde eſt tanta peruerſitas christianorum ? quia nunquam cogitant ſe morituros, unde Hieronymus. Non facile in peccatum labitur, q̃ ſe moriturum cogitat. Et Auguſtinus in quodam ſermõe, nihil ſic reuocat a peccato, q̃ frequens mortis meditatio, Et Eccle. 7. In omnibus operibus tuis, memorare nouiſsima tua, & in æternum nõ peccabis. Cauſa ergo quare christiani ita ſunt peſsimi & peruerſi his nr̃is tp̃ibus, qa nõ cognoſcũt piu dio, replica ſuccĩcte, ⁊ de hoc dicta ſufficiant.

VLTIMO, deus dedit iſti generationi ad tutelam multos, q̃ ſunt uidelicet.

¶Patronus.
¶Paſtor
¶Medicus.
¶Et doctor.

O mortales, quare non con-

ſideratis tam nobilem creatu ram,tam dignam animam,ad imaginem & ſimilitudinem dei creatam,dei capacem,par ticipem rationis,dignam bea titudine, & tantæ perfectio- nis? Et tamen permittis a dia bolo dominari, incarcerari, incathenari, & damnari, & quid eſt totus mundus reſpe ctu unius animæ, dicit enim Sco. Quod nihil charius deo uita chriſti.Et tamen data eſt pro anima rationali, ſic deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.Heu, che ſe'l ſi muore alcuno in quanto al corpo, omnes la- mentantur,lachrymantur,& quando alicui moritur dile- ctus filius, ſi ſtracciano la fac cia,ſi ſtirpano i capelli,percu tiũt pectus,& palmas,ſæpius, ſi tranſmortificano per dolo re.O mundani ſenza intellet- to,ſe tanto piangete,pro cor pore mortali, quid de anima tantum digna? tu la laſci mo- rire in peccato mortale.Con ſidera primo, che queſto no- ſtro buon padre Iddio,accio l'anima non ſi perdeſſe,l'ha la ſciata i cuſtode a un patrone. Et quis eſt hic? ſei tu,quale la tratti,tanto male.Tutte le co ſe tu uoi buone per il corpo, buoni cibi,buona ueſte,buo- ne caſe,& poſſeſsioni,ogni co ſa netta & polita, eccetto l'a- nima,il corpo graſſo,l'anima magra. O anima in che mani ſei tu uenuta. Se ſi inferma il corpo tutta la fameglia s'at- triſta, preſto chiama l'eccellẽ te medico,& iui a ordinar me dicine,& per l'anima inferma a morte neſſuno ce, che ne habbi cura.O cecita.&c.

¶Secundo, e ſtata data al pa- ſtore, che l'haueſſe molto be ne a guardare.Et chi è queſto paſtore? O paſtores eccleſia- ſtici,non paſtores,ſed diſsipa tores animarum chriſti, ubi eſt cura animarum? quante & innumerabili anime uanno male, per la pochiſsima cura de ſuoi paſtori ſpirituali. Oi- me che loro ſono quegli i pri mi a mandarle per la non di- ritta uia,con i loro eſſempi,& maluagia uita,& peſtifera dot trina, & peſsimi portamenti ſuoi.Dicitur autem in c.quã- uis, extra de re.iu.lib.6. Non poteſt eſſe excuſatio iuſta pa- ſtoris, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit, ma ſi attende a buoni & graſsi beneficii, & prebende, & ad ingraſſare mu le,& cani(loquor de malis pre latis)loro ben ueſtiti,bẽ mã- giare, & meglio bere, & le af- flitte anime uanno erranti &

ſenza alcuna cura. Et oues ſequuntur paſtores. O paſtores ricordateui, quotiẽs chriſtus interrogauit Petrum, anteq̃ ei dediſſet curam animarum, Petre amas me, paſce oues meas. unde Grego. Ars artium & ſcientia ſcientiarum, ſalus & regimen animarum. Sed dicã uerba ſaluatoris noſtri, ecce ueniunt ad uos in ueſtimẽtis ouium, intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces. Heu heu quante ne ſono ruinate, & dannate p il mal gouerno, di queſti maligni paſtori.

Tertio, è ſtata raccommandata al medico, che gli haueſſe a curare. O confeſſori, non cõfeſſori, ma cõfuſori, che aſſolueresti il diauolo dell'inferno ſe ui ueniſſe inãti, qũo abſoluitis illum partialẽ? quomodo illum uſurarium? quomodo concubinarium? illam uanam mulierem? con tante frappe & ciancie, che pare un buffone? O medici ſpirituali, ucciditori dell'anime, ideo tot moriuntur, quia non dantur medicine debite, nam ſi cœcus cœco du. pre. am. in fo. cadunt. Quare tot animæ dãnantur? quia ſunt male curatę da confeſſori.

¶Quarto, è ſtata raccommãdata al dottore, che l'haueſſe ammaeſtrare, & qui ſunt iſti? O p̃dicatori adulteri del uerbo d'Iddio, non ſi predica piu all'anime, ma a pompa mondana, ad complacentia; non gli euangeli, non l'epiſtole, non la ſacra ſcrittura, ma poeſia, profundita di philoſophia, ſuttilita di theologia, corſi de cieli; & le pouere anime ſi paſcono di uento, di fumo, & fauole. Audi quid dicat Paulus. Erit enim tempus cũ ſanam doctrinam non ſubſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſi. ma. pru. au. Et a ve. qui. audi. au. ad fa. autem conuertẽtur. Oime, che chi uol predicare all'anime nõ è inteſo, & quello che predica coſe utili è tenuto uno ignorante. Ecco adunque la cauſa, che queſta fameglia della chriſtianita, è tornata tanto peruerſa & adultera, quia anima non habet patronum, chi la gouerna, non paſtorem chi la paſce, non medicum, chi la cura, nõ doctorem, chi la inſegna, & ideo adulteratur, & peruertitur.

¶Di queſta adulterata & peruerſa fameglia della chriſtianita, Gieremia ritrouandoſi in eſtaſi, & in ſpirito prophetico, & uedendo quella eſſere tanto eccellentemẽte dal ſuo

padre creata, & conseruata, & preciosissimo, & inextimabili precio redempta, & essere in tanta peruersita diuenuta si lamenta & dice nel ca.9. del suo libro. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte? Quoniā non cognouerunt me dicit dominus, dereliquerūt legem meā, quam dedi eis & non audierunt uocem meam, confortati sunt in terra, quia de malo ad malum regressi sunt. Omnes adulteri sunt, & cœtus p̄uaricatorum. Omnis amicus fraudulenter incedit, extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non ueritatis, abierunt post prauitatem cordi sui, ille. Preuedendo la uniuersale prauita, di questa christiana fede, il Propheta dice. Quis dabit.ca.m. a.&.o.m.fo.la.&c. Quasi dicat se tutto mi conuertisse in piā to, & mai cessassero le goccie delle lagrime da li occhi miei prauitatē ulem familiæ christi digne flere non potero. Tāta enim sunt mala, ut omnem uincant dolorem, ⁊ dat rationem sui fletus.d. Quoniam non cognouerūt me.i. me cognoscere contempserunt, dereliquerūt legem meam, eam non amādo corde, & effectu, confortati sunt in terra.i. multiplicati sunt in terernis sicut mercatores dolosi & auari, quia de malo ad maiū regressi sunt.i. transeūt de peccato in peccatum, peccata peccatis addendo. Omnes adulteri sunt, ⁊ cœtus prę. Quid aliud regnat in populo nisi adulterium? fornicationes? sacrilegia? &c. Et cœtus præuaricatorum, contendentes obseruantiam legis, & mandatorū dei, quo ad peccatum superbiæ, & contemptus. Omnis amicus fraudulenter incedit, .i. qui omnino uidebatur esse amicus, sed nō amicus uerus, sed simulator. Vnde Mic.6. Nolite credere amico.s. ficto & simulatori, extenderūt linguā s.q.ar.m.& non ue. fallaciter loquendo cum proximo suo abierunt post.p.c.s.i. operati sunt secūdum suggestionem, & concupiscētiam cordis sui mali.&c. Practica & erit.

FINIS.

FERIA V. POST primam dominicam in quadragesimã.

De fidei veritate.

OMVLIER magna ẽ fides tua. Matth. 15. Satis peregrinis facit, qui eis, uias suæ peregrinationis ostendit & docet. sed benignius agit illis, qui cũ hoc eis tribuit suæ peregrinationis expensas. ita nos sumus omnes peregrini, omnis enim peregrinus recto itinere, it de natiuitate ad mortem, per iter uitæ præsentis periculosum, ignotumq;, ubi nullus proprium terminum nouit, sed christus benedictus nobis parauit uiam salutis, per baptismum in fide, & nobis necessarias præbuit expẽsas per charitatem, & spem, his enim omnibus, relicto peccati deuio, peruenitur ad pœnitentiam, sicut Mistice habetur. Exo. 1. Quũ dominus uoluit educere filios Israel de ęgypto. Primo, aperuit illis mare rubrum, postmodum eos eduxit per desertum, præbẽs illis ignem per noctem, & nubem per diẽ, sic dominus uolens nos educere de seruitute diaboli, cui eramus obligati per peccatum parentum, ipse primo mare rubrũ in passione aperuit, quia effundens aquam, & sanguinem, sanctificauit baptismum, nam per illum, & catholicã fidem, a diaboli tyrannide liberamur, & intramus iter promissionis æternæ, de qua fide tria uidebimus, videlicet.

¶Diffinitionem.

¶Declarationem.

¶Nobilitatem.

Quantum ad fidei diffinitionem est uidendum, de qua fide loquamur. Nam inuenio multiplicem fidẽ. Primo, pro baptismo, hic multa possem dicere. s. de differentia fidei infusæ, & acquisite, secũdũ theologos in. 4. di. 3. Quod omitto causa breuitatis. Secundo accipitur pro castitate coniugali, de qua cano. 27. q. 1. c. omnes itaque. Tertio, pro conuentione facta inter aliquos, de qua. 23. q. 1. c. noli. Quarto pro conscientia, quando dicitur in ꝓuerbio, starò alla tua fede. Quinto, pro simplicitate, & bonitate, ut dicitur homo bonæ fidei. i. sine malitia, sine dolo. Sexto, pro uirtute theo-

logica, de qua ait Paulus ad Hebr.11. Sine fide impossibile est placere deo. Septimo, pro obiecto fidei, ut inquit Atana. hæc est fides chatolica, ut unum deum.&c. Et quamuis fides talis possit multipliciter diffiniri, puta, secundum formam, uel secundum materiã, tamen diffinitio secũdum utrunq;.s.materiam & formam est perfectior, ac proprior, ut ait philosophus.2. de anima. &.8.meth.

¶Dico ergo, secundum Paulum (dimissis aliis diffinitionibus) ad Heb.11. Q p fides est sperendarum rerum substantia, argumentum non apparentium. O hæc est ualde difficilis. declaro ipsam secundũ Alex.in.3.par.su. in tract. de fide, & Bona.in.3.dist.23. & Ricard. ibidem, ꝙ quando dicitur est substantia non intelligitur ꝙ sit in prædicamento substantiæ, quia est in prædicamento qualitatis, sed per quandam similitudinem. Sicut enim substantia est, subiectum omnium accidentium, sic fides est subiectum omniũ uirtutum, hic multa possunt dici, maxime quo ad naturã accidentium, nam spem habeo beatitudinis, quia credo, diligo, quia credo esse summum bonum, timeo quia credo esse iustum, abstineo & sic de aliis, quia Arist.10.meth. in quocunq; genere est reperire unum.&c. Ideo fides merito appellatur substantia, & sicut substantia prior est accidente, tempore, diffinitione, & cognitione, sic christianus diffinitur fide, & cognoscitur, qd enim ualent uirtutes infidelium sine fide, ideo Aug. de fide ad Petrum, fides est omniũ bonorum fundamentum, sine quo nullus poterit ad filiorum dei numerũ peruenire.

¶Secundo di. Pau. argumentum non apparentium, non ꝙ proprie sit argumentum, sed transumptiue, nam sicut argumentum est ratio rei dubie faciens fidem.i. conclusionis per principia, argumentũ.i. arguens mentem, ad credẽdum conclusioni, sic fides arguit mentem ad credendum articulis fidei, & illuminat ad uidẽdum aliquod occultum in fide, dic multa de similitudine ad argumentum, nam fides infusa a deo in anima, ita inclinat ad credendum articulis fidei, sicut ex primis prĩcipiis inclinat intells credere, & assentire cõclusioni, da exẽplũ de sancto Ignatio, qũo in corde suo impressum erat no

men Iesus, per fidem.

¶Tertio, dicit Pau. argumentum non apparentium, nam si, esset per clarã uisionem, esset cognitio, & non fides, ideo Grego. Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimẽtũ, si p syllogismum posset haberi, esset sciẽtia & non fides, quia scire est rem per causam cognoscere. 1. post. O dicit christus, quia uidisti me Thoma credidisti. Respondetur, ꝙ unum uidit, & aliud credidit, hic potes dare exemplum de Constantino imperatore, qui argut⁹ a quodã philosopho, ꝙ ita simpliciter credidisset uerbis Apostoli. d. ꝙ uellet disputare cum Alexandro Constantinopolitano episcopo, uiro sctisimo, sed scia ignaro, qđ permittens Constantinus, & cum disputare uellet philosophus, dixit episcopus. Scias o philosophæ quod certior est quilibet articulus fidei, quam tota uestra scientia naturalis, quod negans philosophus, dixit episcopus, præcipio tibi in uirtute fidei nostræ, ꝙ ampli⁹ non loquaris, sed honorem exibeas fidei christi, quod minime assentiens, os ei⁹ uersum est retrorsum.

¶Sed qs posset dicere est necessaria, ut nullus aliũs saluetur nisi xp̃ian⁹: An infidelis adult⁹ uiuẽs ſm legem naturę possit saluari? uide Sco. i pro-lo. q. 2. Quod autem sit necessaria patet. Nam si quis cupit saluari oportet ut deum diligat, quia aliter non saluaret. Sed non potest quis amare deum, nisi cognoscat, quia uolũtas non fertur nisi in p̃cognitum, si autem uult cognoscere, quam scientiam debet habere? sufficit ne grammatica, aut logica, aut philosophia? tamen multos istis scientiis uacantes audiuimus damnatos, & poteris hic nominare aliquos, & quare hoc? Respõdetur, nam obiecta harũ sciẽtiarum sunt finita nec satiare uel quietare possunt, sed obiectum fidei, est ipse deus, satiãs animam nostram, ergo. &c. ut infra etiam dicetur, ideo multi simplices præcedent sapientes in regno cœlorũ, ait enim christus confiteor tibi domine. &c. Est enim necessaria per uerba christi. Marci ultimo, q̃ crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui uero non crediderit. &c. Ideo uitia & peccata regnant in mundo, quia non inuenitur fides amplius.

Practica.

QVANTVM ad secundā partē, fides est de uno solo deo, cōtra paganos, qui pluralitatem deorum ponunt, & non secundum rationem naturalem, nec moralē, mirabile est ꝙ intell's humanus ad tantam dementiam deuenerit, ꝙ confireretur plures deos.s. Saturnum, Iouem, Mercurium, Herculem, Iunonem, Proserpinam, Pallā, Dianam, Deam, Vestem, Vulcanum, Bacchum, Quirinum, Deam, Venerem, Mineruam, Apollinem, Plutonem, Martem, Phœbum, Neptunum, & alia multa, ꝙ autem imposibile sit plures esse deos: declarat Alexā. de Al. in prima par. sum. in tractatu de essentia diuina, & Scot. in particulari in .1. dist. 2. Immo Aristote. in. 8. physico. &. 12. methaphysi. & probant.

¶Primo ratione omnipotentiæ, quia duo dii realiter distincti ambo omnipotentes, possent alterutrum destruere. O conueniunt inuicem in pacto, dico ꝙ hæc conueniētia, siue concordantia, magis ostendit in potentiam, quam eorum potētiam. Dic exēplū Petri de Aqla. s. ponaţ ꝙ unꝰ uelit producere Petrū, alius uero non, tunc manifesta erit impotentia alterius. &c.

¶Secundo, ratione infinitatis, quia Aristo. non concedit duo infinita actu intensiue, immo magnæ disputationes factæ sunt, An Arist. concesserit unum infinitum in rerum natura, actu intensiue, siue infiniti uigoris, si autem essent duo infinita actu, aut unum esset in alio, aut non, nō primum per præsuppositum, nec secundum, cum infinitum secundum suam diffinitionem, sit ultra quod non potest aliquid addi.

¶Tertio, ratione dilectionis, siue beatitudinis, quia aut unus frueretur alio, ⁊ uteretur seipso, aut frueretur seipso, & alio uteretur. Si primo modo non esset deus, quia deus debet seipso frui, & non uti. Secundo modo, peccaret secundum prædictam rationem, q̄a deo debemus frui, & non uti, ⁊ peccando nō esset deꝰ, ergo aut unum infinitū in fruitione aut nullum infinitum.

¶Quarto, ratione ordinationis, & productionis ad extra quia unus posset aliquando uelle pluuiam, aliꝰ nō, ut ponit Virg. in. 1. &. 2. lib. ænei. De Iunone q̄ uolebat Troianos

perire, Venus autem saluare, Iuno uolebat ꝙ Saturnus occideret Eneam, & uxorem haberet Lauinam filiam Regis Latini. Venus autem oppositum, & hæc fuit ratio, quare philosophus deuenit in Noticiam unius principis, quia entia nolunt male disponi. &c. Immo Arist. in li. animalium, dicit, ꝙ Apes habẽt unũ principem, ponit etiam in .8. ethi. ꝙ regnũ melius regitur a principe, q̃ a multitudine, quia dicit, ꝙ regnum non capit duo, & Aui. 1. meth. Impossibile est ei quod est necesse esse, sit cõpar aliud necesse esse, ideo de9 loquutus est Moysi. Deuter. 6. Audi Israel dominua de9 tu9. Vnus est, & non est alius de9 præter me, & poteris dicere multas alias auctoritates ad propositum.

¶ O dicit aliquis, si ergo deus est unus, immo actus purissim9, quomodo ergo nos christiani cõfitemur trinitatem? Respondetur ista quæstio est tantæ profunditatis, ꝙ ut dicit Augusti. 1. de trinitate, nihil periculosius est, nec fructuosius, q̃ cum quęritur unitas trinitatis, & trinitas in unitate, hic dic exemplum Augustini, qui inuenit puerum ponentem aquam maris. &c. Tamen quia dicit August. nihil est fructuosi9, ideo aliqua dicemus balbutiẽdo, hic dic, aliqua de productione ad intra, fundando processum sup communicabilitatem, & perfectionem, ac dilectionem, ut scis quo dicto, dicas illud Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, declarando ipsam auctoritatem. Et Augu. lib. 7. confe. Dicit se legisse in libro Platonis, totum illud in principio erat uerbum. &c. Vsque ibi fuit homo missus a deo, & Platonic9 eius discipulus, Idẽ euangelium posuit, in li. quẽ composuit, & si non ordinate tamen in sententia, Multi alii philosophi fuerunt, quos recitat Aug. qui hanc trinitatem in unitate, posuerunt, ut porphirius, Trimegist9, qui dicit monas gignit monadem, & in se suum reflectit amorem, declaratur etiam per uisiones, & mysteria multorum patrum, Abraham uidit tres angelos, & unum adorauit. Gene. 18. Noe fuit in archa cum tribus filiis suis, Isaac, qui fodit tres puteos. Gene. 26. Iacob uidit scalam trium graduum. Gen. 28. Ioseph uidit tres palmites in una uitæ. Gen. 40. Moyses qui instituit tres sollemnitates in

tes in Hierusalem, Hiere. dixit A.a.a. Domine deus. &c.

¶ Et demonstrari, uel potius manifestari potest, uia naturali, habetur primo cœli. numerus ternarius est numerus perfectus. item, totum & perfectum ponimus super tria, solus deus est totum, in quo totum, a quo totum, & solus perfectus. igitur totum & perfectum super tria ponimus. i. deum super tria. præterea philosophus, omni enti tria accidunt, essentia, uirtus, & operatio, & sic trinitas. item omnis creatura depēdet a deo, in triplici genere causæ, efficienti. Ecce pater, cui potentia, formali, ecce filius, cui sapientia, finali. Ecce spiritus sanctus, cui bonitas, bene igitur ait. Arist. omni enti tria accidūt, q.d. omnis creatura depēdet a trinitate, a patre per essentiam, a filio per uirtutem, a spiritu sancto per operationem.

¶ Preterea omnis effectus naturaliter imitatur suam causam quantum potest, similiter omnis causa producit effectum similem sibi, patet de ligno respectu ignis, & deus est prima causa efficiens, & sufficiens, & nullo modo impedita ad producendum omnem effectum, similem sibi, q̄a est omnipotens, omni sapiens, iō de facto producit omnem effectū similem sibi: si ergo uis cognoscere causam, contemplare effectum, & si uis cognoscere effectum, contemplare causam, qualis est causa, talis est effectus, & qualis effectus talis est causa, sed causa est trina & una, ita effectus est trinus & unus, & sic representat suam causam in unitate essentiæ, & trinitate personarum, sicut patet intuenti, & ideo illi tres reges potentes, & nobiles orietales, portauerūt tria munera, aurum signat potentiam patris, thus sapientiam filii, quia sapientia redolet. myrrha quia præseruat significat bonitatem spiritus sancti.

¶ Nota, ꝙ omnis creatura representat trinitatem personarum, & unitatem essentię, omnis creatura uel est pura corporalis, ut cœlum, elementū, ignis, lapis, uel pura spiritualis, ut angelus, dæmones, animæ separatæ, uel composita, ex utroq;, ut homo qui componitur ex anima & corpore, in angelis sunt tres hierarchie, in omni hierarchia tres ordines, si creatura pura corporalis, ut cœli, aliqd' est mobile & difforme, ut sidereum,

aliud mobile & uniforme, ut christallinũ, aliud uniformæ, & immobile, ut empireum, in sole, autem lux, splendor, & calor, sic ignis calidus, summæ actiuus, leuis, in aere tres regiones, prima, secunda, & tertia. Aqua, condensa, liquida, & congelata, tota terra diuisa est, in Asiam, Aphricam, & Europam, in creatura materiali corporali, longitudo, latitudo, profunditas, creatura etiã mixta, uel est uegetatiua, uel sensitiua, uł rõnalis, in anima hominis, tres potentię, mens, notitia, amor, in corpore etiã ut in membris. s. in brachiis tres nodi, sic in digitis, in cruribus, & pedibus, arbores producunt primo florẽ, secundo folium, tertio fructus, sic in scientiis, quæ diuiduntur in moralem, naturalem, rationalem, naturalis ut physica, methaphysica, mathematica, rationalis, ut grammatica, rethorica, logica, moralis ut ethica, politica, iconomica, arismetica est de numero ternario, tãquam de perfectissimo obiecto, geometria de tribus dimensionibus, medicina, curando, sanando, & præseruando, in pœnitentia, contritio, confessio, & satisfactio, satisfaciendo, ieiunio, elemosina, & oratione, sed uideamus qd dicat christus, ego in patre & pater in me est, & de spiritu sancto dicit, mittã uobis spiritum ueritatis, qui a patre pcedit, si enim (ut supradiximus) possent hæc omnia probari sicut conclusiones naturales, non esset fides sed scientia, gratias agamus domino q dignatus est nobis talia reuelare, & per filium suum nos docere & illuminare. O quot hæreses exorte sunt, & scuto fidei, sunt ãnichilate, sicut de Sabellio, qui dixit unam esse personam, & essentiam, cõtra quem est. Ioan. ulti. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo. p. u. &. s. s. Arrius autem e contra. i. tres personas, & tres essentias ponebat contra quẽ est christ⁹, ubi supra, ego in patre. &c. Et potest dari exemplum de anima quæ est una in essentia, & trina in potentiis, quia uerum est dicere anima est intellectus, anima est uoluntas, anima est memoria, Macedonii dicebant spiritum sanctum esse creaturam, contra quos est Paulus. 2. Corin. 4. Spirit⁹ sanctus deus est, Græci etiam dicunt spiritum sanctum non procedere a filio, sed a patre, Manichei posuerunt duo principia, unum

bonum, bona producens, & aliud econtra. Aristo. negauit creationē, & posuit æternitatem mundi, & deum agere necessario, ad extra, Epicuri posuerunt deum regere mundū per secundas intelligentias, Pellagius dixit peccatum originale, non esse in paruulis, & sic alii diuersi hæretici & maxime moderni q in uariis erroribus & hæresibus implicati, sicut & cæteri compescentur, scuto fidei nostræ.

IN tertia parte p scrutabimur ei⁹ nobilitatem. Fides enim christiana ē nobilis, immo nobilior oībus aliis scientiis, pp nobilius subiectum, de qua potest dici illud Canti. multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias &c. Quælibet enim scientia nobilis est, quia habet nobile subiectum. Nam grammatica habet subiectum orationē cōgruam. Rethorica. Orationem ornatam, logica syllogismum, uel modum sciēdi, physica corpus mobile, de cœlo. & mu. corpus mobile ad locū de generatione & corruptione, corpus mobile ad formā, in perspectiua linea uisualis, In geometria quantitas continua, siue linea, in arismetica, numerus, in astrologia corp⁹ cœleste, in meth. ens in quantum ens, tu uero o fides qđ est subiectū tuum? nisi deus trinus in personis, & unus est in essentia? per consequens christianus fidelis uerbo, & operæ, potest dici uere sapiēs, & ad apicem aliarum scientiarum deuenit, quia per fidem deuenit a magis noto ad minus notum, cum doceat incognita per illa quæ prius erant cognita. ideo Bona. in. 3. di. 23. Melius est modicū quid de deo scire, q̄ cœlestium omniū & terrestrium notitiam habere, hanc fidem cognoscens sapiens. Sapien. 7. ait. Optaui & datus est mihi sensus. &c. Nobilis est, respectu infallibilitatis, quæ probari potest.

¶Primo, respectu pbationis, nam quilibet articulus fidei contētus in ipsa fide, prophetatus est, ideo dicitur Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium peribent.

¶Secundo respectu scriptorum concordiæ, quod nō est sic in aliis scientiis.

¶Tertio, propter scriptorū testimonia, ut est Ioan. baptista, & euangelista, & alii apostoli, & sancti doctores.

¶Quarto, propter martyrū

constantiam in persequutionibus,& in tot & tantis supplicciis & tormentis.

¶Quinto, propter iudæorū dispersionem, ex Israel, ideo dicit Amos propheta.2.c. Super tribus sceleribus conuertam,super quartum autē non conuertam, quia uendiderūt iustum pro argento.

¶Sexto, propter miraculorū efficaciam, dixit enim Iesus. Opera quæ ego facio hæc testimonium perhibent de me, & Ioan.15. Si opera non fecissem quæ null⁹ alius fecit, peccatum non haberent.

¶Septimo, ratione filiationis, cuius fundamentum ponit auctor in libr. de causis.d. quāto aliqđ est propinquius, & similius primę causæ,tanto est melius, & nobilius (quo præsupposito) certum est, ꝙ nulla est maior similitudo, ꝙ̄ filiatio ad paternitatem(dicēte philosopho) 8.ethi.magna est similitudo generantis ad genitum,unde in.l.fina.C.de impuberum, ⁊ aliis substitutionibus dicitur pater, & fili⁹ censentur esse quasi eadē persona, & instituta de in utilib⁹ stipulatióib⁹.§.ei,q dr̄, uox pr̄ uox filii, sed manifestū est ꝙ fides sanctissima facit hominem filium dei,ad Gala.3.Omnes enim filii dei estis per fidē Iesu christi,& Ioan.5. Omnis qui credit quoniam Christus est filius dei,ex deo natus est & August. super Ioan.1.c. Qui serui dei esse digni non sumus,in filios per fidem nos adoptauit,non solum autem filii dei sunt fideles ut habetur 1.Ioan.3.ad Rom.8. ad Gala.4. sed etiam dii nuncupantur, ideo in p̄s. Ego dixi dii estis ⁊ filii excelsi omnes.

¶Octauo,ratione superationis,habetur enim Iob.7. Militia est uita hominis super terram,propter quod Eccl.2. dr̄ fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tētationem.s.mundi, carnis, & diaboli, si ergo quæras quod est scutum? & quæ armatura, sit potens ad defendendū nos ab hiis impugnationibus?Respondeo, fides, fides, quoꝙ enim fides uincat impugnationes,& tentationes mundi, patet.1.ioā.5. Vbi dicitur,omne quod natum est ex deo.s.p fidem,uincit mundum, ⁊ hęc est uictoria quæ uincit mundum fides nostra. De uictoria dæmonum habet ad Ephe.6. 6. Vbi inquit apostolus in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela ini

mici ignea extinguere, ubi Glossa.ait.Nulla est tam ualida hostis tentatio, quæ non fidei fortitudie uelociter succumbat.1.Petri.5.dicitur, Cui resistite fortes in fide. De uictoria autem carnis, habetur Esa.11. Erit fides cintorium renum eius, ubi Glo.ait.Omnis lumborum cõcupiscentia deuincitur, dum scutum fidei in anima iugiter posfidetur, alia quoque Glo. super illud Hiere.5. Circuite uias Hierusalem ait. Fidelis deus nullum habentem fidem in tentatione deserit, ideo Bernardus.in quodam sermone, mundus, caro, dæmonia, diuersa mouent prælia, quæ tunc omnes faciliter deuincimus, si scutũ fidei in manibus cordis nostri tenemus. ¶Vltimo cõmẽdatur fides nostra, ratione excessionis. Omnes potentias naturæ excedit fidei uirtus, per uirtutem enim naturę nõ potest quis ambulare super aquas. quod facere potest per uirtutem fidei, unde Petrus habens fidem, ambulauit super aquas maris, cum incępisset aliquantulum titubare in fide, cœpit mergi. Cui dominus dixit. Mat.14. Modice fidei quare dubitasti?

¶Beatus quoque Ioannes de capistrano, ordinis nostri, cũ necesse haberet transire padum, pro quibusdam rebus concernentibus honorẽ dei. Et portinarii nollẽt nauigio eum transfretare, forte quia uolebant ab eo pecuniam, q̃ pauperculus non habebat, ipse extendit mantellum suum super aquam, & dixit sotio si haberet fidem: & respondit, ꝙ sic, & ponens se cum socio transiuit padum.

¶Similiter accidit ꝙ quidam frater noster laicus ultramõtanus existẽs Romæ, non habens socium, associari fecit de loco ad locum, a fratribus ordinis nostri, cum autem esset ultra padum, & uolens trãsfretare rogauit portinarios, ut amore uirginis, eum transire permitterent, qui noluerũt consentire, sed solum socios suos transfretarũt, ipsum uero in ripa, dimiserunt, hoc uidens iste frater, extraxit tunicam suam, & super aquã strauit, & insup ascendit (sed deo permittente) descẽdit ad fundum fluuii, deinde super aq̃ uenit, ⁊ medius super aquam stetit, & medius sub aqua, & sic pergebat ad aliam partem fluuii, dum sic super aquam ueniret, uidit tunicam suam ab impetũ fluminis defferri, ip

tracurrit post eam, & accepit & sic uirtute fidei, flumen per transiit manibus iunctis. Multa alia stupenda, & super totius naturæ facultatem, facta sunt, per uirtutem fidei, de quibus solum aliqua referam, cã breuitatis.

¶Quæritur an per uirtutem naturæ, posit cœco uisus restitui? certe non, quia dicit Arist. a priuatione ad habitum nõ fit ingressus per naturam, sed o fides sancta nunquid tu potes cęcis lumen restituere? certe sic (& dimissis aliis quasi innumerabilibus exẽplis) dicam illud quod ponitur in legenda sancti Dionysii philosophi Atheniensis Ariopagitæ, uidelicet, cum Paulus Athenis disputaret cum Dionysio tunc in illa ciuitate doctore, & magistro excellentiore, & cum conaretur eum ad fidem christi cõuertere, semel sic disputantibus illis, accidit ut quidam cœcus a natiuitate, quẽ Dionysius cognoscebat, inde transitum fecit, tunc Dionysius dixit Paulo, si mediante fide tua, huic cœco lumen cõfestim restituis, ad fidem christi conuertar. Cui Paulus subridens ait. O Dionysi, hoc facere minimum est fidei christianæ, uerũ, si ego uerba aliqua dicerem, ad restituendum lumen huic cœco, forte alicui superstitioni imputares, dic tu hęc uerba, o cęcæ pcipio tibi in uirtute fidei Christi, ut uisum recipias, quæ uerba statim ut Dionysius dixit, ille cęcus illuminatus est, & ipse Dionysius ad fidem christi cõuersus, doctor christianorum est effectus.

¶ Quæritur etiam an natura posit facere cessare solem, & lunam a suo motu, ita q̃ generata non corrumpantur, & destruantur? & clarum est, q̃ non, nam secundo de generatione & cor. dicitur q̃ motus solis est causa generationis & corruptionis omnium rerum & sic natura non potest facere cessare solis motum, quin omnia generata destruantur, & pereant, sed o fides potentissima nunquid & tu hoc efficere posis? certum est q̃ sic, nã Iosue. 10. legitur in uirtute fidei Iosue præcepit soli, & lunę ut se firmarent, & non mouerentur, donec ipse uictoriam de hostibus obtineret, & sic stetit sol in medio cœli, & nõ est motus per spatium unius diei, & tamen non cessauit generatio rerum.

¶Præterea quæritur an uirt⁹ naturæ posit facere, q̃ ignis

In corporibus inferioribus sibi iūctis, non imittat calorē? & certum est ꝙ non (dicente philosopho) 1. meth. ꝙ unum quodq; naturalium entium, utitur natura sibi propria, & 7. phy. Agens naturale agit necessario, ut ignis qui semper calefacit, & sic natura facere non potest, quin ignis calefaciat coniuncta sibi, sed fides hoc potest. Danielis. 3. Quod cum Ananias, Azarias, Misael, nollent adorare statuam, quā fecerat Nabuchodonozor, ipse rex fecit eos proiici in fornacem ardentissimam, qui fidem habentes in deo, ignem fornacis ingressi, non senserunt calorem, nec in aliquo læsi sunt, sed in fornace, tanq̄ in rosario manētes, deum laudabant.

¶ Si quæraē an natura, possit facere, ut mōtes per se a seipsis moueantur, & ad alia loca contra naturam transferantur? certe non, nam nihil agit contra naturam. 1. phy. natura autem montium est grauis, & grauia semper tendunt deorsum. 4. de. ce. & mu. & iō non possunt eleuari, & transire de loco ad locum, per potētiam naturalem, sed fides hoc potest Matt. 17. Dicit dominus si habueritis tantam fidem quantum est granum sinapis, & dixeritis huic monti transi hinc, transibit, & nihil impossibile erit uobis, & Mar. 9. Si potes credere omnia possibilia sunt credenti, quæ uerba probantur exemplo. Alexandi magni, qui cum uenissent ad montes Caspios, & petissent filii captiuitatis decem tribuum, licentiam, & adiutorium inde exeundi, cognita causa inclusionis eorum .s. quia adorauerunt uitulos aureos quos fecerat Hieroboam rex Israel, & a deo recesserant. deus ibi incluserat, Alexan. respondit, ꝙ artius eos includeret, cumq; eos includere uellet, uidēs difficultatem maximam, ut humana potentia non sufficeret, orauit magna fide, deum Israel, ut opus illud cōpleret, et ecce statim accesserunt ad se inuicem prerupta montium, & factus est locus immeabilis, & hoc miraculum habetur in gestis Alexandri, & idem testatur Iosephus. d. Quid facturus est deus pro fidelibus suis, si tanta fecit pro infideli charitatē non habente? Dic aliud exemplū in illis ciuitatib9 subiugatis ab infidelib9, qui ante erāt christianorum, uidelicet, Baldac, & Taurisium, inter Arme

niā & Persidē site ꝛ q̄ a recto re illius regionis fuit dictum episcopis christianorum, si secundum dictum uestri christi, ut supra, hunc montē non feceritis proiici in mare, omnes, uos interfici faciam, & q̄dam habens maximam fidem præcipiens monti, statim cunctis uidētibus, se in mare proiecit.

Habetur enim, p̄s.32. Omnia opera eius in fide, Paulus ad Hebreos.11. Fide enim Abel, offerebat primitias deo, Gen.4. & ex hoc illi placuit, fide Noe per archam saluatur, Gene.6. &.7. Fide Abraham egreditur de terra sua. Gene.12. Fide, Loth de Sodomis liberatur, Gene.19. Fide Isaac immolari erat contentus. Gene.22. Fide Ioseph uxori domini sui, non consensit. Gene.39. Fide Moyses Flumina egypti in sanguinem uertit, Exod.7. Fide ipse cum populo israel mare transiit siccis pedibus. Exod.14. Fide aquas Marath amaras dulces fecit. Exod.15. Fide aquam de petra eduxit, Exod.17. Fide Iordanis aqua siccatur, iosue 3. Fide sterilis peperi Sampsonem, iudicum.13. Fide Samson mille miros strauit, iudicum.15. Fide Anna concepit. 1.Regum.1. Fide Helias fecit ignem de cœlo descendere. 4.Regum.1. Et Heliseus fide suscitauit filium Sunamitis. 4.Regum.4. Fide sol decē graduum retrocedit. Ecce qualiter omnia opera dei in fide, per fidem anima purgatur a peccatis, & fit munda, actuum.15. Fide purificans corda eorum, per fidem deo anima desponsatur. Oseæ.2. Desponsabo te mihi in fide, per fidem anima efficitur templū dei. 2.ad Cor.6. Vos estis templum dei uiui, fides facit orationes nostras a deo celeriter exaudiri. Matth.11. Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet uobis, & sic patet quot utilitates consequitur qui habet ueram fidē & erit.

FINIS.

Natatalo, e seruitune

FERIA VI. POST primam dominicam in quadragesima.

De mystica piscina.

SANVS factus est homo Io annis.5. Inter omnia hũano uictui conueniẽtia, amicitia noscitur esse necessaria, secundum illud Tullij, non tam aqua, uel igne, locis plurimis indigemus, q̃ mutua ipsa amicitia, in li. amicitiæ, quæ si perfecta esse debet, tres gradus exigũtur. primus. toto corde diligere, ideo dicit amicorum idem est uelle, idemq; nolle. Secundus amico rem temporalem imperti-ri, & sequitur amicorum omnia sunt communia. Tertius, uitam in mortem exponere, & iste est intensissimus (teste saluatore) Ioan.15. Dicẽte, maiorem charitatem, nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hos gradus ostendit nobis christus. Primum, quia secundum Paulum elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & amici dei. Secundum, quando dixit dominamini piscibus maris. &c. Gene.2. & ps.8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. i. diuisiones quatuor elementorum, cœlum, solem, lunam, & omnia astra in ministerium creaturę rationalis. Tertium, ostendit (ut ipse testatur) ego sum pastor bonus, & sequitur, & animam meam pono pro ouib⁹ meis, ut in redemptione generis humani liquet, designata per piscinam, in qua, Sanus fact⁹ est homo. de qua mystica piscina, tria perscrutabimur, uidelicet.

¶Primo, uariam positionẽ.

¶Secundo, clarã lucidationem.

¶Tertio, distinctam applicationem.

Primo, notandum est quod quidam famosissimus lector Parisius, dum declararet modum redemptionis humanæ, per piscinam designate, occurrit dubium, in quo operæ saluatoris nr̃i, talis mystica piscina ostendi posset, quod & suis discipulis discutiendum reliquit, qui inuicem conferẽtes, singuli suam opinionem proponebant.

¶Primus, dixit humanitatẽ christi, ueram esse piscinam,

plenam aquis de cœlo pluentibus.v3.aqua gratificationis, aqua uisionis,& aqua fruitionis, prima fuit, quia statuit deus non acceptare opus alicui⁹ nisi habuerit habitū gratiæ gratum facientis, Scot.in 1.dist.17. Quia ergo operationes humanitatis christi, erāt acceptæ a deo meritorie, & satisfactorie pro peccatis nostris,ideo fuit necessarium,ut in illa piscina deus plueret aquas gratiæ gratum facientis, in abūdātia, q̄a ab instāti suæ creationis cœpit operari pro nobis.Secūda, aqua dr̄ uisionis, nā in istāti suæ cóceptionis hæc anima fuit unita personaliter uerbo æterno,adeo quod in istāti unionis intell's huius animæ, uidit uerbum præsentialiter cognitione intuitiua,& uidit oīa quę uidet uerbū.s.obiecta,secūdaria,& creaturas relucentes in essentia diuina, quo ad esse cognitum,& ideale,⁊ non solum uidit omnia illa quæ relucét in mente diuina, sed quæ creata sunt,& creanda,& quæ creari possunt, licet nunq̄ creabuntur secundum Sco. Tertia,aqua, est dulcissime fruitionis si enim hæc anima per intellectum uidit omnia illa quæ relucebant in essentia diuina, sequitur ꝙ uoluntas animæ fruebatur illis, quæ uidebat quātum poterat,& dicit Scó. ꝙ fruitio illa poterat causari actu, in uoluntate christi. a deo,sic.s.ꝙ uolūtas illius animæ,non solum esset receptiua illius actus fruitionis, sed etiā actiua,hoc modo, ꝙ uoluntas animæ christi, & obiectum beatificum simul causarent talem actum fruitionis in hac anima.s.Deus illi uolūtati,& uoluntas agens in deū, causarent fruitionem dei, & sic anima illa unita uerbo; erat perfectę beata, & si quæras quare anima illa nō beatificabat corpus, cum sit ꝙ anima beata naturaliter influat in corpus beatitudinem? ut dicunt theologi in.4.d.49. ad hoc respondeo quòd hoc fuit ex miraculo, nam anima illa gratiosa, quantum erat in se infudisset, & redundasset lumē suum in corpus,sed deus hoc prohibuit,ut corpus xp̄i remaneret passibile, & pro nobis pateretur,sed post passionem cessauit hoc miraculum,& impedimentum,& statim anima illa communicauit gloriam corpori suo, ⁊ sic patet qualiter hęc piscina fuit plena a deo tribus aquis, de cœlo missis.i. summa gratia,

summa uisiõe, summa fruitione, & habetur prima opinio.

¶Secundus, asseruit, talem piscinam esse in passione christi, & non solum in aspera, sed in minimo conuitio, aut iniuria, siue cosputione, uel flagellatione, ratio est, quia omne tale conuitium mensuratur secũdum dignitatem passi, uel lesi. ff. de iniuriis. l. praetor. &. ff. de. re. mil. l. omne delictum. cum ergo christus ratione ydiomatum, fuerit uerus deus, ⁊ homo, ideo omne tale conuitium, & iniuria, in persona Christi, fuisset sufficiens piscina ad sanandum genus humanum, sed nõ solum ad sufficiẽtiam, sed superabũdantiam passus est talia, ideo & nos tenemur pro christo multa pati, aliter arguemur uitio ingratitudinis.

¶Tertius, proposuit carnem christi, siue corpus, esse uerã piscinam, probans, similitudine tali, sicut Adam peccauit in fructu corporeo, sic & redemptio debuit esse in fructu corporeo, ut modus redemptionis conformaretur praeuaricationi, etiam hoc roboratur figura, quia Abraham immolauit arietem pro filio in holocaustum, Gene. 22. Figurans christum corporaliter immolandum, item Moyses & filii Israelite, immolauerũt agnũ, & hoedum, & figurabat carnẽ christi pro nobis immolandam, hoc etiam experientia probatur, nam omnia flagella, conuitia, iniuriae, fuerunt in corpore christi, ideo. &c. Sunt etiam multae auctoritates. v3. Esaię. 53. Vulneratus est propter miserias nostras, & attritus est propter scelera nostra: cuius liuore sanati sum⁹, at liuor prouenit a carne, itẽ 1. Pet. 2. Qui peccata nostra ipse pertulit, in corpore suo super lignum crucis. Canitur etiam ab ecclesia, iam pascha nostrum christus est, qui immolatus agnus est, sinceritatis azima, caro ei⁹ oblata est, si ergo christus carnem suam in ista piscina obtulit pro sanatione generis humani, & nos debemus carnem nrãm amore christi offerre, ieiuniis abstinentiis, disciplinis, & similibus, ad hoc hortatur Paulus ad Gal. 5. Qui autem sunt christi, carnem suam crucifixerunt cum uitiis, & concupiscentiis.

¶Quartus, declarauit talem piscinam esse animam Christi gloriosam, nam Sco. in. 4. d. 2. q. 1. &. 3. di. 19. Ait nisi ab istãti suae conceptionis obtulisset

deo patri, actu uoluntatis, suā passionem in satisfactione generis humani, passio christi fuisset non uoluntaria, sed qa obtulit actu uoluntatis, ideo fuit uoluntaria, & si non fuisset, qui occidisset christum, bona uoluntas suffecisset, nā uolūtas est regina in toto regno animæ, præterea, maior fuit dolor animæ interior, q̃ exterior corporis, & Esaiæ.53. Pro eo ꝙ traditur in mortem & ipse peccata multorum obtulit, & ideo christ⁹ dicit, ego sum pastor bonus, & sequitur & animam meam pono pro ouibus meis, ita & nos animā nostram deo offerre debem⁹, amando, peccata flendo.

¶Quintus, ait animam, carnem, & sanguinem, ueram esse piscinam, nam secūdum Sco. Passio quæ oblata fuit deo. hæc tria continebat, in.4.dis. 2.& Franciscus de Maro. Hui⁹ fuit opinionis, dicit etiā scriptura Pau.s.ad Hebreos.9.tradidit semetipsum, pro nobis sacrificium immaculatū, nota li semetipsum, quia christ⁹ consistebat in anima, corpore, & sanguine, coniuntim, sic & nos pro amore christi, dare debemus animā per humilitatem, corpus per castitatem, sanguinem per abstinentiam, & afflictionem.

¶Sextus, dicebat talem piscinam, fuisse mortem christi, & fuit Thom.quol.2.ar.2.Immo omnia talia supradicta, non fuissent sufficientia, nisi morte intercedente, & addit ꝙ p̄cium christi, non solum fuit infinitum in ualore, sed ut nos a morte, per sui mortem redimeret, & secundum illud Heb.2.Per mortem destrueret eum, qui habebat imperium mortis.i.diabolum, etiam, ut non solum christi mors esset in redemptionē, sed esset in exemplum uirtutis, ut.s. homines nō timerent mori pro christo, sicut christus pro nobis, dicit magister sententiarū.in.3.d.18. Ipse christus moriendo, factus est hostia nostræ liberationis, & canit ecclesia in pręfatio, ut unn mors oriebatur, inde uita resurgeret, & qui in ligno uincebat, in ligno quoq; uinceretur, & iterum, qui mortem nostram moriendo destruxit, & uitam resurgendo reparauit, si ergo christus pro nobis mortuus est, ita & nos potius mori debemus, q̃ ipsum offendere, & si iustus pro iniustis, sic nos iniusti pro iusto mori conamur, sed ingratitudo & miseria nostra manifeste ostendit,

quia nec minimum uerbum pati uolumus pro christo, q pro nobis tanta passus est, & tamen amore seculi, & rei tẽporalis, tanta substinemus.

¶Vltimus, declarauit, sanguinem, esse ueram piscinam generis humanis, & ratio est, qa sanguis fuit diuinitati cõiuntus, mediante corpore, & fuit cum eo reassumptus in resurrectione secundum Theologos. in. 3. dist. 26. q. 2. & Bona. in 3. d. 5. q. ulti. & ideo secundum hoc fuit infiniti ualoris, & uirtutis, dicit etiam beatus Iacobus de Marchia, in tracta. suo quem fecit de sanguine christi ꝙ ipse sanguis christi, fuit unitus deitati maiori efficacia, & maiori gratia, ꝙ̃ alii humores, & ipse fuit instrumentum nostræ salutis, & sic magis celebratur, & magnificatur, in sacra scriptura ꝙ̃ alii humores, & hoc quia secundum ipsum beatum Iacobum, sanguis est temperatus humor, & magis amicus naturæ, immo sedes animæ secundum medicos, amicus omnium membrorũ, & nutritiuus, secundum Alex. de Al. in. 2. par. sum. in tracta. de uita christi. q. ulti. canit insuper. Ecclesia ipse lux uera, bonitas, & uita, gaudium mũdi, pietas immensa, qui nos a morte roseo saluauit, sanguine suo, & in cantico Augus. te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos precioso sanguine redemisti, item & ecclesia ait, nos quoq; qui sancto tuo redempti sanguine sumꝰ, si ergo totum sanguinem effudit christus pro nobis, & nos disciplinis & abstinentiis a peccatis abstineamus.

¶His omnibus auditis, ait p̃ceptor, optime disputatum est de hac piscina salutis nostræ, sed ut omnium opiniones declarentur, dico ꝙ christus non solum sufficienter, sed superabundanter, satisfecit pro genere humano, nam deus cum sit diues in omnes qui inuocant eum, ad Roma. 10. Dat omnibus affluẽter, dedit enim ut ita dicam, omne quod sciuit, omne quod habuit, omne quod potuit, & nõ solum subuenit nobis in redimendo, sed in omni nostra necessitate, ⁊ infirmitate, iuxta illud Ber. Largus est iste dispẽsator, qui carnem suam dedit in cibum, sanguinem in potum, animam in preciũ, uulnera in remediũ, brachia in refrigerium, crucem in clipeum, cor in gaudium, sudorem in medicamentum, clauos in saluationem, coronã

in ornatum, uerba in saturamentum, uitam in mortem, utrunq; in exemplum. O precium magnum & superabundans, si famescis, si sitis, si es debitor, si infirmus, si immundus, super lignum crucis inuenies precium & refrigerium.

¶Et si quis dicat esto ꝙ sanguis christi sit piscina saluationis nostræ, ut probabitur infra, unde mouebatur ista piscina? Respondetur (dimissis quę a lira ponunt circa sensum lr̃alem) Addā aliqua uerba ꝙ motus aquæ, erat ex uirtute angeli mouentis aq̃, qa si angelus habet uirtutē, ut possit transire in instanti de extremo ad extremum, sine trā situ medij, uirtute sua naturali, quantuncunq; distantia sint media, ut ait Scot. in. 2. di. 2. uel illa media sint eiusdem rationis, uel alterius, ut sunt. septem planetæ, & quatuor elementa, quæ sunt media alterius rationis, ita a cœlo empireo ad piscinam quæ sunt extrema, & sicut uirtute sua pōt mouere, & de facto mouet orbem, ab oriente in occidens, motu uelocissimo, ex quo motu naturali, fiunt in mundo generationes, & corruptiones naturales, adeo ꝙ si per impossibile, uel possibile, cessaret motus intelligentiarum, cessarent & generationes, & corruptiones, ut ait cō men. quia cęlū ulr̃ concurrit ad generationes, cum generā te particulari. Ita etiam potest uirtute sua angelus dedisse illi aquæ, ut moueretur, uirtutem sanandi largiendo, & si quęras quomodo angelus potest mouere aquam? Respondeo de mente Scoti per simile de motu cęlorum per intelligentiam, nam non mouet ꝑ contactum mathematicum, sicut mouens physicum, mouet mobile physicum per contactum mathematicum, quia ultima mouentis, & mobilis, sunt simul, & se tāgunt, ut patet de manu, & lapide. 8. physi. hoc modo angelus non mouet orbem, quia angelus non est quantus, sed dicit Scot. ꝙ angelus mouet cœlum, per assistentiam, & influentiam suā naturalem, & credo ꝙ sicut nauta assistit naui, ita angel⁹ assistens cœlo, influit uirtutē suam, & sic mouetur cœlum, & sicut luna, per influentiam suam mouet aquas maris, & causat fluxum, & refluxum aquarum, tamen non tangit aquas, ita in proposito angel⁹ non tāgit cœlum, sed per influentiam assistendo, mouet

illud. Dico ergo, ꝙ ſicut angelus in inſtãti pt deſcẽdere naturalr, de cęlo ad terrã, ita poterat in inſtãti deſcẽdere quolibet die de cœlo ad piſcinam & ſicut angelus mouet cœlũ ſine contactu, ita potuit mouere ſine contactu, ſed per aſſiſtentiam, & influentiam ſuã, aquam illius piſcinæ (ſicut luna per influentiam ſuam mouet aquam maris) & aqua illa piſcina mota ab angelo ſanabat infirmitates, in uirtute angeli mouentis, ſicut fiũt generationes, ⁊ corruptiones in uniuerſo, ex uirtute cęlorum motorum ab angelo, hæc poſitio eſt deuota, & poſsibilis, nã angelus dei forte (deo cõcedente) habebat uirtutẽ faciendi motionem illius aquę, & ſic habebat uirtutem ſanãdi, ſicut ergo iſte angelus habebat uirtutem mouendi, & forte ſanandi, in piſcina, ſic & chriſtus qui eſt magnus conſilii angelus, uirtute ſua, & ſui meriti, mouet piſcinam ſanguinis ſui, ad ſanationem generis humani, & ſic patet qualiter ſanguis chriſti benedicti eſt uera piſcina & habes primam partem.

QVANTVM ad ſecundã partem, lector ipſe ait, an aliquis uellet ad iſtam opinionẽ aliqua alia ꝑponere, tunc unus R. pater, q erat de primis illius prouinciæ, & prædicator apoſtolicus, & iã pluries fuerat illius prouinciæ miniſter, & erat in ſacra pagina peritiſsimus, maxime in ſenſib⁹ miſticis, dixit. ſunt plura dicta de piſcina noſtræ ſalutis, cum optimis allegationibus, diffinitionibus, & auctoritatib⁹, ita ꝙ poſſumus cum Paulo apoſtolo dicere, empti enim eſtis precio magno, tamen ad maiorem dictorum enucleationem, dicam & ego aliqua uerba, licet enim caro, anima, mors, flagella, & huiuſmodi, concurrerint ad piſcinam noſtræ ſalutis, tamen communiter dicimus, ꝙ redempti ſanguine ſumus, quia fuit inſtrumentum redemptionis noſtræ ſecundum Franciſcum de Maro. in ſermone de contritione, modo uidemus, ꝙ operationes denominantur ab inſtrumẽto, tãquam a cauſa prima, ut ſcripſit calamo, uel penna, interfecit lapide, uel enſe, & nõ cum uoluntate, ſiue manu, et

go cũ sanguis xp̄i sit instrumẽtum nostrę redemptionis, ab ipso tanquam a prima causa, denominatur effectus nostrę saluationis, nam uolens uirtutem, & magnitudinem huius benedicti sanguinis declarare, aliquali assimilatione, comparando ipsum, sanguinibus in sacra scriptura commemoratis, ostendam. v3.

¶ Primo fuit sanguis, qui effundebatur in circuncisione, propter deletionem peccati originalis, quod committebatur in generatione, ideo in membris genitalibus fiebat circũcisio, secundum Bonau. in. 4. dis. 1. Hæc circũcisio duo faciebat, primo delebat peccatum originale, secundo habilitabat ad bonum, secundum Bonauẽ. ubi supra. sic in ista piscina sanguinis christi, uirtute cuius in baptismo deletur peccatum, secũdũ theologos. in. 4. d. 4. & Apoca. 1. Lauit nos a peccatis nostris, in sanguine suo, aufert insuper multa pœnalia, ut partes satisfactionis, licet non omnia, magis autem habilitat ad bonum, q̃ circũcisio. In tantum ꝙ si homo cogitaret de tãto precio, ualde inclinaretur ad bonum, sed quia homo non habet memoriam tanti beneficii, ideo remisse operatur etiam confessio, contritio, pœnitentia, & omnia alia sacramenta ualẽt, propter effusionem huius humoris benedicti, cogitare ergo debemus de tanto precio.

¶ Secundus sanguis est, qui effundebatur in sacrificiis, ex mandato diuino. Leuit. 1. Sanguis autem talis effundebatur magnis cærimoniis, ⁊ multipliciter aspergendo, & mundabat maculas corporales, ut possent ingredi ad cultũ dei. illas maculas dico cõtractas, ex aliquibus immunditiis, & transgressionibus actualibus sed ut dicit sanctus Bona. animam mundare non poterat. Ad propositum de sanguine christi, potest mundare corpus, & animã, a peccatis mortalibus, uenialibus, & originalibus, a peccatis dico cordis, operis, & oris, per sacramentum pœnitentiæ, ideo Paulus arguens a minori ad maius affirmatiue, dicit ad Hebr. 9. Si sanguis hircorum, aut uitulorum, aut taurorum, inquinatos ad emundationem carnis sanctificat, quanto magis sanguis christi, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, & si, diceres, quare homines non mundantur

ſupple multi homines? Reſpõdeo hoc eſſe propter perſeuerãtiam in peccatis, nam aqua iſtius piſcinæ lauabat,& mundabat eum,qui deſcendebat, ita in iſta piſcina ſanguinis chriſti oportet deſcendere, & perfecte lauari,ſed multi sũt, qui confitentur,nõ cum propoſito, iterum non recidiuãdi,& aliis cõditionibus, ideo non perfecte lauantur, nec mundantur, quia iacent multo tempore in peccatis, ſicut ille homo qui.30.&.8. annos habẽs in infirmitate ſua iacebat ad piſcinam,& non poterat deſcendere,nec ſanari,niſi adiutus uirtute chriſti,& ſanus factus eſt,corpore,& anima, ſic homo deſcẽdens in piſcinam ſanguinis chriſti,ſanatur anima & corpore, iſte ſanguis effuſus eſt multipliciter, & maximis cærimoniis, puta in manibus,pedibus.&c.ac diuerſis temporibus,puta, circũcĩſionis,ſudoris,ſanguinei tempore crucifixionis, & hoc ut omnibus eſſet in remedium.&c.

¶Tertius, fuit ſanguis tunice Ioſeph.Gen.37. Dic quomodo fratres eius tinxerũt eam in ſanguine hœdi,& quomodo uendiderunt eum iſmaelitis uiatoribus, & quomodo miſerunt eum ad patrem.&c. Ioſeph deſignat chriſtũ, tunica chriſti eſt caro eius, quæ alibi dr̃ fimbria ueſtimenti, hæc tunica fuit tincta in ſanguine hœdi immaculati.i.xp̃i ſicut Iacob luxit filium ſuũ, ſic ſanguis chriſti effuſus deberet commouere ad luctum cor humanum,& ſicut Iacob ſcidit ueſtimenta ſua,ſic peccator deberet ſcindere cor lapideum (dicẽte Hiero.) quis eſt tam durus ut non doleat, tam delitioſus ut non abſtineat, tam malitioſus ut non pœniteat, reſpiciens ad tunicam Ioſeph cœleſtis,exemplũ habes beati Frãciſci,quomodo nemora implebat gemitibus, tanq̃ ſi habuiſſet chriſtum crucifixũ ante ſe, de btã Clara dr̃, q̃ adeo plorabat reſpiciens in tunicam Ioſeph.i. chriſti, q̃ uidebatur habere cor diuiſum in duas partes, ideo chariſsimi lauate uos in tã amœniſsimo balneo, quæ cã eſt, quod chriſtiani hodie ſunt tante duritiæ? q̃ non plorant reſpicientes in tunicam Ioſeph? niſi quia a mentibus eorum euanuit memoria paſſionis xp̃i,lachrymanť, ſi moriantur parẽtes, ſed mortuus eſt pr̃, & frater nr̃ Ioſeph chriſtus, & nemo eſt qui doleat,cõ

sidera & respice anima, tunicã Ioseph q̃ta pro te passus sit, nã contra multos, clama Ber. in quodam sermone. O duri & indurati filii Adã, quos nõ emollit tanta benignitas, tãta flamma amoris, tam ignés ardor dilectionis. Ecce quante uirtutis sit ista piscina sanguinis christi, ĩ qua iacet multitudo languentium, expectãtium sanari, ex motione aquę idest uirtute ipsius sanguinis christi.

¶Dicit enim euãgelista, ꝙ habebat qnq; porticus, & in hiis offerebatur sacrificium .i. purgabantur carnes sacrificii, & offerebantur deo, sic ista benedicta piscina christi, habet quinq; porticus, in quib' obtulit sacrificium pro nobis, ⁊ tales quinq; porticus in christo pñt duplr assignari .s. exterius, & interi⁹, exteriores porticus sunt quinq; sensus corporis christi, in quibus passus est pro nobis & sacrificiũ obtulit deo.

¶Primo, in sensu, uisus, ĩ quo obtulit deo lachrymas in natiuitate, in horto, & in cruce, nam his tribus uicib⁹ pro nobis lachrymatus est, similiter fuerunt uelati oculi, percussi, quãdo dabant ei alapas, o bone Iesu, quale sacrificium obtulisti pro nobis?

¶Secundo, in auditu in quo obtulit pro nobis sacrificiũ, ⁊ fuit clamor, & crudeles uoces resonãtes in auribus christi, ⁊ dicẽtes crucifige, crucifige, hic est pessimus latro, seductor populi, & multas contumelias audiuit, & irrisiones ꝑ te, qui semper uis audire cantilenas.

¶Tertio, in olfactu, in quo christus sacrificauit pro nobis patiendo fœtorem & hoc quando naribus suis sanctis sentiebat fęditissimos sputos emissos ab illis canibus fœtidis, in sanctissima eius facie, in quã desiderant angeli prospicere, sentiebat etiam maximum fœtorem loci montis caluarie.

¶Quarto, ĩ gustu in quo sancrificauit pro nobi maximam famem, sitim, & præcipue in morte, quando clamauit sitio, & illi dederunt acetum & cum gustasset noluit bibere, o benedictæ Iesu quanta pro nobis passus es?

¶Quinto ĩ tactu, in quo xp̃s obtulit semetipsum, ⁊ corpus suũ, a planta pedis usq; ad uerticem, unde fuit ligatus manibus & brachiis, percussus per totum corpus, & habuit .6666. percussuras, item fuit crucifi-

xus, manibus & pedibus, conclauatus in cruce. O christianæ uade & cōsidera istam sanctam piscinam, uide quæ tibi donauit, tu lętaris, tu odori suaui, tu a parlari giocosi, & carnali, tu odi, canti, giochi: tu a balli, tu a buoni cibi, uedi, che tu fai tutto il contrario che fece Christo, q pro te tot incommoda & mala passus est.

¶ Quinq; porticus interiores sunt, quinq; potentiæ animæ christi, in quibus sacrificauit pro nobis. primo, in intellectu, quia uidebat omnia peccata futura, & cognoscebat φ eius passio, propter peccata paucis proficeret, ideo summe dolebat. Secundo, in uolūtate, quæ plangebat damnationes nostras ⁊ miserias. Tertio, in memoria in qua rememorabat beneficia & gratias, quas contulerat nobis quorum obliuiscimur, & ingrati dignoscimur. Quarto, in portione inferiori animæ christi .i. intellectus & uoluntas inferior, respiciens creaturas, & christus doluit, & sacrificauit deo dolorem, quando uidit Petrum negātem, Iudam tradentem, & audiebat matris dolorem. &c. Quinto, in portione superiori .i. qn̄ respiciebat æterna. v3. qn̄ uidebat diuinam maiestatem offendi, a nobis, dolebat enim summæ opæ offensam p̄ris sui, & sp̄us sancti, & tales sunt porticus in quibus saluator noster in ista piscina obtulit pro nobis tot sacrificia.

¶ Quartus, sanguis demonstrans uirtutem sanguinis xp̄i fuit sanguis Abel, qui clamabat uindictam, uindictā, sui occisoris, sanguis autem christi qui fuit. primo, iustus, magis q̄ Abel, hēt maiorem uirtutem clamandi, & uociferandi ut dicit Ap̄ls ad Heb. 12. Accessistis ad sanguinis aspersionē, melius loquentis φ Abel. Nā sanguis Abel clamat, uindictā sanguis christi, clamat indulgētiam suorū crucifixorum. Veh nobis certe, nisi sanguis christi clamaret pro nobis, in terra & in cœlo, remissionem & misericordiam, & ideo Ioā. 1.2. aduocatum habemus ap͛d patrem Iesum Xp̄m, qui est propitiatio n̄ra pro peccatis n̄ris. Clamat ergo in cruce recordare paupertatis meæ, trāsgressionis meæ, absinthii, & fellis, unde Bern. Clamat clauus, clamat corona, ut ei compatiamur. d. Vide homo quāta pro te patior. Aperi ergo dilectissime aures cordis tui, &

audi sanguinem christi clamantem, tam dulciter, tã fortiter, & laua animam tuam in tanto balneo. &c.

¶Quintus, sanguis est maris rubri, rubedo huius maris ꝓueniebat, ut dr̃ a quibusdam, a terra rubea, prope littus ipsius, hæc aqua interemit pharaonem, & exercitum eius. Exo.14. Hanc uirtutẽ habet sanguis christi, diabolum enim submergit in mari aquæ, baptismatis, chrismatis, & aliorum sacramẽtorum, quę omnia habẽt efficatiam a sanguine christi, si uis o peccator expellere dæmonem auaritiæ, considera liberalitatem christi, qui totum sanguinem suũ ꝑ te effudit, & sic de aliis peccatis, applicãdo ad opera xp̃i, illa purgantia. Gum enim dæmones uident mentes nr̃as informatas meditatione passionis christi, tanq̃ a baculis percussi fugiunt, uis uincere inimicum, induc eum in mediũ maris christi. v3. eius saguinis, nam filii Israel, nunq̃ potuerunt ad terram promissionis proficisci, donec demersus fuit Pharao, ⁊ omnes Egyptii in mari rubro.

¶Sextus, est sanguis fluuii ægypti, qui necauit omnes pisces in ipso existentes, & ægyptios crũciauit: dr̃ enim. Ex.7. ꝙ cum Moyses percussisset cõtrã Pharaone aquas fluui, uersę fuerunt in sanguinem: ⁊ nõ solum aqua fluuij, sed q̃ erant in paludibꝰ, in uasis, & in aliis locis, & non poterant ægyptij bibere aquas fluuii, quia in illo effuderũt sanguinem filiorum Israel, necantes in eo paruulos filios israel. Sap.9. Hanc uirtutem cõtinet sanguis xp̃i maiori efficatia: nã cũ diabolus nõ possit adducere homines ad mala opera, conat̃ ducẽre ad mala desideria: iõ dicit Leo papa in quodam sermone: scit antiquꝰ hostis: cui illecebras ingerat carnis: cui uirus inuidię infundat, cui incitamenta luxuriæ apponat, scit quem merore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu expauescat, quem admiratione seducat. O quot pisces conatur mittere in animam nostram: & in tantum maculat illam, luto malarum cogitationum, ꝙ reddit eam immundam, & abhominabilem deo (dicente sapiẽte. Pro.15.) Abhominabiles dño cogitationes male, ad extinguendas autem illas nihil melius q̃ sanguis christi. Tange ergo cruce dñi aquas malarum cogitationum, & expelles dæmonẽ

ideo Ber. super canti. nihil tā efficax ad lauanda conscientiæ uulnera, ad purgandam mentis aciem, q̄ christi uulnerum sedula meditatio. Certe hæc est causa o inique peccator ꝙ tot inhabitant cogitationes male mētem tuam, qa non recordaris passionis xp̄i, & ideo inueniunt in mēte tua imunditiæ, odia, rācores. &c.

IN tertia parte, īterpretabimur distinctam applicationē hui⁹ piscinæ sanguis xp̄i, declarantes modū cogitandi, & retinēdi, apud cor nr̄m, hoc magnū bn̄ficium, & est notandū, ꝙ sanguis christi bn̄s est. Primo lauamentum omnium uitiorū. Secundo, fundamentum omnium bonorum. Tertio, est complementum omniū uirtutum.

¶Quo ad primum habes figuram. Num. 14. Quod leprosus mūdandus aspergebatur septies sanguine passeris, septemq̧ diebus manebat extra suum tabernaculum, sic sp̄ualiter leprosus est pc̄tór, q debet aspergi sanguine christi, q est tanq̄ passer solitarins in tecto, & nota si septies quia si es leprosus lepra superbiæ, uade ad sanguinem effusum ex puncturis coronæ spineæ: si usuræ, auaritiæ, furti: uade ad sanguinem manus: si luxuriæ adulterii, incestus: uade ad flagellationē, & sic de aliis: & ita totus mundaberis.

¶Quantum ad secundum recitat Olchot sup libr. Sap. lec. 37. ꝙ sanguis humanus causat cemētū solidissimū, uñ aliqui antiq uolentes ædificia facere perpetua, cemētum sanguine humano miscebant: unde Rex Britanniæ ut in historia Britannorum habetur: cum ædificaret turrim in quodam monte, quicquid cemētarii siue muratores ędificabant: tellus alia die absorbebat: cōsulunt dicti magistri Regi, ut reperiretur iuuenis quidam, q non haberet patrem terrenū: cui⁹ sanguine aspersi lapides: & cementi: optimum fundamentum præstarent: ita sp̄ualiter dici potest de sanguine christi, respectu baptismatis: q̄m ante eius principium, omnes absorbebamur ad infernum: sed per ipsum baptismū uirtute sanguinis christi: magnū fundamentū facimus hic sp̄uale, ⁊ in alia uita ęternale, sicut patet de bonis christianis, & religiosis.

¶Tertium, ita declarat nar-

rat prædictus Olchot ꝙ sanguis humanus, reuiuiscere facit lignum aridum, & fructificare. Hermes etiam ægyptius dicit, ꝙ rosarium plantatum in terra, aspersum sanguine humano, ad calorem modicū uel solis uel ignis, omni tempore producit rosas: sic ad ꝓpositum lignum aridum est homo in peccatis exn̄s perdidit humorem diuinæ gratiæ: debet ergo madefieri sanguine christi, etiā anima nr̄a est rosarium plantatum in terra madefacta sanguine christi, producit rosas bonorum operum omni tempore, & si qn̄ est pc̄tō mortua, & uult reuiuisci, debet fieri calore ignis spiritus sancti, contemplando in intimo cordis passionē christi. Ecce qualis uirtutis sit piscina sanguinis christi, uirtus nanq; eius diffunditur ad omnia sacramenta, maxime ad sacramentum pœnitētiæ, cuius modum habemus expressum in sacraficiis quæ fiebāt in ista piscina, nam primo lauabantur animalia, quę deo offerebantur, sic in pœnitentia lauantur peccatores, a propriis maculis: animalia autem illa interficiebantur, ita homo in pęnitentia debet se ipsum interficere, mortificando carnem suam, secundum dictum apostoli ad Coloss.3. Mortificate membra uestra q̄ sunt super terram. Secundo, scoriabātur, quia sicut remota pelle animalis, manifeste apparent carnes, sic per confessionem apparent uitia nostra confessori. Tertio, diuidebantur in partes, & offerebantur deo, ita in pœnitentia debēt peccata diuidi, per species suas. Quarto, lauabantur, ita & in pœnitētia homo debet lachrymis lauare peccata sua secundum illud lauabo per singulas noctes lec.m. la.m. stratū.m. rigabo. Quinto, animalia ita lota offerebantur deo, ita peccator lotus a peccatis debet offerri deo, in altari humilitatis. Sexto, animalia illa in oblatione comburebantur in altari, sic peccator in altari humilitatis, offerendo se deo, debet seipsum comburere igne diuinæ charitatis, ignem ueni mittere in terram. &c. Illa piscina habebat quinq; porticus, sic in pœnitentia quinq; considerationes debent esse. Prima, est consideratio proprii peccati, quia per illud offendit deum. perdidit paradisum, acquisiuit infernum. Secunda, est consideratio iudicii uni-

uersalis, & particularis in articulo mortis suæ. Tertia, est consideratio temporis, quia nunc est tempus pœnitendi. Quarta, considerare incertitudinem mortis. Quinta, est consideratio status mortis, dic tuo modo.

¶Ad piscinam descendit angelus, quia ueri pœnitentes illuminantur illuminationibus angelorum. qui mouent aquam piscinæ dum inducũt homines ad aquam pœnitentiæ, & quotquot descendunt ad istam aquam pœnitentiæ sanant, ut patet de latrone, de Matthæo, Zacheo, & aliis multis, ad istam aquam uenit christus, & reperiẽs ibi hominem multos annos habẽtem in infirmitate sua, dicit tolle grabatum tuum, & ambula, tolle peccata in quibus tot annis iacens infirmaris, & laua in aqua pœnitentiæ, & ambula ad cœlestẽ patriam, per exercitium uirtutũ, ista aqua uirtutem habet a piscina sanguinis christi, & quanto quis intimius contemplatur tanto, maiorem uirtutem obtinet, & de hoc habemus figuram Ezech. 47. Vbi dr̃ ꝙ de latere dextro templi, egrediebatur aqua usq; ad talos, deinde usq; ad genua crescebat, postea usq; ad cingulum: deinde usq; ad caput, & fiebat aqua tantæ abtitudinis, quæ non poterat transuadari, & omnes qui ingrediebantur ad aquã sanabantur. istud templum est humanitas christi, de cuius latere egrediebatur aqua .s. sanguinis tempore passionis. Primo, usq; ad talos, deinde usq; ad genua, & significat ꝙ aliqui submergunt se in cõsideratione passionis christi, usq; ad talos, & isti parum gustant eam, quidam usq; ad genua, & renes: quidam se imergunt totaliter usq; ad caput, & sunt, qui totaliter se imergunt in contemplatione passionis christi: ut fuit beatus Franciscus, & in hac piscina sunt quinq; porticus .i. quinq; plage christi, in quibus sanantur omnes descendentes. v3. claudi, cæci, aridi, iacentes ad piscinã christi. v3. priuati cognitione supernorum, nõ recte gradientes in uia mandatorum dei, priuati humore diuinæ gratiæ, & istis, ait christus tollite grabatum .i. infirmitatem peccatorum uestrorum, & ambulate per exercitium bonorum operum ad cęlestem patriam, ad quam nos perducat, qui uiuit. &c.

FINIS.

SABBATO POST PRImam dominicam in quadragesima.

De necessitate aduentus uirginis & eius nomine.

ECCE nubes lucida obũbrauit eos. Mat. 18. Naturaliter nubes nõ est lucida propter spissitudinem, unde uidemus ꝙ ipsa nobis lucem, seu radios solis, & lumen stellarum tollit: ideo si nubes lucida est, hoc est super naturam eius: sicut apparet de nube in transfiguratione christi, quæ fuit multum lucida ultra naturam nubiũ. unde nubes ignea ducebat filios israel per desertum, uersus terram promissionis, quæ ipsos protegebat etiam ab æstibus solis, & perduxit usque ad petram Oreb: ubi sitientibus data est aqua latissima. Exod. 13. Cuius sensus spũalis uidebitur in sermone.

¶ De necessitate aduẽtus uirginis uisuri, unam tantum cõclusionem declarabimus. s. ꝙ sicut aduentus christi fuit mũdo necessarius, sic aduentus beatæ uirginis, & est sciendũ ꝙ non intelligo necessarium quocunq; modo, nam theologi magnam faciunt dñiam iter necessarium, & necessarium, ut Bon. in. 2. di. 31. & Scot. in. 2. dist. 20 Et dñt ꝙ potest accipi tripl'r, primo mõ dr̃ coactionis, quasi uiolentum, ut lapis in ascensu, uel ut cibus ad uiuẽdum: de qua necessitate loquitur Paul'. 2. Cor. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate, q̃ est coactionis: hilarem enim datorem diligit deus, & sic non est in proposito. Secundo modo accipitur simpl'r, & absolute, ut est deus, quia impossibile est aliter se hr̃i: & dr̃ necessarium. i. non cessans esse, nec sic est ad propositum. Tertio modo dr̃ ex suppositione, uel consequentiæ, ut ad acquirendam theologiam necessaria est grammatica, logica, philosophia. &c. Da exẽplum tuo modo ⁊ sic facit ad propositum: nã aduentus filii dei, ita fuit necessarius, ꝙ sine tali: mundus nõ potuisset restaurari, & hoc quo ad primã partem conclusionis, de necessitate aduentus christi.

¶ Sicut ergo aduentus christi fuit necessarius mũdo, ita

aduentus b. virg. Nam pręsupposita necessitate aduentus christi, in eadem necessitate & determinatione diuina: qua christus fuit prædestinatus esse filius dei: in eadem & Maria esse mater sua: uide Scot. in. 3. dist. 6. q. unica, ubi dicit ꝙ ante præuisionem lapsus Adæ, fuit prædestinatus filius dei, tanquam glorificator, & non tanq̃ redemptor: sed post lapsum, tāq̃ redemptor: hic dic processum illum, quia in primo signo intellectus diuinus uidit essentiam diuinam. in secundo signo, uidit ideas creaturarum: in quib⁹ uidit christum futurum filium uirginis & uirg. suam matrē, deinde determinauit se uoluntas diuina: iste autem actus prædestinationis, non fuit mere necessarius, quia habet respectum ad extra: sed fuit necessarius ex suppositione. &c.

¶ Probatur etiam propositū alio modo: & primo ratione locationis, siue reædificationis: & est fundamentum ciuile: Si enim tibi locaui aream, hoc pacto. s. ut ædificares in ea domum, ut in illa me reciperes: qñcunq; ad te declinarem: & tu ædificasti domum, sed ex culpa tua corruit: conuenio te ut iterum reędifices: quæro an possim? certe sic, q̃a in hoc mecum conuenisti. s. ut tandiu locatio duraret, q̃diu domum ædificares. Argumentum ad hoc est tale, quia factum nō dr̄: ꝙ non durat. l. si quis aliter. ff. de solu. & l. itē si quæritur. §. si gemma. non ergo sufficit semel recipere locatorem: ita ad propositum deus locauit Adæ paradisum terrestrem: ut ex illius consta ædificaret domum, domus fuit Eua, quæ corruit, culpa Adæ hic dic sicut scis: ideo Adam debuit reędificare aliam domum quę fuit beata uirgo.

¶ Secunda, ratio dr̄ successionis, fundamentum huius habetur in auctentica licet. C. de naturalibus liberis, ubi dr̄, ꝙ filii naturales. i. bastardi, existentibus legitimis, succedere non possunt ab intestato: tn̄ possunt sibi dare unam untiam, quæ est duodecima pars hereditatis prolis: sic ergo nos non eramus legitimi, propter fornicationem Euę: dic tuo modo, legitimum matrimonium fuit unio naturarum diuinæ. s. & humanæ, accipiendo in matrem filius dei uirginem Mariam. ideo Apostolus hoc cognoscens: ad Gala. 4. ait. Nō sumus ancillę filii sed libere qua libertate deus

nos liberauit.

¶Tertia, ratio dr̃ subuentionis fundamentum autem ponit iurisconsultus, in.l.i.ff. de in integrum restitutionibus, &.l.ii.§.uerba.ff. ad uelleianũ ubi dr̃, ꝙ deceptis, & defraudatis, debet subueniri. Cum ergo diabolus deceperat primam mulierem, & consequẽter totum genus humanum, ideo debuit subueniri huic generi humano, & inquit philosophus.i.poste. diuersarum causarũ diuersi sunt effectus, sed Eua ruinam intulit mundo, ergo Maria debuit conferre gratiam.

¶Preterea fuit necessarius aduentus uirg. Mariæ, ratione ꝑfectionis, quia nisi deus produxisset Mariam, mundus fuisset imperfectus. O uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Gen.i. Dico, ꝙ uerum est quo ad perfectionem essentialem, non autem accidentalem, dicit Arist. ꝙ species creaturarum se habent sicut numeri, numerus binarius, est perfectior ternario, eo qa est propinquior unitati. Adhuc autem deus, qui est unitas simplissima, non produxerat creaturam comparatã numero binario, sed Maria fuit illa creatura, quia fuit propinquior unitati simplicissime.i. deo, quo ad gratias, quas recipit super omnes creaturas puras, & ideo exaltata fuit super omnes choros angelorum.

¶Item, nullus partus fuit perfectus, quia semper cum dolore per sentẽtiam dominicam d. In dolore paries filios tuos sed partus Mariæ fuit, sine dolore. &c.

¶Itẽ oĩs cõceptio erat imperfecta, quia in culpa, ut ps. ait, & in peccatis concepit me mater mea, sed conceptio beatæ Mariæ, fuit perfecta, quia sine peccato originali: sic etiam quo ad corpus in pulchritudine, quia post peccatum Adę non fuit corpus quin habuerit aliquid turpitudinis, sed corpus beatæ Mariæ fuit maioris pulchritudinis, iter omnes alias creaturas. quam pulchritudinem abscõdebat honesto habitu, & compositis moribus.

¶Item, quo ad animam habuit illam maiori ornatu gratiarũ, super omnes puras creaturas, quæ nunquam fuit uacua gratia dei, sicut cæteræ animæ, quia unaquæꝗ est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, ut ait Arist. ideo Augustinus summa dei sapientia, nullam in massa hu

mani generis inuenit uiam, per quam ut disposuit in mũdum ueniens eius subueniret luctuose perditioni donec ad illam, de qua, loquimur uirginem, uentum est, ⁊ ne mireris si Maria posuit finem mundo in perfectionib⁹, quia posuit finem deo: cum dicat ecclesia quia quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti.

PARS secunda dr̃ cõfiguratio, i qua ostenditur necessitas hui⁹ aduentus, reperio sæpe sæpius ꝙ quotiescũq; deus uoluit aliquid magni, in mundo producere, prius illud præfigurauit in ueteri testamento, ut dicit Paulus. 1. Cor. 10. Omnes eãdem escam manducauerũt, & iterum omnia hæc contigneb ant illis in figuris, nam deus constituens baptismum: figurauit illum in transitu maris rubri: quo aperto tanquam pariete, dedit uiam populo israelitico, ad terram promissionis, sic aqua baptismi aperuit nobis uiam paradisi, quæ promissa est nobis. Figurata fuit eucharistia per manna datum patribus, sed in hoc differt quia ipsi patres mortui sunt, qui autem manducat hoc mãna uiuet in æternum. Ioan. 6. Manna istud datum fuit post transitum maris rubri, sic istud manna eucharistię, post aquã baptismalẽ: illud induxit populum in terram promissionis, sic istud in terram promissam nobis paradisi, ideo uere appellatur uiaticum: figuratus etiam fuit baptismus in prima unctione Dauid. 1. Regum. 16. Per secundã unctionẽ crisma. 1. Reg. 2. Per tertiã, extrema unctio. 2. Reg. 5. In prima unctione Dauid non habuit potentiã, quia puer erat & pastor gregis ouium, ⁊ tũc fuit ablatum regnum de manu Saulis propter inobedientiam dei. in secunda unctione, habuit potentiam, & resistentiam, ad resistendum Sauli aduersario. In tertia habuit potentiam, & resistentiam, & præsidẽtiam, applica tuo modo: figurata fuit confessio, qñ christus misit leprosos ad sacerdotes. Luc. 17. & Leui. 13. Qñ deus præcepit, ut sacerdotes discernerent inter lepram, & lepram; figuratus etiam fuit beati Francisci aduentus, per illam uisionem Apoc. 10. Vidi alterum angelum ascendentẽ ab ortu solis, habentẽ. &c. ¶ Ad propositũ dico, ꝙ bea-

ta uirgo Maria figurata fuit. Gene.1. Creauit deus cœlum & terram, per cœlum intellige Ioachim, per terram Annam, applica proprietates cœli ad Ioachim, quia cęlum est nobilius terra, ita Ioachim nobilior erat in toto populo Iudaico, & erat conuersationis cœlestis, & sicut cęlum est illuminosum, & purum ab oī corruptione, ita ioachim fuit clarus uirtutibus & purus ab omni corruptiōe pcti mortalis, dic alias proprietates cœli cōformiter ad Ioachim: terra autem licet, sit infimum elementum, tamen propter influentiam cœlestem ornatur floribus nobilibus, & licet terra superficialiter uideatur uilis, & despecta, est tamen in ea aurum, & argentum, applica ad beatam uirginem: terra autem cognoscitur esse bona, ex colore. s. nigro, & sapore dulci: salsa autē terra, & amara prohibetur frugibus, applica: ideo potuit dicere Anna illud canti. nolite me considerare ꝙ fusca sim. &c. Nam ista est illa terra q̄ ꝑduxit fructū cētesimum: ideo dicit textus. Germinet terra herbam uirētem, & facientem semen, & lignum pomiferum, de quo semine dr̄ Gen.22. in semine tuo benedicentur omnes gentes, terra etiam est stabilis. Eccl.1. Terra autem in ęternum stat: sic Anna incōturbabilis fuit, licet esset sterilis: terra enim bona, ut fructificet multis modis cultiuatur, siue scinditur, sic Anna ieiuniis, uigiliis, orationibus. Dicit ergo text⁹, terra autem erat inanis & uacua, & tenebre erant super faciem abissi: tene. super fu. abi. Erat peccatum mortale, terra inanis, & uacua, erat Anna sterilis, & confusio. amborum, eo ꝙ tanquam maledicti reputati expulsi sunt de tēplo, & ideo dicit historia ꝙ ioachim non amplius reuerti uoluit domum, sed tanquam demens perambulabat in gregibus suis. Anna autem domi affligebatur nimis. Cum tempus appropinquasset, ut in mundum ueniret illa, quæ electa erat mater filii dei, iō dicit textus, & spūs domini ferebaẗ super aquas. s. lachrymarū Annę, propter hoc dixit fiat lux. i. Anna cōcipiat Mariā & nota ꝙ lux prius fuit creata, q̄ sol, & sol ex illa luce factus est, sic Maria ante christū & christus ex Maria conceptus est, ideo dicere poterat Ego in cœlis feci, ut oriretur lumen indeficiēs: illa lux erat

ſine macula,ſic Maria ab omni peccato originali,& actuali,dixit autem deus, fiat firmamentum in medio aquarum, aquæ ſuperiores ſunt angeli, qui nec peccare, nec mereri poſſunt. Aquę inferiores ſunt homines, qui nõ pñt non peccare,& poſſunt mereri: Maria autem tenuit medium, tanq̃ firmamentum,non potẽs pecçare,ſed bene mereri:dicit ẽt textus,congregentur aquę in unum.i.gratiæ patriarcharũ, prophetarum,⁊ omnium ſanctorum in unum.i.in Mariam & ſequitur congregationeſq; aquarum, uocauit maria, ſic congregationes gratiarũ uocauit Mariam. Dicit ultra fiat Sol in medio firmamenti, ideſt chriſtus in medio uteri uirginalis; ſtellæ autem & luna,ſunt operationes eius, uolucres cœli, cõtemplationes, piſces,tribulationes, quo ad portionem inferiorem,nõ autem quo ad ſuperiorem.Ecce ergo quomodo præfigurata fuit.

¶Neceſſarius eſt etiam talis aduentus, ut deus ipſi mũdo reconciliaretur. Dum enim conſidero grauitatem peccati Adæ,propter quod deus ultus eſt nos, & ex præuiſione huius uirginis, non ita exarſit ira eius, unde imaginor ꝙ quotieſcunq; deus iraſcebatur, ꝙ ſemper placabatur ex ꝓuiſione huius uirginis maxime in diluuio & in aliis flagellis.

¶Iſta ergo eſt illa nubes lucida obumbrans nos, nam nulla creatura humana quãtum eſt ex ſui natura, potuit eſſe lucida,propter culpam tenebrarum,& cõdenſationẽ peccati, beata uero Maria munda,& lucida apparens, fuit cõtra conſuetudinem humanã, quia in ipſa Rex æternus trãſfiguratus eſt, & de furibundo iudice, mutatus eſt in piiſsimum patrem, propter multa dr̃ b.uirgo nubes lucida. primo, nubes habet fecundare, eo ꝙ inducit beneficium pluuiæ ſuper terram, habet æſtũ temperare,quia ſe interponit inter nos & ſolem,habet illuminare, quia ut dictum eſt ſupernaturaliter eſt lucida, ſic beata Maria,hæc tria pleniſsime habuit. Nam primo fuit fœcundiſsima,quia abundantiam pluuiæ gratiarum fecit in mundo deſcendere. ps.71. Deſcendit ſicut pluuia in uellus,& temperat nobis æſtum diuinæ iuſtitiæ, cum peccamus,quia etiam ſe interponit inter nos, & deum pro excuſa

tione delictorum nostrorum Nubes ẽt est omniũ imp̃ssionum receptiua, & susceptiua, sic Maria respectu gratiarum ideo Hiero. Cæteris uirginibꝰ prestaẽ gratia per partes. &c. Nubes sua leuitate ascendit, sic dic de Maria, nubes est diaphana, qa radii solares eã penetrant, & tamen ipsa nõ corrumpitur, sic Maria in concipiendo filium dei, fuit incorrupta, est etiam nubes laborãtium recreatiua, propter umbram sic applica de Maria.

¶Ista uirgo fuit, de qua prophetauit. Esa.7. Ecce uirgo cõcipiet & pariet filium. &c. Et Ezec.14. Vidi portam in domo domini clausam, & dixit dominus ad me, porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non transibit per eam, quoniam dominus deus ingressus est per eam, eritq; clausa, a principio suę formationis, unde August. exponens ait, quid est porta in domo domini clausa? nisi quia Maria semper erit intacta, & qd est ꝙ homo non transibit, nisi quia spũs sanctus fœcundauit eam, & dominus angelorum nascetur ex ea, & quid est quod erit clausa in æternum? nisi quia Maria uirgo est ante partum, uirgo in partu, & uirgo post partum. Hiere.5. nouum faciet dominus super terram, fœmina circundabit uirum, & Esa.12. Egredietur uirga de radice Iesse, ⁊ flos de radice eius ascendet, radix est Maria, flos christus super quem requieuit spũs domini, spũs sapientiæ, & fortitudinis, & sic discurre per prophetas prophetantes beatã uirginem.

¶Fuit etiã pronosticata hęc uirgo ab infidelibus. Nam recitat Aug. in lib.7. Confessionum, ꝙ Plato in libro. Qui dr̃ Platonis, ut etiam refert ethicus philosophus, in commentario super illo uerbo Boe. de disciplina scolarium. s. Platonis probata diuinitus, ꝙ in tumba Platonis inuenta est lamina aurea super pectus eiꝰ in qua scriptum erat, credo in Iesum Christum, nasciturum de uirgine, passurumque pro humano genere, & tertia die resurrecturum, & mirabũtur iusti. Videre dominum suum Iesum christum, uerbũ patris, atq; principium, cum eo cuncta componens.

¶Item, tempore quo Roma pacifica fuit per annos duodecim, ut recitat Innocentius tertius. Romani cõstruxerũt templum pacis, & consulerũt

Apollinem, quantum durare deberet, responsum fuit ab Apolline, quoadusque uirgo parturiret, & sic putauerunt istud fore impossibile, dixerunt quod in æternum duraret, & dum uirgo concepit, statim ruit.

¶Præterea etiā Innocen. tertius recitat ꝙ tempore Octauiani. in quo ipse Imperator uniuerso orbe ditioni Romanorum subiugato, in tantum Senatui complacuit, ut eum pro deo colerere uellent. Prudens autē Imperator, se mortalē considerans, noluit usurpare istud nomen immortalitatis. Ad illorum autem instātiam, Sybillam prophetissam aduocauit, scire uolens per eius oracula, si maior eo quis nasciturus esset in mundo, cum autem in die, in quo celebraī a christianis natalis domini, consilium super hanc rem conuocasset, ⁊ Sibilla imperatoris oraculis insisteret, hora circiter. Tertia, siue sexta, aere liqdo, ac purissimo existente, circulus aureus circa solem apparuit, in cuiꝰ medio uirgo quædam pulcherrima stans super Aram, puerum gestans in gremio erat. tunc Sibilla Cæsari ostendit, quod uidens, & ualde admirans, audiuit uocem dicentem. Hæc est Ara cœli, dixitq; ei Sibilla, hic puer maior est q̄ tu. O imperator Auguste: qđ audiens thura ei obtulit, & deū se appellare deinceps minimę permisit, quæ camera usq; nunc, appellatur Ara cœli, ecce qualiter necessarius fuit aduentꝰ huius uirginis.

¶Poteris hic dicere exēplum cuiusdam Iudæi, qui isto modo fuit conuersus, cum haberet filios, ut perueniebant ad septenium moriebātur, habens autem unum tantum superstitem filium, & cum esset prope mortem, consilio cuiusdam medici christiani, fecit uotū uirgini, ꝙ si filius ad uitam rediret, se cōuerteret ad fidem, & subito reuixit filius, sed tamē cæcus, idem uotum faciens mulier aperti sunt eiꝰ oculi, hic practica ut scis.

CIRCA tertiam partem, principalē intuemur, qualiter cōgruum fuit istā uirginem nominari Mariam, sed dubitare qs posset, quare angelus tacuit nomen Mariæ in salutatione? Respōdet Albertus ordinis heremitarum super hunc passum. d. ꝙ triplici de causa. Primo propter uirgi

nis excellentiam, nam excellentes personas cum salutamus, nomen proprium tacemus, & eorum excellentiam nominamus, dicendo; Aue Rex: Aue domine, salue pr̄ nā dignius salutauit eā angelus noīe nouæ excellentiæ, & dignitatis, q̄ per proprium nomen.i.gratia plena. Secundo, cum quis ad aliquod officiū eligitur, nomine officii, & nō proprio nomine uocatur, ut papa, prior, abbas, & ideo qa uirgini aduenerat officiū plenitudinis gratiæ, angelus ab officio eam uocauit.d. gratia plena. Tertio, ostendit eam excellētem super omnes creaturas puras, in gratiarum plenitudine, cum nulli tale uerbum fuerit prolatum, nec dictum.

¶Posset etiā aliquis dicere qr̄ ecclesia apposuit? cum nō deberet addere euangelio? Respondeo, ꝙ triplici ratione, primo inclinationis, quia per li gratia plena, recolit uirgini dignitatem, & per nomen Marię inclinat eam ad nostram necessitatē, ut magis per nomen suum inclinetur ad nos subueniendum, & ideo nō errauit ecclesia, apponendo Mariam in euangelio, non ergo debet apponi aliquod falsitatis, quod non potest esse ab ecclesia, cum per spiritum san ctum regatur. Secundo, ratione excitationis, quia per hoc nomen excitatur deuotio orantium, & eam salutantium. Vnde Bern. o multum amabilis Maria, cum nec nominari potes, quin accendas, nec cogitari quin recrees effectum diligentium te. Tertio, ratione uirtuositatis, quia hoc nomen Mariæ est maxime uirtutis, ⁊ maximos fruct⁹ facit fideli, sæpius uocatum nomē Mariæ, & etiam ad complacentiam eius, quia sibi multum placet dum nomen suum uirtuosissimum nominatur.

¶Sciēdum est ꝙ per.5.literas huius nominis Mariæ quinq; præclare mulieres signantur ueteris testamenti, quæ fuerunt figura.b.uirg.per.M.figurata fuit, per Micol quæ ut habetur.2. Reg.3. Tantum placuit Dauid, ꝙ cum diu stetisset extra regnū israel, noluit coniungere amicitiam cum Abner principe populi israel. nisi prius præsentasset eam, sic beata uirg. tātum placuit altissimo, ꝙ filius dei per subtractionem gratiæ existēs extra regnū mūdi, noluit illud per incarnationem ingredi, & cum eo amicitiam coniungere,

gere, nisi prius ipsa nasceretur in mundo, nam Micol interpretatur pietas, & Maria est mater pietatis, & misericordię secunda. A. figuratur per Abigoil, quæ ut scribitur. 1. Reg. 25. Fuit mulier prudentissima quæ irato Dauid occurrit, & sex munerum genera obtulit & sic prudentissime placauit eum, ut Nabar non occideretur, sic ista prudentissima uirgo placauit deum munerib⁹ suis. i. uirtutibus, & gratiis, ut non occideretur, morte æterna genus humanum. Tertia R. fuit figurata per Rachel, de qua natus est Ioseph. Gene. 33. Sic. b. v. A qua natus est saluator mūdi. Quarta p. I. Iudith figuratur quæ liberauit populum de manu Holofernis, Iudith. 13. sic b. v. liberauit populum nostrum. i. genus humanu de morte æterna. Quinta A. figuratur per Abisach. sunamitem quæ tanq̃ pulchrior & elegātior electa fuit inter omnes filias Israel. Tertii Re. primo ad ministrandum regi dauid, Sic b. v. Eccl. 24. Et inhabitatione sancta coram ipso ministraui. &c.

¶Sed animaduertamus interpretationem huius nominis Mariæ, secundum Hiero. in interpretationibus nominum, ait ꝙ hoc nomē Maria habet triplicem interpretationem, secūdum triplicem linguam.

¶Primo hebraice, stella maris, illuminata, illuminatrix. Primo, stella maris, sicut est polus mundi in parte Aquilonis sempiternæ apparitionis & præsidentiæ, per quam tanquam per Axem mouetur totum cœlum, sic dei mater, in sempiternum fulget, fulgore gloriæ, & præsidet in ciuitate dei nostri, quam Dauid describit. d. ps. Magnus domin⁹, & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, per eam tota cœlestis curia, & totus mūdus mouetur. Secundo, stella maris, habet dirigere nautas in mari, sic dei mater: habet omnes homines dirigere, & ad portum salutis transmittere. Tertio, habet uirtutem attrahendi ferrum, sic beata uirgo duros attrahit peccatores per suam misericordiam, est enim mater gratiæ, & misericordiæ, Cant. 1. Trahe me post te, in odo. &c. Quarto est, stabilis sine motus errore: aliæ aūt mouentur ad motum. 8. sphæræ, sic dei mater, habuit liberum arbitrium stabile, sine uertibilitate ad minimum peccatum.

¶ Secundo, interpretatur hebraice, illuminata, habuit .n. intellectum illuminatum, & eleuatum, magis quam alia pura creatura, unde secundum Bernar. b. virgo, dum esset in ventre matris, fuit in maiori, & sublimiori statu contemplationis, quam unquam alia pura creatura, in ætate perfecta. ¶ Tertio modo, interpretatur illuminatrix hebraicæ, ipsa enim nos in fide, & in omni uirtute illuminat secundum illud Eccl. 24. Illuminabo omnes sperantes in domino, & Nume. 14 Orietur stella ex Iacob. in ista prophetia ait Ber. super missus est. Maria est stella nobilissima ex Iacob, cuius radius uniuersum orbem illuminat, cuius splendor præfulget in supernis, & in inferos penetrat.

¶ Hoc nomen Maria, lingua latina interpretatur mare amarum, multiplici ratione. Primo propter plenitudinem & effluxum omnium aquarum. Nam licet ipsa gratiæ plenitudinem habuerit in se. Luc. 1 Omnes tamen gratias nobis effluit. Secundo ratione amaritudinis, qua fuit plena in passione filii sui. Treno. 2. Magna est uelut mare contritio tua, & ps. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. Tertio ratione multitudinis, quia sicut non possunt numerari aquæ maris, sic nec gratiæ uirginis. Quarto, quia per matrem dei, tanquam per mare, ueri Israelitæ ad portum ueniunt uitæ æternæ. ps. In mari uia tua, & semite tuę in aquis multis. Quinto, cum omnia flumina fluant. i. exeant a mari, & mare iterum intrant, tamen non redundat, nec a sua plenitudine deficit, ita etiam incomprehensibilis gratia, & misericordia Mariæ: licet in omnes influat, non deficit in seculum. Vnde Gene. 1. Congregationesque aquarum appellauit maria. i. cong. omnium gratiarum vocauit Mariã, secundum Albertum, hæc est differentia inter maria, & Mariam, quia maria media correcta appellauit congregationẽ aquarum, ideo breui tempore profertur, & durabit secundum illud mare abiit, & non est: cõgregationes autem gratiarũ, appellauit Mariam media producta, quia gratia est perpetua in uirgine gloriosa. Lu. 10. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.

¶ Tertio, interpretatur lingua sirica domina, Eccl. 24. Girum cœli circuiui sola, quia

ubiq; dominium accepit. Secundo, dicit, & in profundum abisſi penetraui, quia non ſolum minoribus dæmonibus, qui ſunt in ſuperficie terræ, nec tantum mediocribus, qui ſunt in medio inferni, ſed maximis qui ſunt in profundo dominatur. Tertio, purgatorio dominatur Maria, quia multos ex pœnis illis ſuis meritis liberat. Quarto, dominatur mundo, & primo malis iō dicit, in omni terra, inter peccatores non ſedet, ſed ſtat ipſos adiuuando, & a malo retrahendo. Secundo, bonis iō dicit, in omni populo, nā populus a polis dicitur, ꝙ eſt ciuitas, quæ dicitur ciuium unitas, & ſignat bonos in quibus eſt uoluntatum vnitas, hos ipſa adiuuat, & in gratia dei fouet, & cōſeruat. Tertio, dominatur tepidis, & ideo dicit & in omni gente, gentes enim quaſi gentiles dicūtur, & ſunt illi qui nullo bono proficiūt tales ipſa ad bonum prouocat, ⁊ inducit, eſt ergo b. v. domina cœli & terræ, & maris, ⁊ inferni, & omnis creature effecta eſt domina. Vnde Bern. Qūo ergo non ſubiicietur ei creaturę quæ effecta eſt mater creatoris.

FINIS.

## DOMINICA SECVNda in quadragesima.

### De ſummo hominis bono.

BONVM ē nos hic eſſe Matt. 17. Legitur Num. 13. Redeūtibus 12. exploratoribus, quos Moyſes miſerat ad terrā promiſsionis, & portantib⁹ de triplici excellētiſſimorum fructuum genere illius terræ, animati ſunt filii iſrael ad prælium, ut terram illam obtinerent, ſcientes eā tam uberem, & fœcūdam, ſed audientes terram illam habere gigātes de terra Enach, magnos, & potentes, commoti, ⁊ turbati ſunt: dicebant enim utinam mortui fuiſſemus in ægypto: cur uenimus huc, ut nos, & paruuli noſtri, morte moriamur: tantus igitur ſtupor fuit, ꝙ nullatenus ingredi uoluerunt, ſed remanſerūt in deſerto, ubi fere omnes mortui ſunt, ſpiritualiter xp̄s volens populum chriſtianū, quem ab Egyptiaca ſeruitute

liberauit, ducere ad promissam beatitudinem, per duodecim apostolos suos, fructum beatitudinis prædictæ nobis manifestat. Animari igitur debemus, desiderio talis patriæ, in qua tanta est magnitudo dulcedinis, quam non sufficimus cogitare, & pugnare oportet contra genus hominum Enach. i. contra uitia, & peccata, quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit: sunt tamen q̃ plures, prius cupientes reuerti in ægyptum, super ollas carnaliũ affectionum, & exponere se mortis æternæ periculo, in præsentis vitæ deserto, q̃ ex modico labore, ad tam sollemnem patriam festinare: hi bene de ægypto sunt, quia carnalium caligine inuoluti, nequaquã possunt, quanta sint æternæ beatitudinis gaudia intueri, sed nescientes quid loquantur, cum apostolo Petro, asserunt, dicẽtes. Bonum est nos hic eẽ. De isto ergo sũmo hois bono tria pscrutabimus, vз.

¶ Primo, differentem uariationem.

¶ Secũdo, catholicam determinationem.

¶ Tertio, veridicam applicationem.

Quantum ad primum, sententia est summi peripatetici in tertio de anima, & in. I. ethic. Tres esse uires quę hominum animos prædominant. vз. cõcupiscibilis, cuius obiectum est bonũ delectabile, irrascibilis, cui⁹ obiectũ ẽ honor, & rõnalis cui⁹ obiectũ est speculatio, ⁊ maxime substãtiarũ separatarum: ſm has tres uires fuerũt tres iuuenes qui simul disputantes, quærebant quis nã esset finis hominis, & unus dicebat delectationem in obiectis quinq; sensuum exteriorum, alius honorẽ, & alius speculationem, unusquisque secundum uim in ipso prædominantem, & dum sic altercarent, affuit inter eos quidam & forte angelus dei, qui perspectis iuuenum desideriis, dixit eis. Venite post me, ducã uos ad omnes huius mũdi sapientes, quorum opiniones perscrutantes, tandem ueritatem huius rei inueniemus, & euntes, & ascendẽtes per quẽdam montem, in cuius latere inuenerũt preciosissimum palatium. ¶ Et introeũtes cõspexerunt principem Auicẽnam, & interrogantes quis esset finis humanæ naturæ, quibus Auicenna, nunquid non omnes dicunt beatitudinem esse in cœlo? & ad hoc ut co-

gnoscatis: oportet cognoscere intelligentias, & quamuis ista intelligentia quæ residet in ultimo cœlo, sit ultima intelligentiarum: tamen in ista est beatitudo, & finis noster, & probo nam dicit auctor de causis, quod unumquodque natum est reuerti ad suum principium, & tunc est perfectum, sed ista intelligentia est nostrum principium, quia produxit nos: ergo in ea est uera beatitudo, & qđ ita sit, talr de claro, ait Plato, quod ab uno principio simplicissimo, nō potest produci nisi unus effectus, per illam regulam, idem manens idem semper natum est facere idem, sed prima intelligentia, quæ est deus, est quoddā simplicissimum, ergo non potest producere nisi unum effectum, unde deus ab æterno intellexit suam essentiam, & intelligendo eam: produxit unam intelligentiam, quæ ió dr̄ intelligentia quia ab actu intelligendi producta, & dicimus quod deus est agens naturale, & ideo sicut agens naturale non habet substantiam sui actus in suo posse, ita nec etiā modum actus, sed agit secundum ultimum suæ potentiæ, secūdum Scot. ideo produxit unam intelligentiam perfectam, & imposuit sibi nomen Chariel, quasi sibi charissima ista autem intelligentia, quia erat composita ex esse, & essentia, siue ex quo est, & in quo est, ió potuit plura pducere, & sic in primo actu quo intellexit suum principium. i. deum esse summæ necessarium, produxit unam intelligentiam, & intelligendo se, non esse summæ necessariam, produxit animam, quæ erat acta nata informare orbē, deinde cognoscendo quod non poterat beatificari nisi in sua causa, produxit orbem, & sic producte fuerunt omnes aliæ usque ad orbem lunæ. ultima intelligentia non potuit aliam producere, quia non erant necessariæ plures intelligentiæ, sicut nec plures orbes, unde ista intelligentia ultima coniuncta istis inferioribus, omnia producit, quādo ergo anima nostra erit perfecte coniūcta cū ipsa ultima intelligentia, & uidebit ipsam per essentiam, in ipsa beatificabitur, ita quod hæc est uera beatitudo, & finis humanæ naturæ. ¶Prædicti iuuenes talem opinionem intelligentes admirabantur, & ultra progredientes, peruenerunt ad summitatem eiusdem mōtis, & ibi inuenerūt, speciocis-

mum gymnasium multorum philosophorum loquentium de felicitate, & perfectione intellectus. Et primus dicebat, ꝙ felicitas cum sit quoddã eminentissimum, non debet dari in infimo loco, sed in eminentissimo: quapropter relictis omnibus elementis, & omnibus cœlis, ascẽdere debemus ad primum mobile, super qđ nihil aliud reperitur nisi solus deus, sed oportet ꝙ uos sitis ꝑparati in intellectu, & habeatis cognitiõem omnium scientiarum perfecte, ita ꝙ nihil restet ad intelligendum, & cum intellectus sit, quoddam illuminatum ex potentia sua cum intelligit substantias separatas, anima est perfectissime beata, & ista fuit opinio Arist. 12. Metha. Secundus fuit Auerrois in commento tertii de anima, & 12. metha. ꝙ anima nostra non est intellectus proprius, sed est deforis adueniens, & ꝙ est duplex, uidelicet intellectus possibilis, ⁊ intellectus agẽs, & iste sunt duæ intelligentiæ separate, ita ꝙ anima nostra non intelligit nisi per istas substantias separatas, & intelligendo ista inferiora incipit fieri quidam intellectus, qui dicitur intellectus in habitu, qui subiectuatur in potẽtia cogitatiua, quñ autem perfecte intelligit, ista inferiora, est completus intellectus in habitu, & tunc ille intellectus informabitur in anima ita ꝙ ipsa anima omnia intelligit per ipsum intellectum agentem, & essentiam eius. Tertius, fuit quidam qui dixit deus & natura nihil producunt frustra, sed nos habemus desiderium intelligendi quod quidem nõ complet̃ in istis inferioribus, ergo oportet compleri intelligendo superiora, in quorum intelligẽtia anima erit quieta, ⁊ beata. Quartus, fuit Alexander Aufrodosius dicens, quando aliqua potentia est perfecta, tũc perfecte operatur, & probat primo cœli, sicut se habet res ad esse, ita ad operationem, sed tunc anima est perfecta, quãdo habet intellectum habitualem imperfectum, ꝙ nõ est aliud nisi completio omnium specierũ. Quintus, fuit Temistius. d. sicut intellectus imperfectus potest intelligere omnia quæ sunt intelligibilia ĩ potẽtia. i. omnia corporalia & illa oportet denudari a cõditionibus corporalibus a fortiori intellectus perfectus intelligere poterit ea quæ sũt in actu intelligibilia, & talia

sunt substantiæ separatæ, & in telligendo eas, anima est beata, & quieta. Sextus, fuit quidã alius philosophus. d. intellectus potest intelligere quiditates non habẽtes ulteriores quiditates, ergo potest intelligere substãtias separatas, maior patet, quia quiditates substantiarum separatarum non habent ulteriores quiditates quod autem anima possit intelligere quiditates non habentes ulteriores quiditates, deueniendo ad unum, patet per omnes philosophos, & theologos.

¶Hiis auditis ille iuuenis qui habebat prædominium uirtutis rationalis, dixit o socii. Bonum est nos hic esse, credens summum bonum, & felicitatem esse in speculatione substantiarum separatarũ, ut declaratum fuit supra ab illis philosophis, sed angelus comes increpãs eos, dixit, nõ est bonum uos hic esse, quoniam nec felicitas potest esse in contemplatione, uel speculatione illius ultimę intelligẽtiæ, nec in speculatione substantiarum separatarum, nõ primo, & probo a sufficienti partium enumeratione, ut arguit Arist. contra Parmenidẽ, & Mellissum. 1. phy. Ponentes omnia esse unum. Dico ergo ꝙ anima quæ intuetur istam ultimam intelligentiam, aut uidet ipsam esse finitam, aut infinitam, si uidet ipsam esse finitam, ✱ insanum est dicere ꝙ sit beata, nunquid non erit insanus qui diceret phialam non plenam uino esse satiam? sed dic nunquid anima habet profunditatem in se? certe maximã habet profunditatem, quam fecit ille qui dixit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram, & est tanta ampla illa profunditas, ꝙ illa intelligentia non sufficit implere eam, unde Aug. anima eius ipsa capax est, cuius imago est. Si dicas, uidet eam infinitam, tũc es in maiori insania, nũquid possibile est ꝙ infim᷒ possit esse felix, & indigniori parte sui, sed anima uidens ipsam infinitã, est infirma indigniori parte sui. s. in intellectu, dicit. n. Arist. 6. ethi ꝙ uerum, & bonum, sunt in intellectu, unde Ambrosi᷒ sicut ueritas est sanitas intellectus, ita falsitas est infirmitas eius: hinc Augustinus nihil tam insanum est, ꝗ opinari, ꝙ falsa opinione qs sit beatus. Aut uidet nec finitam, nec infinitam, & tunc impossibile est ꝙ sit beata: eo

ꝙ haberet desiderium ipsam cognoscēdi, & ideo nullo modo in ipsa potest esse beata, & redarguo rationem contra te, quia creans quemadmodū creat, ita beatificat, sed nulla causa secunda : potest creare nisi in uirtute primę, ergo. ꝛc. dicit enim Arist. 6. Animalium & proculus in lib. de causis, ꝙ prima causa magis influit in generatione, ꝙ secunda causa, ita etiam in beatificatione & sic patet responsio, quo ad primum. ¶ Quo ad secūdum .s. ꝙ felicitas non potest esse in speculatione substantiarū separatarum, quia speculatio abstractiua est imperfecta, ut docet Sco. in. 1. d. 2. q. 4. Anima autem non quietatur in hac, qa est illimitata, ut dicit Scot. ibidem ergo desiderabit uidere per cognitionem intuitiuā in qua est uera beatitudo, ut dicit Sco. in. 1. d. 23. Vnde Paulus. 1. Cor. 3. Videmus nūc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, & secuti est, etiam qa intellectio abstractiua, repręsentat diminutiue: ista autem sapientia naturalium philosophorum nō est uera sapientia, secundum illud Hiere. 8. Quomodo dicitis sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? uere mendacium operatus est stilus mendax scribarum, confusi sunt sapientes, perterriti & captiui sunt : uerbum enim domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis, & paulus ad Rom. 8. Sapientia enim carnis, mors est, & ibidem, sapiētia carnis, inimica est deo, & 1. Corin. 1. Non enim misit me christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux xp̄i & ibidem, scriptum est enim; Perdā sapiā sapiētiū, ꝛ prudētiā prudentium reprobo, & ibidem, non cognouit mundus per sapientiam deum, & 1. Cor. 2. Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuabilibus humanæ sapiētiæ uerbis, sed in ostensione spiritus, & uirtutis, ut fides uestra nō sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei, ibidem: sapientiā autem loquimur inter perfectos, ibidem, sed loqmur dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, & 1. Cor. 3. Siquis uidetur inter uos sapiēs esse, in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens: sapientia enim huius mūdi stultitia est apud deum. ¶ Viso qualiter non erat bonū illis iuuenibus esse in sapientia humana, & naturali, ultra progredientes,

peruenerunt ad quandam ciuitatem opulentam, & potentem, in quam introeũtes, viderunt viros graues, barbatos, & venerandos, qui prætẽdebant effigiem Socratis, Platonis, Catonis, uestitos græco, & Romano more, qui ordinaliter positi, loquebantur de virtutibus moralibus, de politica, iconomica, ethica, de iustitia distributiua, & cõmutatiua, qua regitur res publica, de fortitudine non tantum in animo, sed etiam in armis, item de prudẽtia quę est habitus informans intellectũ practicum, ut sit magis dispositus ad dirigendam uoluntatem, ad actum elicitum & imperatum, & hanc prudẽtiam necessariam esse dicebãt & esse aurigam, & ducem omnium uirtutum moralium, quia illi nesciunt uitare extrema vitiosa, qui non illuminãtur prudentia, quæ ducit per medium extremis uitatis, & adducunt dictum Arist. diffinientis virtutem, in qua posuit habitum prudẽtiæ. d. virtus est habitus electiuus, in mediocritate consistens, prout sapiens. i. prudens recta rõne determinauit. ¶Et primus ex illis Zeno princeps Stoicorum, asserebat summum bonum, & finem humanæ naturæ uirtutem esse, qa tale summum bonum est in anima, & in digniori parte eius, sed dignior pars animæ est uoluntas, ergo in actibus uoluntatis consistit tale summum bonum, uel beatitudo, & in sua perfectione, sed perfectio voluntatis est uirtus, ergo in virtute stat beatitudo, sed nõ in quacunq; uirtute, vnde dicebãt, nos ponim⁹ quatuor status, secundum quos pauci dicuntur beati, iuxta illud Virgilii, supernas euadere ad auras, hic labor, hoc opus, pauci quos equus amauit Iuppiter, & primi dicuntur brutales, q sequuntur uiam sensuum. Secundi dicuntur ciuiles, qui solum interius peccant. Tertii dicuntur purgantes, eo q̃ amputant primos motus. Quarti, dicuntur Heroici qui omnes amputant motus, & habẽt virtutem perfectam, istos nos dicimus beatos. Ratio, qa beatitudo propter se appetitur, sed talis est virtus, quæ propter se appetitur, patet ẽt quia maior felicitas non potest haberi, quam esse similis deo, quia deus est, quo maius excogitari nõ potest, per Anselmum in Monologion. 13. c. & omnes nostri approbãt dif

finitionem Mercurij Trimegisti; qui dixit ꝙ deus est circulus q.d. cui nihil pōt addi, sed virtuosus est similis deo, ut ait Plato, vir bonus, & iustus, est similis deo.

¶Idem astruebat alia ratione, optimum quod est in homine est anima, in ipsa sunt duæ potentiæ, videlicet, voluntas, & intellectus quarum dignior est voluntas (ut diximus) quæ est libera per essentiam, ut dicit Sco. in. 1. dist. 3. & in ipsa subiectuātur virtutes, & dicit Arist. 1. ethi. ꝙ pro summo præmio virtutum, daī honor, ergo in virtute, & in honore, stat beatitudo, item illud propter quod omnia vilueruut est vera felicitas, sed honor est huiusmodi, vt patet, in Quinto Curtio, q morte sua patriam, & Romam, liberauit a voragine, item dicitur. 7. phy. ꝙ in mouentibus, & motis, non est processus in infinitum, ut in actibus primis in ipsa substantia, unde dicitur. 10. meta. ꝙ in quocūque genere est vnū, quod est metrum, ⁊ mensura, omnium quæ sunt in illo genere, & sic dicimus ꝙ deus benedictꝰ est metrum nostrum. ipse enim, ut dicit Sco. in. 1. dist. 2. Per excellentiam suam continet in se omnia eminenter, & ideo illa creatura quæ magis appropinquat isti perfectioni, est pfectior aliis, & secūdo de anima dicit, ꝙ homo est dignior aliis creaturis, eo ꝙ continet in se perfectiones omniū creaturarum, continet enim esse cum lapidibus, tres proprietates vegetatiuas. s. viuere, crescere, & producere, habet tres proprietates creaturæ sensitiue, de quibus Aristo. in lib. de anima, dicit, ꝙ sunt tres. s. Apphensiua, deliberatiua, & secū dum locum motiua, sicut ergo est metrum homo, quo ad actum primum, ita etiam est metrum quo ad actum secundum. i. operationem, nam dicit Arist. 1. cœli, ꝙ sicut res se habet ad entitatem, ita ad operationem, quæ est actus secundus, cum ergo felicitas cō sistat in actu secundo, secundum omnes peritissimos. ille ergo erit actus perfectissimꝰ. qui magis appropinguat proprietati ipsius dei, tanquam actui secundo, sed proprium dei est, regnare, & habere honorem per Apostolum. 1. ad Timo. 1. Regi seculorum immortali, & inuisibili, soli. d. h. & gl͞ia, ergo in regnare, & habere honore, est beatitudo, ⁊ sic in virtute, quia honor est

præmium virtutum,ergo.&c. talia uirtutum audiens iuuenis qui prædominium habebat uirtutis irascibilis, cuius obiectum est honor (ut diximus supra) dixit; o socii bonū est nos hic eē; cui Angelus, non est bonum vos esse in virtute,aut in honore.

¶Non in honore, quia Arist. 1.ethi.ait, illud quod non est in potestate nostra, non potest esse summum bonū, sed honor est huiusmodi, quia ē in honorante,& non in honorato.ergo.&c.Item Aug.in libro cōfessionum, ponit tres regiōes, unam superiorem in qua est pax. Aliam mediam in qua est bellum, aliam inferiorē.s.in terra, in qua est timor. cum quo non potest stare felicitas,ideo ad primam dico, ꝙ boni non exaltantur hic, sed solum in æterna felicitate,q a hic non bene prę miantur, ad secundam dico, ꝙ honor ille vilificatus est a multis,ut patet de apostolis,& martyrib⁹, de quibus dicitur ꝙ ibāt gaudentes a conspectu consilii, &c.ad tertiam cōcedo, quod beatitudo consistat in regnare,tamen illud debet esse perpetuum, ꝙ non datur in hac uita, patet de propheta Dauid, de paruulo pauperculo subleuatus fuit ad regnum,& potentiam maximam, interrogatus si esset contentus, exclamauit.d.satiabor cum apparuerit gloria tua,& Aug interrogat⁹ si homo posset hic beatificari; respōdit sic,si posset probari,deum esse insipiētem,sed hoc nō, quia scriptū est, sapientiæ eius non est numerus,& iterum Aug.ait, fecisti nos domine ad te, & inqetum est cor nostrum, donec quiescat in te.

¶Non in virtute, quia habetur.1.ethic. illud quod est commune bono, & malo, nō potest esse felicitas,sed virtus est talis, ergo in sola virtute, nō potest esse beatitudo. Ad Platonem dico, ꝙ ipse posuit tria bona.s. bona animæ, ut sunt uirtutes,bona corporis, ut sunt pulchritudo, sanitas, fortitudo, bona fortunæ, ut sunt diuitiæ, honores, dignitates,& tamen dicit, ꝙ nullo istorum bonorum est fruendum,sed solum deo, non ergo in uirtute morali est ipsa felicitas, sed in uirtute spirituali,de qua habetur. Luc.24. Induamini virtute ex alto, Eccle.11. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute,de qua loquebatur Paulus.2.Cor.12. Libēn

ter gloriabor in infirmitatib⁹ meis, ut inhabitet in me virtus christi,& ſequitur:nã uirtus in infirmitate perficitur, & Iudith.5.Dedit eis deus cœli uirtutem reſiſtendi, iſta eſt uera virtus per quam peruenitur ad illud ſummum bonum,& felicitatem, ⁊ non per virtutem ſolum moralem, de qua pōt dicere moralis aruit tanquã teſta uirtus mea.p̃s.21 & p̃s.30. Infirmata eſt in paupertate virtus mea,& p̃s.37.dereliquit me virtus mea.

❡Tertio,intelligentes qđ nō erat bonũ eos eẽ in virtutib⁹ moralib⁹,p multos dies itinerantes,intrauerũt pulchrũ nemus ſtipatum arboribus uirẽtibus,& p̃ciosis,redimitis pulcherrimis floribus odoriferis quorum varietas, & pulchritudo, & ſuauitas, magnam ſenſui viſiuo,& olfactiuo delectationẽ inferebãt, & inuenerunt palatium ſpacioſum, & latum,in quo erant utriuſque ſexus iuuenes pulcherrimi, induti ſericis, & aureis veſtibus,redimitis gemmis,⁊ lapidibus precioſis,& intrantes palatium,audierunt diuerſorum inſtrumentorum, atq; humanarum uocum, cantantium,ſuauiſsimam armoniam & diſcurrentes per palatium, inuenerunt menſas appoſitas ornatas cibis precioſiſsimis, poſtremo viderunt ibi lectos per thalamos linteaminibus ſubtiliſsimis & albis ornatos, ſericiſq; coopertoriis, & aureis cooptos,⁊ intellexerũt q̃ ibi erãt Epicurei, liquali poſero la loro felicita nelle uoluttati.

❡Iui era Ariſtippo conditore della ſetta cirenaica, q dixit, che la uolutta felicitaua, & contentaua l'huomo, prouando queſto per quel detto di Ariſt.1.ethic.id bonum eſt, quod omnia appetũt, ſed omnia appetunt uoluptatem, ergo.&c.

❡Eraui Eudoxus philoſoph⁹ aſtrologię conſultiſsimus, & multo familiare de Platone, putabat iſte voluptatẽ eſſe, q̃lla che contentaua l'appetito humano,& ratio ei⁹ erat, perche vedeua tãto rationali come irrationali affetare queſta volutta, & pareuano le ſue ragioni probabile,quia ſi dolor per ſe ab omnibus fugiendus eſt, tanquam ſummum malum, ita voluptas ab omnib⁹ eſt expectanda.

❡Exemplum habemus di q̃llo voluttuoſiſsimo,& a la gola & al vẽtre deditiſsimo chiamato Sardanapalo Re d'Aſsi-

rij questo scrisse nel 'Epitaphio sopra la sepoltura che solo quello era stato il suo, che haueua mangiato, & beuuto, & quello che per libidine n'haueua pigliato.

¶ Hinc Philosenus posuit il sommo contento dell'appetito humano, nella uolutta del gusto, q optabat habere collum longum, come la Gru per gustare lungo tẽpo la dolcezza de cibi.

¶ Xerses ille Rex maxim' Persarum, statui & ordinò, che fusse dato gran premio, a chi ritrouaua nuoue volutta. Et isti omnes asserebant summũ bonum esse in delectatione quinq; sensuum exteriorum, & astruebant, tali ratione, actiuo & passiuo debite approsimatis, & non impeditis, sequtur actio, sed obiecta sensibilia, se habent ut actiua, & potentiæ nostræ ut passiue, ergo istis approsimatis, sequitur actio. s. delectatio, in qua est finis hominis, item voluntas coniuncta appetitui sensitiuo, contristatur sensui, circa obiectum tristabile, & delectatur sensui, circa obiectum delectabile, in qua delectatio ne cum sensu, volũtas est beata, & hæc est finis humanæ naturæ.

¶ Ista opinio illis nõ placuit, & recesserunt & venerũt prope quandam ciuitatem magnam, ubi erat portus maritimus, & quidã fluuius magnus & tã in fluuio, q̃ in mari, erant multæ naues diuersis mercibus onuste, & ostensis multis preciosis, uiderunt infinitas mercimonias, & præcipue in quibusdam mensis paratis, erant infinitæ pecuniæ, & in crateris aureis, & argenteis, uidebantur lapides preciosi, sine numero, & gemmæ, & margaritæ, & vnus ditior illis qui uidebatur similis Dario, & Creso affirmabat finem hominis esse in diuitiis huius mundi, secundnm illud Boe. 3. de consolatione phi. d. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus, sed diuitiæ sunt huiusmodi, ergo &c. Et probatur quia diuitiæ continent omnia desiderabilia, & omnia ei obediunt, ut ait Salomon. Eccl. 10. Item felicitas includit omnium sufficientiam, sed hoc est in diuitiis. ergo. &c. Hinc Arist. in lib: de bona fortuna dicit, sine exterioribus bonis, quorum domina est fortuna, non cõtingit hominem esse felicem.

¶ Tu hai di questo: essempio di quello Caligola Imperato

re Romano, ilquale stimaua che l'oro era la somma beatitudine dell'huomo: costui cõ i piedi nudi andaua sopra il thesoro suo spaciando, & q̃nque si uoltaua sopra quegli danari.

¶Scriue Herodotto, di vno che si chiamaua Alemeon greco, questo era uestito d'una gran tonaca, & le scarpe erano molto grandi, ando al thesoro di Creso promettendogli cosi; prima riempiti le scarpe d'oro, dopo omnes sinus illius uestis, & il petto, & la bocca, & le mani haueua piene, talche nõ huõ pareua, ma mostro: isti oẽs summum bonum in diuitiis asserebant, ut supra diximus, quod audientes iuuenes prædicti obstupuerunt.

¶Et intrantes in ciuitatẽ cõspexerunt, statuas eneas, marmoreas, aureas, & argenteas, equestres, & pedestres, uirorũ & mulierum appetentium, in gloria mundana magnificari.

¶Scriueno li hystorici di Temistocle Atheniense, che la notte andaua in puplico, per non dormire, & addomandãdogli alcuni quale era la causa di tanta uigilia, che poco o mai dormiua. Rispose; Melciadis tropheis, & gloria me a somno suscitari.

¶Hauemo l'esempio d'Alessandro magno, che per le grã cose & fattioni gli fu trouato questo nome magno, era questo d'un petto, & uolonta insatiabile alla gloria, & lode, intendendo d'Anasagora ch'erano in numeri mũdi, & questo per autorita di Democrito suo precettore, disse Alessandro; Heu me miserum, qa nec uno quidem mundo potitus sum.

¶Item Cesare Imperatore, ritrouandosi in Hispagna, appresso al Tempio di Hercole, & contemplando le gran cose fatte d'Alessandro magno nel tempo della sua giouentu, quale erano dipinte nelle mura di quel tempio, si dice, che lagrimo, & disse; che in quella eta fatto non haueua si gran cose.

¶Anchora si legge d'Annibale Penorum, quello inclitissimo Imperatore, che parlãdo a suoi caualieri nella pugna Canense, disse; che solo la gloria & l'honore era la merce de le sue fatiche dicens. Mihi magna satis, sat uera, superq; bellandi merces sit gloria, cætera uobis.

¶Item, tanta era uscita questa cupidita nella mente de i

mortali, che alcuni non possendo fare fama, & acquistare con uirtu, la uolsero acquistare con sceleraggini, onde recita Valerio Masimo, che ui fu uno chiamato Herostratus, quale abbruscio il tempio di Diana Ephesia, quale edificio di bellezza, & di grandezza fu cônumerato fra i sette spettacoli del mondo, & questo per diffundere & spargere il suo nome per il mondo. Et isti omnes constituebant finem suum in fama, & gloria, tali vtentes ratione: vltimus finis est perpetuo viuere, sed homines viuũt perpetuo nomine & fama, vnde non dicũtur mortui quorum fama, & gloria, adhuc manet, item, felicitas hominis est quiescere ab omnibus molestiis, sed potentia, & dignitates, excludũt omnes molestias, nam reges, Imperatores, & omnes potentes, habent quicquid appetũt omnes inferiores obediunt illis ad Nutum, nec quisquam audet contendere contra eos possunt oblectari in omnib⁹, in cibis, in venereis, in vestib⁹ pretiosis, in ocio viuere, in amplis palatiis, & dicunt dii terræ, & quisquis quærit illis placere ab oĩbus laudat. &c. Et sic habes primam partem.

In secunda parte elucidabim⁹ catholicam determinatiõem. Nunc autem ad responsiones veniamus, his auditis, iuuenis cui inerat p̄ dominium virtutis concupiscibilis, dixit. O socii, bonum est nos hic esse, cui angelus, non est bonum vos esse in diuitiis, non in fama mundana, nec in voluptate.

Primum constare potest, nam dicitur .x. ethic. Beatitudo est vltimus finis, & appetitur propter se, sed diuitiæ nõ sunt vltimus finis, nec appetũtur propter se, sed propter aliud. Item, secundum Arist. ibidem, finis satiat, & quietat diuitiæ non satiant, sed potius accendũt appetitum. vnde Senec. ad Lucil. Naturalia enim desideria infinita sunt, a falsa opinione nascentia, vnde desinant non habent. Exẽplum haberi potest de Alexãdro, qui postquam adeptus est quasi totius mundi imperium, aiebat, ꝙ totus mũdus ei non sufficiebat, vnde iuuenalis Satyra decima ait, vnus palleo iuueni non sufficit orbis æstuat infel x angusto limite mundi: loquitur de Alexandro Macedonico, palla

vrbs Macedoniæ eſt. O ardentiſsima ſitis opum terrenarū, quæ nunquam extinguitur, o fames inſatiabilis, quæ quanto magis comedit, tanto magis appetitus creſcit, iuxta illud creſcit amor nummi, quātum ipſa pecunia creſcit.

¶Præterea dicit Ariſt. 5. ethic. ꝙ beatitudo eſt bonum delectabiliſsimum, & pulchrum, diuitię autem ſunt cauſa multorum incommodorum, vnde. 1. ethico. Multis cōtingunt detrimenta ex diuitiis: & multi perierunt per illas; ſunt.n. multis cauſa damnationis, qs poſſet numerare quot incurrunt in interitum gehenne infernalis propter diuitias? ob cupiditatem nanque diuitiarum, fiunt rapinæ, furta, violentiæ, viæ implentur latronibus, mare infeſtaī a pyrratis, fiunt ſimonię, depredationes, vſuræ, fraudes, iniuſtitię, & omnia mala, ideo multi naturales illas contempſerunt.

¶Hauemo l'eſempio di Crate Thebano (vt dicunt hiſtorici) che butto un gran peſo d'oro, dicendo; non puto me poſſe ſimul, & diuitias, & virtutes poſsidere.

¶Zeno vdita la ruina, & deſtrutione della ſua ſubſtantia, diſſe: iubeat fortuna, me expeditius philoſophari.

¶Democrito anchora per vacare piu al ſtudio delle lettere, dono tutto il ſuo patrimonio.

¶Anaſagora le ſue poſſeſsioni inculte abbandono, ſtimādo piu la dottrina, & le virtu, che le ricchezze, & pero diſſe, non eſſem ego ſaluus, niſi iſte poſſeſsiones periiſſent, & hoc maxime, quia diuitiæ acquirūtur ex iniquitate, ideo Hiero. Diues aut iniquus, aut inique hæres, & Gloſ. ſuper Illud ſaluatoris, facite vobis amicos de mammona iniquitatis .i. de diuitiis, quæ ex iniquitate proueniunt. Et Virgilij qd non mortalia pectora cogis, auri ſacra fames, & Paulus. 1. ad Thimo. 6. Qui amant diuitias incidunt in tentationes, & in laqueos diaboli, & in deſideria ſtulta, & noxia, quę demergunt homines in interitū & in perditionem. vnde in pſ. 26. Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum, & pſ. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, quia Pro. 11. Diuitię non proderunt in die vltionis, & quia diuitiæ non proderūt, non diues, ſed pauper dici poteſt peccator, iuxta illud Pro. 13. Eſt quaſi pauper, cum in multis diuitiis ſit.

Ratio,

Ratio, quare homo satiari nõ potest in bonis istis tẽporalibus est, quia a mathematicis, & geometris asseritur, q̃ figura triangularis, debet repleri aliquo triãgulari, & nullo modo potest repleri circulari, cũ ergo anima nostra sit perfectissima species triangularis, quæ habet angulos æquales, nõ solum duobus rectis, sed etiam inter se, ideo non poterit repleri nisi ab aliquo triãgulari, in ea sunt insignia patris, & filij, & spiritus sancti, uidelicet memoria quæ est patris, eo q̃ pater generat filium in quãtum memoria in eo est, intellectus qui est filii qui gignitur a patre, in quãtum noticia, quæ subiectuatur in intellectu, in eo est etiam voluntas quæ spiritui sancto attribuitur, eo q̃ ipse spiratur a patre, & filio, in quantũ amor, qui subiectuatur in voluntate: cum autẽ facimus ista tria tabernacula, vnum patri, in memoria, aliud filio, in intellectu, aliud spirituisancto in voluntate, tunc est perfectæ satiata anima nostra, & cum sit q̃d omne quod est in mũdo sit figuræ circularis, nõ poterit quicquid est in mundo, ipsam replere.

¶ Quantum ad secundum nõ est bonum nos esse in fama mundana, & honore, quia dicit Arist.1.ethico. Honor non est in eo q honoratur, sed in honorante (ut supra diximus) & ideo non potest in ipso esse felicitas, nec in potentia, vel fama, quia beatitudo est status quietissimus, sine bello labore, atq; timore, & periculo, vt declarat Aug.22. de ciuitate dei, sed habitis honoribus, & dominijs huius seculi, statim, homo subiicitur multis laboribus, timoribus, & periculis, ergo. &c. Vnde Grisost. Semper enim grãdis potestas maiori timori subiecta est, sicut enim ramos arborum in excelso positarum, etiam si leuis aura flauerit mouet: sic etiam sublimes homines, leuis nuncius conturbat, humiles autem sicut in connallæ, plerunq; in tranquilitate consistunt.

¶ Præterea illud non potest beatificare hominem, quod non est stabile, quia felicitas est bonum stabilissimum, ut dicit Arist.10.ethi. sed dominia, & potentiæ mundi, non sunt stabilia. Nam hodie dantur vni, cras tolluntur ab eo, & dantur alteri, & verificatur illud Pro.14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii

luctus occupat, hāc mutationem considerans. Ouid. in li. de pomo sic ait, omnia sunt hominum, tenui pendentia filo, & subito casu, quæ valuere ruunt; ideo non lętentur magnates, & potentes, quia semper sunt in metu, ne cadant, & aliquando ruunt, & tandem ad inferiora loca miseriarum detrudentur, quia ex quo deberent fieri grati, benefici, & pii, efficiuntur ingrati, superbi, cupidi, impii, iniusti, & merito damnabuntur. Vnde Augustinus vitium feruentissimum, est amor laudis, & gloriæ, & come dice quella mordacita Persiana, egregium cū me vicinia dicant, non credā. & quello tragico poeta, o doxa, o doxa, o gloria, gloria qd aliud es, q̄ aurium inflatio magna? si gloriaua Democrito philosopho, che in Athena visse molti anni incognito, veni inquit Athenas, & nemo me nouit, quasi dicat, non mi curo di gloria, & di honore, quali presto mancar potranno, & ideo. 1. Mach. 1. sanctifica tio eius, desolata est, sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata ei⁹ in opprobrium, honores eius in nihilum, & Sapien. 4. Sine honore erit, nouissima senectus illorum, & Sapiē. ibidem, & erunt post hæc, decidentes sine honore, apparet qualiter nō est bonum nos esse in honore.

¶ Ad tertium dicimus, non esse bonum nos in voluptate esse, non in delectationibus corporis. Ratio est, quia dicit Arist. ꝙ potentiæ nostræ sensitiue, non quietantur nisi in perfectissimis obiectis: quàmuis enim potentia uisiua delectetur inuidēdo colorem pulchrum, tamen nūquam quietatur, nisi videat colorem, in quo contineantur perfectiones omnium colorum. ita potentia auditiua si sentiret vnum solum instrumentū musicale, non quietaretur, sed oporteret ꝙ esset vn⁹ sonus, q continerent omnes armonias, & concordantiam omnium sonorum, & hoc haberi non potest in præsenti uita.

¶ Item obiecta sensibilia nō possunt esse finis humanæ naturę, quoniam homo per beatitudinē excedit omnia alia animalia, quia ipse solus est beatitudinis capax, ut habetur in. 2. sen. di. 1. Sed voluptas corporis, est communis animalibus brutis, quæ in sensibus delectationem capiunt. immo tales qui in voluptate

felicitatem constituunt, non homines, sed pecudes existimandi sunt: contra quos loquitur Arist.1.ethic. Multi quidem omnino bestiales esse videntur, uitam pecudum eligẽtes. Et Boe.3. De consolatione tristes sunt voluptatum exitus, siquis reminisci voluptatum suarum valet, intelliget, ꝙ si beatum efficere possent, esset etiã quia pecudes beatæ dicuntur.

¶Quod si Epicurei opponere vellent arguẽtes sic, ibi est summum bonum, vbi est maxima delectatio, sed in carne sensuali, est maxima delectatio, ꝙ͂ in spiritu, ergo. &c. Item illud est summũ bonum, propter quod omnia facta sunt, sed omnia facta sunt propter delectationem, quę maior est in sensu, ꝙ͂ in spiritu. Item, illud est summum bonum, qđ ab omnibus appetitur, sed talis est delectatio, teste philosopho.8.ethic. Qui ait omnis homo naturalr̃ fugit triste, & appetit delectabile, ergo. &c.

¶Ad istas obiectiones respõdetur, ad primã dico, ꝙ delectatio maxima est in spiritu, & non in sensu, & si secus nobis uidetur, hoc est quia propter peccatum Adę, habemus palatum infirmũ, sicut enim in infirmo ex corruptiõe humorum, generatur quædam amaritudo in lingua, & si dulce gustat, sic nobis propter peccatum Adæ, cum sint corrupti humores.i. ratio & sensualitas, ita infectum est palatum, ꝙ delectationes animæ videntur amarissime, ad secũdam intelligitur de voluptate in summo, quæ non potest hic haberi, quia obiecta ista sunt finita, dicit etiam Sco. ꝙ & sancti amant illam voluptatem, quæ est infelicitate superna propter dei voluntatem. Ad tertiam dico, ꝙ hoc euenit, quia mũdus viuit per sensum, & non per rationem, vnde deus. Gene.15. Pœnitet me fecisse hoiem, quia caro ẽ.

¶Istam voluptatem docet nos fugere. Tullius, in lib. de finibus bonorum, quia destruit optimũ ꝙ est in homine.s. virtutẽ, in qua Stoici peritissimi posuerunt felicitatẽ. Immo est contraria omnibus sectis, quæ dicũt optimum in homine esse saporem dei, sed voluptas destruit saporẽ dei.

¶Academici ponunt maximam perfectionẽ, in pulchritudine cum honestate, sed illa destruit honestatem. Venus.n. erat pulchrior omnibus mulieribus, sed cum ma-

ximo opprobrio, quia meretrix nominatur. Peripatetici ponunt maximam perfectionem in sapiétia, sed voluptas destruit sapiétiam: quis enim sapiétior Salomone? propter quē Regina Sabba uenit. &c. Tamen de ipso dicitur Eccle. 47. Dedisti maculam in gloria tua. Hercules cum suis sequacibus posuit maximam perfectionem in fortitudine, & potentia, adeo q̄ suis temporib⁹ multi sequuti sunt ipsum, & ob maximam reuerentiā eius posuerunt limites cum armis suis in oriente, & occidente & tamen propter illam maledictam sensualitatem, sic annihilata est sua potentia, q̄ propter amorem mulieris, induit se fœminea veste, vnde miserrime occisus est a centauro: taceo de Sampsone, & Dauide, sicut in scriptura habetur.

¶Ista voluptas destruit omnes alias virtutes, & primo virtutem temperantiæ, cuius officium est regulare hominem circa delectationem tactus, & gust⁹, sed maledicta voluptas sibi ista subiecit. Gustum stimulans, vt comedat ante horam, nō obseruato ieiunio, pœnitentia, abstinentia, parsimonia, tactus vt prostituatur in fornicatione, stupro, incestu, adulterio, sodomia, sacrilegio, cum totius militantis ecclesiæ ruina, & scandolo.

¶Destruit fortitudinem cuius officium est, vt homo terribilia, virtutis amore tolleret etiam usq; ad mortem, hęc autē pessima voluptas, adeo ipsam priuauit hoc dominio vt nihil pati velit amore virtutis, sed amore voluptatis, nulli rei parcat, nec diuitiis, nec sanitati, nec fame, nec vitæ.

¶Prudentiæ officium est, ex memoria præteritorum, futurorum, præsentium, cognitione prouida, in agibilibus hominem dirigere, hæc maledicta omnia peruertit, & facit ipsum hominem prudentiæ acerrimum hostem, obliuisci præteritorū iudiciorum dei: contra gulosos, luxuriosos, ut in diluuio, non prędidet mortem, & vl'e examen, & cognoscere instabilitatem, uanitatē præsentium, sed oppositū memorando, practica.

¶Iustitiæ regnum est, vt omnibus sua dentur, deo, bonis, malis, sed totum hoc, ista maledicta vsurpat, vt nihil iustitiæ, ab aliquo seculari, vel clerico ministretur, quia pecuniæ omnia obediunt, ideo ma

si non puniuntur, boni non præmiantur, dignitates non secundum merita distribuuntur, sed pecunia, parētela, turpi lucro erogantur, omnes contractus vitiantur, fraude, periurio, vsura, rapina, iniustitia.

¶Magnanimitatis officium, est vt sibi subditi nō possint rebellare, sed voluptas taliter eam suo officio expoliauit, vt tantum cum malis pacifice viuant, cum bonis guerram mortalem retinentes, vt omni statui patere potest.

¶Magnificentiæ regnum est, vt dicit philosophus, ampla palatia facere secundum dictamen rectum rationis, voluptas autem fecit ampla Dei palatia in stabulis reducta, vt patet maxime in hac nostra misera Italia.

¶Obiediētiæ regnū est, subditos reddere, legi dei, naturæ, canonice, ciuili, voluptas totaliter fecit eos rebellare.

¶Religionis imperium est, in perfecta obseruantia suæ professionis, sed heu heu facti sunt ad voluptates, aliis deteriores, vnde gemētis Hieremiæ prophetæ verba verificantur, candidiores niue Nazarei eius, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores, & tamē denigrata est facies eorum, super carbones, & non sunt cogniti in plateis.

¶Spei regnum est, in desiderio æternitatis, sed iam ex voluptate ad præsentia terrena inclinatur.

¶Charitatis officium est in amore dei, & proximi, sed heu quia hodie ex ista voluptate refriguit charitas multorum, adeo vt nec deus, nec proximus diligatur, sed potius. &c.

¶Fidei regnum maxime fuit scripturarum reuelationibus assentire, sed voluptas adeo maculauit, ut nihil boni operis germinet, ut iam ab aliquibus corde nō credatur ad iustitiam, nec ore confessio fit ad salutem. v3. per blasfemias horribiles, pupplicas, consuetudinarias, deum negantibus impune, & sic patet quāta sit malignitas istius voluptatis, & qualiter nō sit bonum nos esse in voluptate, nec in diuitiis, nec in honoribus, vbi nā sit bonum nos esse infra videbimus. &c. & habetur secunda pars.

IN tertia parte, duximus intuēdū: primo qualiter bonum sit, nos in sapiētia

esse non naturali, sed supernaturali, & cœlesti, vnde licet aliqualē habere possimus sciētiam de deo in via, non tamē perfectam, ut fuit illa Esaiæ.6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius. Gene.32. Dixit Iacob, Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Exo. quoq; 33. dicitur ꝙ Moyses loquebatur cū deo facie ad faciem, sicut loqui solet homo cum amico suo, & Nume.12. Ore ad os loquor ei, de eodem Moysi dicitur, & Iob.41. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, de sancto Stephano quoq; dicitur Actu.8. Quod vidit gloriam dei, istorum autē cognitio, licet fuerit perfecta, non tamen plene perfecta, quę in via haberi nō potest, sicut patet Exo.33. Qñ Moyses dixit, ostende mihi faciem tuam. Respondit deus faciem meam videre non poteris, & sequitur: non enim videbit me homo, & viuet. &.1.Ioan.3. Dicitur deum nemo vidit vnquam, ratio assignatur a Paulo.1.ad Timo.6. Quia lucem habitat in accessibilem, & declaratur sic, nā inter potentiam, & obiectum, debet esse proportio, sed deus est infinitæ potentiæ, & intellectus humanus finitæ potētiæ, modo inter finitum, & infinitum nulla est proportio, & licet in præsenti vita de Deo perfectā cognitionem, uel sapientiam habere non possimus, tamen in cœlesti gloria, plene perfectam cognitionē habebimus, ut habetur.1.Ioan.3. Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est: & de ista perfecta cognitione loquebatur deus Moysi, Exo.33. Supplicanti: ostende mihi faciem tuam, respondit deus, ostendam tibi omne bonum, & Gen.15. Dixit dominus Abrahæ, ego sum dominus deus tuus, & merces tua magna nimis, & tanta erit delectatio in tali cognitione, qđ si mūdus totus esset aureus, & plenus delitiis, ad aspiciendum eum beati non auerterent oculos ab illa visione, nec per ictum oculi, & si homo a principio mundi, vsq; ad extremum diē, omnes passiones hominum substinuisset, vnica visione dei, per ictum oculi sibi esset pro omnibus satisfactum, in tali visionis contemplatione, stant beati, ita ꝙ mille anni non videntur eis vnus dies, & tunc cognoscent omnia quę

hic ignorauerunt, & intelligent omnes scientias, quas nunquã habuerunt, vel habere poterunt homines huius mundi. Vnde Grego. 4. dialo. ait quid est quod nesciat, qui scientem omnia scit, & Dauid p̃s. 35. In lumine tuo videbimus lumen, ista est vera sapiẽtia, speculatio, & contemplatio, in qua bonum erit nos esse, non in illa naturalium philosophorum.

¶Secundo, bonum erit nos esse in completione omnium desideriorum, quia si quis habet substantia rei, habebit & proprietatem. v3. qui comedit substantiam mellis sentit dulcedinem, & qui habet substantiam ignis, habet & calorem eius: beati igitur in cœlo existentes in illa dulci visione, & fruitione dei, habẽt omne bonum, ideo Sap. 7. Venerũt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & Augu. 22. de ciuitate dei ait, ibi erit omne bonum, & deerit omne malum, & p̃s. 64. Replebimur in bonis domus tuæ, & p̃s. c. 2. replet in bonis desiderium tuũ, & p̃s. 20. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, ⁊ secundum Anselmum illud bonum increatum non tale est, quale in rebus creatis experti sumus, sed tanto differentius, quanto differt creator a creatura. Et Vgo de sancto Victore super p̃s. Deus in patria erit beatis, omnis veritas intellectui, omnis bonitas effectui, omnis speciositas aspectui, oĩ suauitas auditui, & Dauid p̃s. 16. Clamabat, satiabor cũ apparuerit gloria tua, & Esaiæ. 60. Tunc videbis .s. diuinam maiestatem, & afflues. i. in omnibus bonis, & mirabitur, & delectabitur cor tuũ. Ecce qualia bona, & quales diuitias, habebunt beati in cœlo, ⁊ ibi bonum erit nos esse.

¶Tertio bonum erit, nos esse in cœlesti voluptate circa, v3. exultationem, & gaudium Esa. 35. Letitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt & p̃s. vltimo exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis vltra exultationẽ quam habebunt in visione, & fruitione dei, habebunt etiã multiplicia gaudia accidentalia, non solum gaudebunt ex recordatione bonorum operum, quæ fecerunt in gratia dei per quæ meruerũt vitam æternam, sed ex recordatione operum, quæ fecerunt in pec-

cato mortali, pro eo ꝙ tunc talia facientes, non offenderunt deum, & dispositi fuerũt ad pœnitentiam. Gaudebunt etiam de bonis desideriis, pro quibus premium essentia le consequuti sunt. Habebũt miram iocunditatem, infra se, intra se, & supra se: primo infra se, de afflictione damnatorum, secundum illud ps. 57. Letabitur iustus cum viderit vindictam: gaudebunt etiam non solum propter liberationem ab illis pœnis, sed a multis aliis periculis, dicentes illud ps. c. 23. Anima nostra sicut passer erepta est, a laqueo uenantium, loqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secũdo habebunt iocunditatem intra se, quæ erit fructus bonorum operum. Sap. 3. Bonorum laborũ gloriosus est fructus, tertio habebunt iocunditatem supra se, ex contemplatione humanitatis christi, de qua. 1. Petri. 1. In quem desiderant angeli prospicere, & illud ps. 15. Adimplebis me letitia, cum vultu tuo. Habebũt voluptatem circa dulcedinẽ cantus, & soni, quia ut dicit Macrobius in libr. de somno Scipionis, omnis anima musicis sonis capitur, & talis dulcedo soni, & cantus, excedit incomparabiliter omnes sonos, & cantus, huius mundi, quia secundum aliquos in cælo empireo est sonus vocalis, & cãt⁹, ut in psalo penul. exultatiões dei in gutture eorum quia sicut potẽtia visiua oculorum corporalium, recipiet consolationem videndo humanitatem christi, & gloriam corporum glorificatorum, & pulchritudinem cœli empirei ita etiam potentia auditiua, habebit consolationem audiendo dulcedinem cantus, & melodiarum cœlestium, & ut non solum beati laudent deum in anima; sed etiam in corpore, sonando manibus, & ore, atꝗ quocunꝗ alio modo corporali, ideo habetur Apoca. 14. Audiui vocem. s. in cœlo sicut citharedorum citharizantium in citharis suis: & cantabant quasi cãticum nouum ante sedem agni. Habebunt quoꝗ voluptatem cœlestem, in omnibus sensibus, sine corruptione, & impedimento, quia visus penetrabit cuncta corpora, videndo intra: sicut extra: ita subtus, sicut supra: ita longe, sicut prope, ita minima, sicut magna: ita seipsum sicut cætera: ita retro sicut ante: superiora oculos non leuaudo, & inferiora

non inclinando: videbit infinitos radios, sicut vnum: ita oculis clausis: sicut apertis: & absq; labore, & fatigatione: idem erit dicendum de sensu auditus: qa audiet omnes sonos, & cantus sine reuerberatione aeris; discernet vnum sonum ab altero, audiet ita longe sicut prope: ita de aliis sensibus qui habebunt summam perfectionem in eorum obiectis, & consequẽter summam voluptatem: quæ hic nunquam percipi posset, excedẽdo omnem voluptatem epicureorum incomparabiliter: in tali cœlesti voluptate erit bonum nos esse.

¶Quarto bonum erit nos esse, a cessatione omnium malorũ, ad quam natura nos hortatur. 8. ethic. Natura semper fugit triste, hanc habebũt beati, vt habetur. Sapien. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt & non tãget illos tormẽtum mortis; & Apoc. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra quæ prima abierunt, & dixit qui sedebat in trono, ecce noua facio omnia. Et Augusti. in libro de simbolo tract. 2. Non ibi fatigabimur, nobiscũ erit virtus nostra, cui dicemus, diligam te Domine virtus mea, nulla ibi negociatio, nulla seruitus, nullum opus, & quid illic acturi sumus? nisi illud quod scriptum est, vacate & videte: quoniam ego sum deus; vacatio ista erit cõtemplari bona domini in terra viuentium, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, &c. Qui vult ad æternam vitam peruenire, contra omnes diaboli laqueos, debet fortiter vigilare, quia non qualis est ista vita: talis inuenitur illa: quoniam hic falsitas, ibi veritas, hic perturbatio, ibi fida possessio: hic pessima amaritudo: ibi sempiterna dulcedo hic periculosa luctatio, ibi secura exultatio, hic timemus ne qui amicus erat subito efficiatur inimic⁹, ibi erit amicitia perpetua, hic mors, ibi vita, hic luctus, ibi gaudium, illic quod acceperis nunquam ammittes, hic omnia mutabilitati subiacent, & permanere non possunt, hæc ille: summe gaudebunt reminiscendo tribulationum, quas in mundo passi sunt, secundum illud ad Roma. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei.

¶ Quinto, bonum erit nos esse in decoratione corporũ glorificatorum ſm theolog. 4. diſt. 49. corpora noſtra decorabũtur quatuor dotibus .ſ. impaſsibilitate, ſubtilitate, agilitate, ⁊ claritate: de quib⁹ dicitur Sap. 3. Fulgebunt iuſti & tanquam ſcintille in arundineto diſcurrent. Nam in fulgure eſt claritas, in igne, qui eſt elemẽtum valde actiuum, & frigeſci neſcit, impaſsibilitas, in ſcintilla, ſubtilitas, in diſcurſu vero velocitas ſignificatur: hoc oſtendit ſaluator noſter per claritatem ſolis, Matt. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris mei. nam in ſole vt aperte patet: ſunt omnes prędicte. 4. qualitates. Primo enim habet claritatem lucis: ad quam conſequũtur aliæ tres. primo ſubtilitas. lux enim per naturam habet ſubtilitatem ad penetrãdum corpora maxime diaphona, & trãſparentia: ſicut patet in lapide chriſtallino, qui a luce penetratur: ſecundo ſequitur Agilitas, nam mutatio eius, quaſi ſubita eſt, & quaſi in inſtanti illuminat, & emittit radios ſuos ſuper terram. Tertio ſeqtur impaſsibilitas quia ab alijs non patitur inquinamentum: ⁊ propterea dominus nr̃ in trãsfiguratione ſua Mat. 17. Non in alia dote voluit apparere, q̃ in dote claritatis, ad hoc enim oñdendũ dominus noſter non ſolum reſurrexit cum iſtis quatuor dotib⁹, immo etiam mortalis exiſtens, in ipſis viſus eſt. Primo oſtendit dotẽ claritatis in ſua transfiguratione (ut dictum eſt) ſecundo oſtendit dotem agilitatis quando ambulauit ſupra mare ſiccis veſtigiis Matt. 14. Tertio oſtendit dotem impaſsibilitatis quando dedit ſeipſum in vltima cœna, in cibum & potum: Mat. 26. Quarto oſtendit dotem ſubtilitaris quando ingreſſus eſt ad diſcipulos ianuis clauſis, Ioan. 20. Iſte eſt verus honor, excedens omnes alios honores huius mundi, & ibi bonum erit nos eſſe. iſta omnia contemplans Aug. in lib. de contemplatione chriſti. c. 23. ait, exclamans. O anima mea, ſi quæcũque oporteat tormẽta perferre, & ipſam gehennam longo tempore tollerare, vt xp̃m in gloria ſua videre poſſemus, & ſanctis eius ſociari, non eſſet dignum pati, omne quod triſte eſt: ut tanti boni, tantæq; gloriæ, participes haberemur inſidientur ergo dæmones, & parent ſuas tentationes, fran

gant corpus ieiunia, prēmant vestimenta, labores grauent, vigiliæ excitēt, elaniet me iste inquietet me ille, deficiat in dolore anima mea, & anni mei in gemitibus, ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum, quod nobis concedat qui viuit & regnat per infinita secula seculorum amen.

FINIS.

FERIA II. POST secundam dominicam in quadragesima.

De perfecta sui cognitione.

TVQVIS es? Ioā. 8. Dicit iurecōsultus in. l. apud iuliānū. ff. de fideicommissariis libertatibus: cupiditas discendi est optima ratio viuendi, quia vbi non est sciētia non est bonum. Pro. 17. Et ideo anima nostra naturaliter ad sciētiam inclinatur. d. Arist. 1. metha. Omnes homines natura scire desiderant. Quam etiam sentētiam dicit Tullius in primo de Officiis. Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatē, in qua excellere pulchrum putamus: nescire, & labi, & malum, & turpe putam⁹: hunc appetitum habebat Iureconsultus in dicta. l. apud Iulianum. d. Si pedem in fouea haberem, adhuc discere quid uellem. Et Augu. sanctæ ecclesiæ gemma dicebat, vt habetur in. ca. si habes. 24. q. 3. Ego senex & eps, tot annorū, a collega necdum anniculo, paratus sum edoceri. Et gloriosus Hierony. Qui dentes limare fecit, idioma hebræum adiscendo, vt ipsum proferre valeret. Cato etiam senex existens, cupiditate adiscendi, literas græcas didicit. Vide Hiero. ad Paulinum de philosophis scribentē, quid fecerint vt discerent? ideo hoc egerūt quia naturaliter omnis res, inclinatur ad propriam operationem, sicut auis ad volandum, piscis ad natādum. propria autem hominis operatio est intelligere, tertio de anima, & propter scientiam di

stinguitur homo a brutis, vt inquit Cicero in primo de offic. & Quintilianus in primo de Oratoria institutione. & Boe. in .2. de conso. humanæ quippe naturæ. &c. & ps. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus. Sed quia impossibile est hominem omnibus scientiis incumbere, quia singulę totum hominem requirunt, cuius vita breuis est: ars vero longa tempus acutum, & experimētum fallax, & ideo illi scientię est insistendum, quæ aliis extat vtilior, quam reor cognitionem seu scientiam sui esse: de qua sermonem facere disponens uerba præfata assum psi: Tu qs es? de ista tria mysteria ad laudē sanctæ trinitatis videbimus quę sunt.

¶Excellens nobilitas.

¶Compellens necessitas.

¶Resistens peruersitas.

Quo ad primum. Quæritur: q̄ sit sciētia nobilior, ac dignior quæ possit haberi in hoc mūdo respectu creatorum? quæ quæstio in florido parisiensi studio, in quo fides catholica in publicis palestris quotidie disputatur, vētillata fuit, Brigata. Tex. dicit in. c. si in sacramentis de conse. d. 4. Quot capita, tot sentētiæ. Quādo itur ad macellum, qui vult della magra, chi della grassa: quia variæ sunt hominum voluntates, ut dicitur in. l. quia poterat. ff. ad trebellianum. Persius Scabrosus. Mille hominū species. &c. Et Io. and. in c. Cū sit de ellec. Laudat vnusquisque quod possidet; Domanda all'hoste se egli ha buon vino: quando etiam sunt alii Hospites in ciuitate, vel terra Nullus est, che l'habbia migliore di lui, in stramo, in biada, in letto: va pur per l'arte: Dicit ille mercator: Non reperies rem meliorem nec melius forum, & huiusmodi.

¶Grammaticus huic quęstioni respondens dixit, q̄ eius scientia est nobilior, ac dignior quia in ordine ē prior inter septem artes liberales, q̄ extollit Quintilianus lib. de Oratoria institutione, quia est necessaria ad omnes scientias: item ipsa est principium omnium scientiarū. Docet. n. elementa. s. a. b. c. &c. quæ secundum Priscianum sunt elementa. Docet concordare adiectiuum cum substātiuo, nominatiuum cum verbo, & relatiuum cum suo antecedente. Vnde tex. in. l. i. ff. de origine iuris dicit: certe cuiusque rei potentissima pars princi-

pium est: vbi Glos. Dimidium facti, qui bene cœpit habet, & Iureconsultus in.l. si procuratore in principio. ff. vniuscuiusque contractus, & initium spectandum est, & causa, & sic videtur grammatica nobilior.

¶Orator vero artem suã laudãs; dixit ꝙ ars bñ dicẽdi.s.rethorica q̃ est flos grãmaticæ, est nobilior, ac dignior. Orator enim videtur hominum animos ad suæ vocis imperiũ regere, sicut de Egesia cirenaico narrat Valeri⁹ li.8. Qui sic male vitæ huius statũ repsen tabat, vt multi homines voluntariæ se occiderent, vnde a Ptolemæo est super hoc dicendi genere prohibitus.

¶Logicus dixit ꝙ dialectica est ars artium, & scientia sciẽtiarum, ad omnium methodorum principia viam habẽs vt dicit Petrus Hispanus in principio logices.

¶Methaphysicus metaphysicam laudauit Aristo.1.metha. allegans qui dicit, ꝙ nulla sciẽtia est nobilior & honorabilior metaphysica: ⁊ dicitur caput & dea scientiarum. 8.ethico. quam solus deus perfecte habet.

¶Philosophus philosophiã commẽdauit dicens, ꝙ Arist. 10.ethi. dicit ꝙ habet delectationes admirabiles, & ibidem speculatio veritatis est ipsa felicitas, &.1.politicorũ.dr. Qui delectari vult sine tristitia, recurrat ad philosophiam.

¶Medicus laudans medicinã dixit ꝙ ipsa est nobilior, ac dignior, qa dñs Iesus voluit appellari samaritan⁹.i.medicus Lu.10. Et ideo dicitur Eccl.38. Honora medicum propter necessitatem etenim illum creauit altissimus.

¶Legista laudauit ius ciuile di. ꝙ leges ciuiles dicuntur sacratissime leges. lege sacratissime. C. de legibus, & earũ admistratores sacerdotes dicuntur.l.i.ff. de iustitia, & iure, & ideo dicuntur donum dei.l.i.ff. de legibus: scientia enim legalis alias scientias vilissimas appellat in proœmio ffortum. De ea enim dicitur in autentico de heredibus, & falcidia, col.i.§.fi. ꝙ amatores ei⁹ non sinit in paupertate degere. Et Gloss. ibi dicit, dat Galienus opes, dat sanctio iustiniana: ex aliis paleas ex istis collige grana. in præfacto studio tandem fuit conclusum, ꝙ in omnibus scientiis humanitus acquisitis, nulla nobilior, nulla dignior, melior, & vtilior, q̃ speculatio, seu co-

gnitio suiipsius, il conoscere se medesimo, di che stampa è, se è oro, piombo, stagno, alchimia, aut ferro: hæc est vera scientia omnium nobilissima: ita vt qui vellet omnia scire, & seipsum ignoraret, nihil faceret: & quia erubescimus cum sine lege loquimur in aucten. de triente & semisse. §. cõsideremus. col. iij. & l. illam. C. de collationibus. Dico igitur ꝙ speculatio, seu scientia suiipsius est.

¶Quoddam optimum perfectionis humanæ vitæ.

¶Fundamentum acquisitionis salutis æternæ.

¶Principium cognitionis diuinæ.

Primo est. &c. Hæc prima conclusio probatur per Ciceronem in. 3. qõnum tuscu. di. Sapientia est sanitas animi. i. perfectio, & Commen. super. 2. de anima: Scientia est perfectio animæ: sed quanto sciẽtia est nobilior, & dignior: tanto magis anima perficitur, ut habetur. 11. de animalibus: sed sciẽtia suiipsius, est cæteris scientiis humanitus acquisitis nobilior, ac dignior. ergo. &c. ꝙ triplici ratione probo, videlicet, ratione.

¶Difficultatis.

¶Luciditatis.

¶Raritatis.

Primo, ratione difficultatis. Arist. 2. ethic. Quanto aliquid est difficilius, tanto est eligibilius: quia virtus cõsistit circa difficile. Sed cognitio sui est huiusmodi. ergo. &c. Probaẗ discurrendo per omnes scientias. Difficilis nempe est legum scientia, aliquando lex lecta male intellecta, dicit Barto. in dicta lege. lecta. ff. Si certum petatur, textus est Affricani: ergo difficilis: & theutonicus studens. l. gallus. ff. de liberis & posthumis: qui nõ valẽs illius legis difficultates intelligere, tãquam desperatus lacerauit. dicens gallæ, gallæ, non cantabis in libro meo. Quid de. l. frater a fratre. ff. de conditione indebiti, quæ vt fama est, dr̃ esse de difficilioribus passibus totius iuris ciuilis: vnde reffert Paulus de Castro, ꝙ dominus Bal. cum deberet legere dictam legem, studuit per quindecim dies. Et dicit ipse Paulus, ꝙ nescit in toto corpore iuris, legem tam difficilem. Difficile est in philosophia naturali cognoscere rerum principia, vbi tãtum laborauit Aristo. contra Parmenidem, & Mellissum, & alios philosophos. Difficile ẽ in metaphysica, substãtias se-

paratas cognoſcere.di. Ariſt. 2.metaph. Sicut ſe habet oculus nictoracis.&c. Difficile eſt cognoſcere in aſtrologia motus aſtrorum, cauſas infirmitatum. Difficile eſt in arithmetrica cognoſcere numerorũ proportiones, ⁊ in geometria menſuras, in muſica rationes cantus, in medicina infirmitates, & infirmitatum cauſas, & remedia. Sed longe difficilior eſt cognitio, ſeu ſcientia ſuiipſius.di. Baſilio in exameron. Re vera omnium cauſarum difficilimum eſt cognoſcere ſeipſum: ſolus oculus ea quæ extrinſecus habenť aſpiciens: ſeipſum nõ valet intueri: ſed mẽs ipſa ſatis acute aliena delicta contemplans: tardior eſt ad ſuorum cognitionem vitiorum hæc ille, dicit ille ſanctus. Difficilimum &c. ergo notitia ſui eſt nobilior, ac dignior, & ideo Ariſt.1.ethico. dicit. Optimum bonum eſt homini intellectus, & cognitio ſuiipſius.

¶Secundo, ratione luciditatis, nam teſte philoſopho in primo de anima: & ibi Commentator, commento primo. Vna ſcientia dr̄ nobilior alia, uel ratione nobilioris ſubiecti, vel ratione maioris certitudinis, & concludit ꝙ ſcientia de anima eſt nobilior aliis ratione nobilioris ſubiecti: & ſciẽtiæ mathematicæ ſunt nobiliores ratione maioris certitudinis, quia ſunt in primo gradu certitudinis, quia procedunt ex principiis notioribus nobis. Abſtrahentium enim non eſt mendacium.i. mathematicorum. 2. phyſic. Cum ergo in cognitione ſui, ipſemet homo ſit ſubiectũ: ergo iſta cognitio eſt nobilior quacũq; cognitione cuiuſuis alterius ſciẽtiæ acquiſitæ via naturali, quia homo reſpectu animæ eſt nobilius ſubiectum quocunq; alio citra deũ & intelligentias.p̄s. Minuiſti eum paulominus ab angelis. Confirmať, quia Potior eſt finis his quæ ſunt ad finem, ſed homo eſt quodammodo finis omnium, ut dicit philoſophus. Cur enim leges factæ ſunt, tot ſcientiæ adinuentæ, tot libri? Dico ꝙ propter hominem, vt faciant eum perfectum, & inſtruant: & ideo melius eſt ſeipſum cognoſcere, ꝙ̄ cætera. Scd̾o etiã quis certior eſt ex cognitione ſui ꝙ̄ alteri⁹ vnde Paul.1.Cor.2. Quis ſcit quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis: qui in ipſo eſt? Dicas mihi, Quid ſcire potes de corde hominum? 1.Reg.16.

Homo videt ea quæ patēt, dominus autem intuetur cor. quę sentētia, habet etiam. 32. di. c. Erubescunt, & 22. q. 5. c. humanæ aures. Quot enim creduntur sancti viri, & ab hominibus laudantur? qui tamen corā deo mali sunt. Quot etiam mulieres caste tenentur? quæ tamen sunt adultere. Non sic de teipso poteris falli. Siquis enim tibi dixerit quòd es pulcher: rectus corpore, diues, morigeratus, Profecto melius nosti, si vera sunt quæ de te dicuntur, q̄ tui laudatores. Quis melius nouit si sotular pedem stringit, q̄ ille qui portat? quid scire potes de cœlo cristallino, de firmamento de stellis, de planetis, de elementis, de virtutibus herbarum, lapidum, animalium? &c. Profecto parum, aut nihil intelligis, quia tantum cognoscis à posteriori: sed de teipso multa intelligis, quia nosti si es sanus, aut eger, si sanctus, aut peccator, si superbus, aut humilis, si auarus, aut liberalis, si castus, aut luxuriosus, & huiusmodi, & sic certiori scientia teipsum cognoscis.

¶ Tertio, rōne raritatis: dicit. Hier. in c. legimus. 93. d. omne quod rarum est plus amplectitur. i. est magis preciosum. Sed rari ac pauci sunt, qui seipsos cognoscunt di. Bern. Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, alios inquirunt, & seipsos negligunt: & ideo: pauci quos equus amauit Iuppiter. &c. Ecce rōnes concludentes nobilitatem, & dignitatē sciētiæ, & cognitionis suiipsius: in cuius laudem, ac commendationem scribens ille magnus doctor Vgo. in lib. de anima: dicit. Stude cognoscere teipsum, quia melior es si teipsum cognoscis, q̄ si te neglecto, cursus syderum, herbarū virtutes, hominum complexiones, naturas animalium. cœlestium omnium, & terrestrium sciētiam haberes. Multi enim multa sciūt & seipsos nesciūt: cum summa philosophia sit cognitio suiipsius hæc illæ. Ille vacat studio grammaticæ, intelligendo quid sit nomen quid verbum: & cæteræ orationis partes. Alius studio logicæ incumbit: & logicalibus intentus non dormit, non quiescit, in uestigādo, quid sit terminus, propositio syllogismus &c. Alius laborat in rhetoricis tria genera causarum intelligendo, videlicet, demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Alius in musica, vt re. mi. fa. sol. la, Alius in arithmetica,

circa numeros. Alius in geometria circa mensuras: alius in astrologia circa astra. &c. Alius in philosophia, metaphysica. &c. Alius in medicina, & sæpenumero medetur alla ventura. Alius reuoluit totum. ff. vetus: infortiatum, & nouum, totum. C. Auctenticũ, & institutã ⁊ cõfũdit cerebrũ. Alius studet sacros canones scire. Ali⁹ occupat̃ in mercationibus, discurrendo terrã, mare, &c. Tñ quasi oẽs vtilitati corpis, & tpaliũ studẽt, vt hñt tpalia, & corpalia solatia cibos lautos, vestes preciosas annulos, torques. palatia magna, terras, ciuitates, campos, vineas, aurum, argentum. &c. Sed heu q̃ pauci quærunt cognitionem suuipsius, & animæ vtilitatem: nolunt ipsam adiuuare, nolunt in speculo conscientiæ studere, & quando ad confessionem pergunt, licet raro sunt grossolani, & tantum sciunt sicut asinus. Vis igitur o grammaticæ congrue loqui cognosce teipsum, quia omnia a deo habuisti, & ipsum lauda, & sic congruam facies orationem. O rhetorice vis bene orare, dic illud Matt. 6. Pater noster qui es in cœlis, & cognosce teipm quia si deus est pater, ergo tu es filius, & in omnibus te humilia: sicut faciebat pr̃ me⁹ Frãciscus, cum orabat di. Signor mio: chi sei tu, & chi sono io? O Logicæ vis bñ argumentari in modo, & in figura, sine aliqua fallacia, cognosce teipsũ. .i. consciẽtiam tuam, quomodo stas cũ deo, ⁊ assume hanc maiorem. Quicũq; vult ad vitam ingredi, seruet mandata Mat. 19. Postea conuerte ad teipsum, & vide si seruas mandata. &c. O musicæ cognosce teipsum: si cantus laudis diuinę, an cantus lasciuos cantasti. O arithmetrice cognosce teipsum numerando peccata tua in cõfessione numerãdo etiã dies & annos, præteritos, præsentes, & futuros, & q̄ breues dies hominis sunt. O Geometer cognosce teipsum, quoniam in morte duo brachia terræ sufficient. O astrologe cognosce teipsum, si sol. i. intellectus & luna. i. voluntas & stelle. i. sensus tui cursum rectum faciunt, uel obliquum. O philosophæ cognosce teipsum, quantum ad tria principia. s. materiam, corporis tui, quantum ad formam. s. animam, & quãtum ad priuationem. s. gratiæ propter peccatum mortale. O metaphysicę cognosce teipsum, ut possis

in cœlum ire, & ibi subſtãtias ſeparatas cognoſcere, & maxime deum qui eſt obiectũ noſtræ fruitionis, vt dicit Scot. in.1.diſt.1. O medice cognoſce teipſum, cognoſcendo proprias infirmitates peccatorũ, & ſacramẽtorum medicinas per optimas ſumendo. d. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. O legiſta cognoſce teipſum, ſi præcepta legis tuæ ſeruas, quæ habentur in .§. iuris præcepta inſtituta de iuſtitia & iure. Et. ff. eodem. l. Iuſtitia. §. i. ſi legẽ etiã dei. &c. O canoniſta cognoſce teipſum, ſi ſeruaſti ſacros canões, & maxime circa ieiunium, cõfeſsionem. &c. O mercator cognoſce teipſum, ſi in tuis mercantiis fraudes, iuramenta falſa, uſuras, furta, rapinas commiſiſti. O diues cognoſce teipſum ſi nimis amando diuitias erga pauperes crudelis fuiſti. O pauper cognoſce teipſum ſi fuiſti patiens in paupertate tua. O coniuges cognoſcite voſmetipſos, ſi fidem ſeruaſtis adinuicem, ſi in matrimoniis veſtris fuiſtis honeſti, & non ſicut equus & mulus in quib⁹ non eſt intellectus. O iuuenis cognoſce teipſum, ſi tempus bene expendiſti, an perdidiſti in correis, luxuriis, in ludis, in partialitatibus, pompis, vanitatibus. &c. hæc enim cognitio eſt nobilior, ac dignior alijs ſcientiis humanitus adinuentis, vt viſum eſt.

¶ Secundo ſcientia cognitionis ſuiipſius eſt fundamẽtum acquiſitionis ſalutis æternæ, Macrobius in lib. de ſomno Scipionis dicit, Delphici vox fuit hæc oraculi, conſulenti ad beatitudinem: quo itinere peruenire poſſet. Si te inquit noueris, ⁊ refert Seneca ꝙ fuit antiqua doctrina tales milleſii, ꝙ interrogato idolo quid deberet homo facere ut ſaluaretur? & ecce audita eſt vox in græco, gnoti ſeaphton. i. cognoſce teipſum: vnde Iuuenalis ſatyra vndecima. E cœlo deſcendit gnoti ſeapton Bernar. Scio neminẽ abſq; ſui cognitione poſſe ſaluari, & alibi. Cognoſce o homo quantus ſis, attende & conſidera quid in te intrat in cogitatione, quid exit in ſermone, & quid facis in operatione, vitã tuam continua diſcuſsione examina, attende quantum proficis, & quantum deficis, qualis ſis in morib⁹, & qualis in affectibus, quantum ſimilis, & quantum diſsimilis, quã tum prope & quantum longe, hęc ille. Cognoſce o homo

quia homo natus de muliere breui viuens tempore, repletus multis miseriis Iob.14 In pccis natꝰ.p̄s. Ecce enim ĩ iniq̃tatibꝰ. &c. Nudꝰ natus Iob.2. Nudus egressus sum. &c. Natus ad laborem in tot negociis.Iob.7. In tot mercantiis. &c.Qualis in moribus,si prælatus, clericus, religiosus, si princeps,armiger, iudex, aduocatus,mercator, coniugatus;Si es mulier virgo, vel nupta, Salus ergo hominum cō sistit in sui cognitione, di.Lactan.in.1.diui.insti. Hæc enim magna prauitatis causa,igno rantia, quam siquis cognita veritate decerpserit sciet quo modo referenda, & quemadmodum vita degēda, sit, ille.

¶Tertio, cognitio suiipsius est principiū cognitionis diuinę.d.Ansel.in prosologion. Quanto quis amplius in sui cognitione profecerit, tanto magis in dei cognitionem ap proximat. Vgo in libr.3.de anima.c.6. Frustra inquit cordis oculum erigit ad videndū deum, qui nondum idoneus est ad vidēdum seipsum, hæc ille.Conclusio igitur est.Quāto quis magis cognoscit se, tāto magis cognoscit deum, q̄to magis cognoscit suam infirmitatem, tanto magis cognoscit dei firmitatem.Quanto magis cognoscit suam miseriam, tāto magis cognoscit dei misericordiam. Quanto magis cognoscit se debitorē, tanto magis cognoscit deum benefactorem. Et Cassiodorus super p̄s. Miserere mei do mine quoniam infirmus sum. &c.Magnus accessus ad deum est cognitio infirmitatis suæ. Bern.in meditationibus. Qui seipsum non nouit, cū sit imago dei: quomodo deum cognouit? Exemplum.Si nō potes videre solis radium, nec pati videre, quomodo eius sphæram videre poteris? Radius dei est anima,quia ad eiꝰ imaginem creata Gen.1. Faciamus hominem ad imaginem &c.Anima igitur est via eundi ad deum. Si igitur viam igno ras,quomodo ibis? Et sic patet nobilitas, ac dignitas cognitionis suiipsius.

CIRCA secundum principale quod dicit. Cōpellens necessitas dicit ille. p̄baui ꝙ cognitio suiipsius est nobilior, seu dignior. Ego q̄ro vtile,non faustum, & gloriam, dico, vltra superius dicta, ꝙ cognitio sui,est fundamentum salutis nostræ,& pro

bo ꝙ cognitio ista, seu sciētia ē sup oēs alias necessaria. Rō- (ne.

¶Dilectionis.

¶Assimilationis.

¶Directionis.

Primo, volenti saluari necesse est diligere deum. Deuter.6. Mat.22. Diliges dominum deū tuum, sed sine cognitione nihil potest diligi; tertio de regimine principum. Cognitio semper præcedit odium, & amorem, ⁊ tertio de anima voluntas non fertur nisi in præcognitum Aug.10. de trin. Inuisa diligere possumus, incognita nequaquam. Sed deum non possumus cognoscere in seipso, non ex parte obiecti, immo quanto obiectum est magis in actu, magis est cognoscibile, sed deus est actus purissimus.12.meth. ergo. &c. Sed ex parte intellect⁹ nostri; qui pro statu isto est alligat⁹, & incarceratus, & non potest videre nisi per fenestras carceris, & corporis, sed per istas fenestras non potest videre nisi corporea. Vnde dicit. Scot. in.3.di.1. Quod nulla substantia potest immediate causare speciem suam in intellectu, sed tantum cognoscitur abstractiue ab accidentibus, qa accidentia non possunt naturaliter existere sine subiecto. Ideo videndo accidentia existere; cognoscim⁹ ibi esse substantiam; sic ad propositum, deus non potest videri a nobis pro statu isto intuitiue, sed tantum abstractiue per creaturas. Vnde dixit Moysi: Exo.33. Nō videbit me homo, & viuet: & infra. Posteriora mea videbis: faciem autem meam videre non poteris, posteriora autem dei, sunt creaturæ. Ad Rom. primo. Inuisibilia enim dei. &c. Et.1. ad Corin.13. Videmus nunc per speculum in enigmate. Nulla.n. creatura magis ducit in cognitionē creatoris, ꝙ̄ ratiōalis, q̄ facta est ad imaginē creatoris. Si ergo teneris diligere, oportet cognoscere, nec pōt meli⁹ cognoscere q̄ in teipso, ergo op3 primo cognoscere teipm, sicut non potest aliquid videri per speculum, nisi prius videatur speculum. Sed dicit ille. Cum imago dei sit in anima, & anima non possit cognosci per se, quomodo ergo. &c. Dicit Sco. in.1.q. prologi, ꝙ substantia est nobis nota per actus eius, qa noui me intelligere, scio me intellectum habere, & quia noui me velle, scio me voluntatem habere, in quibus constit imago dei. Ergo tātus erit

amor dei, q̄ta cognitio, tanta erit cognitio dei, q̄ta cognitio sui, ergo cognitio sui est necessaria. qr ergo tā pauci amant deum? Dico quia non cognoscunt seipsos; habēt enim de aliorum factis maximum zelum, & sui obliuiscuntur. vnde Isido.3. de summo bono. Multi aliorum vitia cernunt, sua non aspiciunt, & quum ipsi maximis criminibus obnoxii teneantur, peccata minora fratribus non dimittunt. Stultus & improb⁹ hic amor est: dignusq; notari. Sic de amore proximi, nā debes amare eum sicut teipsum. &c. 1. ad Timo.4. Attende tibi. &c.

¶Secundo, ratione assimilationis: fundamentum habet Matt.22. Erūnt homines sicut angeli dei in cœlo. vbi nota secundum Fran. may. in.2.d.5. De merito angelorum, q̄ distinguūtur boni angeli a malis, quia boni conuerterunt se supra se, primo cognoscēdo seipsos, & postea conuerterunt se ex hac cognitione ad deū, & ex hac cognitione fuerunt confirmati in gratia, & postmodum in gloria. Mali autem opposito modo; quia non cognouerunt seipsos, & creatorē, nec per consequans amauerunt, sic homo more boni angeli, debet seipsum cognoscere, & postea ascendere ad deum, considerando quis fuerit tam magnus artifex, tam formosi operis, ad quem finē creatus sit homo, quibus mediis ad finem poterit peruenire, quibus impedimentis poterit retardari a cōsequutione finis, & sic intelligeret, q̄ mediantibus virtutib⁹, & meritis, ad ip̄m puenit.

¶Tertio, ratione directionis cognitio enim sui dirigit hominē in viam mādatorū dei, sicut ecōtrario ignorātia sui ducit in viam peccatorū. p̄s. Nescierunt, neq; intellexerūt in tenebris ambulant. Esa.5 Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. s. suiipsius, & ideo dominus plorās super Hierusalem, dicit Luc.19. Quia si cognouisses & tu, econtrario de filio p̄digo. Lucę.15. In se reuersus dixit surgā, &c. & Lucę.7. de Magdalena, ut cognouit. s. seipsam, conuersa est ad deum, cognosce igit̄ teipsum qualis sis in natura, q̄a homo natus de muliere vbisupra. Cognosce qualis sis in persona, an sacerdos, an clericus, religiosus, p̄latus. &c. & si facis ea quæ teneris. Cognosce qualis sis in fama, an bonus vir, an mal⁹,

Cognoſce qualis ſis in moribus, an ſuperbus, an humilis, an fidelis, uel infidelis, an iuſtus, uel iniuſtus. &c. Bernar. ad Eugenium de cõſideratione ſui ait. Cognitio ſui mentem purificat, affectus regit, act⁹ dirigit, exceſſus corrigit, mores componit, vitam honeſtati ordinat, poſtremo diuinarum, pariter, & humanarum rerum, ſcientiam cõfert hæc ille. Et ſic patet ſecũdum myſterium.

CIRCA tertium principa. qđ dr̃ reſiſtens peruerſitas, dicit ille ſapiens. Profecto iſta eſt vtilis lectio, credo ꝙ in tota academia Bononienſi, Papienſi, ac Pariſienſi, non legatur vtilior. Sed miror, cur non omnes dẽt operam huic ſcientiæ, attenta ipſius dignitate, & neceſsitate, ac vtilitate, neſcio quæ retrahant hominem a tali cognitione ſui ipſius. Dico in tribus verbis, ſunt tria impedimenta videlicet.

¶Concupiſcentia mũdialis.
¶Inſipientia cordialis.
¶Negligentia criminalis.

Primum. &c. Dicit Thom. 2.2. q.15. Quod excæcatio mentis contingit per auerſionem a deo, & conuerſionem ad mũdum, videte. Qui reſpicit ad locum tenebroſum, non videt clare, & qui terga vertit ad ſolem ſibiipſi vmbram facit. Iſte mũdus nihil aliud eſt ꝙ̃ vmbra, & tenebre. Io. 1. Lux in tenebris lucet. &c. in quib⁹ homo immergitur, & ſui obliuiſcitur, propter.

¶Externam occupationem.
¶Internam affectionem.

Primo. &c. Vult dicere, quando homo ſe in tot negociis intromittit, quærit tot gabellas, ſeipſum derelinquit ad intra, vadit modo huc, modo illuc, diſcurrendo, modo ad cõſilium vadit, modo ad banchũ iuris, modo ad poſſeſsiones, modo ad nundinas, & nunquam quieſcit, vnde Seneca. Omnia impedimenta dimitte, vaca bonæ menti, ad illam nullus peruenit occupatus, Glo. in. c. Accuſatus de hęreti. in 6. Pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus, & ꝗ ad vtrunq; feſtinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. c. Presbyteros ⁊. C. de aſſeſſorib⁹, ⁊ domeſticis. l. Nemo, qui enim duos lepores inſequitur neutrum accipit. Et etiam Bern. ad Eugenium papam, qui lamentabatur, ꝙ propter occupationem non poterat ſibi

ipsi vacare, ⁊ dicebat oportet modo consolari illum modo aliũ. Et iõ dico. Esto tu vnus ex habentibus te, cum te omnes habeāt, Adiuua alios, sed tamen prius animam tuam. Matth.16. Quid enim prodest homini, si vniuersum. ⁊c. Non vis perdere prandiũ: noli etiã perdere cibum animæ. Si nunquam dormires profecto insanus efficereris. Sic anima quæ semper vigilat circa temporalia, & nunquam quiescit, nũquam cogitat de se, nũquam studet in libro propriæ conscientiæ. &c. Secundum impedimẽtum est interna affectio Greg. & Seneca. Perit omne iudicium, cum res transit in affectum. Quatuor enim modis humanum peruertitur iudicium, vt dicit Grego. & habet. in. c. Quatuor. xj. q. 3. Timore, dum timore potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus, vt faciunt sæpenumero illi qui sunt in consilio qui timore, non audẽt loqui pro bono publico: sic prę dicatores pusilanimes, non sic Ioã. bap. coram Herode, & apostoli Actuum. 5. Ibant apostoli gau. &c. & S. Thomas cãtuarien. pro ecclesia, & Ambr. in cap. Conuenior. 23. q. 8. Secundo, cupitate dum prẹmio alicuius animum corrumpimus. Figura habet Thob. 2. Qui stercoribus hirũdinum fuit excœcatus. Tertio, odio dum cõtra quemlibet aduersarium molimur. Quarto, amore, dum amico, vel propinquo contendimus præstare auxilium. Amor etiam inordinat⁹ circa Amasias iudicium peruertit. Ouid. Quid deceat non videt vllus amans, quia cœcus & allatus. &c. Ambitiosus: cum aliquis vult in omnibus equari nobilibus, vt rana boui. cum peccator laudatur in desideriis animæ suę & iniquus benedicitur, quot adulatores, quot vadunt laudem, & Placentiam, sed pauci Veronam. Dicunt enim estis pulcher, diues, prudẽs, ⁊ omnia econuerso. &c.

¶ Secundum impedimẽtum principale dicitur insipientia cordialis, cum peccator laudatur. &c. plurimi inueniuntur: qui dicunt, Magnifice domine in vniuerso non fit maior iustitia, nec melior, q̃ in ciuitate, uel terra vestra. Laudant mercatorem dicentes; Profecto vos estis optimus mercator, scitis bene facerẽ facta vestra. Laudãt doctorem illũ. d. Scitis bñ allegare, & tamen scit melius graffignare,

assassinare, rubbare, che ti so dire habet vnghionos rampinantes. Laudant diuites ꝙ faciāt elemosinas: quamuis modicas, sed tamen sunt vsurarii præstāt a 10. per. 100. a. 30. per 100. imo multi a. 100. per. 100. & ipsis credētes, suos errores non cognoscunt, & sic in laudibus excœcati, non cognoscunt seipsos.

¶ Tertium impedimētū principale dicitur negligentia criminalis, quia confidūt in paucis bonis operibus, sicut ille dicit. Vado ad missas, ꝑdicationes, facio coronam, & tamen ex alia parte est partialis tenet odium contra proximū Alius facit aliquid boni, sed tenet concubinam. Alius facit vsuras. Illa mulier infirmos visitat, elemosinas libenter facit, tamen est vana in vestibus, fogiis, chorreis, atque luxuriosis operibus, & credit ꝙ alii nesciant ipsius spurcitias: & tamen tota terra clamat, in angulis, ac plateis, quasi de ipsa omnes murmurant, & ipsa se non cognoscēs credit ī paucis bonis nō videri, si igitur vis teipsum cognoscere, accipe speculum exēplare, & in ipso respice. Sampson quandiu vidit seipsum, a philistæis se defendit, se dedit postea carni, & a philistæis fuit excęcatus, ⁊ ad molam tribulationum ductus Iudic. 16. Filius prodigus seipsum nō cognoscens, omnia sua consumpsit viuendo luxuriosæ, cum porcis vitam suam transegit. sed in se reuersus dixit. Pater peccaui. &c. Luc. 15. Petrus etiā Actuum. 12. in carcere positus fuit cathenis ligatus, & erat dormiens. i. non videns seipsum, at vbi refulsit lux. s. in cognitione suiipsius, ceciderūt cathenæ, & a carcere fuit liberatus, Actuum 9. Paulus non cognoscens seipsum, christiānos persequebatur tanquam bellua cruenta, sed ceciderūt squamme ab oculis eius, & tunc seipsum cognoscens prędicator gentium effectus est. Cognosce igitur teipsum eiice peccatorū squammas ab oculis tuis, disce hanc doctrinam, ad hoc studium vade. & facias hanc exclamationem Christo crucifixo dicens, Dic tu mellıflue Iesu, dic tu factor hominis, dic tu factus homo, quid est homo ꝙ memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum, minuisti eū paulominus ab angelis, gloria, & honore coronasti eum & constituisti eum super opera manuum tuarum? & respō-

det Ioan. Griſoſt. Vile ſemen in ingreſſu, vas immũdum in progreſſu, cibus vermis in egreſſu, qui quaſi flos egredit, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nũquam in eodem ſtatu permanet, qui cũ in honore eſſet non intellexit, cõparatus iumentis inſipientibꝰ & ſimilis factus illis, illorum hereditauit ſtabulũ, ad quorum ſenſum mutauerat intellectum, & ita optimam cognitionem habebis.

FINIS.

## FERIA III. POST ſecundam dominicam in quadrageſima.

De ſero pœnitentibus.

OMNIA ergo quę cunq; dixerint vobis ſeruate & facite. Matth. 24. Prudẽs dux exercitus, dum tranſducit milites per terram inimicorum, diuidit exercitum ſuum per acies: ne ſimul toti exercitui poſsit ruina cõtingere, ſi caſu frangãtur acies, & præcedunt ſemper aliqui fortiores, vt melius poſsint ſuſtinere pondus furiẽtium, & hoſtium penetrare cuneos: facile enim eſt victoriam proſeq iam incœptam. Sic ſpiritualiter nos oportet tranſire de pſenti vita ad futuram, inter quas frequẽter hoſtes noſtri .ſ. dæmones nos ſatagunt impugnare: nos vero q exercitũ noſtrum ducimus nobiſcum debemus vt prudentes duces illum diuidere ab inuicem, & corporalia a ſpiritualibus ſegregare, ne totꝰ homo ſimul diſcumbat. Debet fortior exercitus præcedere, quia quæ ſunt animę debent præire tãquam fortiora, quę vero ſunt corporis debent ſequi, tanq̃ debiliora, nam ſi ſpiritus præcedens contra hoſtiles inſultus contradixerit diabolo, & exercitui ſuo, ſemper erit victor. ſi autem præcedant corpus, & ſenſus corporales qui ſunt habiles ad cadendum: nulla fieret diabolo reſiſtentia, ſed lapſi, & captiui frequẽter ducerent ſpiritum ad ruinam, iſtud medio pœnitẽtiæ exequitur, quare ſero pœnitẽtes incidunt in multa pericula, & hoc probatur primo du

plici ratione, videlicet, propter.

❡Paſsionum alterationem.

❡Circũſtantiarum priuationem.

De prima, ponunt Theologi hanc concluſionem, maxime Sco.in.4.d.20.q.vnica, videlicet, peccator expectãs uſque ad extremum vitæ ſuæ, & in vltima neceſsitate, vel infirmitate conſtitutus, vult tunc pœnitere. Pœnitentia illa vix eſt ſufficiens ad ſalutem, hanc concluſionem probat Scot. vbi ſupra. Multis rationibus, quarum tantum duas hic ponimus, alias inferius videbimus. Prima paſsionum alteratione pro cuius declaratione ſuppono primo, ꝙ ad habẽdam dignam diſplicentiam de peccatis, & ꝙ ſit valida ad ſatisfactionem, requiritur neceſſario vſus liberi arbitrij, non impeditus. Patet per Sco.in.4.di.14. Ad pœnitentiã habendam oportet ꝙ voluntas imperet intellectui, vt conſideret peccata, ut dei offenſiua, a deo auerſiua, præmii impeditiua, & inductiua ſupplicii, poſtea imperet ſibimet, vt nolit ſic peccaſſe, vel habeat diſplicentiam de peccatis commiſsis. Si ergo intellectus eſſet, a tali conſideratione impeditus, non poterit voluntas ſic pœnitere, quum eſſe volitum vel nolitum, neceſſario prius ſit cognitum, per Aug.1.&.9.de trin. De hoc habes continuam experientiã. Si enim vis aliquod opus facere, quod requirat inſtrumentum, niſi illud ſit bene diſpoſitum. non poteris operari, exemplifica in omni arte. Secundo ſuppono, ſecũdum Aug.14.de ci.dei.c.15. Quod dolor in carne cauſatur ex diſsẽtione animi reſpectu paſsiõis tanquam obiecti ſibi diſconuenientis, quia nullo modo vellet talem paſsionem, & quanto diſſentio eſt maior, tã to cauſatmaior dolor in parte ſenſitiua, ratio eſt quia appetitus intellectiuus, ſic eſt appetitui ſenſitiuo vnitus, vt naturaliter, non poſsit eſſe dolor in parte ſenſitiua, quin voluntas condoleat, & quanto dolor eſt maior, tanto voluntas magis ſibi condolet, patet a Sco.in.2.d.29.& per conſequens quanto magis nollet illum dolorem in parte ſenſitiua, tanto magis ipſa voluntas triſtatur & condolet.

❡Tertio ſup. Quod infirmus peccator graui & periculoſa infirmitate detentus, quanto plus amauit carnem ſuam tẽ-

pore sanitatis, pro cuius conseruatione fecit quicquid potuit ipsam delicate nutriendo, tanto tempore illius infirmitatis summe nollet talem infirmitatem, & summæ dissentit ac per hoc patitur maximum dolorem in capite, in membris omnibus. &c. Et cũ peccatoris volũtas nullo modo velit talem dolorẽ in parte sensitiua, stante tali dolore, maxima in ipso causatur tristitia secundum Scot. vbi supra.

¶Quarto sup. Dolor in carne & tristitia in mente, valde impediunt vsum liberi arbitrii, ita ꝙ intellectus non potest non considerare ipsam carnẽ tam acriter afflictam, & doloribus plenã, patet, quia obiectum quod magis mouet sensum, existẽs in intellectu, magis mouet intellectum, patet a Sco. in. 1. d. 3. Et per cõsequẽs intellectus sic occupatus non potest considerare pro tunc peccatum sub illis circunstantiis, & sic voluntas nõ potest detestari, cum non feratur in incognitum vt dictum est, & ꝙ talis passio vere impediat vsum liberi arbitrii: declarat Sco. in. 3. d. 15. q. vnica. ar. 2. dicens ꝙ dolor excellens in parte sensitiua natus est impedire vsum rationis, quod probatur, qa plus impedit vsum rationis dolor vehemẽs quã delectatio, patet per Augu. in lib. 83. q. q. 36. dicẽs. Quod passiones causatæ a tristabilibus magis mouent, ꝙ̃ causatę a delectabilibus, & nemo est qui non plus lugeat dolorem, ꝙ̃ appetat voluptatem. Quandoquidem videmus immanissimas bestias, etiam asperitatibus terreri, dolore, & metu, Sed aliqua vehemens delectatio sensualis impedit vsum rationis. Secundũ Aug. 14. de ci. dei. c. 16. Qua maior in corporis voluptatibus nulla est: ita vt ipso momento temporis, quo ad eius extremum pœnę omnis eius acies quasi vigilia cogitationis obruat. Et Aristo. 7. ethico. Quod furatur intellectum etiam sæpe sapientis, igitur multo magis dolor vehemens sensualis, natus est de communi lege impedire vsum rationis. Ex hoc sequitur ꝙ si in martyribus expositis maximis tormentis, intellectus habuit vsum suum, fuit ex gratia speciali, & ꝙ vehemẽs gaudium impediat vsum rationis, patet etiam per August. in lib. de ciuita. dei. vnde Tullius in secũdo de fine bonorum, & malorum, Stoici

(inquit)diffiniunt voluptatē esse sublationem animi. Arist.7.ethicorum delectatio corrumpit extimationē prudentiæ, Magis autem vehemens passio tristabilis, vt dictum est, sed quę maior est tristitia quam quis habere potest in mundo hoc? quis maior dolor, dolore mortis? nā Arist.3.ethic. Mors est vltimū terribilium.

¶Ex hiis habemus exemplū, quod narrat Valerius libr.9. cap.12. de duabus mulieribus quarum altera cum nunciata fuisset clades quæ apud lacum Trasimenum inciderat, & dubitaret de morte filii, tādem eum incolumē obuiam habuit, & eum amplexans expirauit præ gaudio. Altera cū falso mortis filij nuncio mœsta domi sederet, ad primum conspectum redeūtis prę gaudio exanimata est. Hiis igitur suppositis, Concludo ꝙ cum in peccatore in extremis agēte sit maximus dolor, qui sic impedit vsum rationis, qui tamen vsus non impeditus necessario requiritur vt pœnitētia sit Deo accepta, vt supra dictum est, sequitur ꝙ tunc non poterit pœnitere, & erit ita difficile immo difficillimū, ꝙ pœnitētia eius erit deo grata nisi fiat miraculum in illo. Aug.in lib.de pœ.registratum in decretis de pœ.di.7.c.Nullus, dicitur. Nullus expectet quando amplius peccare non potest. arbitrij quærat libertatem, vt dolere possit commissa, non necessitate, prius itaque a peccatis relinquitur, ꝙ ipse relinquat ea, si non libere, sed quasi necessitate contēdat. Et infra. Sed quoniā vix uel raro, est tanta sero conuersio, timēdum est de pœnitente sero. Quem enim morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix veniet satisfactionem, hæc ille. Sed dices mihi, ꝙ talis dolor vel tristitia non totaliter impedit vsum rationis, concedo, sed multum impedimenti præstat, & per consequens vsus rationis, erit valde imperfectus, & remissus, quod vix sufficit ad veram displicentiam, patet nam quando intellectus est occupatus circa plura, circa vnum valde intense, & circa aliud quasi nihil, similiter voluntas non poterit habere actum sufficientem circa illud, circa quod est minus intenta, patet quia cognitio vnius obiecti impedit cognitionem alterius, & similiter nolitio alicuius valde intensi, vel volitio impe-

dit pro tūc nolitionē vel volitionē alteri⁹hęc in ſnīa Sco. in 2.d.42.q.1.Quū ergo intellectus peccatoris, in extremis cōſtituti valde intenſe ſit occupatus circa dolorē carnis, propter maximam cōiunctionem quam habet cum carne, ut ſupra,non poterit pro tūc intendere circa dolorem peccatorum , patet exemplo de potentia viſiua, quæ ſi intuetur aliquam figuram intenſe, non poterit pro tunc intueri aliud niſi remiſſe,mens igitur obſtinati peccatoris,maxime ſi male vixit diu i hoc ſeculo, habuit diuitias,honores,delitias,voluptates,delectationes ſenſuales.&c.Quando eſt in extremis, quomodo manet? O cum quanto dolore: O quam male . O cum quanta anguſtia, & ſpauento, & alienatione,& per conſequens mens eſt multum alterata,habet tūc dolores corporis maximos, quia forte patitur febres , moleſtias, acutas infirmitates ſtomachi, cordis, capitis,aut febres peſtilentiales quibus a planta pedis uſque ad verticem capitis torquetur , ꝙ cū deberet dicere heu mihi domine.Ego fui tam vanus,tam ſuperbus,doleo,ipſe econtra: Heu heu quia mihi caput dolet,me torquet,cum deberet dicere heu mihi domine , quia tot inhoneſtates commiſi oculis,ore, ⁊ lingua, maledicendo tibi, & ſanctis tuis,ipſe dicet,heu quia mihi dolent oculi , nares lingua, os , quæ me cruciant uſq; ad animam.Practica.Poſtea ſubiūge. Nihil ſapit, nihil guſtat, omnia abhominatur, omnia odit.ſ. dormire, vigilare, comedere,vinum non guſtat, cibum non retinet , nec ei aliquid nutrimēti præſtat, odit loqui,tacere,cantare,ſonare, videre: ogni diletto non gli guſta niente,& licet amici , & conſanguinei dicant & faciāt multa pro eius conſolatione, vnus confortatur vno modo alius alio modo: vno gli grat ta i piedi, l'altro gli ſtricca le mani, & lo polſo con l'aceto, ouero acqua roſata,o vin vecchio:l'altro gli da coſe odori fere,l'altro dice qualche facetia,qualche hiſtoria, o burlaria,o truffaria.Ipſe vero adeo opprimitur,& grauatur infirmitate,ꝙ nihil guſtat ſtat ſicut aſinus ad liram , ſtat ſicut ſi talia fierēt aliis, & non ſibi mēs enim ſua ita & taliter eſt intēſa,& impedita proter dolorem,ꝙ non poteſt aliud cogitare niſi illud malum,quod

ita eum crudeliter molestat. Grego. Tanta est vis doloris ꝙ alibi non potest ferre vim cogitationis. Adest quoq; medicus, qui cognoscit ꝙ non euadet mortem Et tamen dicit frater mi, ne dubites, io ti voglio guarire, postea sub silentio dicit vxori, fattelo cõfessare, che è spazzato. Et sic nõ nominat ei salutem suam, nisi quando non habet amplius vsum liberi arbitrij, & pœnitentia non est valida. O cœcitas magna, quanti hoc modo damnantur? Nõne per experientiam probasti tu, qui quandoq; fuisti infirmus? quo modo tibi placebat dicere pr̃ noster. &c. Aut facere aliqđ bonum? immo nec cogitare, sed semper dicebas. O se posso guarire faro & diro, & tamen quãdo sei guarito, illud faciam, & dicam, abiit cum infirmitate, quomodo in tali hora habebis veram pœnitẽtiam, veram contritionem, & dolorem peccatorum tuorũ? qũo confiteberis tot peccata quæ in tot annis commisisti? certe erit difficile, & cosi si muore come vn cane. Ecc. 17. Viuus & sanus cõfiteberis, & laudabis deũ, & gloriaberis ĩ miserationib⁹ illius, accõciati con dio quando sei sano, & sic eris securus, & habebis paradisum: si autem vis expectare horam extremam: credi tu che hauerai il scacco matto. Ideo magister in. 4. di. 20. ait. Difficile est tunc, ꝙ vera pœnitentia sit, quando sero venit, quando cruciatus membra ligat, quando dolor sensus opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat, non dicit ꝙ sit impossile, sed ita difficile ꝙ raro tales saluentur. Nota exemplum. Siquis habet dilectissimum filium ante oculos ad mortem horribilem condemnatum, habet quoq; vicinum infirmum quem nõ multum dilexit, & dicat sibi aliqs, vt cito dimittat filium, nec de eo cogitet, nec doleat, ⁊ vadat ad succurrendum vicino infirmo, quid responderet? He lassami stare, habeo filium meum ad mortẽ, & dimittam illum pro vicino? non faciam. Applica, filius est corpus, anima est vicinus. &c. Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Vnde il Petrarca, nel triumpho della morte. Capitolo secondo.

Negar non posso (disse) che l'affanno,
Che va inanzi al morir nõ doglia forte, (danno
Ma piu la tema dell'eterno

CIRCA secundũ principale, dico ꝙ si pœnitentia debet esse valida oportet qđsit circunstationata, quæ tñ erit difficilis in extrema necessitate, & nota quod dicit Scot. in.4.di.20. Quod pœnitentia debet habere duplicem circũstantiam.s. principii, & finis.i. vt sit voluntaria, quo ad principium, & amore dei tantum, quoad circunstantiam finis, quantum ad primã dico duo. Primũ ꝙ ad actum moralẽ requiritur circunstantia causæ idest vt sit libere elicitus a voluntate, vt dicit Scot. vbi supra, & in.2.di.40. & singulariter, actus disponens ad gratiã quæ mere libere confertur a voluntate diuina, requiritur ꝙ sicut ipsa sola liberalitate diuina, & contingenter, ⁊ nulla necessitate cõfert gratiam, vt elicit a Sco.in.1.dis.2. Quod etiam ille actus pœnitentiæ, vt sit dispositio de congruo ad gratiam, mere libere sit elicitus, a voluntate, & non aliquo timore pœnæ. Secundo, dico ꝙ quando fit aliquid ex suppositione alicuius inuolũtarij, non est simpliciter volũtariũ: sicut non omnino proiicit quis voluntariæ merces in mare, quia proiicit ex suppositione periclitationis: hoc tangit Sco.in.4.dist.20. Et addit ꝙ qui vsq; tunc fuit impœnitẽs, non videtur tunc extorquere a seipso displicentiam nouam, nisi timore imminentis pœnæ. Præsumitur enim ꝙ si remotus esset a pœna sicut prius non extorqueret a seipso illam displicentiam, sicut nec tũc. Quia aliqđ simplr inuolũtarium videtur causa illius displicentiæ.s. expectatio mortis quæ est inuoluntaria. Quod autem fit tantum ex suppositione alicuius inuoluntarii, non est voluntarium. Saltem quod non simpliciter voluntarium, non videtur multum acceptum alij nec per eius amorem factum. Hæc Sco. Et accepit ab Augustino. Hiis suppositis dico ꝙ cum pœnitentia illa non sit voluntaria, nisi ex nolitione mortis, vel inferni, nõ est simpliciter voluntaria, nec per consequẽs meritoria. O quot sunt hodie. O quot sũt miseri q timore mortis tũc confitẽtur, tunc dimittunt odium, rancorem, tũc appetitum vindictæ. O quot sunt qui timore mortis, ⁊ non dei, restituũt aliqua, quæ non restituerent si scirent se non mori. Quid

tunc prodest confessio tua? si tantum timore mortis, & timore inferni facis? Quid tibi prodest restituere bona aliena, si morte coactus, quæ nũquam in vita restituere voluisti? Quid tibi proderit remissio iniuriarum in hora mortis? quando vindicare nõ potes, & coactus es. O miser, cõfitere dum sanus sis, & solo amore dei, dimitte odium, & appetitum vindictæ, quando vindicare poteris, restitue aliena, quando non est coact⁹, & sic omnia ista erunt tibi meritoria, quod si facies saluaberis, si alias tieni fermamente, che andarai alla casa del diauolo.

¶Quantũ vero ad circunstãtiam finis, oportet ꝙ talis pœnitentia sit amore dei tãtum facta, & tantum respiciat deũ pro fine. Et sup. primo. Quod actus moralis debet esse circũstantionatus per Sco. in prol. q. vltima. & 1. dist. 17. Inter omnes autem circunstantias, requiritur circunstantia finis, maxime in actu pœnitentiæ, quę est dispositio ad gratiam delentem culpam, Dicit Sco. in 4. di. 14. q. 3. Nisi enim ille actus sit factus amore dei principaliter, & non timore seruili, nũquam esset dispositio sufficiẽs ad gratiam delentem culpam per Sco. vbi supra. Vnde Aug. de pœ. dist. 7. cap. Nullus. Non itaque in solo timore viuit homo, quem ego pœnitet sero, oportet non solum deum timere iudicem, sed iustum diligere, non tantum pœnam timeat, sed anxietur pro gloria. Oportet ergo principaliter pœnitere amore dei, & non timore pœnę. Omne enim principium practicum sumitur a fine. 2. phy. Exponit Sco. q. vltima, prol. Quod principium siue conclusio, siue cognitio conclusionis practicæ regulat voluptatem ipsam, ordinando in operibus suis. i. qđ principaliter dictat voluntati, vt principaliter eliciat suã operationem propter vltimũ finem. Hierony. ad Damasum papam de filio prodigo. Qui diligit non ideo imperata custodit, quia aut timore pœnarum, aut præmii auiditate cõpellitur, sed quia ipsum quoq; quod iubetur a deo est optimum, hæc ille.

¶Secundo sup. Quod ad hoc ꝙ intellectus intelligat aliqđ requiritur, de necessitate qđ illud sit pręsens in se in cognitione intuitiua, vel in specie abstractiua, quia obiectũ cõcurrit, ut causa partialis ad

intellectionem

intellectiōem necessario. per Sco. in ꝓlo. q. 1. in. 1. di. 3. q. 6. Et sic ad hoc ꝙ pctm̄ cognoscat, vt auersiuū adeo, vt offēsiuū dei, &c. Et ꝑ cōsequēs vt voluntas sub tali respectu ipm dete stet, oportet vt sit pūs ipsi intellectui sub tali ratiōe, quia eodē modo quo intellectus intelligit aliquid, eodem modo ostendit uoluntati. &c.

¶ Tertio sup. Quod obiectū præsens, magis mouet quā absens, maximę si est obiectum disconueniens potentię, puta obiectum natū causare magnum timorem, vel tremorē &c. Hijs suppositis dico ꝙ peccatori in extremis agenti, permittente deo, representabuntur peccata, non vt offensiua dei, nec sub alijs debitis circūstantijs, sed quia causæ sunt suæ damnationis, ineuitabilitas mortis, & apertum inferni chaos, teterrima dæmonū mostra. Credis tu ꝙ miser peccator, qui tempore sanitatis non timuit offendere deum, etiam in omni genere peccatorum, qui contempsit præcepta sua, non solum non amauit, factorem suum, sed contempsit, blasphemauit, maledixit, periurauit, inhonorauit, quæ omnia tempore mortis sibi ostendentur, & tormēta quæ ꝓpter peccata sua passurus est, & ira dei terrens, & videbit super caput suum ensem vibratum indignationis dei, ꝙ tunc pœniteat amore dei tantū, & non timore ignis & aliarum pœnarum, quæ sibi ostēdentur. O meschino, O dolens, O quanto sei ingānato, O quāto sei cieco, ⁊ fuora d'ogni bono sentimēto, ad nō pensare a q̄ste cose, Nam si pœniteres amore Dei, certe tēpore sanitatis hoc faceres. certe si Deum vere diligeres, non stetisses vsque ad vltimū vitæ tuæ. Et sic apparet ꝙ pœnitentia illa est coacta, & per cōsequēs inualida. De hoc. S. Bernardi. ponit exēplū dicēs.

¶ Si enim vnus seruus regis fugisset ab eo ad hostes illius, & ibi stans longo tempore multa mala ei itulisset, & semper in ipsius odio perseuerasset, si postea ab eo captus, & suspendio adiudicatus, interrogaretur ab illo an eum super omnia diligeret. s. super vxorem, liberos &c. Et magis q̄ omnia temporalia, & si talem mortem libenter sustinet qa regem offendit. Licet verbis responderet, ꝙ sic, tamen ridiculum esset credere ꝙ verum diceret. Pro conclusione igitur huius sermonis, dico ꝙ pe

riculosum est differre pœnitentiam vsque ad extremum vitæ, non solum propter rationes & auctoritates supradictas, sed etiam propter aliud periculum. Et questo voglio portati a casa. Quod deus multotiens permittit, ꝙ qui vsque ad finem vitæ permittit differre pœnitentiam, ꝙ in illa vltima hora quando velit pœnitere nō poterit, quia deus auferet ei intellectum &c. August. in sermone innocentum. percutitur enim hac animaduersiōe peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est dei.

¶De hac accipe exemplum ꝙ quidam pater noster Prouinciæ Marchiæ quem sæpius alloquutus sum, & erat mihi tā ꝗ pater charissim⁹. Iste vidit oculis propriis, ꝙ in quadam ciuitate Marchiæ, anno domini. 15 o 5. de mense Augusti, infirmatus est quidā legum doctor; qui licet esset iuuenis, erat tamen valde litterat⁹, & doctus, crudelis, & pauperū oppressor. Guardianus nostri conuentus visitauit eum, & post multa, cum guardianus noster loqui cœpisset, de confessione ipse ostendit ægre tulisse, & licentiauit ipsum, nocte sequenti grauatur, mater mittit pro guardiano conuētus, quia locus noster erat extra: Suadet ille vt confiteret. Tandem videns ꝙ nō potest mortem euadere, dicit. confiteamur, & incipiunt confessionem, post pauca ille exiuit de proposito. Et dixit, iudiciū dei, Iam diffinitum est, Deus de cœlo in terram aspexit, vt &c. reincipiunt cōfessionem, & post parum dicit eadē verba, & sic non potuit confiteri, sed cum illis verbis expirauit. s. dicendo, Iudicium Dei iam diffinitum est. Istud nāq; probatur alijs tribus rationibus videlicet.

¶Seruilis conditionis.

¶Peccatorum habituatiōis.

¶Dæmonū impugnationis.

¶Circa primum, sup. primo. Qđ vt deleaẗ culpa, reqriẗ displicentia perfecte circunstantio nata, vt dictum est supra, Secundo sup. ꝙ quādo talis displicentia uon potest haberi, ita intensa potest quis supplere orando, vigilando, ieiunando, & per alias afflictiōes corporales, Et sic dicit Sco. in 4. di. 20. Quod quanto aliquis est minus dn̄s suæ operationis. i. quia propter infirmitatem, vel senectutem non potest vigilare, ieiunare, & hu-

iusmodi opera facere, tãto in voluntate requiritur motus intensior, & maior displicentia, Iste autem (ait Sco.).i. infirmus ẽ minus dñs sui actus exterioris ad pœnitendum, requireretur igitur secundũ strictam iustitiam, intensior motus displicentiæ ad iustificationem eius, q̃ ad iustificationem sani, cum vix posset habere æque intensum. Hæc Sco. Iste autem motus intensior( dicit Sco.)in ĩfirmo vix tunc poterit haberi. Et declarat ipse sic. Nam ad condignã pœnitentiam requiritur non solum, ꝙ dimittatur peccatum, sed etiam ꝙ libere dimittatur, quæ libertas quantum ad præsens spectat in hoc attenditur, si ille q dimittit peccatum potest peccare, vel nõ, si potest peccare, qa iuuenis, sanus, non impeditus.i. ꝙ habeat commoditatem peccandi, & non peccat, tũc dicitur libere dimittere, si autem nõ potest peccare, quia senex, vel infirmus, dimittendo peccatum: non dimittit libere, sed quia non potest plus. Et hoc modo dicit Sco. in sene. vel infirmo, requiritur maior displicentia, q̃ in iuuene, vel sano. Nam ex quo vsque ad extremam horam distulit pœnitere, & semper continuauit peccata, ostendit ꝙ si esset sanus adhuc peccaret. Hanc rationem etiam tãgit magister. de sene, in 4. di. 20. Et Aug. de pe. di. 7. c. Si quis (inquit) Positus ĩ vltima necessitate suæ ægritudinis, voluerit accipere pœnitentiam, & accipit & mox recõciliabitur, & hinc vadit, fateor vobis nõ illi negamus quod petit, sed nõ ꝑsumimus ꝙ bene hinc exeat, si bñ exierit ego nescio, pœnitẽtiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Sed nunquid dico damnabitur? Sed nec, dico saluabitur. Vis ergo a dubio liberari? vis euadere quod est incertum: Age pœnitentiam dum sanus es, si sic agis dico tibi quia securus es, quia pœnitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti, si autem vis agere pœnitẽtiam eo tempore quo peccare nõ potes, peccata te dimittunt, nõ tu illa, Hæc ille. Et addit Scot. vbi supra adminus non tu ita libere ea dimittis. sicut sanus, ideo quantum deficit in te de libertate, tãtum secundum rigorẽ requiritur: In te motus intensior, quem vix vel nuuq̃ poteris habere. Hæc Scot. Cõcludo igitur, ꝙ: miser homo qui diu male vi-

rit, semper inimicus Dei, quã do se reduce a lo capezale de la morte, etiam si velit peccare nõ potest, ne grado ne gratia, ne ha Dio, se allhora lassa l'odio, pche e reducto ad termine, che se ben volesse fare vendicta non po. eodem mõ discurre, de vsuris, concubinarijs, mulieribus vanis, &c. nec ĩ tali articulo exñs põt ieiunare, vigilarẽ, &c. Et sic oportet eũ supplere, mẽte, & corde .s. habẽdo displicẽtiã de pctis magis, q̃ si eẽt san⁹, sed heu qa vix potest habere æque intensam, ait Sco. Nec accipias pœnitentiam latronis, siue exemplum. Cuius & si fuit sera pœnitentia, non tamen fuit sera indulgentia, ait Augu. & magister vbi supra, quia non dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi potestatẽ. Et si bene aduertis, nõ inuenies in tota scriptura sacra, simile, de aliquo alio. Positus est enim hic in summitate montis misericordie dei, in figura humani genetis latrocinantis, sola misericordia Dei liberati. Et cõcludit Scot. vbi supra. Quod magnum donum dei est: Si alicui inspiratur, vt veram pœnitentiã tunc faciat, vnde nõ est quærenda hęc inspiratio, nec est procrastinandum sub hac spe, quia hoc esset tẽptare deum, dicit enim Sco. ꝙ tali infirmo suadẽdum est, vt melius q̃ possit pœniteat, obijciendo ei misericordiam Dei, Non est ergo expectãdum horam mortis, non tempus infirmitatis, nec in spe esse misericordiæ Dei, quia nunc est tẽpus miserendi, nunc est tempus benefaciendi, nunc est tp̃s dimittendi odiũ, vsurã, vanitatem, superbiã, ambitionẽ, libidinem, voluptates, &c.

QVO ad tertium principale, Dico ꝙ periculosum est defferre pęnitentiam vsque ad mortem propter habitum, Et Sup. 1. Quot habitus peccandi informans voluntatẽ, vel concurrit effectiue, vel defectiue ad peccãdũ, quod magis videtur secundũ Sco. in. 1. dist. 1. & dicit. Quod habitus sit partialis causa peccati, si est viciosus, si autem ẽ virtuosus, est causa partialis actus virtuosi, saltẽ hoc, certũ est ꝙ habitus maximę acquisitus ex frequentatis actibus, valde inclinat potentiam ad similes actus, vt patet secundum cõmunem opinionem, dico vltra. Quod potentia habituata promptius, & expedi

tius operatur, quam non habituata per Sco. in. 1. di. 17.

¶ Secũdo suppono quod habitus agit secũdum vltimum potentiæ suæ, & quantum potest, secundum totam virtutem suam, secundum Sco. in 1. di. 17. Et quod omnes potentiæ exteriores agunt mere necessario circa obiecta sua, & quãto magis sunt habituatæ tanto magis inclinãtur circa obiecta per Sco. de potentijs sensitiuis in secuñdo dist. 29.

¶ Tertio suppono quod inclinatio naturalis inclinat necessario, semper & summe per Sco. in. 1. di. 1. & vltra inclinatio naturalis fortior est quacũque inclinatione habitus ẽt intẽsissimi, per Sco. di. 49. 4. Et voluntas naturali inclinatione valde inclinatur ad condelectandũ potentiis sensitiuis, per Sco. in. 2. di. 14. Si autem inclinationi addatur habitus, tunc maxime inclinabitur.

¶ Exemplum de lapide, qui cum habeat naturalem inclinationem ad descensum, si sibi addatur aliud graue, nonne maiorem inclinationẽ habebit? certe sic, ita est de naturali inclinatione, cui additur habitus: Hiis suppositis dico, Quod cum miser peccator per tot annos sit habituatus in peccatis, & volũtas valde habituata in condelectãdo sensibus exterioribus, seqtur appetitum sensitiuum, nonne tẽpore mortis, habitus vitiosi violentabunt ipsam miseram animam ad consimiles actus, puta ad intensam dilectionem, et inordinatam filiorum vxoris, diuitiarũ, & huiusmodi? certe sic. Hoc tangit Augu. de vera & fa. pe. & de pe. di. 7. c. Nullæ. Maxime cũ filii quos illicite dilexit sint presentes, uxor, & mundus ad se vocet, multos solet serotina penitẽtia decipere. Hęc ille. Quod exponens Sco. in. 4. dist. 20. di. Intellige hic delectabilia esse præsentia in se. vel in fantasmatibus vehementer impressis. Et sic ex vehementia habitus continuati multum inclinant ad se inordinate amandum, & per consequens magnam faciunt difficultatem ad habendam displicentiam de eis, ad hoc vt sit sufficiens dispositio, ad deletionem culpæ. Hæc Sco. Multum ergo decipiuntur miseri qui per 40. 60. 80. annos faciunt habitus intensos in voluntate. s. amoris, vxoris, filiorum, pecuniæ, diuitiarum, & huiusmodi, Et dum sunt sani non possunt agere condignam penitentiã,

eo quia nullo modo possunt a tali habitu amoris liberari, Sed quid facient miseri, quando haueranno l'anima alli denti? O miseri quid cogitas in tota vita tua? Oime non nisi mundana. pro quorum acquisitione, multiplicatiõe, conseruatione infatigabiliter laboras, male comedendo, male bibẽdo, male dormiendo, die noctuque sempre sei ad pensare de robba, sempre de accumulare denari, & quandoque nescis cui congregabis ea. & forte, sudores tuos bibent, & comedent illi qui nunc tui sunt capitales inimici. O infœlix anima, quales sunt modo cogitationes tuæ, imaginationes, desideria toto tempore vitæ tuæ? Certe ad amorem filiorum, quos vt diuites relinquas, & multo bene grassi, hai gittata lanima tua in vna busa della stalla, & fai vsura, assasini le pouerelli, Et quid dicam de his qui non habent filios, nec filias, & nõ cessant, stentare, tormentare, lacerare el corpo suo, con tanta vigilantia, con tanta sollicitudine, O misero. O cieco, senza intellecto, cui cõgregabis tot bona, tot diuitias? O si esses ita sollicitus, & vigilans ad thesaurizandum animæ, sicut corpori, beatus esses: Quid dicam? Nonne in extrema hora mortis de his cogitabis, de his loqueris? Matth.6. Vbi est Thesaurus tuus &c. Hoc quidem experientia patet, ꝙ ea q̃ versantur in mente viuentis, de quibus fiunt intensi habitus, versantur etiã in mente morientis. Confirmatur ratio ista, & pone tria dicta, Primũ ꝙ intellectus est locus specierum, quia saluans sicut dicitur, ꝙ ipsius loci est conseruare locatum, Species intelligibiles non videtur deleri, quia non per aliquod cõtrarium ad ipsas, seu per indispositionem receptiui, quum nulla indispositio sit in intellectu, patet a Sco.i.1.di.3.q.6. Secundum dictum est, ꝙ species reseruate in intellectu, mouent ipsum intellectũ ad considerationes eorum quæ representantur per illas species seu similitudines, quod idem est, & mouent naturaliter, & secundum vltimum, potentiæ suæ, seu secundum totam virtutem suam, per Scot. in.1. di.3.q.6. Et quando vna fortius mouet intellectum, impedit aliam, vt non moueat: ꝑ Scot. vt supra. Et ꝙ illa quæ efficacius, & intensius est impressa intellectui: illa magis mouet

ad cõsiderationem repreſentati. Tertium dictum ē, quod pro ſtatu iſto tantum, in intellectu recipiũtur ſpecies intelligibiles, ſeu ſimilitudines, quod idem eſt rerum ſenſibilium. ſ. eorum quæ poſſunt cadere ſub aliquo ſenſu patet a Sco. in. 1. di. 3. q. 2. Non autem recipiuntur: ſimilitudines rerum mere ſpiritualiũ. quia, & ſi ille res ſpūales cognoſcant, cognoſcuntur tm̃, vel quodã modo arguitiue, & imperfecte, & non per proprias ſimilitudines, iſtis ſic declaratis, dico ꝙ intellectus relictus in puris naturalib⁹, maxime occupatur circa iſta ſenſualia, & maximę circa illa quæ valde ſunt dilecta a voluntate, quæ etiam voluntas imperat intenſam conſiderationem ipſorum. Et pro illo tunc ꝙ intellectus eſt occupatus circa ſenſualia, q̃ mouent ad ſui cõſiderationem, ſecundum totam virtutem ſuã, nõ poterit eſſe intellectus circa alia, quorũ ſimilitudines non relucent in intellectu, & quorũ ipſe intellectus habet paruam notitiam. Dic mihi nũc habes ĩ intellectu ſpeciem repreſentantem matrem tuam, quam vnice diligis. habes ẽt ſpeciem repreſentantem aliquem hominem, quem ſemel vidiſti. & ideo parum eum diligis. Quæ harum ſpecierum fortius mouet intellectũ tuũ ad conſiderationem illius qđ repreſentatur? nonne ſpecies matris? certe, ſic, Immo illa ĩpedit ne alia moueat, vel ita parum quod nihil eſt. O infœlix anima, quid erit de te in pũcto mortis? male, male, male. Quum enim anima miſeri peccatoris per longum tempus occupata fuerit circa mũdi delectationes. Circa delitias, diuitias, voluptates, & cætera temporalia, & ſenſualia, quæ omnia inordinate dilexit, & ſpecies omnium horum conſeruauit indelebiliter in intellectu ſuo, Et tẽpore ſanitatis ſuę. parum, immo forte nihil de deo. de anima ſua, de pœnitentia, & huiuſmodi. Et certum eſt ꝙ tempore mortis ille ſimilitudines maximę mouebũt intellectũ ad conſiderationem ſui, & eorum quæ voluntas illicite dilexit. Et tanto magis mouebunt, quanto dæmones valde præſentabunt illa quæ illicite dilexit, vt circa illa quæ illicite dilexit occupatus, ſui met obliuiſcatur, & ſuorum peccatorum. Et ſic miſera anima intenta circa illa non po-

terit considerare mala quę fecit, & per consequens nec voluntas dolere, & sic miraculū erit si tūc dignam poterit facere pœnitentiam. Ex quo fit ꝙ si aliquando quispiā admonet eum de salute sua, aut nihil respondet, quia forte non percipit, vel si respondet non ad præpositum loquitur, sed profert: aliquod verbum stultum, vel cōforme suis cogitationibus.

¶Noui (inquit). S. Bernardinus hominem qui dum moreretur, sicut in vita fecerat, ita in morte nihil nisi denarios nominabat. clamabat, furabatur, seruumq; vocabat dicens, curre post talem qui soluit mihi monetā falsam, porta mihi denariorum bursam, dic tali ꝙ pertrāsiuit tempus solutiōis suæ. Heu talis in tot denarijs me decepit, & innumeras tales dementias, sicut versabantur in corde, sic eructabat ex ore. Matt. 2. Malus homo de malo thesauro suo profert mala, inquit idem. S. Bernardinus. Noui fratrē qui a parētibus cuiusdam magni diuitis requisitus, vt illi diuiti in extremis agenti pœnitentiā suaderet, steterat enim vltra triginta annos sine confessione, festinus & solerti animo religiosus accessit, hortabatur dulciter illum ad dei amorem, & ad spem magnam misericordiæ dei. Respondit ille. Dic mihi frater quantum ascendit centenariū piperis? & fratre respondente, ꝙ cogitaret de anima sua, ille iterū dixit Centenarium lanę. quātum valet? Iterum fratre eadē verba respondente. Et ille, Sūt iam reuersæ Galeæ de Baruthi? O quantum steterunt illæ de aqua mortua, ē ne bonum forum de cynamomo? & zuccaro. O mercantie, hodie nihil valent, & sic ad illa quæ semper viuens amauerat semper linguam vertebat, Tunc ait frater. Ha frater mi, volo ꝙ his dimissis (cum ita sis in extremis) de anima tua cogites & confitearis, & misericordiā a deo humili corde postules. Tunc ille voce magna, & dolorosa dixit, non possum, nō possum, & hoc dicēs cum diabolo expirauit. O ergo miseri, o ceci & insensati, O immersi nella volupta, nella cupidita di q̄sto mundo, quare hæc quandoque non cogitatis. O dicit ille. Ego tunc recordabor peccatorum meorū, sufficit mihi vna hora pœnitendi, & spero habere tali hora contritionē quæ sufficiet mi-

hi ad ſalutem, ſicut de latrone dictum eſt. Oime quia deceptus es, Heu quia cœcus es, & quis dabit tibi ſecuritatem habere illam horam, & illam contritionem? Dico ꝙ eſt poſſibile, neſcio tamen ſi ſic erit, quia ſecũdum Logicum, A potentia ad actũ, non valet conſequentia. Nõ enim valet, Tu potes, eſſe papa. ergo eris, ſic non valet, potes digne pœnitere in extremis: ergo digne pœnitebis. Non expectare illam horam, ſed incipias modo habere contritionem, dimittere peccata, confiteri illa, & amplius nõ peccare, age modo pœnitentiam, & ſic in extremis, gratia dei mediante eris ſecurus, & nõ dubi⁹ &c.

¶Dico etiam ꝙ periculoſum eſt differre pœnitentiam vſque ad finem vitæ propter dęmonum infeſtationem. Nam peccatori in extremis agenti (permittente deo) apparent crudeliſsimi dæmones, aſpectu terribiles, & monſtra illa teterrima, quæ maximum timorem incutient, etiam amicis dei, quid faciet inimicis? Iob 41. De ore eius lampades procedunt, ſicut ignis ardentis. Glo. Quia oculos electorum turbat, quãto magis turbabit, quos tanto tẽpore poſſedit? Et ipſi dæmones ſecundum opinionem aliquorum oſtẽdẽt eis pœnas æternales, & infernales, ignẽ teterrimũ, loca illa, pœnas crudeliſsimas, iram, & furorem, & indignationem ſummi dei, enſem euaginatum, & ſententiam iã fulminatam Iob. 41. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, &c. Præterea oſtendent ſibi omnia peccata ſua, mortalia, venialia, cogitationes, locutiones, & operationes, & omnia quæcunque fecit, aut cogitauit, & oſtendẽt illa ſub ratione irremiſsibilitatis, Et tantæ offenſe, ꝙ miſer peccator, cogit quaſi peccatum illud cogitare ſub ratione irremiſsibilitatis. Et nũquã poſſe remitti a deo, & ſic intellectus oſtendet voluntati ſub iſtis conditionibus. Et per conſequẽs magis volũtas diffidet de miſericordia Dei, vt fecit Chaim, & Iudas. Conatur inſuper diabolus mittere animam in aliquo errore circa fidem, & multa alia. Aufert a memoria eius omne bonum, quod vnquã fecit, ita ꝙ videbitur ſibi ꝙ nõ fuit chriſtianus. O infelix anima quare modo hoc nõ cogitas? quare tempus illud expectas? Iſi. 3. de ſummo bono. c. 5. Dum

in tota vita diabolus preuaricare hominem cupiat, amplius tamen in fine molitur decipere. Hinc est quod in principio, cōtra prothoplastum est serpenti dictum, & tu insidiaberis calcaneo eius, quia nimirum, hominem quem diabolus incursu p̄teritæ vitæ, non decepit, in nouissimis supplātare disponit. Proinde quamuis quisq; sit iustus, nunquam necesse est vt sit in hac vita securus. Hæc ille. Et Greg. Ome. 42. dicens. Quod diabolus tāto grauiores tentationes īgerit, quanto magis peccatorē conspicit fini appropinquare, insidiatur, enim in abscondito quasi leo in spelunca sua. O īfœlix anima si nō potuisti tolerare dum eras sanus, quid facies in hora extrema? Dic de sancto Hylarione, de anima Sācti Martini, qualiter auditum est prælium in aere dæmonum, & Angelorum, & in morte Beati Frācisci, vbi multitudo dæmonum, & de multis Angelis, &c.

¶Recitat frater Bernardinus de Bustis. Quod Mediolani, q̄dam magnus vsurarius infirmatus ad mortem fecit corā se portari, omnia pręciosa ornamenta, aurum, & argētum, &c. Et intuens omnia illa, per magnum spatium, postea ad medicos se conuertens exclamabat. O Medici, Accipite hæc omnia cuncta enim vobis elargior, dummodo me a morte liberetis, & in talibus semper cogitans, sine pœnitētia mortuus est. Narrat idē de alio diuite auaro, q in mortis articulo fecit sibi apportari denarios, & thesauros, quos dolorose alloquens, dicebat, iuuate me, o denarij mei, iuuate me, en morior, & vos desero: deinde illos amplexabatur, & dæmum accepto vase argēteo cum dentibus, cum diabolo expirauit. Narrat, et de alio magno Prelato ecclesiastico q infirmatus ad mortem, & audiens a famulo quod nullam spē medici habebant de ipsius sanitate, fecit sibi apportari speculum, & illud intuens cœpit dicere. O facies mea iocunda, o caput meum delicatum, quod tanta diligentia amabam debes tu mori? O corpus meū eburneum, manus meæ albissimę, O crura mea formosa, debetis vos a vermibus deuorari, Et in his verbis perseuerans mortuus est.

FINIS.

**FERIA IIII POST secundam dominicam in quadragesima.**

**De certitudine salutis.**

POTEstis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Mat. 20. Experiētia docet, ꝙ in balneo aque quanto plures intrant tanto amplius aqua crescit, & attingit superius, ita Mystice dicere possumus. De aqua beatitudinis æternę, sine qua desiderium, & animę nostrę sitis nō valet extingui. ps. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuū, in illa ergo tanta erit amoris perfectio, & abundantia gloriæ, ꝙ quāꝗ illuc intret electorum innumerabilis multitudo, non tamē propter hoc quisꝗ minus habebit, vt in figura habetur, numeri. 20. Percusso lapide tanta manauit aqua, vt sufficienter biberēt homines, & iumēta, sic in mystico sensu, Petra percussa virga, fuit Christi humanitas pp nr̄a peccata vulnerata. Esai. 53. Propter scelera populi mei percussi eum, tanta enim fuit virtus suę sacratissimę passionis, ꝙ latissimę aque glorię conferuntur, & ideo in Esaia, inuitat omnes. 55. c. omnes sitiētes venite ad aquas, de ista ergo beatitudine, & quomodo acquiratur: & qualiter qs cum filijs Zebedei sedere possit ad dexterā Christi differemus, tria declarātes, videlicet.

¶ Temerariorum saluandorum affirmationem.

¶ Veridicam paucorum saluandorum responsionē.

¶ Certam damnatorum plurimorum, confirmationē.

¶ Circa primum, vt melius sermo intelligatur parabolice procedam sic. Fuit qnidam famosissimus prędicator, qui quodam mane cum prędicasset maximo feruore, & populi terrore, de sæuissima dei iustitia. Et ꝙ pauci saluantur, aderāt prędicationi, duo speciosissimi iuuenes, nobiles, & potentes, quorum vnus deditus erat mundo, & concupiscentijs eius, ⁊ voluptatibus, & pigliauasi di questo mundo quanto ne poteua pigliare, & chiamauasi Philocosmo, Alter vero deuotus & timens deum, & diuinis totus intētus, Et vocabatur, Theo-

philus, hic nimis tremebundus stabat attentus prędicationi, alter vero nimis vagabundus. Finito sermone pariter ab ecclesia exierunt, & comederunt simul, & finito prādio, Philocosmus respiciēs in faciem Theophili non habētem colorem dixit, quid habes mi cordialissime frater? nam totum te in facie mutatum video. Respōdit vere sic est, & satis timeo, audiui enim ab illo patre hoc mane prędicante tremenda, & stupenda, de dei iustitia, & timeo satis de mea damnatione. Et alter ait. O simplicita, adesso me pare de vederti con dui zoccoli in piedi, voi forsi deuentare frate? ad posta delle ciarlarie di quello frate, che ha predicato questa mane? Non sai tu che questi frati, quādo nō sanno altro che dire, brigano, & tempestano la su, come se fussero matti, credunt suis clamoribus populos conuertere, sed vtiq; peruertunt eos; quia ponunt eos in desperationem. Ego dico tibi, totum contrarium faciunt alij boni religiosi, qui semper delectabilia prædicant. Tu dici il vero (dicit alter) An nescis illud Pauli 2. ad Timo. 4. c. Qui ait prædica verbum. f. sacrę scripturæ & non fabulas. Insta. i. instanter facias. Oportune. i. a quelli chi desiderano de audire & non a te, chi hai il capo pieno di vento, che nauseat animam tuam verbū dei audire, Importunę. f. illis qui nōn recipiūt gratiosæ. Sai che sequita Paulo? Argue. f. peccantes ex ignorātia, obsecra peccantes ex infirmitate. Increpa. f. verbis duris peccātes ex certa malitia. Nō dice etiā il Propheta ex dei præcepto. Annuncia populo meo scelera eorum. Va discorrēdo tutta la sacra scriptura, che se deue reprehendere asperamente li peccatori, & indurli al timore d'Iddio, quia timor domini expellit peccatum, Et non vngere il capo con fauole, & chimere. Ille autem subridendo dixit, O purita, o simplicita, sempre sei andato appresso a questa vostra simplicita, & mai hai saputo pigliarti vn poco de piacere de qsto mundo. Orsu io te prouaro, primo per la sacra scriptura, che Dio saluara tutti, & poi per ragioni, & exempli. Et primo authoritate. nam habem^9 iustificationem per gratiam ſm illud Pauli. Rom. 3. iustificati aūt gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quę est in

Christo iesu, ista autem iustificatio heri potest sine operibus, vt ait Paulus in eodem capite.d.ex operibus legis nõ iustificabitur, omnis caro coram illo, & ibidem ait, arbitramur enim iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis, & non tantum iustificationẽ, Sed & beatitudinem cõsequi poterimus sine operibus, qd dicit regius Propheta i ps.35. homines & iumenta saluabis domine, queadmodũ multiplicasti misericordiam tuam Deus. Sai che vol dire questo, homines. s. ratione vtentes, spirituales, & sapientes. Hoc est proficientes, & non solum hos, sed & iumenta, non dico le bestie, secundo teneua Origenes, quod est falsum, sed iumenta. i. brutales, & carnales peccatores, si come so io. & simplices, hoc est insipientes como sei tu. Saluabis domine. Et perche? quia in deo non est acceptatio personarum, q̃sta e sententia cõmune oium Theologorum, & in molti loghi della sacra scriptura, ab ęterno, & semper. In deo fuit misericordia, sed maximæ tempore gratiæ in quo multiplicauit suam misericordiã, non solum perfectos, sed imperfectos saluans. Va piu oltra, che dice il Propheta. i ps. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Et in libro tuo omnes scribentur, Parla christo al suo patre, & dice, imperfectum meum. i. imperfectionem meorum, viderunt oculi tui misericorditer, ne perirent, ⁊ in libro tuo. s. vitę, & memoriæ tuæ diuinæ, omnes scribentur. i. saluabuntur in misericordia tua. Ecce &c. Dic mihi non credis q in deo sit voluntas? vtique, Nonne hæc voluntas est formaliter infinita, & infinitæ perfectionis, & rectitudinis, s̄m omnes Theologos? maximę Scotũ. q. vlti. prol. & in. 1. di. 39. Vbi ait q est tantę rectitudinis, quæ non indiget regulari ab intellectu diuino, Modo quid dicit Paulus, primę ad Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, Si vult. Et suum velle non est frustratorium, vt ait Philosophus 2. phi. 1. cœli. Et 3. de anima. ergo omnes saluabit, hai tu inteso, como aptamente parla la scriptura, che Dio tutti ne saluera?

¶ Secũdo probo rationibus, & primo ratione finis, & pro boratione huius audi tres veritates. Prima, Deus gloriosus, quæcunque agit sapientia, & bonitate sua infinita, agit, p-

pter finem, hoc tota scriptura proclamat, & affirmat. Et omnes Theologi docent, maxime Scot. in.1.d.2. Et omnes Philosophi, maxime Aristo.1. phi.te.com.50. ꝙ omne agens per se, agit propter finem. Et ipse Deus est agẽs per se, quia non per accidẽs, vt patet, voco agens per se, quod agit per propriam formam, sicut ignis calefacit calore. Est igitur deus, agens propter se.i. propter finem. Vnde ad se, vt ad vltimum finem omnia dirigit, licet enim dirigat, & disponat omnem causam. Secundam agere propter fines suos, ad ꝑfectionem, & decorẽ vniuersi, & ad vtilitatem ei⁹, semper tamen omnem cuiuscunque secundę causæ actionem ad se ipsum vltimate, & principaliter ordinat, & præsertim rationalem creaturam, quã immediate, & sine cooperatiõe alicuius secundæ causæ, benignissime creat. Secunda veritas, Deus gloriosus creauit hominem, propter se, vt finẽ vltimum, nec tamẽ ad illum ordinat vt causam finalem, sicut quãlibet aliam creaturã etiam vilissimam ordinat, (omnium enim rerum est finis) & hoc non aliter, nisi propter quẽ amate sunt res, sed peculiari quodam modo, est finis hominis, in quãtum terminat oꝑationes naturæ beatificabilis, & est bonum summum attingibile, per operationem intellectus & voluntatis, quibus tanꝗ nobilissimis potentijs ad ipsum ordinatur, vt ad perfectionem suã vltimã. Hæc habentur a Sco. in.4.di.49. Ita ꝙ cũ bonum sit de natura sui ipsius cõmunicatiuum, & diffusiuum, secundum doctrinam Dionysii, cõmunicatis perfectionibus naturalibus omnib⁹ creaturis, voluit, vt creatura rationalis iueniretur aliis perfectior, cui se nobiliori modo cõmunicaret, & ad illũ attingeret, vt ad perfectionem suam vltimam, per operationem intellectus, & volũtatis. Tertia veritas. Quod voluntas Dei infinita nihil vanum & frustratorium facit. Nam Aristo.2. phisi.2. cœli. & 3. de anima dicit. Deus & natura nihil agũt frustra. Et in particulari de natura dicit. Quod si natura dedisset stellis motum progressiuũ dedisset ẽt media ad cõsequutionem illius, &c. Ordinans enim aliquod ad finem, & dãs ei media ad consequendum finem illum, signum est ꝙ vult illum finem attingat, vt ait

Sco. in 2. di. 2. q. 2. Si enim hoc de natura dicimus, multomagis de Deo qui est supra naturam, & causa perfectissima, ex omnibus his sequitur conclusio huius rationis. Quod si deus clementissimus est agẽs propter finem, & fecit hominem propter finem. i. propter se, & ad se illum ordinauit, vt ad finem vltimum, & vltimā eius perfectionem, & dedit ei naturale desiderium ad illum consequendi, & voluntas sua non frustratur, ergo sequitur ꝙ illum habebimus finem, nec ob aliud nos creauit, alioquin frustra hominẽ fecisset, quod est absurdum. Vnde Anselmus, cur deus homo, ait, aut deus fecit de natura humana, quod facere disposuit, aut vane fecit eam. Et ꝑs. Nunquid vane constituisti filios hominum? q. d. ꝓpheta deo exclamans. O summe artifex & creator omniũ, hai forsi creato tanto nobile & egregia creatura, che excede omni altra cosa creata, excepto la natura Angelica, vanamente & frustratorie? certe nõ, sed ad finem suum &c. ¶Secunda ratio dicitur similitudinis. Deus fecit animam, ad imaginem & similitudinẽ suam. Gene. 1. Et secundũ omnes Theologos, maxime Sco. in. 1. di. 3. q. vlt. dicit. Quod nihil inferius illa, ad imaginem dei est, quæ habet vnam primam perfectionem, quæ dicitur memoria quæ gignit notitiam, & repręsentat patrem, q generat filium. Et habet aliā perfectionem in se, quæ dicitur, intelligentia, quæ recipit notitiam, & ista repręsentat filium qui generatur a patre, & habet aliam perfectionem in se, quæ dicitur voluntas, quæ recipit volitionẽ, & ista representat spiritum sanctum qui procedit ab vtroque, & vnitas animæ representat vnitatem essentiæ. Et imago repręsentat totam essentiā. Habes similitudinem animæ. Tunc sic, similitudo est causa amoris, & dilectionis, per Aristo. 8. Ethico. Et q̃to causa assimilat sibi effectum, tanto magis diligit eũ. Et deus est causa principalior huius similitudinis, maximę animæ, quam sibi assimilat in perfectionibus simpliciter ſm Sco. id est ſm intellectum, libertatem, scientiam, amorem, sapientiā, quæ omnia dicunt perfectionem simpliciter, ſm Sco. in. 1. d. 8. q. pe. ergo maximę diligit eam, eodem amore, quo diligit essentiam suam. Et talis amor ẽ

formaliter infinitus. ergo infinite nos amat. Credi tu che hauendone Iddio fatto ad sua similitudine,& asſimigliādone a lui, in tante perfectioni,& amandone tāto cordialmente, che ne voglia damnare. Ah mio cordialiſsimo fratello, qual patre e tāto diſpietato,& crudele, che hauendo vno figliuolo molto ſimile a ſe, in ogni via, lo voglio mandare a le forche? Quanto magiormente quello che e optimo patre de tutti, del quale parla Auguſtino. Qui dedit carnis originem, pulchritudinem, valitudinem, propagationis fœcunditatem, membrorum diſpoſitionem, ſalutem, concordiam, & animæ mentem. intelligentiam, & voluntatem, ille. Ecce ergo chariſsimæ quomodo pater noſter cœleſtis nos ſaluabit.

¶Tertia ratio, dicitur inclinationis quā ſic declaro, omnia quæ ſunt, inclinantur ad agendum ſecundum bonitatem ſuæ naturæ, hoc in creaturis etiā inſenſibilibus reperitur. Ariſto. 2. Meta. & 3. de anima dicit. Vnumquodq; agens operatur ſecundum proprietatem ſuæ naturæ. Et 4. Ethi. vnuſquiſq; dirigit opera ſua ſecundum optimum eorum quæ ſunt in ipſo. Nam ignis cū ſit calidus naturaliter, ſemper emittit calorem, Sol cum ſit naturaliter lucidus, ſemp emittit ſplendorem. Mel cum ſit naturaliter dulce, ſemper reddit dulcedinem. Ait enim Boetius 4. de conſol. proſa 4. Agit. n. cuiuſcunque natura, quod proprium eſt ei diffinire. Cum ergo non debet quis melioris eſſe conditionis, ꝙ ille a quo cām habuit. L. in his officiis in ſine. ff. de re. iu. Et cum ſecūdum philoſophum 2. Meta. Quod eſt cauſa aliorū vt ſint talia, illud maximę eſt tale. Exempli gratia. Si aqua ē calida p ignē, a fortiori ignis, ſeqtur ergo, ꝙ ſi omnes creaturæ faciunt opera ſua ſecundum bonitatem ſuæ naturæ, multo magis hoc facit creator. Cum itaque natura diuina ſit naturaliter, & eſſentialiter clemens, & pia, vt in cap. Quia diuinitatis natura. de pe. di. 1. vbi dicitur. Quia diuinitatis natura, clemens eſt, & pia, magis ad indulgentiam ꝙ ad vindictam p̄na, quia nullatenus vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertaē & viuat, & in. c. libēter ignoſco prōpte īdulgeo, miſericordiā magis, volo, ꝙ ſacrificiū, qa p ſacrificiū iuſtus cōmēdatur,

misericordiam peccator redimitur, & Christus non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, &. C. de nuptijs. l. imperialis. Nam ita credimus Dei beniuolentiam, & circa genus humanum nimiã clementiam, q̃ nostræ naturę possibile est imitari, ille. Vnde concludẽdum est, q̃ deus magis inclinatur ad miserendum secundum suam naturã q̃ ad damnãdum. Nam ecclesia in collecta asserit. Deus cui proprium ẽ misereri semper, &. p. Et sic patet. Quod deus magis operatur misericordiã q̃ iustitiam. Scriptum ẽ enim 26. q. 6. c. His qui tempore. & de pe. di. 1. c. Multiplex & sunt verba leonis. di. Misericordię domini nec mẽsuras ponere possumus, nec tpa diffinire, ille.

¶ Tunc Theophilus respondit, etiam deus inclinatur ad iustitiam, sicut ad misericordiam, cum sint ambæ formaliter infinitæ in summo Deo. Respõdit Philocosmus, q̃ magis ad misericordiam, quã ad iustitiam inclinatur, & hoc teste Iaco. 2. suæ canonicæ. Misericordia superexaltat iudicium. Et Ric. in 4. di. 4 6. art. 2. Misericordia est Deo naturalior q̃ iustitia, quia respicit bonitatem suæ naturæ. Iustitia respicit peccata. Si ergo natura diuina est pronior ad miserendum, q̃ ad puniendum, cum non possit cõtra bonitatem suam facere, & suam ꝓprietatem, sequitur q̃ Deus, omnes saluabit, quia in inferno, quis confitebitur tibi? qs laudabit, & glorificabit eum? Sequeretur hoc maximum inconueniens, q̃ omnes scripturę essent falsę. Omnes prophetæ qui de hoc loquuntur, essent decepti. Ad quid tot bona quæ fiunt in mundo? tot missæ? tot officia? tot prędicationes? tot elemosinæ? Ad q d tot nobilissimas creaturas ad suam imaginem creasset? oh sumus peccatores. Nonne latro, Petrus, Zacchæus, publicanus, Magdalena, fuerũt peccatores? Et tamẽ saluati sunt. Et si sumus peccatores, nonne natura inclinat ad hoc? Nõne concepti sumus in peccato iuxta propheticum dictum? Et in peccatis concepit me mater mea. Nonne cœli, diabolus, caro, & mundus, cõtrahũt ad malum? Audi quid scriptum est de natura. In c. omnis ætas 12. q. 1. Omnis ętas ab adolescẽtia sua in malum prona est. Et 20. q. 3. cap. Procliuus est cursus ad voluptates, & imitatrix natura vicio-

rum, & de diabolo quid dicatur a Beda. Diabolus in effectũ mali trahit. Et Apocal. 12. Diabolus seducit vniuersum orbem. Hoc etiam probatur tribus signis. Nam deus p mortem filii sui omnes saluabit, vt inquit Pau. ad Rom. 5. cum adhuc peccatores essemus ẜm tempus, Christus p nobis mortuus est, multo igitur magis, nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum, & ibidem sequitur. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij ei⁹, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

¶Primum igitur signum, q̃a filius Dei voluit incarnari, & carnem passibilem ãssumere non per li iusti, quia ipse dixit non veni vocare iustos, sed peccatores. Nec sani egẽt medico, sed ĩfirmi, In modo che se lhuomo non hauesse peccato, Christo non saria incarnato, como redemptore, ne passibile, ma como glorificatore ẜm scolam omnium scotizantium, licet la via cõmune tenga, Che nullo modo incarnatus fuisset. Quapropter sancta mater ecclesia canit. O fœlix culpa, quæ talem, ac tã tum meruit habere redẽptorem, non sai tu che Iesu Christo volse conuersare con peccatori, & publicani, in tutta la vita sua? Essendo nui inimici de Dio. lui medesmo ne ha reconciliato a se mediante la morte del suo vnico figliuolo saluatore nostro Iesu Xp̃o.

¶Secundum signum, non sai tu q̃ saluator noster, ha satisfacto per li peccati nostri p̃teriti, p̃senti, & futuri, & semel pro semper, per l'inobedientia, che facemmo contra li diuini præcepti, factus est obediens vsque ad mortem, per la nostra superbia, humiliauit semetipsum formam serui accipiens. Per le impatientiæ, che hauemo, nelle aduersita e stato patientissimo in tollerare iniurię, villaniæ, improperij, flagelli, &c. Per lo odio, che portamo alli nostri inimici, non volendo perdonare, in Croce perdono alli proprij crucifixori, excusandoli inanti al patre dicens. Pater ignosce illis. quia nesciunt q̃d faciunt, per le nostrę inuidię, & maliuolentiæ, se fece aprire il lato per nostro amore, p le nostrę ingluuię, & gliottonicie, piglio felle & aceto, per le nostrę libidinę, & luxuriæ, se fece battere dalla piãta delli piedi, fin alla cima del capo,

in modo, che nõ erat ſanitas in eo. Per le noſtræ auaritiæ & tenacita, & cupidita, l'anima, il corpo, la vita, il ſangue pro nobis dedit, & quare hoc, vt damnemur? Nõ, ſed vt ſaluos faceret. Credi tu, che tanto inextimabile theſoro habia voluto inuano ſpendere? nõ lo credere.

¶ Tertium ſignum, ſe a Dio diſpiaceſſe, il peccatore, & che il voleſſe damnare, non lo expectaria tãto tempo, nec tot iniurias tolleraret, quot ſibi fiunt. Nonne hoc ſignum magni amoris eſt, che porta al peccatore, l'aſpetta fin alla morte. Et poi ſi vere pœniteat, dicendo la ſua culpa, ſtatim omnia ſua peccata dimittit, & quare? per l'amore che li porta. Voi cognoſcere lo grande amore, che porta al peccatore. Certo ab æterno ꝓuidit eum fore peccatorem, talem ac tantum, & poterat, eum non producere. Et poſtquã produxit poterat eũ annihilare & damnare, & non fecit. Quare? nam non patitur animus eius damnare, tã nobilem creaturam, quam fecerat, & quia diligit ſalutẽ ſuã. Orſu per l'ultimo del noſtro parlare, ti adomando, ſe ſapeua, ch'io doueua eſſere peccatore, & dãnarmi, perche m'ha creato? Laſciamo andare queſto per vnaltra volta. Cõcludo adonche, ꝙ Deus nõ vult mortem peccatoris, ma la vita, & hęc de primo principali.

SECVNDVM prĩcipale: Theophylus his pãtiẽter auditis exclamat dicens. O temerario, o præſumptuoſo, o sfacciato, hai tu detto? Or aſcolta la riſpoſta mia. Et primo dico, Non ſai tu. Quod ad præmia æterna, peruenire, ꝗs non poteſt ſine meritis. Hai mai letto, illud Apocã. vlt. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, dare vnicuiq; ſm̃ opera ſua, eſt ergo concluſio, infallibilis & indubitata, ꝙ nõ peruenitur ad ſalutem, niſi merito ꝓcedente. Quia nullus athleta ſine ſudoribus coronatur, vt ait Hieronymus. Si ergo vis ſaluari, biſogna aſfatigarti, ꝗa arcta eſt via quæ ducit ad vitam.

¶ Ad authoritates ſacræ ſcripturæ, maximę ad illas Pauli, Iuſtificati gratis &c. Ex operibus legis, non iuſti. o. caro, coram illo; & arbitramur iuſtificari hominẽ per fidem, ſine operi. leg. in iſtis authoritatibus tria tangit Paulus, declaran-

do quid sit fides, quid iustificatio, & an opera concurrant ad iustificationem. & q̃tum ad fidem. de illa namque loquitur, quæ est necessaria ad salutem, & iustificat hominem; & hæc est fides viua, & non mortua, formata, & non informis, nam ipsa fides cum sit donum Dei, est tanquã arbor bona, quæ sicut nequit sine fructibus permanere, ita nec fides viua & vera sine operibus bonis esse potest, quia aliter de facili probaretur ꝙ fides informis, & mortua, seu historica, qua dæmones credunt, & contremiscunt, iustificaret hominem. quod est exp̃sse falsum, & impossibile. nam eadem rõne iustificaret, ⁊ dęmones qđ absit credere.

¶ Et quod opera sint necessaria ad salutem, probatur, ꝑ dictum Christi Matth. 5. Beati pauperes spiritu, beati miseri cordes, beati mites, beati mũdo corde, &c. igitur necesse ẽ dicere, aut in istis actibus virtuosis, & bonis operibus, esse nostram fęlicitatem, & beatitudinem, aut istos actus Virtuosos; & bona opera, esse media ad acquirẽdam huiusmodi beatitudinem, & quocunque modo dicatur, opera bona necessaria sunt ad beatificam salutem.

¶ Nam omnipotens Deus cuius infinita est virtus, nihil ociose creauit. omnia enim ad operãdum creata sunt, vt cœli, qui incessanter mouent, operãdo in his inferioribus, pariter, & elementa, & quæ in eis sunt, quinimmo, & ipse a principio mundi semper operatus ẽ; duplex namq; est Dei operatio. s. immanens, & extra manens; prima est respectu generationis filij, & productionis spiritus sancti. Secunda est creatio cœlorum; elementorum, animalium, & omnium rerum. Operatio angelorum est, assistere deo, ministrare Christo, mouere cœlos, custodire homines, assumere corpora; apparere, & multa alia. Operatio denique hominum est circa salutem corporis, & animæ; quædam dicitur mortua quæ fit in peccato, quædam mortificata, q̃ potest reuiuiscere, alia viua quæ fit in charitate, & ista valet ad vitam æternam. posuit nãq; Deus Adam in paradiso voluptatis, vt operaret opus bonum, virtuosum, ⁊ meritorium, & custodiret illud, propterea data sunt a deo præcepta in statu innocentiæ; in statu naturæ lapsę, & ĩ statu gra

tiæ,ideo in omni statu necesse fuit homini bene operari, dei obseruando præcepta, & sic liquet opera bona esse necessaria ad salutem.

¶Quantum ad iustificationē dicimus, q si Paul⁹ loquatur pro causa efficienti ipsius iustificationis, tūc nec bonum opus, nec fides iustificat, sed sola voluntas Dei, grata habens opera,& fidem. sicut dn̄s per Esaiam dicit gratis venūdati estis;& sine argento redimemini. Si autem pro præcedenti dispositione:& talis est necessaria, nō absolute, quia deus absque illa posset homini gratiā conferre. sed est necessaria stante ordine statuti diuini, Deus enim statuit nūquam gratiam conferre, adultis, nisi hac dispositione præuia; quæ in duobus consistit, in fide,& operibus, nisi excuset impedimentum, vt in pueris.

¶Hoc aliter ostenditur. Nam dominus ait in Euangelio diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum, in his enim duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. fides igitur viuificatā a charitate (teste Apostolo) charitas autem, ista duo præcepta includit. s. dilectionem Dei, & proximi, istæ vero duæ dilectiones includunt omnia mandata Dei, ergo a primo ad vltimū fides redditur vera,& viua; ex obseruatiōe mādatorum, quæ præsertim sunt de operabilibus, & ex consequenti clare liquet fidem nō posse iustificare sine operibus bonis.

¶Et si quis diceret. Quare Iacobus cōmēdat opera, & Paulus fidem? ad hoc respondeo s̄m sententiam Augustini ex prol. ps. 31. Quod Iacobus in Epistola sua cōtra eos qui nolebant bene operari, de sola fide p̄sumentes, Abrahe opera cōmendauit, Apostolus vero Paulus contra Iudeos qui tantūmodo de operibus gloriabantur, ipsius Abrahæ fidem commendat, non sunt sibi aduersi Apostoli, sed si iterum quis diceret. non Iacobum Apostolum Paulo. Sed ipsum Paulum ipsi Paulo opponamus. & dicam⁹ ei. o Paule, cum dicis arbitramur hominem iustificari sine operibus, cur alibi dicis fides est q̄ per dilectionem operatur? & alio in loco, et si fidē habeā, ita vt montes trāsferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, ergo si ni-

hil tibi prodest fides sine charitate, charitas igitur vbi fuerit necesse est, vt operetur, fides enim ipsa per dilectionẽ operatur, quomodo ergo iustificatur homo per fidem sine operibus? Respõderet ipse Apostolus propterea hoc dixi, o homo ne quasi de operibus tuis pręsumere videreris, & merito operum tuorum accepisse fidei gratiam, noli ergo præsumere de operibus tuis, ante fidem; noueris quia peccatorem te fides íuenerit. Constat igitur ex dictis, opera ante fidem non iustificare, de quibus Apostolus loquebatur. Fides autem viua quæ sine operibus bonis esse non potest, vna cum illis valet ad hominis iustificationem.

¶Alio medio hoc idem ostẽditur. In lege Veteri quædam fuisse præcepta moralia, quę nunquam fuerunt reuocata. videlicet, præcepta decalogi, quæ etiam Christus cõfirmauit. Alia ꝟo iudicialia; vt oculus pro oculo caput pro capite, iumentum pro iumento, pariter & legalia. s. de tactu morticinij, & comestione carnis porcine, & huiusmodi, q̃ Christus reuocauit, ex quibꝰ tamen iudei arbitrabantur iustificari, & hoc est, quod Paulus impugnat, & reprobat dicens, arbitramur hominem iustificari per fidem sine operi. leg. videlicet, iudicialis, & cerimonialis, ac legalis; Paulus ergo in verbis prædictis significauit conuersationem apostolicam debere esse in lege; ac fide Christi, & non in legalibus legis Mosaice, quæ nõ modo proficua erant, cum essent euacuata: nõ vult igitur Paulus abnegare obseruantiã mandatorum Dei, quia hoc repugnaret Christo dicenti, si vis ad vitam ingredi serua mandata, sed potius excludere legalia Moysi, quæ prohibita erant; opera igitur moralia quæ in fide sunt facta, non negat Apostolus quin iustificare valeant.

¶Aliter etiam authoritatem Pauli. videlicet, arbitramur &c. interpretari valemus, duplicia enim sunt opera bona, quædam intrinseca, vt dolor de peccatis, propositum non peccandi, dilectio Dei, & proximi, spes in Deo, &c. sine his enĩ nunq̃ est fides vera iustificans hominem. Alia vero sunt opera extrinseca, vt deũ laudare, sanctificare festa, ieiunare, orare, elemosynas pauperibus erogare, & similia. sine q. bus interdum est fides viua, q

vera; quoniam non semper adest facultas huiusmodi opera agendi, remanet tamē propositum operandi, Ideoq; duplex inuenitur iustificatio, q̄dam quæ fit ex fide tantum seclusis exterioribus bonis operibus: quædam vero fit per fidem, & opera exteriora bona simul, Exēpli gratia quis existēs in peccato mortali, ex intrinseca Dei vocatione conuertitur ad deum per veram cordis contritionem, tunc illico deus ei gratiam, & fidem elargitur. eo q̄d nunq̄ deest facienti quod in se est; fides autem illa, seu gratia infusa, cū sit donū dei, iustificat ipsum remittendo ei peccatum. & hæc siquidem est illa prima fides quæ reddit hominem iustum sine operibus legis; cum autem fides illa fit viua, & arbor bona, non potest diu permanere sine fructibus, qua de re statim pœnitēs ille, incipit dei obseruare præcepta; orare, ieiunare, elemosynas pauperibus erogare, & sic ex operib⁹ denuo iustificatur. Iuxta illud Iohannis in Apocal. 22. qui iustus est. s. ex fide. Iustificetur adhuc, fide. s. & operib⁹ simul, in illis incessanter perseuerando. Exemplum habemus de Magdalena in Euangelio, quæ cum prius esset iustificata ex fide, & cordis contritione, denuo veniens ad Christum genibus prouolutis, & lachrimis plena, audire illam meruit vocem, omni iocunditate plenam remittuntur tibi peccata multa. quoniam dilexit multū, quæ fuit ex secunda iustificatione. s. p̄ fidem & opera simul. De illa autem prima iustificatione q̄ fit tantum per fidei gratiam, forte loquitur Apostolus Paulus scribens. Ro. Gala. de secūda Apostolus Iacobus; quod ex singularissimo liquet exemplo. Nam Abraam primo iustificatus fuit hac prima iustificatione, prout in Gene. scribitur. 15. credidit Abraā deo, &c. sed quando voluit sacrificare (deo iubente) vnigenitū filium suum. iterum iustificatus fuit, ex fide, & operibus simul: ⁊ hoc quidem est de quo loquitur diuus Iacobus dicens; Abraam; pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens, Isaac filium suū super altare, & sic patet, quid sit dicendum ad prædictas authoritates Pauli.

¶ Ad aliā, videlicet, deus vult omnes homines saluos fieri. dico quod quantum ex parte dei, vult omnes saluos fie-

ri,&c.Et hoc ſaluos fieri facit ordinate, quia voluntas ſua eſt ordinatiſsima,vt etiam tu tenes, & declarant Theologi maxime Sco.in prolo.& potẽtia ordinata vult omnes ſaluos fieri, ſed quantum eſt ex parte noſtra, non. quia non recte,non ordinate viuimus. Nonne dedit nobis legem, & non facimus legem?Et quę?Si vis ad vitā ingredi,ſerua mādata,Vbi modo eſt obſeruantia præceptorum dei? vbi honor dei & cultus? Achi hai tu poſto l'amore tuo?a le meretrice,a le voluptati,a li piaceri. Nonne præcepit tibi dñs, diliges dñm deum tuum, & ꝓximum tuum ſicut te ipſum .i.ſicut recte te debes diligere,ita recte debes diligere ꝓximum tuū, vt exponit Scot. Quare ergo oblitus es præceptorum dei? non te confidare con dire che Dio te ſaluara,che ſe tu nõ fai,quello che Dio te ha cõmandato,nõ ſaluaberis. Ad auctoritatẽ Pauli,ipſe bene dixit,ſed male intellexiſti,Nonne legiſti, ꝙ in deo eſt duplex voluntas:non reſpectu dei, ſed reſpectu noſtri,vel non reſpectu dei volẽtis,ſed reſpectu voliti.ſ.antecedens,⁊ conſequens. Antecedens reſpicit naturam,conſequens vero merita, & demerita. Dicitur antecedens, quia non conſideratis meritis,vel demeritis, ante vult ſalutem omnium, & hac intentione animam creat, et continue. creat,vt,ſaluetur,q̄a ad hunc finẽ creat,dicitur conſequẽs, quia ſequitur merita & demerita,merita vt præmiet,demerita vt puniat, & dicitur etiā conſequens,quia cõſequitur leges diuinæ iuſtitiæ. Exemplum de Rege qui ſuos ciues diligit, & omnibus ſalutem optat, & intentio, ac volũtas ſua eſt, vt omnes ĩ gratia ſua perſeuerẽt,et dat ad hoc oīa media,ſed ſi quis indignationem regis incurrit,vult,vt ſuſpendatur & hoc fit voluntate regis conſequente leges p̄fixas,ſic ad propoſitum. Si perſeueraueris in gratia dei, ſaluaberis.Si autem non, dānaberis.Dimitto expoſitionem Auguſtini, qui breuiter ait, vult omnes homines ſaluos fieri. i. omnes qui ſaluantur, ſaluantur voluntate dei.

¶ Ad primam rationẽ, reſpõdeo.Quod ſicut libere, & contingenter hominem creauit, & ei ſicut, & omnibus alijs creaturis,naturalẽ perfectionem cõmunicauit, ſic contingenter,& libere illum ad bea

titudinē ordinauit, Dei enim bonitas infinita, & eius infinita voluntatis perfectio, a nulla voluntate creata, vel bonitate creata moueri potest. Nā deus non amat bonum creaturæ, neq; acceptat, quia bonum, sed ideo bonum quia acceptnm a deo & amatū, Hoc docet Sco. in. 1. d. 41. Item voluntas diuina sicut libere, & contingēter ordinauit hominem ad beatitudinem, ita ēt ordinauit, vt ad ipsam beatitudinem debitis medijs perueniat. Continue hoc in naturalibns ostenditur, & in artificialibus, & sic vult deus, vt mediantibus meritis præmia adeamus æterna, & hoc ratio nabilissime ordinauit, vt merita aliquo modo correspondeāt pręmio. Cum enim beatitudo consistat in cognitione, & amore essentiæ diuinæ, & tales operationes ꝓcedunt ab intellectu, & voluntate, Congruum est, vt illę potentiæ in hac vita exerceantur. s. intellectus in cognitione veritatis, & voluntas in amādo ordinate creatorem, & creaturam, & cōfirmari se regulæ superiori, & voluntati diuinæ. Et isuper regulare omneis potentias inferiores, quia ꝓpter hoc data est ei affectio iustitiæ, ꝑm quā esset moderatrix omnium actuū humanorū, breuiter, diuertere a malo, & facere bonum. Tota autem ratio tua est contra te, & omnia quæ. ibi tu dicis, tuam ingratitudinem ostendunt, & per consequens iustam dānationem. Nam in hoc deus, bonitatem suam, charitatem, amorem, liberalitatem ostendit, ꝙ omnes ad se ordinauit, vt ad vltimum finem, & nobiliores nos fecit, oībus aliis creaturis, & nobilioribus potentijs ornauit, & dedit nobis naturalem inclinationē, & hæc frustra non fecit, & dedit omnia media oportuna, etiam seipsum in asperrimam mortis damnatiōem. In hoc etiam nostra ingratitudo demonstratur, ꝙ parum de salute nostra curamus, cū media illa optima non solum nō accipimus, sed paruipendimus; immo (ꝙ peius est) totum oppositum agimus; & summam bonitatem pro viribus contemnimus. Nōne docuit nos Sco. 47. d. 1. Quod volens efficaciter finem. vult media, & vitat omne impediens, Quo modo ergo nos temerarij, volumus vt deus det nobis finē illum qui tamen non solum media, sed nec impedimenta

vitamus. Immo dico. Tu quęris ea, & omnem peccandi occasiōem, tuisq; iniquitatibus & sceleratissimis operib⁹ deū ad iracundiam prouocas, itaque noli confidere, nec sperare in hoc, ꝙ te ad beatitudinem ordinauit, quia pro certo, sine operib⁹, no l'hauerai. Nam Chaim, Pharaonem, Iudam, & omnes damnatos, qui sunt in inferno ordinauit deus ad se. Et tamē sua malitia, & suis pessimis operationib⁹ damnati sunt. Ideo de⁹ aliud facere non potuit sua potentia ordinata.

¶ Ad secundam rationem. Pari modo, Respondeo. Infinita enim misericordia dei, fecit nos ad imaginem, & similitudinem suam (cuius modum optime depinxisti in ratiōe) super oēm aliam creaturam, quam ornare, & reformare debuisti, habitibus supernaturalibus. Econtra, vero eam deturpasti, & dehonorasti, ita ꝙ denigrata est facies tua super carbones, Trenorum 3. ca. Et sic tu es omnino dissimilis, deo. Nam deus est mundus, & speculum sine macula. Sapiētiæ. 7. Tu immundus, ipse bonus; tu pessimus, ipse pius, tu crudelis, ipse humilis, tu supbus, ipse mansuetus, tu ferocissimus. Quapropter scias, ꝙ sicut similitudo est causa amoris, ita dissimilitudo est causa odij, non itaque diligit deus sibi dissimiles, non degeneres, non spurios, quia iniquos odio habui, & perfecto odio oderam illos.

¶ Ad tertiam rationem, p idē dico, pius enim ē deus, & misericordia plenus, tamen cum hoc est iustus, ideo reddet vnicuique ſm opera sua. Et natura eius magis ē ad miserendum, ꝙ̄ ad puniendum, sed hoc quantum ad pœnitentes, non obstinatos, & sic illa exempla adducta per te. sunt contra te, obstinatū. Nā latro dixit, miserere mei. Petrus, fleuit amare, Zachęus dixit. Ecce dimidiū bonorū meorū, &c. Publicanus deus propitius esto mihi peccatori. Magdalena lachrimis rigauit pedes dñi. Adulteræ dictū fuit. Vade iam amplius noli peccare. Tu vero totum oppositum facis supradictorū, credis ergo misericordiam consequi? & vitam æternam possidere? certe deceptus es. Et si de damnatione conquereris, hai torto. Audi quid dicat Chrisost. super Matth. Homi. 47. Hierusalem Hierusalem, q̄ vsq; nunc luctata es cōtra mi

sericordiam meam tuis peccatis,nunc autem ipsam superasti, volo. n. tui misereri, sed vires misericordiæ faciendę nō hēo,nec possum te amplius sufferre, incessabilibus enim peccatis tuis,⁊ iniquitatibus misericordia mea quasi iam lassata a ꝓposito suo deficit. Quæ occidis prophetas,⁊ lapidas eos qui ad te mittuntur,Misi ad te Esaiam, & serrasti eum,Misi ad te Hieremiam & lapidasti eum.Misi Ezechielem,& tractum super lapides excerebrasti eum , quomodo igitur sanaberis? quæ nullum ad te medicū venire permittis? quomodo curabo infirmitatem tuam quæ omnem medicinam conculcas? Sanctis meis non peperci, vt tibi parcam peccatrici. illorum vitam neglexi, ne tuam mortē admitterem. Omnes medici spirituales in te defecerunt & tu curata non es. insanabilis est passio tua, vicit enim artem diuinam,si de morte tua gauisus fuissem.nunquam ad te prophetas misissem, Si te ꝑdere voluissem,nunquā ad te ipse venissem. Ergo quid tibi faciam; Si tu ipsa viuere non vis?quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina cōgregat pullos suos sub alas,& noluisti, & infra. sicut enim ante mortē hominis ,insanabilis pręcedit infirmitas,sic ⁊ ante ruinā , aut hominis,aut loci alicuiꝰ,aut ciuitatis,inemendabilia pręcedunt pctā.

¶ Patet etiā hoc multis ꝓmissiōibꝰ factis a Xp̄o, videlicet.

Pœnitentiam agite,appropinquat enim regnū cœlorum, Matth. 4.

Qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum, Matth. 7.

Dico autē vobis ꝙ multi ab oriente,& occidente, veniēt & recumbent cum Abrahā, isaac,& iacob, in regno cœlorum. Matth. 8.

A diebus ioānis Baptistæ vsque nūc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11.

Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& mansionem apud eū faciemus. ioannis. 14.

Sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt,propter regnum cœlorum. Matth. 19.

Nisi cōuersi fueritis,& efficiamini sicut paruuli,nō intrabitis in regnū cœlo. Matt. 18.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matth. 19.

Omnis qui reliquerit, domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros ꝓpter nomen meum, cẽtuplũ accipiet, & vitam æternam posſidebit. Matth. 19.

Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibꝰ, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, & sequere me. Matth. 19.

Voca operarios, & redde illis mercedem. Matth. 20.

Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexterã meam & ſiniſtram, non eſt meum dare vobis. Matt. 20.

Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Matth. 22.

Simile eſt regnum cœlorum, decem virginibus, quæ acceperunt lãpades ſuas & exierunt obuiam ſponſo, & ſpõſæ. Matth. 25.

Dñe quinque talenta tradidiſti mihi. ecce alia quinque ſuperlucratꝰ ſum, & ait illi dñs euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã ĩtra in gaudium domini tui. Matth. 25.

Venite benedicti patris mei, posſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi, eſuriui enim, & dediſti mihi manducare &c. Mat 25.

Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit, ex hoc pane, viuet in æternum. ioanuis. 6.

Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. ioannis. 4.

Amen dico vobis qa q verbũ meum audit, ⁊ credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam. ioannis. 6.

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. ioannis. 17.

Volo & huic nouiſsimo dare ſicut & tibi, an non licet mihi facere quod volo? Mat. 20.

Qui autẽ perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluꝰ erit. Mat. 19.

PRO Conſecutiõe æternæ beatitudinis requirit ꝙ homo ſubeat multa incõmoda, ſicut apparet ex dicto Chriſti dicentis in præſenti Euangelio ad diſcipulos, Poteſtis bibere &c. & qualiter qs posſit bibere calicem dñi, infra videbimus, Dic vt ſcis. Deinde dic, qualiter multipliciter bibimus calicem, in ſufferre incommoda, & tũc ſumus quaſi martyres. Grego. in Ho.

mi. de martyribus dicit. Nos sine ferro martyres esse possumus si patientiā in aio custodimus, & Iacobi primo patiētia opus perfectum habet. Et Paul. Hebre.10. Patiētia vobis necessaria est, hanc oportet nos habere quinq; modis. Primo in charorū amissione, nam multi sunt, qui propter mortem amicorum indignātur contra Deum, & seipsos, dolore consumuutur; Vnde Paul.1.Thes.4. Ait non contristemini sicut & cęteri, qui spē non habent, tales non videntur habere spem de resurrectione mortuorum. Secundo debemus esse patientes, in perditione temporalium bonorū, ideo. Iob, audiens omneis filios suos mortuos, & omnem substātiam ereptam nō desperauit, sed ait, nudus egressus sum de vētre matris meæ, &c. Dn̄s dedit, dn̄s abstulit. sit nomē dn̄i benedictum, Tertio debet quis esse patiēs in corporis flagellatione. Cū .s.corpus ægritudinibus, & infirmitatibꝰ aggrauatur. sicut habetur de beato Francisco, qui illas suas infirmitates nō pœnas, sed sorores appellabat, quia ſm Pau.2. Corint.12. virtus in infirmitatibus perficitur. Quarto debet esse patiens, in tentationibus, non desperare in illis, sed viriliter resistere. Deus permittit hominem tētari, vt fortiter & viriliter agens maiorē inde gloriam consequatur. Vnde Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cū pro, &c. Et iterum, omne gaudiū existimate fratres, cum in varias tētationes incideritis, quem enim diligit deus corripit, qa in ps. 33. iuxta est dn̄s his, qui tribulati sunt corde. Habes exemplum de beato Antonio pugnante cum dæmonijs. Vnde Pau. ad Hebr.12. Recogitate eum, qui sustinuit talem a peccatoribus persecutionē, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Quinto ꝙ debet esse. Patiens in intollerandis iniuriis, & infamiis, & persecutionibus, omnes igitur Christi amatores tenentur patienter omnes iniurias sufferre. Ideo dicit Christus Potestis bibere calicem &c. Vnde oēs christiani tenentur bibere calicem. calix accipitur pro passione, vt dicit Rabanus super Matth. Nam ſm isidorum in lib. Ethimo. Calix dicitur a calon græcæ, quod est lignum latinę. Erat enim antiquitus vas ligneum, in quo potiones amaræ propinabantur, ꝑ me

dicina infirmorum,& sic meri to calix significat amarã passionem Christi, quæ est medi cina peccatorũ nostrorum: ꝓ pinata in ligno crucis. Vnde orando Christus ad patrem, suam passionem vocauit calicem, dicens. Si possibile est &c. Cum ergo dixit Christus, potestis bibere, voluit nos inuitare ad passionem perferẽdam, sicut et ipse, quia q non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

¶ Vnde est notandum, ꝙ varie possumus bibere calicem, ſm scripturas. Aliqui bibunt Calicem iræ dei, vt qui patiũtur & sufferũt multas pœnas pro mala voluntate, & in peccato proficiendo, de talibus Hiere. 40. Inebriate eos de calice iræ dei, quia contra dñm erecti sunt. Notanter dicit inebriate, quia sicut ebrius non sentit verbera, sic peccatores flagella. Alii bibunt mundi calicem, & isti sunt qui patiuntur pro mundo, de quo calice ait Hiere. 51. calix aure⁹ Babilon, in manu dñi inebrians omnem terram. de vino eius bibunt omnes gentes. Mũdanus amor, est tanquam Babilon, quæ interpretatur confusio, ſm Hiero. quia confundit in morte, qñ nudũ de mũdo exire compellit. primæ ad Thesa. 6. Nihil intulimus in hunc mudum, bibit de aureo calice, qui aurum & terrena diligit, quę tamen sunt in manu domini, & iste calix inebriat omnem terrã, quia oẽs toto affectu sequuntur mundana. s. pompas, honores, diuitias &c. Aliqui sunt qui bibunt de calice diaboli, vt ob. stinati, ideo ps. ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorũ. In quo notatur triplex potus. Prim⁹ ignis prauæ concupiscentię. Secundus potus sulphuris, significat fœtorem, expletæ luxuriæ. Tertius est spiritus procellarum .i. tempestatũ, iræ, & inuidiæ, & aliorum omnium vitiorũ. Sed quare dicit pars calicis eorum, & non totum, vel absolute calicem eorum? Et respondet quia peccatores hic in præsenti habent partem tantum peccati: id est maculam, & reatum: sed in futuro habebunt simul, & aliam partem .i. pœnam infernalem, & sic in pręsenti bibunt partem calicis diaboli. Item alia ratione, ſm Hiero. dicitur pars calicis eorum, ad significãdũ ꝙ gehenna est tanta pœna ꝙ non potest bene exprimi tota verbis. Aliqui sunt qui bi-

bunt calicem iesu Christi, vt sunt boni christiani, qui ipsi⁹ passionem imitantur, & ei fideliter seruiunt. Hii cum christo regnare merentur. Nos ergo debemus bibere calicem Christi tripliciter. Primo omnia peccata crucifigendo in seipsis, perveram pœnitentiã, Ad Galatas.5o. Qui autẽ sunt Christi. carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis, ita ꝙ non regnet in ejs peccatũ. & ad hoc omnes obligamur, vt dicit̃.1. Petri.2. In hoc inquit vocati estis, qa christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, q peccatum non fecit &c. Secũdo per martyrii tollerãtiam, vel desiderium. sicut fuit Sanctus Franciscus, ⁊ Paulus, qui desiderabant mori pro christo. Tertio debent fideles calicem christi bibere, per deuotam recogitationem passionis eius. & hoc est deuotorũ, sicut faciebat beatus Franciscus, beata Clara, & hoc quatuor modis. Primo recogitando patienter, recordare paupꝛtatis mee &c. Hiere.3 .Secundo compatiendo feruenter, ad Philip.2. Fratres hoc enim sentite in vobis. quod in christo iesu, quia conueniens est ꝙ sentiat membrũ, quod sentit caput. Tertio gratias agẽdo reuerenter, quia multum tenemur, pro tali, & tanto beneficio. Quarto obsequendo fideliter, debemus deuotionem habere, ad christi passionem. Quia dicit Bernardus, Tũc mihi tua prodest passio. si mea adsit imitatio.

FINIS.

## FERIA V. POST secundam dominicam in quadragesima.

### De pietate Christianorum.

PATER Abraam, miserere mei. Luc. 16. Mercator existens in patria, de qua null⁹ audet extrahere pecuniã, & inde recedere oportet, ⁊ ad propria remeare, consueuerunt componere, cum mercatoribus illis, qui societatẽ habent in patria. ad quã isti tendunt. dant igitur pecuniam illis sub cirographo, re

cepturi ipsam in ciuitate ipsorum, & hoc modo multum lucrantur, quia plus recipiunt, quam tribuant. Mystice nos sumus in quadam patria, in qua non est possibile extrahere pecuniam aliquam, hæc patria præsens vita est, igitur si volumus aurum, & argentnm nostrum illesum, intactum, & augmentatum recipere in patria, ad quam tendimus. i. in futura vita, quæramus gentes quarum sit illa patria, cum quibus mercedem dantes illis, sub cirographo Euangelii; recepturi in patria illa multiplicata in centuplum, secundum dictum Christi centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis, Matth. 19. de qua misericordia, vel pietate locuturi, tria sunt dilucidanda videlicet.

¶Inquisitio.

¶Inductio.

¶Iocundatio.

¶Illa argentea tuba Paulus, qui per totum mundum insonuit, multos habuit discipulos, inter quos habuit Timotheum quem præcipue amabat, ad quem multas direxit Epistolas. inter quas scripsit. primæ, ad Timot. 4. Exerce te ipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Pietas autem ad omnia valet. Sco. in quoli. q. 3. vel. 4. propositionem quandam introducit, originaliter, Arist. in lib. Elenc. Ad multiplex, non est simpliciter respondendum, sed cum distinctione. Si quis a te peteret, il cane morde ? Se tu dicessi, si che morde, et ille, alzasse il capo, & tibi ostenderet stellam quæ dicitur canis, quæ non mordet, te faria busiardo, Et ideo prius distingue. de cane latrabili, de sydere cœlesti, & pisce marino. Ita ad propositum, cum pietas sit æquiuocum, ideo prius est distinguendum, quam diffiniendum. Pietas enim est terminus Moralis, seu Ethicalis; de qua Aristo. quamuis paganus loquitur in Ethicis, & est terminus Theologalis, de qua Theolo. in 3. & alibi, incidenter multa egregiæ, loquutur. Vbique inuenio quod pietas tria importat. Primo honorem, & reuerentiam summo Deo. Secundo importat vnam subiectionem, reuerentiam, & honorem parentibus debitum. Tertio importat vnam subuentionem, & benignitatem omnibus hominibus debitam. Prima, cultus Dei dicitur a Theolog. latria græcæ, latinæ dicitur pietas, de qua Augu. 10. de ciuita. ait. Quod pietas est summa

est summa sapientia, Deus honore, & reuerentia, est dignus interiori affectu, & exteriori actu, vt fit in ꝓtestationibus, genuflexionibus, inclinationibus, & sacrificiis. Vnde Apostolus ad Titum, Sobrie quo ad se, iuste quo ad proximũ, & pie quo ad deum viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentũ glorię magni dei, & saluatoris nostri iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, &c.

¶ Sapete como se fa? O questo e vn bon punto, dicit Scotus in 3. d. 19. Quod fit actu cõparatiuo, intellectus enim humanus, alza l'occhio verso Dio, quo viso, inclina il capo, & cognosce, & contempla in eo bonitatem infinitam, & videt suam esse finitam, & participatam, & etiam che la sua e niente respectu dei. Secundo, humiliase, & fa reuerẽza summo Deo, & cosi facendo spesso, ex illis frequentatis actib⁹, generat habitus latriæ, hunc bene sciebat beatus Franciscus, quando dicebat. O dio mio, chi sei tu, & chi son io.

¶ Secunda vero est, qua subuenitur parentibus. De qua Tullius in sua rhetorica ait. Quod pietas ẽ per quam sanguine iunctis, patriæq; beneuolis, officium & diligens tribuitur cultus. De hac pietate fuit illa nobilis Romana, cuius mater iam iudicata erat vt i carcere fame moriretur, & ipsa omni die ad eam ibat, & proprio lacte eam nutriebat, vt recitat Valerius Maximus. Similiter Aeneas Troianus dictus est pius, ipse enim qñ Troia capta a græcis diru pta est, media nocte surgens, assumpsit Anchisem patrem suum in dorso suo. Deinde filium Ascanium, dextra, vxoremq; sinistra, quæ vocabatur Chreusa, sed & pęnates, id est deos domesticos secũ gerens venit fugiens in Italiam, & sic saluatus est cum patre ⁊ aliis. Vnde de seipso ait, lo eminente de li poeti in primo: Dũ pi⁹ Aeneas raptos q ex hoste pœnates. Classe veho mecum, fama super æthera notus, italiã quæro patriam, & genus ab Ioue summo; & hoc quando loquebatur cum matre sua. s. Venere.

¶ Prima non est donum spũs sancti, sed quidam habitus, non Theologalis, quia tunc essent quatuor habitus Theologales, ꝙ est falsum, & erroneum. Sed quomodo distinguit ab alijs? dico ꝙ ex obiecto, latria enim habet ꝓ obie

T

ĉto immediate honorem, & reuerentiam, quam deo exhibere debemus, & immediate respicit deum.

¶ Secunda ēt non est donum S.S. sed virtus moralis, Est. n. species iustitiæ, non commutatiuę, nec diffinitiuæ, nec distributiuæ, nec punitiuæ, Sed species iustitiæ præmiatiuæ.

¶ Tertia vero qua omnibus exhibemus subuētionem est donum spiritus sancti. Sed nota quædam est subuentio facta hominibus ex hoc solum, quia homo est eiusdem speciei, & naturæ, & huiusmodi non est habitus moralis, sed naturalis inclinatio, hoc enī faciunt & animalia, & volatilia. Legitur enim de gruibus, quia cū patres, & matres fiūt depilati, filii curam gerunt, & eorum necessaria prouident, donec recuperent pēnas, vel moriantur. Similiter canis lingit vulnera alterius canis, & defendit illū ab aliis brutis, ita si homo cōpatitur, & subuenit homini amore carnali, & naturali; hoc nō est virtus, sed inclinatio naturalis. Virtus enim nō est naturalis, sed est habitus electiuus. Potest enim talis pietas dici occasionaliter habitus, si iteretur, & frequentius subueniat homini, ex illis actibus generatur habitus q erit species iustitię.

¶ Pietas autem quę est donū spiritus sancti, est a solo deo, & quo modo? Audime, Deus omnipotens videt cor hominis obduratū, crudele, & obstinatum, ac ferale, de quo ps. Filij hominum vsquequo graui corde, ⁊ alibi. Nolite obdurare corda vestra, & esso volē dolo mollificare, & intenerirlo, subito ex nihilo crea vn lume, vn razo fulgēte, & statim che l'ha creato, tene t ī manu, ⁊ cum intellectu suo infinito contempla, & specula quello habito, & lume radioso, ⁊ poi intra se dice. O q̄sto e vn bello lume, postea cala, & bassa sua mano, & ab altitudine cœli Empirei, mandalo qui giu, ⁊ infunde quel diuino dono, q̄l radiante ragio, & mādalo como sagitta, nel core, & ille habitus entra dentro, & fa che quel cuore, che primo era crudo, & obdurato, sia benigno, humano, & tutto gratioso verso al proximo; questo si e lo dono della pieta, lo dono del Spirito sancto: Mandato a regalibus sedibus dal altitonante iddio. Sed quare, lo fa gratioso, & compassioneuole al proximo? quia proximus est eiusdem speciei cum ipso?

Non, Sed quare? quia in proximo, vede, cognosce; contempla la imagine d'iddio. Quæsto proprio si e lo dono del spirito sancto. O homo: vides proximum tuum, vide, respice, contempla faciẽ eius, & inuenies imaginem trinitatis. Si e pouero, piagato, famelico, nudo, infermo. tamen in eo relucet imago dei. Ah christiane cognosce nobilitatem tuam, quia ad imaginem Dei factus es. non volere tal imagine deturpare, nõ volere tal nobile pictura della Trinita, quale fu depinta con lo dito d'iddio: maculare.

DE secũdo principali. s. Inductione. Posset enim quis dicere ꝙ pietas nõ est donum, sed virtus, quia Greg. 1. Mora. di. Quod pietas idem est ꝙ misericordia, Sed misericordia est virtus, ideo operatur s̃m humanum modum, ergo pietas non est donũ: sed virtus operans s̃m humanum modum. Respondetur quod misericordia, & pietas, in hoc differunt, quia misericordia studet ad releuãdum miserias proximorum, ex eo ꝙ proximi sunt, cõiuncti, vel propinquitate sanguinis, vel familiaritate, vel saltem naturæ similitudine, in omnibus enim misericordia accipit pro mensura, aliquid humanum, sicut alie virtutes. Sed pietas quæ est donum sancti spiritus, mouetur ad releuandas miserias proximorum, ex aliquo diuino. s. in quantum sunt in filio dei; vel diuina similitudine insigniti, ita ꝙ misericordia ĩ suo actu vtit aliqua regula humana; sed pietas quę est donum vtitur regula diuina. Et per hoc patet ꝙ pietas est potior misericordia, sicut donum perfectius virtute. Hæc a Theol. in. 3. di. 34. ar. 5. Tamẽ idem est ꝙ misericordia. s. in actu exteriori, qui est subuenire miserie proximi, differunt tamen in motiuo miserendi (vt diximus supra:) Misericordia aũt. miseriæ subuenit. Vnde dicit Grego. in. 1. Mor. Quod pietas insistit operib⁹ misericordię. Ad pietatẽ inducunt nos tres leges immo necessario requiruntur. s. lex.

¶Naturæ.
¶Diuina.
Positiua.

¶Dicit Sco. in. 3. di. 37. & in. 4. d. 17. ꝙ lex naturalis. vel est principium practicum, notũ ex terminis, vel est cõsonum,

vel cõsequẽs, & lex mere naturalis obligat ad non faciendum contra ipsam, sub præcepto peccati mortalis, sicut nõ nocere proximo, est consonũ iuri naturali, ita & tẽpore necessitatis ei subuenire, consonum est iuri naturali stricte sumpto, hoc declarat saluator Matth. 7. Quæcunque vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis. Glosa .i. bona quæ vultis ab alijs recipere, eadem facite illis, sed ĩ necessitate velles adiuuari, ita tu debes subuenire indigentibus, non dico in extrema, qa tunc omnia sunt communia: in necessitate extrema, siati piatosi: quia naturalis lex ad hoc inducit.

¶ Secunda lex obligans nos est lex diuina. Tenemur enim credere legi diuinæ, magis q̃ rationi naturali, vt inqt Sco. in .4. di. 14. Quia est ab eo qui nec fallere, nec falli potest, in ipsa lege inducimur ad opera pietatis Matth. 26. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & soli pietosi, erũt in gloria cœlesti. Dicente iesu Christo. Venite benedicti patris mei, possidete &c. Esuriui & dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi bibere. Nudus eram, & cooperuistis me, &c. Non sic faciunt homines hodie, sed potius, se spoliano luno laltro. O, ribaldo senza alchuna misericordia, e pieta. Le charestie, chi le fa? va quello vcello de rapina, & congrega, compra, cumula lo grano, & poi lo chiaua, lo nasconde, accio che chi non hãno, aut morano di fame, aut comprano per quello prezo, che a lui pare. O deuoratori. O lupi rapaci &c. Quella grãde madonna, che in casa tene varie sorte de vestimenti, præciosi, listati, frappati, tagliati, caudati: & li poueri vãno nudi, mendici, frigidi. Doue e la pieta? O indurati cori.

¶ Tertia lex est lex positiua q̃ obligat, vide 86. di. c. fratrem nostrnm. vbi dicitur. Eps largas manus habeat, necessitatem patientibus tribuat, & multa alia &c. Bene habent largas manus immo largissimas, a che? a rastellare doue vanno, hodie le entrate? perche sonno lassate le ample p̃bendæ? se non per darle a li bisognosi? & non se fa nulla, ma attendino a sguazzare, & darsi piacere con lo sangue di iesu xpo. Quid dicam delli loghi pij, deputati al seruiggio de i poueri ĩfirmi, como sonno hospitali, fraternæ, & altri

simili luoghi, como vãno in cōmēda, in magniarie de tre, o quatro personæ, lupi rapaci, quali sonno li primi a deuorarli; questo non e il modo d'essere chiamati luoghi pij, ma impii, nidi d'uccelli di rapina.

¶ Sed quid sit ista pietas vel elemosyna. Nota, secundum doctores, maxime Petrum de Palu. in. 4. di. 15. sic diffinitur. Elemosyna ē opus in quo datur aliquid indigenti, ex cōpassione propter Deum. Et in elemosyna, duo considerantur. Vnū ex parte dantis. s. vt id quod in elemosynas erogādum est, nō sit ei necessariū, sed superfluum, non solum respectu sui ipsius, sed respectu aliorum quorum cura ei incūbit, qa prius oportet ꝙ vnusquisque sibi & postea aliis ꝓuideat, & de residuo pauperib⁹ subueniat, sic & natura primo accipit cibum ad substentationē corporis proprii, qđ est necassariū ministerio virtutis nutritiuæ, superfluum autem, erogat ad generationē alterius, per virtutem generatiuam. Aliud ex parte recipiētis, si necessitatē habeat. Alioquin nō esset ratio, quare elemosyna ei daretur, nō enim omnis necessitas obligat ad præceptum. Sed illa sola sine qua is qui necessitatem patitur substentari nō potest, sic igitur dare elemosynam, de superfluo ei qui est in necessitate, est de præcepto, alias autem est de consilio; Quod triplici ratione declaro.

¶ Primo, rōne transgressiōis.
¶ Secūdo, ratione furatiōis.
¶ Tertio, rōne damnationis.

¶ Primo non faciens elemosynam. quemadmodum præsuppositum est, peccat mortaliter, ratione transgressionis, sic, quicunꝙ transgreditur diuinum præceptū, peccat mortaliter, sed non faciens elemosynam, transgreditur diuinum præceptum. Nam Deutero. 15. Omnis indigens & mēdicus non erit inter vos, & infra, non erūt pauperes in terra habitationis tuæ, iccirco ego præcipio tibi, vt aperias manū fratri tuo egeno, & pauperi qui tecū versatur in terra. Isa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosꝙ induc in domum tuam, cūm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Thobię. 4. Noli auertere faciē tuā ab vllo paupere; ita. n. fiet vt non auertat a te facies dñi. Eccle. 29. Cōclude elemosynā in sinu pauperis, & hic exora

bit ꝑ te ab oĩ malo. Et Luc.11. quod ſupereſt, date elemoſynam, & ecce oĩa munda ſunt vobis Luc.12. Vendite q̃ poſsidetis, & date elemoſynam, facite vobis ſacculos qui nõ veteraſcunt theſaurum non deficientẽ in cœlis, quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit. ergo non faciens elemoſynam peccat mortaliter, ſicut diuini præcepti tranſgreſſor.

¶ Secundo probatur ratione furationis. Quicunq; furtum committit, vel rapinam peccat mortaliter, quia contra ꝑceptum legis agit, quo præcipitur, non furtum facies, ſed non faciens elemoſynam, cõmittit furtum, vel rapinam. Nam tẽpore neceſsitatis, omnia ſunt cõmunia, vt patet, a Theo. in. 3. d. 34. Vnde ſi indigẽti non ſubuenit aufert ſuum ſibi, & per conſequens, cõmittit furtum & rapinam, immo quod grauius eſt homicidiũ. Ambr. in lib. de Apoſtolis, vt in decretis 86. d. c. habetur, inquit. Paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſaluare poteris, ſi non paueris occidiſti. Et habetur in lege Necare. ff. de lib. agno. vbi dicitur Necare videt̃ non tantum is. qui partum præfocat, ſed & his qui abijt, & qui alimoniam denegat, quod dixi de morte corporali, idem dicendum de morte animæ, Puta ſi vides proximum tuũ caſurũ in peccatis fornicationis, vel hæreſis, propter paupertatem, ſubueniendum eſt ex præcepto, ſicut fecit Beat⁹ Nicolaus, qui ſubuenit inopiæ trium iuuencularum, quas pater decreuerat proſtituere, vt inde vitam ſubſtentarent.

¶ Qui nõ facit elemoſynam pauperi in neceſsitate conſtituto, peruertit ordinem charitatis. Ordo enim charitatis eſt, vt primo diligatur deus, Secundo anima propria. Tertio anima ꝓximi, quarto corpus proprium, quinto corp⁹ proximi, Sexto temporalia bona, Cãticorum ſcdo. Ordinauit in me charitatem, Si ergo permittit homo ꝓximum mori, vel grauem Infirmitatem ĩcurrere, propter inordinatã cupiditatem bonorum temporalium, probatur magis diligere bona temporalia, q̃ proximum, & ſic peruertit ordinem charitatis, & per conſequens peccat mortaliter, ſic prædicabat Ioannes Baptiſta populo interroganti; quid faciemus? Reſpõdit, Qui habet duas tunicas det vnam non habenti, & qui habet eſcam ſi

militer faciat. Luc. 3. & primæ Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitaté habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo? Filioli mei non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere ⁊ veritate, & Hiero. 86. d. inquit, Qui elemosynam non facit, nec indutus est viscera misericordię, q̃uis spiritualis, nó adimplet legẽ xp̃i.

¶Tertio probat̃ ratione dãnationis, ad te me conuerto, o auare, o tenax, o crudelis, nó vis facere elemosynam, iã claude bursam, claude celarium, claude horreum, claude capsam, quia diabolus finaliter te claudet in inferno, ita vt i corpore, & anima eternaliter damnaberis, nam præsente toto mundo in die iudicij tremendo, Christus communis omnium iudex dicet, hiis qui a sinistris eius erunt, discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, ⁊ angelis eius, esuriui enim & non dedistis mihi manducare. sitiui, & nó dedistis mihi bibere: hospes erã & non collegistis me, nudus, & non cooperuistis me, infirmus, & in carcere, & non visitastis me, & ibunt hii in supplicium æternum: Ergo, non faciens elemosynam quando de necessitate tenetur peccat mortaliter.

¶Quod sit pauperi fit Christo. Matth. 25. Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi fecistis: Et potest dari exẽplum de Martyrio monaco q ad monasterium rediens, leprosus quem in itinere inuenit, & super humerũ portans, de collo. exiliens, apparuit Christus, sic dicendum est de sancto martyno, cui dãti partem clamidis pauperi, nocte sequenti, apparuit christus il la parte vestitus di. Martinus adhuc cathecuminus: hac me veste contexit.

¶De fructu autem dicẽdum, ꝙ duplex fructus habetur ex elemosyna. Primus dicitur tẽporaliũ augmentatiuus. Luc. 6. Date & dabitur vobis, Secũdus fructus dicitur vitæ ęterne acq̃sitiuus. Thobias in testamẽto ait filio suo. 4. c. quomodo potueris ita esto misericors, si multum tibi fuerit abundanter tribue, si exiguũ tibi fuerit, libenter impertiri studę, quoniã elemosyna ab omni peccato, & morte liberat, & Dauid p̃s. 44. Beatus vir qui intelligit super ęgenum, &

pauperem, &c. Et Matth. 25, venite benedicti patris mei &c. Prouerb. 11. Qui abſconderit frumentum maledicetur in populis.

DE tertio principali. ſ. eiꝰ fructificatione. De fructibꝰ huius pietatis clarius dicamus, Apoſtolus dicit, ꝙ pietas ad omnia valet, & il regale propheta diceua cantãdo, poſto il ſceptro regale in terra con deuotione, genuflexo, tenendo la ſua lira in mano ps. 111. Iocundus homo qui miſeretur, ⁊ commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio qa in ęternum non commouebitur. Iocundus homo iocunditati videlicet.

Temporali.

Spirituali.

Supernali.

Quantum ad temporalia, homo recipit multa commoda. Prouer. 28. Qui dat pauperi non indigebit, Mulier Sunamitis, quia fuit pia erga Heliſeum, fuit conſolata, quia habuit filium quem etiam ſuſcitauit. 4. Reg. 4. Loth quia fuit pius, meruit euaſionem gehēnæ, recipiendo in domo angelos quos credebat homines, Gene. 19. Petrus Apoſtolus recipiendo Chriſtum in hoſpitio, meruit ſanationem ſocrꝰ ſuæ febricitantis. Luc. 4. Magdalena, & Martha, quia habuerunt tantam pietatē erga chriſtum, meruerunt ſuſcitationē fratris Lazari. Date igitur & dabitur vobis. ſ. omnia bona temporalia. Audi Auguſtinũ in quadam epiſtola. Si vis eſſe mercator optimꝰ, fœnerator egregius, da quod non potes retinere, da modicum & recipies centuplum, da temporalem ſubſtantiã, & conſequeris æternam hęreditatã. Et quod pijs deus det bona temporalia, patet in hiſto. Martiniana.

Legitur ꝙ anno dñi 624. Tyberius. 2. Romano. Imperator chriſtianiſsimus, omnes palatij theſauros pauperibus dedit, & cum argueretur ab Auguſta velut diſsipator bonorum reipub. reſpondit dicēs. Confido in dño ieſu Chriſto ꝙ amore eius elemoſynas faciendo, pecunia non deerit fiſco, vnde quodam die cum per imperiale palatium tranſiret, vidit in pauimento, tabulam marmoreã, ſigno Crucis ſculptam, quam cum eleuari feciſſet, dicens indignum eſſe ſignum tale pedibus conculcari, apparuit alia tabula, ſimili modo, ſculpta, ſimiliter illã

eleuari fecit, Apparuit tertia tabula eodem modo sculpta, quam cum leuari fecisset, inuenit sub ea thesaurum quasi infinitum latētem, Quem Augustæ cum gaudio ostendens ait, Ecce Augusta q̄ fidelis est, deus noster, qui multa plura mihi tribuit q̄ pro eis amore pauperibus dedi, Iocūdus homo qui miseretur, &c.

¶Secundo, pietas dat bona spiritualia. Iocundus homo qui miseri. & com. in temporalibus bonis, sed iocundior adhuc ex bonis spiritualibus quæ sequūtur ex pietate: Thobiæ.12. Bona est oratio, cum ieiunio, & elemosyna magis q̄ thesauros auri recondere, q̄m elemosyna a morte liberat, ⁊ ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. anima enim debet eē disposita de congruo ad gratiā delentem culpam, & requiritur motus continuatus, sicut deus determinauit; quem valde difficile est habere; vt dicit Sco. Tamen ipsa pietas est tātę virtutis, ꝙ de congruo disponit ipsum deum ad dandā gratiam; & sic fit medicamentum animæ. Vnde bene dixit Ioan. Chrisosto. super Matth. sermo.9. Medicamentum fortius quod maxime optetur ī pœnitentia, est elemosyna, & pietas, ipsa enim est quæ purgat peccata, Ecclesia.3. Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccata, la pieta libera lhūo da li pcti, la pieta libera lhuō da la morte. s. æterna. La pieta præserua lhuomo da li peccati. La pieta latissa a Dio per li peccati. Iocundus homo qui mise. &c.

¶Viri misericordiæ sunt quorum pietates non defecerūt. Eccle.44. In diebus peccatorū corroborauit pietatem, Eccl. 49. vt tranquillam & quietam vitā agamus, in omni pietate ⁊ castitate. primę ad Corin.2. Pietas ad omnia valet, 1. ad Timo.4. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientiā. 1. ad Timo.6. Sectare vero fidē pietatem, ⁊ iustitiam, ibidem, spem habentes pietatis, 2. ad Timo.3. Agnitiones veritatis quæ secūdum pietatem est in spe; ad Titum.1. Quæ ad vitam & pietatem donata sunt. 2. Petri.1. Vos autem curam omnē subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem; & sequitur, in patientia autem pietatem. Ecce fructus pietatis.

¶De tertia vtilitate pietatis, dicitur iocundus &c. Iocūditate supernali. Homo ex pietate qua miseretur, ⁊ commo

dat,diſponet ſermones ſuos
in iudicio, quia in æternum
non commouebitur. Diſpo-
net enim ſermones ſuos,cum
ſcilicet Chriſtus Ieſus in iu-
dicio examinabit, & interro-
gabit de operibus pietatis.
Diſponet.ſ.ordinabit reſpon
ſiões operis pietatis,ita ꝙ nõ
commouebitur in æternum,
quia percipiet regnum æter-
num.Prouer.14.Honorat deũ
qui miſeretur pauperis, & deꝰ
in fine honorabit eũ. Et ideo
dixit Ieſus chriſtus. Matthe.5.
Beati miſericordes quoniam
ipſi miſe.conſe. Chriſtus aſcẽ
dit in cœlum, de monte Oli-
ueti, ad figurandum, ꝙ de al
titudine miſericordię, & pie-
tatis,aſcenditur ad cœlũ; Vn
de Hierony. Non memini me
vidiſſe,aut legiſſe, mala mor-
te periiſſe, qui exercuit ope-
ra pietatis. O diuites vultis
ſaluari,ſine ieiunio,vigiliis,ꝛ
ſine labore? Siate pietoſi, ſoli
li pietoſi vocabuntur a Chri
ſto in iudicio dicente. Venite
benedicti patris mei. &c.

FINIS.

## FERIA VI. POST ſecundam dominicam in quadrageſima.

### DE PERFECTIONE legis euangelicæ.

VINEAM ſuam locabit aliis agricolis Matt.21. Quẽadmodũ
magna eſt nequitia illorum q
fontes vel puteos cõmunes
peregrinis inficiunt, quia ſi-
tiẽtes dum illuc pergunt;pu-
tantes refocillari, aquam nõ
inueniunt.Ita ſacra ſcriptura
quæ eſt puteus, & fons viuus
de paradiſo deſcendens; qui
communis oĩbus eſt, Nam or
dinatum a deo eſt, omnibus
gratis dari,peſsimi igitur fue
runt phariſei,& ſcribe, inficiẽ
tes aquam iſtam.ſ.ſacram ſcri
pturam, & prohibentes ſen-
ſum eius ſpiritualem a fideli-
bus hauriri, deſignatũ habet
hoc. Gene.26. vbi legimus qđ
philiſtei repleuerunt puteos
terra,quos foderãt filii Abrã
& cum Iſaac eius filius eos ite
rum fodere vellet, vt emana-

ret aqua,murmurabant Philistei dicentes, aquam illorum esse.sic Mystice filii Abrae fuerunt prophetæ Sancti, qui ex pręcepto dei,scripserunt multos libros,ex quibus scaturiebat aqua vitæ.i.humanæ salutis ;sed pessimi pharisei hos puteos repleuerũt terra. i. terrena cupiditate, contra diuinum mandatũ, tunc Isaac. i. christus alios fodit puteos,in quibus per alios meatus reduxit aquam salutis,quando videlicet euangelium edidit, in quo remotis terrenis cœlestia appetuntur,ac oẽs inueniunt refici magni,parui,iusti,⁊ peccatores,de eius autem perfectione differere volẽtes. vnã conclusionẽ videbimus qua visa erimus in termino, & est ista,videlicet.

¶Lex Euangelica est pfectior omni alia lege. Vt bene,& vtiliter,ac delectabiliter,istã cõclusionem dilucidemus, propono vobis vnam parabolã, Hac nocte videbar ire in peregrinationem,& esse iam in lõginquis partibus, ⁊ perambulans,& cuidam magnæ ciuitati appropinquans, vidi ante me versus ciuitatem cœtum magnum nobiliumvirorum, & interrogans vnum ex illis quænam esset illa ciuitas? dixit mihi,illa est inclita Athenarum ciuitas, tunc cognoui me esse in Græcia, & cœtus ille est cœtus philosophorum, & omnes sumus discipuli Platonis. Tũc ego curiosus videre Platonẽ,direxi oculos versus cœtum illum, & ecce vidi hominem, aspectu venerabilem,& eũ salutaui,qui humanissimæ resalutãs, interrogauit,quo pergerẽ? Cui dixi, ad ciuitatem pergo.At ille,vnde venis?& ego, de Italia, & illæ sub q̃ lege viuis? Cui ego,sub lege Euãgelica, ⁊ dixi sub qua lege viuit dñatio vestra? Et ille,sub lege naturæ quæ secundum nostram Theologiam,⁊ philosophiam, est quoddam lumen intellectus, & quidam splendor a lege diuina deriuatus,insitus nobis a deo ĩ creatione, ad directionem actuũ humanorum ꝑpter quod ad bonum inclinamur,hęc enim est descriptio legis naturalis. Ego vidi vestram legem euãgelicam, est enim pulchra nimis, & iter omnes alias leges, videtur rationabilior, tamẽ non est necessaria, Et probo, lex naturæ sufficit homini,qa instruit hominem al viuere, morale,& politice, docet omnes bonos mores, quibus homines moraliter, ⁊ politice vi

uere, & pacifice cōuersari pos sunt. Item ordinat hominem quo ad deum, & quo ad proximum. Item dirigit hominē recte & infallibiliter ad salutem. ergo nihil potest addi, & ideo omnis alia lex est superflua, & per consequens vestra lex euangelica, immo plus dico, ꝙ vestra lex nihil aliud est nisi lex naturæ. Vnde vnus vė ster sapiēs dixit. Cum gentes quæ legem non habent. s. scriptam, naturaliter ea quę legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum. Ad Roma. 2. c. iste loquitur de lege naturali. ergo nō est diuersa lex vestra a nostra, & per cō sequens lex Euangelica super flua est. Item scriptū est ps. 4. Signatum est super nos lumē vultus tui domine, loquitur de lege naturali. Concludo igitur ꝙ lex euangelica superflua est.

¶ Tunc ei respondi dicens. Dico ꝙ iste duę leges diuerse sūt & vna non continetur in altera, & hoc ꝓbo, & credo ꝙ conce detis mihi quæ dixero. In lege nostra sunt aliqua, q̄ sunt secundum suppositionem fidei, vt adorare humanitatem Christi assumptā; & ꝙ sit venturus iudicare viuos, & mortuos, ꝙ sit natus de virgine, ista omnia & alia similia, sunt mœre credita, ⁊ ista transcendunt dictamen legis naturæ, ergo sūt diuersæ leges. Dictat lex vestra, ꝙ debetis diligere benefacientem, non autē malefaciētem; Lex autem nostra, non solum amicum; sed & inimicum vult vt diligamus, immo docet: ꝙ nullum præmium erit nobis in dilectione amicorum, Matth. 6. Alexander de Ales, qui fuit vnus doctor Euāgelicę legis in. 2. parte, in tractatu de lege Euangelica, dicit sic. Quod sicut ars supplet naturam. i. defectum naturæ. 6. Ethico. Ita lex nostra supplet defectū legis naturalis, sicut perfectū imperfectum. Lex enim naturalis dictat Deum esse colendum, venerandum, & addit causam, vel rationem, quia est principium, ⁊ causa omnium. Docet etiam deum esse diligēdum, quia est benefic⁹. Docet ꝙ hō diligat hominem; quia est ei similis in specie, & quia sunt eiusdē naturæ, & similia; Lex autem euangelica omnia ista docet, sed excellentiori modo, quia docet deum esse diligendum, adorandum, venerādum, non solum quia est causa prima. Et primū principiū,

ſed etiam quia ē noſter finis, vera quies, noſter redemptor. Docet etiam hominem eſſe diligendum, non ſolum quia eſt ei cōformis in ſpecie, hoc idem faciunt bruta, ſed quia ē ad imaginem dei, & ad eundem finem ordinatus, & quia eſt etiam redemptus ab eodem redemptore, Ecce qualiter lex noſtra perficit veſtram.

¶Quando ergo dicebat dñatio veſtra; ꝙ lex Euāgelica fruſtra addita fuit; cum lex naturalis ſit ſufficiēs, & ꝙ dat præcepta de omnib⁹ actibus moralibus, & actibus iuſtitiæ, dico ꝙ verum eſt, ſed non ita perfecte ſicut lex euangelica, & ſic lex noſtra ſupplet defectum legis naturalis, & quamuis ſit ſcripta in corde hominis, non tamen lex noſtra eſt ſuperflua immo neceſſaria, & probo intentum meum ſic. Fuit enim data lex naturalis homini in ſtatu naturæ conditæ, & perfectionis, & erat pfecta pro ſtatu illo. Tamen qa primi parentes receſſerant, a ſummo bono, ceciderunt in tenebras ignorantiæ, & erroris, & coſi obtenebrato lo intellecto, perdetti il lume vero della legge naturale, taliter che nō po cognoſcere Iddio, niſi per ſpeculum in enigmate, & multi ſonno ſtati in errore, como nella adoratione de diuerſi Dei, & ſe q̄ſta lege naturale fuſſe ſufficiente non ſariano tanti errori, ⁊ tanti mali. Ecce che e ſtata neceſſaria q̄ſta noſtra lege. Impero che iddio. vedendo tāto male miſericordia motus, volens a tā to male prouidere miſit filiū ſuum, qui aſſumpto corpore mortali, docuit deum eſſe diligendum, amandum, adorandum, non ſolum quia eſt prima cauſa, & primum principium, & beneficus; ſed quia creator, & redēptor, finis beatificatiuus noſter. Hęc omnia continentur in lege Euangelica, quam docuit nos cum gratia gratum faciente, qua mediante, ſecuri, & ſine errore peruenire poſſumus ad portum ſalutis. Docuit etiam deū eſſe diligendum ex toto corde, & proximum, ⁊ inimicum ſicut ſeipſum; tñ multi ſunt pũerſi, qui nec deum, nec proximum diligunt. O q̃uāte biaſteme, o quāte maledictioni, ſe dicono contra a tanto corteſe Iddio, quid dicam de virgine Glorioſa? Similiter contra proximum, vbi amor? vbi charitas? vbi iuſtitia? vbi defenſio pupillorum, & vidua-

rum? Quid dicam delli palazzi, doue se deueria defendere la iustitia, & la verita? In essi non sono se non robatori, destructori della verita. O procuratori, haueti nome de procuratori, perche deueresti procurare il vero, ma voi seti veri periculatori, perche fati periculare la iustitia, a chi l'haue per vera ragione, pellati il cielo cō la terra, & a l'ultimo chi hauera piu danari hauera la sentenza in fauore. O dicet ille, Pater. Noi l'hopotimo fare, perche hauemo vna sentenza per noi registrata. ff. de damnatis. l. diabolus. parapho. Che tene porta. O & ego concedo vobis istam legem, & auctoritatem, seruate la, hor torniamo a casa. i. ad propositum. His auditis Plato cō cessit mihi omnia, quæ cōtra eum dixi, & fuit constrictus meis acquescere dictis, & dicto valete, a me recessit suspirās.

¶ Ingressus ciuitatem perambulabam eam, inspiciēs illas magnificentias, & quærebam moscheas quas curiose considerabam, & tandem veni ad sapientiam, vbi inter alia inueni congregatam, magnam multitudinem hominum, ibi enim erant, Philosophi, Astrologi, Arithmetici, Turci, Mauri & cæ. & in medio erat vnus christianus, & vn⁹ iudeus ambo doctissimi, & disputabāt de lege Moysi, & euāgelii, quos cū audissē, valde gauisus sum & ipingens me in turbā, in medium ingressus sum, quod cū christianus me vidisset, dixit, o pater, certe opportune venisti, la disputa appertene a vostra paternita; & retirandosi da parte, me lasso la disputa. Tūc ego dixi illi Iudeo. Quid dicis dñe doctor? Vocabatur .n. rabbi Neptalim. Et ille, inter nos multa sunt de lege naturæ, & de lege Moysi, & de lege Euangelij, & conuenimus, in hoc, quod lex naturæ post trāsgressionem protoplaustorū, non sufficiebat, nec secure ducebat homines ad salutē, huc vsque conuenimus. Sed differim⁹ in hoc. Quia ego dico quod dedit legē Deus Moysi, vt suppleret legem naturæ, vnā dedit scriptam in cordibus hominum; alteram scriptam digito Dei viui, in tabulis lapideis. Istæ duæ leges, secure ducūt hoies ad salutē, ipse aūt dicebat, quod nō, sed quod lex euāgelica cū lege naturæ sufficiūt. Et ego probare Volo: Contrariū quod frustra data est lex Euāgelica. Et hoc tribus mediis.

¶ Obedientiæ

¶Finis
¶Ordinationis.
¶De primo arguo sic. Illa est perfectissima lex quæ est perfectissimæ obediētię, lex Moysi est huiusmodi, ergo. probatur minor. Lex Moysi obedit pręceptis, non solum necessarijs, sed etiam indifferentibus, & ceremonijs, & moralibus, ergo vt dixi est perfectissima, & præter illam non requiritur alia. Secundo, medio finis. Pau.1.ad Timo.1. Finis p̄cepti est charitas, in ista lege est perfectum pręceptum charitatis Deute.6.c. Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde &c. a perfectione finis res dicitur esse perfecta. ergo lex Mosaica dicitur lex perfecta, igit præter ipsam, non est alia lex inquirenda. Tertio medio ordinationis, sic superfluum est facere p plura, quod fieri potest per vnum Cum ergo perfecta ordinatio hoīs sit, per legē Moysi in necessarijs, moralibus, indifferentibus, & ceremonialibus, & in obseruatione mandatorum & consiliorum, circa quæ est votum, igitur relinquitur superflua omnis lex alia a lege Moysi.
¶ Respondet christianus ad istam.q. dicens s̄m Alexan. de Ales, in.3. parte, in tractatu de lege Euangelica. Q̄d lex Moysi addita ad legem naturalē, non erat sufficiēs ordinatio hominis in deum, ratio est, in lege Moysi sunt elemēta.i. litteræ sermonis dei, ad dirigendum hominem in finem suū, in lege autem euangelica est perfectus sermo. Vnde Apostolus, ad Hebræos.5. Indigetis vt doceamini, quæ sint elemēta exordij sermonum dei, Sunt igitur elemēta. i. litterę. & est sonus, sed sensus nō est, In exordio.i. in dictione est sensus, sed non completus, in sermone.i. in oratione perfecta, est sensus perfectus. Præcepta igitur ad tempus seruanda, elementa fuerunt. Præcepta decalogi exordium, Præcepta Euangelij sermo perfectus. Exemplum in sacra scriptura scriptū ē, Gene.9.c.& Leui.19.c. Carnē cū sanguine nō comedetis, hoc est elementū. Deinde subiungit. Non occides, hoc est exordium. Postea compleuit, prohibēs ēt aīum in Euangelio. Itē habet.1. Machabeo.7. carnem porcinam, non comedetis. Hoc est elementum, Postea addidit non mechaberis, hoc fuit exordiū & sequitur, siquis viderit mulierem, ad concupiscendum eam, iam mœchatus ē in cor-

de suo Matth.5.Hic fuit sermo perfectus. Item data lege Moysi dixit dñs. Deute.18. Suscitabo prophetam de medio fratrum tuorum similem tibi, & ponam verba mea ĩ o͂re eius, loqueturq; ad eos omnia quę præcepero illi. Item Hiere.31. Ecce dies veniunt,& feriam domui Iuda fœdus nouum.i. legem Euangelicam, non ſm pactum quod pepigi cum patribus eorum; in die qua eduxi eos de terra Egypti,ecce q̃liter lex Moysi ordinatur ad legem Euangelicam tanq̃ imperfectum perfecto . Multa in figuris contingebant eis, quę postea impleta sunt in lege Euangelij, & tpe Iesu Christi, in quo euacuata fuit lex Moysi,& hoc fuit figuratum,quando Moyses fregit primas tabulas legis,secundas vero nõ. i. prima lex fuit euacuata. s.lex Moysi,secunda non.i.lex euãgelica,& hoc fuit completum in morte Christi.Quando velum templi scissum ẽ in duas partes. Matth. 27. Quod fuit prophetatum a Daniele. c.x. Cumvenerit sanctus sanctorum cessabit vnctio vestra. Hoc conclusiue,lex vestra cũ lege naturæ non est sufficiẽs ad salutem.

IN secunda parte,adhuc astruere contẽdit hebreus suam opinionẽ, & primo ait legem euangelicam nõ esse perfectam,quia in ea adorãtur tres dii,contra illud qđ dicit deus per Moysen,p̃cipiens nobis Exod.20. Non habebis deos alienos coram me,Item Deute.32 . videte q̃ ego sim solus,& nõ alius sit p̃ter me . Itẽ Deute.6. Audi israel dñs deus tuus vnus est. Ad istud respõdetur . Nos christiani vnũ solum deum colimus , nõ tamẽ in tãta solitudine , vt gaudiũ filii, & amorem spiritus sancti auferamus,& ideo tres personas,patrem,& filium,& spiritum sanctum, veneramur, in vna essentia. & licet Deus sit pater,deus filius , deus spiritus sanctus,non tamen sunt tres dij,sed vnus est Deus , & hoc habetur in scriptura vestra. Nam Isaia vlti. in persona Dei ait. Nunquid ego qui Alios parere facio,ipse non pariam? dicit dñs, & ego qui generationẽ cæteris tribuo,sterilis ero? Ecce quomodo ostẽditur , in Deo esse generationem. Et q̃ in ista generatione sint tres personæ,apparet in eadẽ scriptura,in p̃s.88. In persona patris

tris,dicit Propheta. Ipse inuocabit me,pater meus es tu,itē in persona filij,in eodem p̄s. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu,ego hodie genui te.i.ab æterno, quia in Deo non hodie est,nec cras, & de Spiritu sancto dicit, idem propheta in p̄s.5.Ne proiicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuū ne auferas a me.Dic mihi,quū deus dixit Audi Israel. d.d.t. v. est. Quare non dixit,deus vnus est? Sed dixit d.d.t.vnus est?nisi quia per tria vocabula trinitas exprimitur personarum, Nam dn̄s est nomen dignitatis,& potestatis, & sic conuenit patri, Deus est nomen sapientiæ, & conuenit filio,tuus.est nomen amoris, ⁊ conuenit spiritui sancto, & ideo replicat.d.d.t.vnus est.i. pater,& filius, & spiritus sanctus vnus est deus, & Deuter. 4.vbi dr̄ deus deus tuus, ignis consumens est.Dicatis,quare dicitur deus ignis?Respondit per similitudinē, Benedicis, quia sicut ignis vnus est, & tamen sunt in ipsa tria, scilicet ignis, calor,& splendor, ignis est pater,calor filius, splēdor est sp̄us sanct⁹. Illuminans,& procedens ab vtroq;. Dic etiā quid voluit dicere Deus. Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram,nam propter pluralitatem personarum dicit faciamus,quo ad vero singularitatem essentiæ diuinæ. dicit ad imaginem, si ergo non essent tres personæ,nō diceretur faciamus.Et si non esset vna essentia diuina, non diceretur imaginem sed imagines. Item propheta in p̄s.66. ait benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus,& metuant eum omnes fines terræ, ī hoc quod ter.replicat deus: ostendit trinitatem personarum, quia deus est pater,deus fili⁹, deus, est Spiritus sanctus, sed in hoc quod dicit semel, hoc pronomen eum,ostendit vnitatem essentiæ diuinæ. Item Isa.6.dicitur, ꝙ angeli continue in laudem trinitatis vn⁹ ad alterum dicebant, Sāctus, sanctus, sanctus dn̄s deus sabaoth. Dum ter dicit scūs denotat trinitatem personarū, dū semel dicit dn̄s deus.ostendit vnitatem essentiæ diuinę. Item Hierem̄.1. a.a.a. domine deus nescio loqui,dum ter dicit a. quæ est prima litera alphabeti & ſm Hebręos denotat deum,ostendit trinitatem personarum, & in hoc ꝙ dicit domine deus, denotat singularitatem essentiæ. Item ha

bremus exemplum de Abrahā, qui cū esset in vallę Mambræ, & videret tres angelos in forma trium virorum descendētes, treis vidit, & vnum adorauit. Gene. 18. Nam pluraliter tres. i. p. & f. & s. s. cognouit, sed adorauit vnum deum, & sic patet ex scripturis vestris trinitas personarum.

¶ Secundo dicit iterum Hebręus, ꝙ in lege euāgelica, habetur ꝙ Messias est missus, & eum esse, quem iudæi Crucis patibulo affixerunt, ⁊ omnes errare, qui Messiam venturū putant, sed hoc est contra legem. Respondetur, ꝙ hoc nō est contra legem, immo secūdum legem dei. Nōne patriarcha Iacob, benedicens filios suos, cum venisset ad Iudam, dixit. Nō auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittēdus est, & ipse erit expectatio gentium Gen. 49. vultis clariorem prophetiam? nunquid iā non perdidistis dn̄ium? Quid vltra expectatis? Credatis igitur Iesum fuisse verum Messiam, & baptizemini. Tunc ait Hebręus. Hoc ignorātibus legem poteris psuadere, nobis autem doctoribus non, cum dicatur per Isa. II. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascen. & req. super eum, &c. Et sequitur habitabit Lupus cum Agno, & Pardus cū Hœdo, accubabit, vitulus, & leo, & ouis, simul morabūtur, & puer paruulus minabit eos. Istud ad literam ē tempus Mesiæ, & nondum tale tempus venit, &c. Respondetur ꝙ talis authoritas facit pro lege christi, quia iam est completa. nam virgo Maria ē virga đ radice iesse patris Dauid, Christus est flos, qui de radice eius ascēdit, sup quem requieuit spiritus domini, faciēdo miracula, habitabit lupus cum agno. i. auarus Mattheus qui accipiebat ad vsuram, cum agno. i. cū christo, ⁊ pardus. i. Bartholomæ⁹, cum hœdo. i. cum Andrea, vitulus cum leone. i. Lucas qui dicitur vitulus cum Marcho, qui dicitur leo, ⁊ cū oue. i. cum Ioanne, & puer paruulus minabit eos. i. christus q erat puer a paruitate. i. humilitate. Tūc hebræus. Vbi nam inuenisti ꝙ homines vocētur nomine animalium brutorum, in sacra scriptura? ait christianus. Hoc probatur in lege vestra. Gene. 49. Nōne cum Iacob benediceret filios suos secundū proprietates suas, eos nominauit nomine brutorum. s.

ꝙ Beniamin erat lupus rapax. Isachar asinus fortis, Iudas, catulus leonis, quia secundū ꝓprietates eorū noīauit eos, & nō intelligitur de aīalibus brutis, & sic patet tempus Messiæ iā venisse, & ꝙ christus est verus messias ꝓmissus ī lege.

¶ Tertio opponit etiam Hebręus, in lege euangelica habetur ꝙ christus fuerit verus deus, & verus homo. Nam dicitur ꝙ Messias debuit humanum genus saluare, ⁊ sic oportuit, ꝙ esset Deus, quoniā homo purus non poterat ſm dictum prophetæ, Maledictus homo qui cōfidit in homine, sed homo debebat pati, quia peccauerat, & nō Deus, sic ergo fuit necesse ꝙ saluaret vnꝰ, qui esset deus, & homo, homo vt salueret quod debebat, & deus qui poterat, & sic iustitia saluaretur: ⁊ hoc repugnat sacræ scripturæ: in ps. 50. Audi populus meus, & contestabor te, Israel si audieris me nō erit in te deus recens, neqꝫ adorabis deos alienos. Nam christus vester est recēs, quia nōdiu est. ꝙ est natus, & ideo nō potest esse verus deus. Respondet christianus, ista authoritas facit pro fide christi, nō enim dico, ꝙ Christus messias & saluator sit deus nouꝰ, nec recens, quia est æternus, sed est nouus homo & recens & sic declaro, dn̄s enim apparuit Moysi ascendenti in mōtem, in forma ignis, & tamen deus non erat ignis, sed se vestiuit illa forma ignis, sic modo non dico, ꝙ deus sit caro, sed ꝙ ille deus qui se induit forma ignis, nunc induit se forma humana, & est verus deus, & verus homo, ⁊ hoc habetur per prophetam Isaia. 7. d. de Messia, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est Deus in Hebręo, butyrum & mel comedet, &cæ. Nam butyrū quod fit ex animalibus viuentibus in terra, significat humanitatem christi, Sed mel quod fit per misterium apum in aere volātium, ex floribus in aere collectis, significat diuinitatē, ergo christus Messias erat deus, & homo, & si vlteriꝰ obiiceres, ſm te. christus erat deꝰ, & homo, & ē mortuus, ergo est mortuꝰ deꝰ, & hō. Nego cōsequentiā, quia mortuus est in quātum homo, non autem in quantū deus, sicut non valet ista, iste est bonus, & prædicator, ergo est bonus ꝑdicator, sicut nec ista valet, Tu es bonus; & es magister ergo, es bonus magi

ſter, ita in propoſito, & do tibi exemplum, de ferro ignito, quod ſi frangas; ignis tamen non frāgit. item de ſole aſperſa arbore, quæ quāuis incidatur, ſol tamen minime frangitur, nec in aliquo leditur, Sic de homine qui conſtat ex anima & corpore, qui licet occidatur. quātum ad corpus, anima tamen minime leditur, ſic Chriſtus mortuus eſt inquātum homo, ſed non inquantū deus, quia diuinitas minime lędi potuit.

¶ Quarto obiicit Hebræus, vos dicitis, legē datam a deo per Moyſen, populo iudaico, iam debere habere finem, qa alia lex ſuperuenit data a chriſto, multo melior & ſanctior illa veteri lege, ſed hoc eſt cōtra dictum prophetæ, ps. II. Fidelia omnia mandata eius confirmata in ſeculum ſeculi, Chriſtianus, nō dico, ꝙ lex Moſaica nō fuerit data a deo, & ꝙ non fuerit bona pro illo tempore, & ꝙ Moyſes non fuerit nuncius dei, & ſanctus. ſed dico ꝙ lex noua eſt melior, ꝙ̄ antiqua, quia illa antiqua obſeruantibus promittebat bona tēporalia, ſed non promittebat æterna, ſicut lex noua, & ad dictum prophetæ dico, ꝙ ꝓpheta accipit primum ſeculum ibi vſq; ad tranſmigrationem Babylonis; & ſecūdū vſq; ad chriſtum. Et ideo ſubdit propheta, redemptionem miſit populo ſuo, mādauit in æternum teſtamētum ſuum, ad denotandum ꝙ illa lex vetus, debebat durare vſque ad aduentum redemptoris. i. Chriſti, qui fuit verus redemptor mundi, ſicut patuit in ſignis & miraculis, & ꝙ lex Vetus debebat habere finem, & inſtitui noua per legē veſtrā enodabo, habetur enim Iſaia 43. vbi dicit dn̄s. Ne miremini priora, & Antiqua ne intuamini, ecce ego facio noua, ⁊ nūc vtiq; cognoſcetis ea. Et iſaia. 42. quę prima fuerunt, ecce venerunt noua, quæ ego annūcio, & nota vobis facio, & loquitur de promiſsione noui teſtamenti.

¶ Quinto adhuc obiicit. Lex veſtra euangelica, non eſt perfecta, qa vult ꝙ relinquamus legem noſtrā, a deo per Moyſen datā, & ſacrificia, & oblationes, & traditiones patrum noſtrorum, & ꝙ adorem⁹ neſcio quem panē, & neſcio qđ vinum, aſſerens hoc verum ⁊ perfectum eſſe, ſacrificium a deo Meſsia inſtitutum, & hoc eſt contra legem dn̄i. Deut. 16. Dn̄m deum tuum adorabis,

& illi soli seruies. Tunc Christianus respondit: Non dico ꝙ adoretis panem, & vinum, sed deum qui continetur sub specie panis, & vini, & de hoc habentur plura exempla in lege vestra, quia deus patribus semp se ostendebat in aliqua forma visibili, sub qua forma volebat adorari. Nam Abrahæ se ostendit in forma hominis, vt habetur Gene. 18. Et Abraham adorabat deum, & non hominis formam. Item Moysi se ostendit in forma ignis, & Moyses adorauit deũ & non ignem. Item tempore Salomonis, apparuit deus in nube, & Salomon, qui erat ita sapiens, adorauit deũ non nubem. 3. Regũ. 8. Item tempore Dauid apparuit in archa, & tamen Dauid non adorauit ligna, sed Deum in archa, & sicut faciente Moyse orationẽ deꝰ veniebat in illa spẽ ignis, sic orante sacerdote, & verba cõsecrationis ꝓferente, deus venit in hostiam, & efficitur corpus Christi, & sic ipse sub specie, & forma panis, & vini, vult adorari: non ꝙ christiani adorent panem, & vinum, sed deum sub tali specie contentum, ⁊ hoc figuratum fuit in sacerdote Melchisedech. Gen̄. 14. Iste enim sacerdos dei excelsi, cũ benediceret Abrahæ, ob misterium futuri sacramenti, panem & vinum dño in sacrificio obtulit. ideo dicitur de Christo, ps. 109. Tu es sacerdos in æternum ẜm ordinem Melchisedech. Hoc est iuxta ritum huius sacrificii. s. panis ⁊ vini, in quibus dñs instituit verissimum sacramentum. Hoc etiam futurũ sacramentum, pręmonstratum est a Salomone per immolationem, panis ⁊ vini, vt habetur Prouer. 9. vbi dicitur, venite comedite panem meum, & bibite vinum meũ quod miscui vobis, derelinquite insipientiam. i. veterum sacrificiorum & viuetis, & ambulate p vias prudentię. i. Christi, qui est sapientia patris, quasi vellet dicere, assumite: quæ ipse christus. vobis tradet obseruãda, videlicet, noua sacrificia, ⁊ relinquite sacrificia vetera, & sic apparet, ista esse vera sacrificia, quæ in lege Euangelica traduntur obseruanda.

CIRCA tertiam partem elucidabimus huius rei veritatem, tunc christianꝰ respõdit ad argumẽta, & ad primũ dixit ꝙ duplex est obedientia .s. obedientia debita, & obe-

dietia voluntaria, debita est; qñ obedimus pcepto quia debitum est, & quia præceptum. Voluntaria est obedire pręcepto, quia bonum, & acceptū, sic ēt differūt. obedietia legis Moysi & obedietia legis euāgelicæ. Vnde in lege Moysi sæpissime dicit. Custodite hoc vel hoc, quia ego sum dñs, in lege autem euāgelica dicitur, vt sitis filii patris vestri, qui in cœlis est, Matt. 5. Ecce ꝙ obedietia le. euāge. est nobilior illa quæ habetur in lege Moysi.

¶ Ad secundum argumentū, dixit, in vestra lege, non præponitur præceptum dilectionis ẜm ratione perfecti amoris, est enim amor debitus, & amor gratuitus. Vnde Deute. 11. vbi enumerantur multa beneficia, postea dixit. Ama dominum deum tuū, vt possis introire in terram, & possidere eam, in lege autem nostra præcipitur, vt gratuitus Mat. 5. Et Ioan. 14. si quis diligit me ꝛc. igitur in amore gratuito ē perfectio, & non in amore debito, & maxime in amore qui oritur ex beneficiis temporalibus, vt in lege vestra, igitur perfectio amoris est in lege euangelica & non in lege Mosaica.

¶ Ad tertium argumentum.

Dico ꝙ in lege vestra nō ē ordinatio hominis in deū, quia in lege sunt præcepta moralia, Ceremonialia, & indifferētia, & etiam consilia, ꝛ tamen omnia ista sunt imperfecta, ꝛ ad exercitationem corporis. magis q̃ ad officium pietatis, sed in Euangelio est vera ordinatio hoīs ad finē Matth. 19. c. Si vis perfect⁹ esse, vade & vende omnia q̃ habes, & da pauperib⁹ &c. Igitur non frustra immo necessario addita fuit lex euangelica ad legem naturæ, & Moysi, tanq̃ perfectū imperfecto, & omnes sancti veteris testamenti fuerunt saluati in christi passione præuisa, vt dicit Sco. in. 3. d. 19. & Bona, ibidem.

¶ Dico igitur, ꝙ lex euangelica est perfectior securior, & dignior, lege Moysi: quod patet respectu.

¶ Denominationis.

¶ Dantis.

¶ Ferentis.

¶ Dicitur enim lex nostra testamentum nouum, quia noua promittit bona, quæ nunquā pmissa fuerunt in aliqua alia lege, promittit enim cœlestia dona, vide in lege naturæ, vt habet Gene. 15. vbi deus promisit Abrahæ, filiorū multiplicationem, copiam terrę,

& tutte quæste sono cose terrenæ, & de paradiso expresse nulla fit mentio. Similiter vide Gene. 25. vel 27. Quando Isaac benedixit filium suũ iacob. Dixit, Det tibi deus dero re cœli, & de pinguedine terræ abundantiam &c. Omnia ista sonno pur cose terrenę. In lege scripta. s. Moysi, etiam promittuntur tantum terrena, Deutero. 28. Si custodieris mandata dñi, quæ ego dabo tibi, &c. venient super te vniuersæ benedictiones istæ, Benedictus tu in agro, Benedictus fructus ventris tui, Benedictus fructus terræ tuæ, &c. Vide ibi. Si cust. Omnia ista sunt terrena, & in nullo loco veteris legis, inuenies mentione expressam paradisi. Lex autem nostra promittit gloriã paradisi, Si vis ad vitam ingredi serua mandata Matt. 19. Cẽtuplum accipietis, & vitã ęternam &c. Luc. 10. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum dei Matth. 27.

¶ Secundo dicta est lex amoris, ad differentiam legis vestræ, quæ dicitur lex timoris, quia data fuit in mõte Sinay, cum tonitruis, fulgoribꝰ, terroribus, atq; pauoribus. Exo. 19. Et fuit præceptum sub pœna mortis, ne aliquis ascenderet nisi Moyses. Lex autẽ euangelica, amorose data est, qa sedens docebat eos Ioan. 13. Itẽ in monte Tabor vbi fuit confirmata ista lex: quando vox patris dixit Matt. 17. ipsum audite, & omnes erant pleni dulcedine, & ideo dicebant; bonum est nos hic esse.

¶ Tertio dicta est lex nostra lex æterna. iuxta illud, noui & æterni testamenti, eo ꝙ post ipsam non erit alia lex.

¶ Secundo lex Euãgelica, perfectior est lege vestra, respectu dantis, licet ambas dederit deus, tamen lex Moysi nõ fuit data a deo ĩmediate, sed mediãte misterio angelorum, lex aũt nr̃a data fuit ab ipso ꝓprio deo iesu Christo, iõ &c.

¶ Tertio lex Euangelica perfectior est lege Moysi respectu ferentis, siue promulgantis. Moyses promulgauit legẽ vestram: qui fuit purus homo, lex autem nostra fuit promulgata a iesu Christo. Ideo clamat ille preco altissimi ad Hebræo. 1. Multifariam multisq; modis, olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis. locutus ẽ nobis. s. christianis, in filio, Sed quid dicã professoribus istius legis? non est aliqua lex, che mancho se serua in mundo

che questa, inter turchos, & alios infideles, fit iustitia, inter christianos nulla iustitia fit, inter infideles nō iuratur Christus, nec virgo Maria, & inter christianos, quotidie blasematur, inter iudeos obseruantur festa, inter chistianos non est festum, immo in festiuis diebus committuntur tot peccata, Vnde bene conqueritur deus dicens. Calendas vestras & solē nitates vestras odiuit anima mea, Esai.1. Sai per che le ha in odio? per che tu fai peggio in le feste, che nelli altri giorni, tu giuochi, tu biastemi, tu in luxuria, &c. Discurre modo tuo. O lege sanctissima, como sei male obseruata, parme de sentire, i apostoli, i martyri, i confessori, le virgine. & altri sancti de Dio, che cridano ne'l suo conspecto dicendo, Tempus faciendi domine, dissipauerunt legem tuam, O signor, ō Dio, fa vendetta de questi trangressori, & sic discurre tuo modo, &c.

FINIS.

## SABBATO POST II. dominicam in quadragesima.

## DE PLENITVDINE gratiarum virg. & Christi, inhabitatione.

FILI tu mecum semp es, Lucæ.15. Cum secūdum Hieronymū sup Luc.1. Aue gratia plena, Talibus decebat virginem oppignerari muneribꝰ, vt esset gratia plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris deum, pacemq; refudit, gentibus fidem, finem vitiis, vitę ordinem, moribus disciplinam ille. Et idem in sermone de assumptione, ait, & bene gratia plena, quia cæteris virginibus præstatur gratia per partes, Mariæ vero tota se infudit plenitudo gratiæ. Descēdit quippe sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, ideo ipsa Beata virgo, dicere potest illud Eccle.24. in me omnis gratiæ &c. Delectetur ergo omnis fidelis christianus, & virginis deuotus, audire p̄-

dicare, magnitudinem, & admirandas prærogatiuas, matris Saluatoris, Quia quãuis dei filius, nostro amore, incarnari voluisset, ac nasci, nõ estimando alcuna mundana preeminentia, tamẽ deliberauit ꝙ virgo Maria mater eius, esset omni dono, omniq; gratia replena, ita ꝙ non sine causa angelus Gabriel in sua salutatione plenam gratia nominauit. Hinc Ansel. in meditationibus. O fœmina plena, & superplena, de cuius plenitudinis abundantia reuiuiscit omnis creatura. Non enim ceteri sancti habuerunt talẽ gratiam, nec æqualem plenitudinẽ. Non qualiter fuerũt Apostoli pleni spiritu sancto, nec qualiter Stephanus, plen⁹ gratia, sed oẽs excellit sanctos. Vnde ait Bernardus, Legimus Apostolos plenos spiritu sancto, & Stephanum plenũ gratia, sed lõge dissimiliter a Maria, nec in illis habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, queadmodum in Maria, nec illi conceperuut de spiritu sancto, sicut Maria, & quid mirum, si fuit gratia plena, q̃ totius gratię principium concepit, & peperit? illę. De plenitudine gratiarũ in Maria quinque dubia declaranda sunt, videlicet.

¶An virgo Maria fuerit plena gratia?

¶An recepit quantum possibile fuit humanæ naturæ recipere?

¶In quo differt plenitudo Mariæ ab alijs plenitudinibus cæterorum?

¶In quo consistit ista plenitudo gratiarum in Maria?

¶Quibus meritis tantam plenitudinem gratiarũ meruit?

¶Circa primum dubium ꝛc. Sonno alchuni heretici blasphemi della beata Vergine, li quali dicono iniquamẽte, ꝙ in virgine non fuit plenitudo gratiæ, sed multum diminuta. & primo dicunt, ꝙ fuit diminuta fide, qa dubitauit in verbis Angeli, di. Quo modo fiet istud, ꝛc. Vnde questo parlare fu simile, a quello de Zacharia: qui ait. Vnde hoc sciam? cum sin senex, & vxor mea sterilis: & quia non credit dit angelo, Angelus dixit. pro eo, ꝙ nõ credidisti ꝟbis meis, taces. & non poteris loqui, sic (vt isti dicunt) dubitauit virgo, & vt scribitur extra de heeticis. c. I. Et. c. eodem tit. dubius in fide infidelis est. Ad hoc respõdet Albertus, super missus est. Quod virgo Maria non dubitauit, sicut Zacha-

rias.Nam suam fidem declarauit Spiritus sanctus. Quando Helisabeth ei dixit,Beata quę credidisti,ideo quando dixit Quomodo fiet istud? non dubitauit de facto, sed interrogauit de modo. s. quomodo fiet istud,ac si diceret,Dn̄s de⁹ meus bene scit votum castitatis meæ suæ ancillæ, qua ergo lege,vel quo ordine cōcipiam? & pariam filium dei? ego me remitto voluntati diuinæ,ideo dicit Beda. ꝙ illud dictum duæ sunt dictiones distinctę.s.quo,& modo, ⁊ ideo cōcluditur, ꝙ fides Marię fuit abundantissima,& non diminuta,&ideo dicit Augustinus Beatior fuit Maria concipiendo fidem christi, q̃ concipiendo carnem christi.

¶Alii dicunt ꝙ fuit diminuta in spe,Nam vt ait Magister senten.in.3. Spes est expectatio futuræ beatitudinis, virgo Maria habuit beatitudinem præsentē,Quia vt ait Helisabeth, Beata quæ credidisti, ergo in eā non erat spes. Quia vt ait Apostolus,ad Rom. Quod videt quis.quid sperat? ergo sequitur ꝙ virtus spei non erat in virgine. Ad hæc respondet Albe.vt sup. Quod in virgine Maria fuit maxima spes,& expectatio æternæ btitudinis, magis q̃ i aliqua creatura, sed de beatitudine loq possumus dupliciter,aut ſm dispositionem.q.d.tu es disposita ad esse beata,aut secundum prænunciationem, ſm dispositionem loquitur christus Matt. 5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cęlorū. Beati pauperes spiritu. ſm dispositionem, quia paupertas volūtaria disponit ad beatitudinem perfectā, & sic intelliguntur aliæ septem beatitudines. ſm vero pręnunciationem intelligitur dictū dauid in ps. Beati qui habitant in domo tua dn̄e.quando elisabeth dixit beata q̃ credidisti.Loquitur ſm dispositionē, quasi dicat tu sei disposta ad essere beata per excellentias, piu che ogn'altra creatura,& sic exponit dictū Helisabeth.

¶Alij dicunt,ꝙ fuit diminuta in charitate,quia non erat in ea charitas in quello excellēte grado, che si po trouare in alchuna creatura,& questo si e in recepere il martyrio per amor de Dio,& del proximo, vnde christus Ioan. 14. maiorem hac dilectionē nemo habet &c. Sed virgo nō fuit martyrizata,ergo nō habuit perfectam charitatem. Ad hæc respondet Alb. vbi supra. quod

licet virgo non fuerit martyr ſm corpus, tamē mentaliter, bene fuit, ex intēſo dolore in paſsione filij, quem dolorem prædixit Simeon. Lucæ. 2. Et tuā ipſius aiam per. gla. paſsio tui filii erit gladius qui pertranſibit tuam animam, & ſic fuit martyr. ideo Hierony. in ſermo. aſſumptionis di. quod virgo Maria fuit magis q̄ martyr, Concludimus ergo ꝙ virgi. Ma. non fuit diminuta, fide nec ſpe, nec charitate, ſed plena omni gratia. Hinc Hieron. in ſerm. Aſſumptionis. Plane cœleſtis imber, lapſu placito virgineum vellus infudit, & tota diuinitatis vnda, in eius carne ſe contulit, ac dæmum per crucis patibulum expreſſum, omnibus terris pluuias ſalutis effudit, ⁊ humanis mētibus ſtillicidia gratiæ præſtitit ille.

¶Secundum dubium &c. Tenemus partem affirmatiuam ꝙ ſic, & probatur agens potēs agere in aliquod ſubiectum, tanto perfectius agit ſi nō eſt impeditum, quanto ſubiectū perfectius erit diſpoſitum, ad illud agens: ſed deus eſt perfectiſsimum agens, potens omne quod non implicat cōtradictionem, & virgo eſt ſubiectum diſpoſitum ſufficiēter, ad poſſe recipere omnem diuinæ gratiæ influxum, & non eſt impedita, ergo omnē gratiam poſsibilem deo. Creaturæ infundere virgo glorioſa ſuſcepit. Et non videtur, ꝙ in alio q̄ in hoc, qa ē facta mater dei, ergo &c. Conſequētia eſt nota, & antecedens declaratur. Exemplo ſolis. quanto enim ſubiectum eſt diſpoſitū, tanto magis formam luminis & lucis imprimit, ideo aquila altiſsime volitans in lumine ſolis confortatur, & veſpertilio illud horret. Sic etiam benedictus deus ſm creatarum rerum diſpoſitionē, lucis gratiarum cōmunicat claritatē. Qm̄ nihil aliud diuina gratia eſt, q̄ quidā diuinitatis radius diuerſimode creaturis cōicatus. Quibuſdam enim creaturis, gratiæ ſuæ copiam cōmunicat, illis dando eſſe, quibuſdā dando eſſe, & viuere, quibuſdā dando eſſe, & viuere, & ſentire, quibuſdam dando eſſe, viuere, ſentire, & intelligere: Qua de re manifeſtum eſt, ꝙ benedictus deus ſm ſubiectum, & diuerſorum capacitatem, gratiarum ſuarum lucē, nō occultat, inter quæ ſubiecta diuerſa eſt homo, & niſi homo obicem ponat, tāta poteſt intelligentia irradiari, vt

ſupra humanum ſenſum,⁊ naturæ capacitatē, plura cognoſcat. Quam ob rē peccatores parum aut nihil de diuinis intelligūt, quia ſuæ mentis oculis obicem ponūt, ſicut & homo oculos obſtruſos tenens, non videt, quia videre nō placet, & obicem ponit. Sed illa benedicta virgo, fuit ſubiectum, ſufficiētiſsimum diſpoſitum ad poſſe recipere omnē diuinę gratię influxum. ſ. creaturæ poſsibilem, & nunq̄ hæc benedicta ancilla, diuinis luminibus obicem poſuit, nec deū aliquo peccatorum genere vnquā quouis modo offendit. ergo neceſſe eſt concedere, vt ſuper omnē gratiam diuini luminis, eius animā perluſtrauerit, ex quo tres inferūtur veritates. Prima ꝙ oēs ab hoc fulgēti ſydere lumē ſuſcipiūt. Nā p illā tubā ſācti Ioan. Bap. dr̄. Ecce Agnus dei. & Andreas credidit, per Andream Petrus, per Petrū Roma, per Romā credidit vniuerſus orbis, ſed a quo ioannes lumen accepit? niſi a virgine ſolem in ventre portante? Dum Heliſabeth eius matrem viſitauit, vnde & in ventre exultauit. Luc. 1. O glorioſa illuſtratio, nondum erat natus, & iā ſanctificatus erat, & propheta factus, & pluſq̄ propheta. Secunda veritas, Quod virgo per gratiā fuit magis deo vnita, q̄ aliquis, ſanctus. Nam ſolus chriſtus deo vnitus ē per vnionē hypoſtaticā, alii vero omnes per gratiam, ſed alio & alio modo. Quidam cognitione tantum, vt Hieremias, qui clariſsimæ de deo ꝓphetauit, et ideo in vtero meruit ſanctificari. Quidam cognitione, & demonſtratione: vt ioannes Baptiſta, qui in vtero matris eum cognouit, & in iordane demonſtrauit. ideo ſanctificatus in vtero eſt, & pluſq̄ propheta vocatus, & ſic de aliis: virgo Maria, & fide cognouit, ⁊ manu tetigit, & deū verum, & hominem ſuo immaculato vtero portauit, ideo non fuit in vētre ſanctificata, quia nulla erat ſanctificationis cauſa, ſed a peccato originali preſeruata, vt ab aliis differret, & poſtea plena gratia facta, vt ſēper permaneret īmaculata. O quā bene ſibi dicitur gratia plena. Tertia veritas, quod in Chriſto & Maria fuit plenitudo gratiarum, ſed alio & alio modo. In Chriſto per eccellētiam tanq̄ in capite, in ſanctis per ſufficientiam, tanq̄ in mēbris, ſed in Maria p ſuperabūdantiam tanq̄ in collo tran-

ſcunte. Hoc autem oſtēditur per exemplum Dionyſii, cum ſemel optaret virginem videre, ⁊ obtenta gratia a deo prę cibus mediātib⁹, vt ipſe ī qua dā epiſtola ſua oſtendit, & ſic ait, ſi diuinis litteris eruditus non eſſem, & fide illuminatos oculos nō haberem, aliud lumen ſub deo eſſe non crederem, ille. Quare virgo Maria plena eſt gratia &c.

¶Tertium dubium &cæ. Hoc ideo dico, quia & de Chriſto legitur, ꝙ fuit plenus gratia &c. Ioā. 1. de Stephano. Actuū 6. Stephanus autē plenus gratia & fortitudine. De Apoſtolis Act. 2. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Adhoc breuiter reſpondetur, ſm Thomā, 3. Scripto ſen. di. 13. q. 1. ar. 2. Cōcordant Alb. Ric. Bo. & coīter doctores, quod quatuor ſunt plenitudines grãæ, videlicet.

¶Sufficientiæ.

¶Abundantiæ.

¶Excellentiæ.

¶Redundantiæ.

¶Prima per quam aliqui in ſe formaliter ſunt perfecti, quātum ad oēs virtutes, & quantum ad expulſionem omniū peccatorum mortalium, eſt gratia ſufficientiæ, & hæc plenitudo fuit in apoſtolis, & in ſancto Stephano, & aliis ſanctis perfectis ſm quā aliquis ſic impletur deo, vt nil in eo aduerſus deum remaneat, & alii multi electi, qui habēt omnia quæ ſunt ſibi ſufficiētia ad ſalutem. Secūda eſt plenitudo abundantiæ, & hoc ē in tota eccleſia dei, quia nulla gratiarum ei deeſt, quin ſit in aliquo membrorum ſuorū. Sed melius dic. Quod iſta plenitudine Apoſtoli repleti ſunt, quia ad abundantiam, ꝑ cæteris habuerunt. Tertia eſt plenitudo ſpecialis excellentiæ, vel prærogatiuæ, quæ nō ſolum omnia mortalia, ſed ēt oīa venialia repellit, & hæc fuit in beata Virgine, ſm quā plena gratia fuit, vt nil eēt in ea, quod non ordinaretur ad deum. Quarta eſt plenitudo redundantiæ, qua aliquis nō ſolum eſt plenus in ſe, & perfectus, ſed etiam eſt cauſa plenitudinis, & redūdantiæ ipſi⁹ gratiæ, in alijs, & talis eſt in Chriſto, qui eſt cauſa efficiēs omnis perfectionis ſanctorū aliorum. De cui⁹ plenitudine nos omnes accepimus, vt dicit Apoſtolus. Sic enim differunt iſtæ plenitudines ſubſtātialiter & originaliter, eſt enī plenitudo chriſti. quaſi plenitudo fluminis, quando a nullo deriuatur, niſi a mari, Ple-

nitudo virginis quasi fons. Plenitudo sanctorum quasi riuuli a flumine descẽdẽtes. Exemplum etiã possumus dare ꝙ plenitudo sufficiẽtiæ est illa, quæ replet ẜm rei cõgruẽtiam, vt vas quod habet quãdam plenitudinem mensuratam. secundum proportionẽ suam. Sic christus ẜm ꝙ homo disponit' vas animæ, dat sibi mensuram gratiæ iuxta illud ad Eph. 4. Vnicuique data est gratia, secundum mensuram donatiõis christi. Plenitudo abundantiæ est, sicut vas plenum in quo nihil vacuum habetur. Plenitudo excellẽs est, quando res ipsa vasis capacitatem excellit. Plenitudo redundans est, quando non est aliquod vas, quod in millecuplo. non excedat, applica tuo mõ. Item quatuor sunt signa plenitudinis primũ. s. nõ resonare, vt in vase pleno. Secundum non plus appetere, vt in stomaco pleno. Tertiũ superfluere, vt in flumine inundante. Quartum ponderosum esse. Ista quidem signa fuerunt in beata Virgine. Primo nãq; non resonauit per impatientiam, vel murmurationẽ. Secundo, adeo cor suum amore diuino repletum habuit, & amore cœlestiũ, ꝙ nunq̃ mundana appetiit. Tertio, per continua beneficia nunq̃ affluere cessauit. Quarto. In tantũ gratiæ plenitudinę ponderata fuit: ꝙ si omnes gratię, omniũ spirituum beatorum, & sanctorum, in vna statera ponderent, & in alia plenitudo gratiæ Mariæ, amplius ista ponderaret. O beata virgo, quis enumerare, vel cogitare poterit plenitudinem gratiarum tuarum, quibus repleta es? & habes primam partem.

IN secunda parte ĩtuemur aliorum dubiorũ declarationẽ. Quartum dubium &c. Ad hoc Alber. super missus est. c. 72. & 110. Et iacobus de Voragi. respondent. Quod per hoc quod dicitur gratia plena. Tria comprehẽduntur, ẜm ꝙ ista plenitudo in his tribus consistit. Prima in præcellentia dignitatis quia ipsa est virgo, & mater oĩpotentis dei, regina cœli, dña mundi, ac omniũ imperatrix, gloriosa. Vnde ipsa se comparat cedro. Eccle. 24. Quasi cedrus exaltata sum in libano, Cedrus quippe in altitudine excellit omnes arbores, sic & & ipsa omnes angelos, & homines, & creaturas. Secunda,

Per hoc quod dicit. gra plena intelligit peminentia sctitatis quæ in hoc attenditur, ꝙ ipsa sup oēs sanctos ⁊ sāctas, & angelos, infra deū, est sanctissima & purissima, & ea meruit puritate nittere, qua maior sub Deo nequit intelligi, & insuper, non solum in se est sanctissima, sed & alios potest sāctificare, & a peccato sanare, vnde se comparat Cypresso, quę est arbor medicinalis, Eccle.24. Quasi cypressus in mōte Syon. Tertia, intelligitur, superabundantia capacitatis .i. quod ipsa fuit superabundātissime capax omnis gratiæ, quod attenditur in quatuor, primo ꝙ omnes gratias generales, & speciales omniū creaturarum in summo habuit, nec aliqua gratia sibi defuit. Eccle.24. In me omnis gratia, vitæ & veritatis. secundo attēditur in hoc ꝙ ipsa habuit illas gratias, a quibus oīs creatura vacua fuit. s. ꝙ effecta est dei mater & hominis, ⁊ domina mundi & angelorū, atq̃ cœlorum. Tertio in hoc ꝙ sua gratia tanta fuit ꝙ pura creatura, nisi eēt deo vnita, maioris gratiæ capax esse non potuit. Quarto ꝙ gratiam in se totā continuit, & sic per oēm modum gratia plena fuit. O beata virg. Quis tuas poterit gratias numerare? Nā tu ipsa de te dicis Eccle.24.c. in me.i. Maria matre dei.i. omnis gratia. vitę & veritatis, in quibus verbis videtur ipsa dei mater cōmendari. Tum de magnitudine gratiæ, quia in me (inqt) omnis, tū de plenitudine gratię, quia oīs gratia, tum quoq̃ de multitudine, & varietate gratiæ, quia vitæ & veritatis. O veræ maxima gratia Mariæ quæ tantam gratiam habuit, ꝙ maiorē pura creatura, non vnita verbo, habere nequit. Quod videlicet sit mater dei, Genitrix filii dei, creatoris, & saluatoris. omnium & sit dn̄a angelorum & hominum, atq̃ omnium creaturarum. O verissimę plena gratia Maria, q̃ gratiam ipsam increatam in se totam continuit. Vnde recte angelus eidem ait Aue gratia plena. Hiero. in ser. assumptionis, verę gratia plena, qa cæteris virginibus præstatur gratia per partes. Mariæ vero tota se infudit plenitudo gratiæ. O deniq̃ q̃ multiplex gratia in Maria, quæ omnes gratias generales, & speciales omnium creaturarum, & sanctorū in summo habuit. Quoniā vt idem Hiero. ibidem ait, totius gratiæ plenitudo quæ est

in Christo, venit in Mariã, q̃q̃ aliter, quia in christo sicut in capite, influẽte, in Maria sicut in collo, siue medio transfundẽte, toti corpori Ecclesiæ, in xpo, sicut in homine personaliter deificato, in Maria, sicut in templo, ipsi verbo singulariter dedicato. Dicat ergo maria in me omnis gratia, vt per hoc gloriosum verbum alliciat: corda nostra, & mentes nostras ad confugiendum, ꝑ gratiæ impetratione ad eam, Accedat ergo homo & dicat, Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste ꝑtege, & hora mortis suscipe. Et per plenitudinẽ gratiæ tuę fac nos consortes gloriæ.

¶Quintum dubium &c. Circa quod, sciẽdum, ꝙ Eua propter tria amisit gratiam Dei, videlicet propter superbiam, inobedientiam, & vanã inspectionem, econtra Maria propter tria inuenit istam plenitudinem gratiæ, Merito humilitatis, quam habuit quando se ancillã vocauit. Vnde Ber. Super verbis, Ecce ancilla dñi ait, semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris humilitas. Secũdo ĩuenit gratiã, pp obediẽtiam, quam deo exhibuit, q̃n dixit fiat mihi ꝰm verbũ tuũ. Vnde August. in quodam sermone ait. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando ꝓfuit, pro inobedientia enim obedientia cõmutatur. Tertio inuenit gratiam merito solitudinis. Nõ enim fuit ociosa, sed deo, & sibi vacauit. Vnde angelus non inuenit eam in foro, sed in thalamo, tanq̃ soli Deo vacãtem. Dicit enim Ambro. in lib. de Virginibus. Nõ debet virgo esse vulgaris. i. de vulgo, non in foro, nõ in platea, voce quærula, gestu lubrica, facilis, auditu, vel affatu, ille. Quicũque ergo hæc tria. s. veram humilitatem, obedientiæ prõptitudinem, & mentis vacationẽ, in se habuerit, dei gratiam poterit inuenire, iuxta illud Esa. 66. c. Super quẽ requiescit spirit⁹ meus? Super humilem, Ecce humilitas (& quietum,) ecce mentis tranq̃llitas, (& trementẽ sermones meos) & ex hoc adimpletem, ecce obedientię velocitas, patet ergo beata virgo: q̃bus meritis inuenit gratiæ plenitudinẽ, & nos inuenire possumus. O beatissima virgo tu vere plena es omnibus gratiis.

¶Primo plena es gratia visionum. s. angelorum, cnm sæpissime videres angelos, et vt ait Hiero. singulis diebus ei cibũ a deo missum deferebant. Si

enim Moyses vidit essentiam diuinam, vt dicit Augu. de vi dendo deum, Et similiter Pau lus in raptu, multo magis vir go beata, vidit deum, & statũ angelorum.

¶ Secundo fuit plena gra tia prophetarum. Cum fue rit spiritu sancto plena. Nam si ioannes plusquã propheta dictus ē. eo quia christum in vtero cognouit, & digito de monstrauit, multomagis bea ta virg. quæ christũ in ven tre portauit.

¶ Tertio, fuit plena gratia lin guarum cum apostolis, vt di cit Alber. c. 160.

¶ Quarto fuit plena gratia in terpretationum linguarum, & sermonum, quia omnes scri pturas intellexit.

¶ Quĩto, fuit plena gratia do norum. s. dono Sapientiæ, in tellectus, fortitudinis, consi lij, scientiarum omnium, tam liberalium, q̃ mechanicarum, dono pietatis, & timores dñi.

¶ Sexto, plena fuit gratia bea titudinum. s. beatitudine pau pertatis spiritu, omnes supe rauit, beatitudine munditiæ cordis, beatitudine mitita tis, quia canit ecclesia, inter oēs mitis, beatitudine miseri cordiæ, nam canit matrem esse misericordiæ, beatitudi ne esuriei iustitiæ, quia sum ma charitas fuit in ea, beatitu dine luctus, quoniam cuius causa nobilior, etiam effect⁹ est nobilior, fm Arist. sed cau sa luct⁹ virginis fuit nobilior, quia omnes alios ad flendum instigat, ergo, &c. Beatitudine pacis, dicit hic glos. pacifici sunt, qui omnes animi mot⁹ rationi subiiciunt quod sum me fuit ĩ beatissima virgi. bea titudine persecutionis, maxi me in filij sui occisione, & sic patet ꝙ beata virgo fuit plena gratia omnium beatitudinũ.

¶ Septimo, fuit plena gratia sacramẽtorum quam habuit in summo.

¶ Octauo, plena fuit gratia omnium virtutum, theologi carum, Cardinalium, Mora lium, videlicet humilitatis, castitatis, continentiæ, absti nentiæ, pacis, patientiæ, man suetudinis, modestiæ, bonita tis, benignitatis, orationis cõ templationis, elemosynæ, mi sericordiæ, pietatis, &c.

¶ Nono, fuit plena gratia di gnitatum, quia canit ecclesia, dña mundi, regina cœlorum, dña angelorum, & hominũ.

¶ Decimo, gratia officiorum .s. sanctorum habuit officium patriarcharum, qa mater prin cipalis totius ecclesiæ & om

nium sanctorū, quos omnes in christo ipsa genuit, officiū prophetarum, apostolorum, euangelistarum.

¶Vndecimo, gratia Aureolarum.s.virginum, martyrum, prædicatorum.

¶Duodecimo gratia miraculorū, in vita, in morte, & post mortem, innumerabilia miracula fecit, ecce ergo dilectissimi, qualiter audistis plenitudinem gratiarum Mariæ, Agite ergo, vt de eius plenitudine, in gloria, & in via participes vos faciat. Ideo dixit Angelus dominus s tecum.

CIRCA tertiam partem, animaduertēdum est, ꝙ de ista inhabitatione Christi in virgine sunt aliqua dicenda ratione.

¶Singularis declarationis.

¶Realis associationis.

¶Particularis inhabitatiōis.

¶Circa primum, nota secundum Magistrum senten.35.1.& alios doctores, deus dicitur esse in omnibus rebus creatis tripliciter, per essentiam, præsentiam, & potētiam, & in sanctis suis. Quarto modo.s. per inhabitantem gratiā, vel hic inchoatam, vel in futuro consummatam, omnibus his modis, erat dn̄s deus in bea. Maria, perfectius ꝙ in creaturis omnibus.

¶Primo mō dicitur esse deus in creaturis per essentiam, inquantum per suum continuū influxum conseruat creata in esse. vnde Greg. Omnia in nihilum tēderēt, nisi ea manus omnipotentiæ substentaret, & sic exponit Chriso. Illud Ioan.1. Sine ipso.s. Gubernante, factum est nihil.1. quod factū est, nihil est. Quāto autem aliqua creatura, vel in spē, vel in diuiduo, habet perfectius esse, tanto magis potest aliquo modo dici deus ibi magis inesse, per essentiam, vnde magis in homine est, ꝙ in brutis, & quia bea. virg. Marię dedit nobilissimum esse, quia optime, formata, & cōplexionata fuit super omnes, ideo dicimus, ꝙ deus magis in ipsa ꝙ in alia creatura per eēntiā fuit, ideo bene dixit angelus, dn̄s tecū.

¶Secundo per pręsentiam dicitur esse in omnibus, qa nouit intima creaturæ, omnia nuda, ⁊ aperta sunt oculis eius, ad Hebræos.4. &.35.di.1. sent. & glo. in para. institu. de actionibus, ꝙ deus scit intentiones, & corda omniū, & in. c. Deus omnipotens, q.1. Et in.c. Erubescant, 12.di. Et in.c. tua nos

ſed in bea.virg.fuit per preſentiã,qa nõ ſolũ vidit oĩa ſecreta cordis ſui,& eius effectus,⁊ cogitatiões oculo ſuę cognitionis,ſed ẽt oculo approbatiõis, oẽs act⁹ eius interiores, & exteriores, vt pfectiſsimos & ſanctiſsimos approbauit.

¶Tertio per potentiam dicitur eſſe in creaturis,quia omnibus dat virtutem operandi Io.15.ſine me nihil poteſtis facere,& qa virtutem dedit operãdi vir.b.pſecti⁹ q̃ alteri creaturę,ideo perfectius ei q̃ alijs dicere poſſumus,dñs tecum.

¶Quarto per gratiam in ſanctis,primę Ioan.4.Qui manet in me,& ego in eo,vel qui manet in charitate, ĩ deo manet, & deus in eo,ſed certe nullus poteſt æquari charitati Mariæ,ergo excellentius fuit de⁹ in illa,q̃ in cæteris creaturis,⁊ ſanctis;& ſic dicimus, ꝙ licet deus ſit in omni,& cum omni creatura,per eſſentiam; præſentiam,& poteſtatem, perfectius tamen in bea.virgi. Sed loquẽdo de p̃ſentia fuit deus in ipſa per perfectam præſentiam ſui. eſſentialem: quo ad omnes eius actiones, etiã minimas,vt probat Sco.in.2. di. 37. per duo argumenta.ſ. per omnipotentiam & omni ſciẽtiam vide ibi, & licet ſit cum omni creatura per generalem manutenentiã , qua ſuſtinet omnia per generalem virtutẽ ſuæ infinitæ potentię,& ſic cũ omni voluntate,ad iuſtificanda omnia opera eius, volũtate antecedente,vt notat Sco. vbi ſupra.Et cum omni volũtate habente gratiam ſit ſpecialiter, quia ad omnia merita,virtualiter contenta in tali gratia., & hoc concurrente voluntate diuina, antecedente,& ſemper etiam voluntate conſequente,concurrẽte,niſi talis volũtas ponat obicem, patet a Scot.in. 2.di.3.& 37. Et ſit cum omnibus beatis ad eorum plenã beatitudinem continuendam,vt patet a Sco.di. 49.4. Vlti a tamẽ omnes iſtos modos in quibus etiam perfectius eſt ĩ Maria,q̃ cum aliqua creatura, vt faciliter probari poſſet,fuit modo in audito & ſtupẽdiſsimo in virgine.ſ. per præſentiam corporalem, qñ verbum caro factum ẽ in ea, & nouem mẽſibus habitauit, ſumens carnem illam, ex eius puriſsimis ſanguinibus ſecũdum Damaſ. Vnde Hiero. exponens illud no: uum faciet dñs ſuper terram di. O mira, & admirabilis nouitas virtutum,quam niſi diligenter ab initio euangelii animaduer-

tas, in omnibus potius diuinam videbitis errare ſcripturam, quam veritatem intelligere, & Augu. ſuper Luc. Dñs tecum, magis q̃ mecum, ipſe enim in tuo eſt corde, in tuo eſt vẽtre, adimplet mentem, adimplet vẽtrem, & in Sermone de Natiuitate Virg. Dñs tecum, tecum in mente, tecum in ventre, tecum in vtero, tecũ in auxilio, ille. O bea. virg. tecum fuit in vlnis, tecum in eundo & redeundo ex Egypto. Et licet defuerit aliqñ in ventre, nunq̃ defuit in mente, & licet defuerit, aliquãdo ab oculis corporalibus: nunquam tamen defuit ab oculis mentalibus & cordis. O beata virg. quomodo errare poteris cum tecum ſemper erat illa lux diuina, quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mũdum. Tecũ enim erat in omni actu, ĩ omni opere, in omni cogitatu, tecum fuit die ac nocte &c.

¶ Vltra prædictos modos eſſendi, fuit etiam dñs ſecum. ſ. aſſociando in eſſendo; aſſociando in patiendo, aſſociando in agendo.

¶ Primo, aliquid eſſe in alio aſſociando dicitur dupliciter. ſ. abſolute & reſpectiuæ. Primo dicitur multipliciter, primo vt dñs ſimpliciter ſibi, & influens in alio, & ſic dat eſſe omni creaturæ, immo ſimpliciter dat eſſe magis q̃ aliqua. ſecũda cauſa, quia prima cauſa plus influit in effectum q̃ ſecũda cauſa: vt in libro de cauſis, & nihil fit in mundo, quin ipſe prius, & magis concurrat ad effectum illũ, vt ſubtiliter deducit Sco. in. 1. di. 2. q. 1. Et vltra ſic dat eẽ, omni enti quod & conſeruat in eſſe, ita & taliter, ꝙ ſi deſineret eſſe per inſtans a conſeruatione rei, & omnes ſecundæ cauſæ cõcurrerent ſimul ad conſeruationem, ſtatim deſineret eſſe.

¶ Secundo, aliquid dicitur eſſe in alio vt cauſa ſuperior in inferiori, dãdo ſibi virtutem in agendo, quia ſecunda cauſa pendẽs ab alia, dicitur agere in virtute illius. Nã omnis cauſa ſecũda agit ſimpliciter ĩ virtute primæ vt notat Sco. in. 1. diſt. 2. q. 1.

¶ Tertio modo, aliquid dicitur eſſe in alio vt obiectum ĩ potentia, vt cognitum in cognoſcẽte, vt amatum in amãte, quia ibi tantum habet eſſe obiectiue, & nullo modo ſubiectiue, vt quando amamus aliquem, tunc eſt in voluntate noſtra, ſicut amatum in voluntate amantis. ſ. obiectiue,

ſimiliter quādo ſperamus ali quid.i.quando deſideramus, tunc illud eſt in volūtate noſtra, ſicut deſideratum, & cōcupitum, in voluntate: deſiderante, & cōcupiſcēte. Ideo dicit Sco.in prolo.q.1. & in.4. di.49. deus eſt noſter finis vltimus. i. attingibilis per operationem noſtram, ipſum.ſ. in telligendo, & amando.

¶Quarto aliquid dicitur eſſe in alio ſicut perficiens extrinſecum, i perfectibili. & ſic pulchrum viſibile eſt in potentia viſiua, vt perfectio extrinſeca, in qua potētia viſiua perficitur, & quietatur, vt patet a Sco.in.4.di.49.

¶Quinto, aliquid eſſe in alio dicitur abſolute, & hoc tripliciter, primo in eſſe ſubſtātiali, & entitatiuo, Secundo in eſſe qualitatis.ſ. i ſimilitudine. Tertio in eſſe quantitatiuo.ſ. in æqualitate.

¶Sexto aliquid dicitur eē in aliquo reſpectiue, & hoc tripliciter, quia vel ſm ſitum & habitum, vel ſm tempus, vel ſm locū, in omnibus hiis fuit perfectiſsime dn̄s in Maria, in aſſociando eam. Primo in ſub ſtantiali eſſe.ſ.in vera humanitate, qa verus homo de virgine, vnde dicitur Gene.2. Caro enim & frater noſter eſt. & ad Philip.2.habitu inuentus, vt homo. Secondo aſſociauit beatam virginem in qualitate.i. in ſimilitudine, quia īter eos fuit ſimilitudo, in voluntate, qa nihil volebat niſi qđ deus volebat. Tertio fuit aſſociatio inquanto.ſ.in æqualitate, quia ipſa erat regina cę lorum, cuius ipſe erat rex. Secunda aſſociatio fuit reſpectiua, & hoc eſt triplex.

¶Primo ſecūdum tempus, & hęc eſt triplex. ſ. tēpore humilitatis proprie, & in hoc tempore fuit dn̄s cum matre ſua, como fu nel tempo de la purificatione ſua, quando obtulit filium ſuum in templo. Lucæ 2. Nam in illo virgo Maria humiliauit ſe, in ſacrificio purificationis, quia non indigebat purificari. cū eſſet ſumme pura, quia non concepit ex homine, ſed ex ſpiritu ſancto, & filius humiliauit ſe cum ea qn̄ in tēplo oblatus fuit ab ea, & redēpt⁹ pecunia, vel munere.

¶Secundo fuit cum ea dn̄s, tēpore perſecutionis ſicut in paſsione in qua aſſociata eſt ei, quia ſtabat iuxta crucē, mater. Ioan.19.

¶Tertio dn̄s fuit cum matre tempore conſolationis, vt in reſurrectione, in quo primo: vt ait Ambro. apparuit ſibi, &

ideo non accessit cum mulieribus aliis ad monumentum: quæ putabant in morte detineri. Iam resurrexerat ante. & ideo dicit Bernar. Certe expectabat eum resurgētem videre, & inde cōsolari, ille. in his tribus temporibus fuit dominus secum.

¶ Quātum ad associationem in loco, sciēdum ꝙ in tribus locis associauit & fuit cum ea dominus.

¶ Primo in loco. i. ī vtero virginis in quo fuit nouem mensibus filius suus. Matt. 1. Inuēta est in vtero habēs. s. iesum filium.

¶ Secundo in loco penali, qñ. s. fugit in Egyptum. persecutionem Herodis, ibi exulans per septenniū iuxta illud Hieremiæ. Ecce ascendit dñs in ęgyptum, & ex ęgypto vocauit filium. In loco dignitatis. s. in cœlo Empireo in quo est dñs cum ea & ipsa cum domino per ęternam habitationē in potioribus bonis gloriæ.

¶ Tertio, fuit cum ea ꝑm sitū. omnimode. nam in vtero manens, cum iacente iacebat, cū sedente sedebat, cum stante stabat, & sic semper erat cum ipsa dormiendo, sedēdo, ambulando.

¶ Quarto fuit cum ea ꝑm habitum, quia eadem carne induit deū qua ipsa erat induta iuxta illud ad Philip. 2. c. habitu inuētus, vt homo &c.

¶ Ista etiam associatio, fuit ī patiendo. est autem triplex compassio, seu associatio in patiendo.

¶ Prima est naturalis; vt mater ad filium, sicut fuit Agar ancilla, videns filium suum Ismaelem, siti mori, ex cōpassione quasi nō valens eum videre mori, dimisit eum, & dñs prouidit, Beatissima Maria potest dicere illud Tren. 1. O vos oēs qui transitis per viā, aspicite & videte, si est dolor, sicut dolor meus, ex compassione: ad filium in Cruce pendentem, sed & ipse filius compatiens matri quam sciebat summe dolere, ait matri suę, mulier ecce filius tuus.

¶ Secunda est compassio accidentalis, vt compatitur seruus domino, sicut compatiebantur serui Dauid: cum filiꝰ persequebatur eum exeuntes ciuitatem, cum eo lugentes. Sic beatissima virgo compassa est filio: vt fidelissima Ancilla dño, cum sequebatur eū in prędicatiōibus in quibus calumniebatur, subsannabatur, & maledicebatur.

¶ Tertia est compassio essen-

tialis, vt membrum delicatissimum suo membro compatitur, primæ Corint. 3. si patitur vnum membrum, compatiantur omnia mēbra, & pͥcipue capite languēte, omnia membra languent, & quia filius eius erat pars eius, & mēbrum præcipuum spirituale eius, cum ipse sit caput ecclesiæ: ideo & ipsa cōpassa est cū illo Luc. 2. ait Symeon, & tuā ipsius animā pertransibit gladius. etiam associatio, fuit in agendo. Et hoc tripliciter. Primo in contrahēdo: Nam beatissima virgi. associauit secū, vt dn̄o suo in cōtrahēdo, ⁊ in contractu matrimonii. s. hominis, & dei. ps. Tanq̄ sponsus. s. ecclesiæ procedens de thalamo suo. s. vteri virginalis. Secundo associauit se in generādo. s. in generatione filii. cū dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te, vt de purissimis sanguinibus eius formaretur corpus filij, Quum dixit ecce ancilla domini, fiat mihi secūdum verbum tuum. tertio in adiuuando Bea. virgi. fuit in adiutorium generis humani saluādo, in cuius figura dixit dn̄s Gene. 2. Non est bonū hominem esse solū, faciamus ei adiutoriū simile sibi, & formauit Euam, quæ dicta ē mater omnium viuentiū, sed magis proprie potuisset dici, mater omnium mortuorum, q̄a filios suos ipa occidit: sed beata virg. vere est mater spiritualis omnium viuētium. & ideo omni modo dn̄s tecum, Practica, omnia supradicta replicando.

FINIS.

## DOMINICA TERTIA in quadragesima.

## DE BELLO CHRISTI contra Diabolum.

ERAT Iesus eijciciens dæmoniū. Luc. 11. Sētentia ē scti Bona. q̄ pͥdicator actu loquens, verba, ad aures tm̄ deriuare potest, easq; miro modo demulcere s̄m naturalem dicendi efficaciam, & gratiam quam sortit⁹ est. Sed q̄d verba ab auribus, ad cordis intima transeant, hoc est opus diuinum & angelicum, & orationibus feruentissimis consequendum, ideo Diony. in lib. de angelica Hie

rarchia loquens de archangelis, dicit prius conuertuntur ad super essentiale principiũ, & ipsi vt possibile est: viuificantur, & sic inferiores colligunt, sic etiam p̄dicator prius conuerti debet ad deum orãdo, vt colligere possit populos prædicando. Dum hac igitur nocte ſm paruitatẽ meã, deum orarem, vt daret sermonem rectum, & bene sonantẽ, in os meum, & vt hanc ciuitatem conuerteret, videbatur imaginationi meę, magnã sentire pugnam, inter Sathanam & Christum: tamen christus vicit, ideo ista ciuitas.s. anima peccatrix potest dicere verba Thematis.s. erat Iesus &c. De isto bello tria videbimus.

¶ Primo Sathanicam argumẽtationem.

¶ Secundo Diuinalem solutionem.

¶ Tertio finalẽ admonitionẽ

¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ vt dicit Sco. Et alii Theolo. in. II. di. 2. Dæmon habet magnam cognitionẽ naturalem, scit optime artem sophisticam, ideo non oportet ipsũ docere disputare, habet ad hoc mille artes, & mille nocendi modos, & quia fixus remanet in superbia, quam habuit a principio in cœlo, propter obstinationem suam, in qua iuste derelinquitur, a voluntate diuina, vt habet Scotus. II. distin. 2. ideo minus libenter subest voluntati diuinæ, sicut est natura superborum. Dicit igitur Sathanas Christo i hac nocte, quare audis voces huius fratris, clamãtis ad te pro salute huius ciuitatis? ista ciuitas est mea. & p̄bo. Primo p̄supponendo ꝙ tu es iudex iustus, quia inquantum deus habes voluntatem quæ est prima regula omnis iustitiæ, vt habet Sco. 43. di. 4. quæ voluntas respicit determinata per legẽ diuinæ sapiẽtię, agendo ſm conditionem status viæ, qui est stabilis permanens legibus diuinæ sapiẽtiæ, firmatus, vt dicit Scot. in 3. d. I. inquantum autẽ homo, habes volũtatẽ sũme concordẽ cũ voluntate diuina, quia informatam summa gratia: & summa gloria, quæ aufert a te omnem peccabilitatem. ideo non potes deuiare a iusto iudicio, quia iustus dñs. iu. di. equi. vi. vul. eius. Secundo prę suppono ꝙ voluntas tua nõ potest esse acceptatrix personarum, quia actus voluntatis tuæ diuinæ est simpliciter rectissimus, ideo impossibile est, voluntatem diuinam ſm

illum acceptare personam, cõsequẽtia est nota, nã acceptatio personarum dicit imperfectionem, & irrectitudinem, & si acceptares hoc esset actu volũtatis tuæ, quia quicquid tu de⁹ vis ad extra, hoc fit mediante actu voluntatis tuæ, Probatio antecedentis patet, distinguendo sic, actus volũtatis, est duplex, quidam de se rectus vt elicitus a voluntate, & iste actus competit solũ voluntati tuæ diuinæ, quidã alius nõ necessario rectus, inquantum elicitus, sed inquantum conformiter elicitur dictamini recto, a quo volũtas potest deuiare, ita ꝙ rectitudo est ex sola cõformitate ad dictamen rectum, ex hoc arguo, sic impossibile ẽ aliquẽ actum, qui ex sua ratione necessario est rectus, fieri actum non rectum, sed si acceptares, fieret actus non rectus, ergo &c. (hoc stante) ex hoc p̃suppoſito arguo sic. si a me tollis hanc ciuitatem, tu es acceptator personarũ, sed hoc est impossibile, ergo &c. cõsequentia patet. quia naturam meam ita nobilem, ita dignã in naturalibus, q̃ excedit oẽs aĩas intellectuales, reperiens in peccato, tandem demersisti in inferni profundum, ergo hanc ciuitatem multis annis inueteratam in culpis, nõ potes acceptare in amicitiã, aliter conqueram de te, ꝙ acceptas personã minus dignã, condemnando digniorem.

¶ Ex primo præsupposito arguo sic. Iusticia vult ꝙ vnicuique reddatur quod suum est, ex .2. Ethic. Sed omnis iusticia vult ꝙ isti sint mei, & ꝙ ista ciuitas sit mea, ergo non potes eam mihi tollere, ꝙ sit mea p̃bo supponendo dictum Scoti verissimum. 15. d. 4. Quod dominus alicuius rei nõ prohibitus a superiore, a cuius voluntate depẽdet in dãdo, vel trãsferendo, vel donando, potest donare rem suam, alteri volẽti eam recipere, sed homo est sui iuris, & liber in faciendo quicquid vult, quia eccle. 15. dñs ab initio cõstituit hominem in manu consilii sui, quãdo ergo aliquis voluntarię alteri se subijcit, illius est seru⁹, patet per capitulum, non est, 15. d. Sed ego nõ tam cito iui, & ostendi contractum vsurarium, & palliatum, ꝙ obediuit mihi. Alterũ amore illius. cœpi inuerecunde, alteri, vt furetur, illi mulieri, vt vane se ornet, ⁊ sic de aliis. & in oĩbus mihi obediunt, vel minimo quidem signo, vel nutu,

ſunt contrarii, ergo mei ſunt, & iſte frater non poteſt eos a me tollere.

¶Præterea in cauſis eſſentialiter ordinatis, ſtante prima cauſa, omnes ſimul ſtant inferiores, quia iſte ordo eſt ſimpliciter neceſſari⁹ ſm philoſophos, quia omnes naturaliter ad effectus ſuos requiruntur, cum effectus dependeat ab omnibus, vt ſortes a Deo, angelo, ſole, & hoie, tu deus es prima cauſa, & qđ ſemel operatus es nõ deſtruis, ſed inuariabili ordine perſeuerat, vt probat Scot. 43. d. 4. & ſemel dediſti mihi mundũ, quando me de paradiſo eieciſti, vt dicit Iob. c. 12. Terra data ẽ in manu impii. Tũc vltra conceſſo principali, conceditur acceſſorium, ſed iſte populus eſt in mũdo, nõ vult niſi mundum, non curat de te, te blaſphemat. ergo meus eſt ſimul cum mundo.

¶Præterea præſcriptio. Valet ſm Scot. 15. d. 4. Ita quod iudices (viſa ea) neſciunt loqui, vt habetur. c. vigilãti de pręſcriptióibus. dicit Sco: vbi ſupra, ꝙ dñium rei neglectę, ſicut negligitur in pręſcriptióe, & vſucaptione, transferri in occupãtem, eſt neceſſarium; ad pacificatióem, vel ad pacificam cõuerſationem ciuium, quia ſi non trãsferretur dñium in illum occupantem, ſed remaneret apud primum, poſt quã tũcunq͂ tẽpus, eſſent lites immortales, res igitur mobilis dicunt leges per trienniũ, immobilis per decennium ꝓſcribitur, ſi iſta ſunt vera, quid ſibi vult iſte ꝑdicator? qui non reſpicit nec ad leges, nec ad ſtatuta, nonne ego ſcio, ꝙ ille per tm̃ tempus tenuit odium contra illum? & tamen ſe cõmunicauit, non dimittendo rancorẽ. Alius nunq͂ reſtituit rem proximo, illę nõ vult dimittere concubinam, &c. (vt noſti) cum igitur habeant arma mea, ſignũ eſt ꝙ ſunt mei, & ſunt ꝓſcripti, nec potes eos a me ſurripere.

¶Præterea conuẽtus de emptione, & vẽditione, eſt rationabilis, & iuſtus, ſm Sco. 15. di. 4. Seruata æqualitate valoris, licet non requiratur ꝙ attingatur punctus indiuiſibilis, ſed in omni vẽditione, & emptione, cõmittitur aliqua dãnatio, dicit Sco. quia contrahentes debent ſibi mutuo remittere, de illo ſtricto iure æqualitatis omnimodę qđ impoſsibile eſſet attingere, & tu deus etiam ſeruaſti cõtractũ de emptione, & venditione,

quia quando, Esau pp lenticulam olei, vendidit Iacob primogenituram, tu fecisti obseruari a patre eorum Isaac, sed ego istos emi, non pro lenticula, sed eis dedi, quicquid petierunt, honores, prælationes, diuitias, &c.

¶ Præterea cõtractus mutui est licitus, qñ seruatur æqualitas in numero, & pondere, & interdum ꝯm Sco. licet recipere vltra sortem, pœnam videlicet, factam ex conuentione. Sed ego accõmodaui isti populo, consolationes mundi ponendo pœnam conuentionalem, quam tu statuisti, ꝙ si saltem omni die dñico nõ restituant illas vanitates, p motum cõtritionis, ꝙ ego volo animas, sed ipsi non obseruãt hoc, immo dieb⁹ festiuis multiplicãt peccata, practica tuo modo; ergo sunt mei.

¶ Præterea ꝯm Sco. vbi supra, non licet vendere tempus, qa non est suum, & committitur vsura, sed homines huius ciuitatis vendiderunt mihi tẽpus cõmittẽdo peccata diuersa. ergo licite eos possideo.

¶ Præterea nõne dicit Petrus in canonica. 1. a quo quis victus est, eius seru⁹ dicitur, sed semper cõcurrimus; & semper victor extiti, quamuis ipsi aliqualiter me vulnerauerint, vt in quadagesima, ⁊ per alia bona opera, licet leuia, tñ semp eos debellaui, & si tui sunt p diem, vel per hebdomadam, mei tamen sunt per mensem, & annum, quibus de causis, isti sunt mei, & de meis manibus non possunt. iuste eripi, sed verificatũ est de me, & de istis, qđ per Euangelium dicitur, cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia q̃ possidet, & ego bene custodio, & sumus in pace ergo &c. Tũc mihi videbatur ꝙ christ⁹ diceret. O frater, respõdeas ad istas obiectiões fraudulentissimi hostis. Cui ego, O dñe clemens, O dñe pie, nõ sum idoneus quia ipse spiritus est separatus, nõ habet intellectum alligatũ virtuti fantastice, sicut ego, naturalia remanserunt in ipso integra, & splendidissima, vt inquit Diony. in lib. de diuinis nominibus, ego non possum respõdere, sed tu dñe pro isto populo satisfacias rogo. Tunc christus miranda pietate motus erga ciuitatem & populum istum, accinxit se ad pugnam & protulit mirabiles responsiones.

¶ Sed prius videndum decreui multas causas inducen-

tes hominem ad dominium diaboli,& sunt iste, videlicet inducitur.

¶Primo a dęmone suggerēte
¶Secundo ab homine, instigante.
¶Tertio a peccato demerēte
¶Quarto a concupiscētia inclinante.
¶Quinto a malitia inficiēte.
¶Sexto ab ignorantia obcecante.
¶Septimo a fragilitate impellente.

¶Primo a dæmone suggerente, notandū est ꝙ dæmon nō potest directe mouere voluntatem ad peccandū, quia hoc est tantum ipsius voluntatis, sed indirecte, & hoc multipliciter. Primo obiectum proponendo. Secundo intellectum decipiendo. Tertio imaginationes offerendo. Quarto appetitum sensitiuum excitando. primo proponendo obiectum appetibile sensui, exemplum in Dauid vidente Bersabeæ, Secundo persuadēdo tale obiectum habere rationē boni, sicut Diabolus fecit qñ dixit Eue nequaꝗ moriemini. scit enim deus ꝙ in quocunq; die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum, ⁊ malū, Gen. 3. sic volebat persuadere christo, quando ipsum tentauit. Matth. 4. Sic etiam persuadet infinitis hominibus. Nam auaro persuadet summum bonū eē diuitias, superbo honores, luxurioso delectationes venereas, iracūdo vindictas, & sic de alijs. Tertio persuadet imaginationi aliquas formas imaginarias, repręsentando, & tā quā res veras persuadēdo, sic decipit istas strigas, siue imatas, quas ita dementat, vt nocturnis silentijs credāt se multa terrarum spatia pertrāsire, & in medio mulierum esse, & cum viuis ⁊ mortuis loqui, et totum fit a dęmone proponēte hæc imaginationi, & nō in corpore, sed in spiritu, hęc cō tingunt, sicut et dormientibus solet accidere, & ideo Ecclesia, pręcipit ne talib⁹ fides detur: vt in. c. episcopi 26. q. 5. quarto persuadet excitando appetitum sensitiuum ad aliquam passionem, inflamādo concupiscibilem, vel irascibilem, & si ratio nō sit totaliter ligata, ex ea parte qua est libera potest resistere diabolo, & ita non cogi ab ipso maxime in principio tentationis. ps. 146. Beatus qui tenebit & allidet paruulos. i. ad petram, resistitur autē per fidē, iuxta illud. primę Petr. vlti. cui resisti

te fortes in fide,& Iaco.4.resistite diabolo,& fugiet a vobis.

¶Secundo ab homine &c.Potest enim homo eē causa istiꝰ dominii diaboli, quadrupliciter. Primo inclinando volũtatem alterius ad peccādum, puta ostendendo vtilitatem quæ sequitur ex peccato, vel consulendo non illud quod dictat conscientia, nec illud quod velit ius. Secundo obiectum appetibile proponēdo sicut faciunt mulieres, ostendentes pectus nudum hominibus, nimis se ornātes, vt appareant pulchriores. Tertio alios a peccato non retrahendo, quia videntur fauere peccato. Quarto malum exēplũ dando, quia sicut pomum infectum corrũpit alia, ita hic, primæ Corin.5. modicum fermentum totam massam corrumpit.

¶Tertio procedit a peccato demerente, hoc est ꝓpter demeritum peccati præcedētis, vel dispositionem ex peccato commisso, ad similia perpetrāda. hic possem dicere quo modo vnum peccatũ est causa alterius, quod omitto causa breuitatis.

¶Quarto a concupiscentia inclinante, secundũ illud Pauli.2.Timo.6. radix omniũ malorum est cupiditas. & est triplex concupiscentia, vt dicit Ioan.in sua.1.cano. c.2. omne quod est in mũdo, aut est cōcupiscentia carnis, aut concupiscētia oculorum, aut superbia vitæ. concupiscentia carnis est causa multorum peccatorum, facit enim multos frāgere quadragesimam, & ieiunia ecclesię, inficit multos in peccatis venereis, & ideo Ecclesi.18. post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. secunda concupiscētia dicitur oculorum. videlicet earum rerũ in quibus quæritur delectatio carnis, de qua Hiere.6. vtinam eēt finis, & mensura lucrandi, ibidem a minore vsq; ad maiorem oēs student auaritię, tertia concupiscentia est superbia quæ est appetitus inordinatus extollendi se, ista multi corruũt appetendo ascēdere ad superiorem gradum.

¶Quinto a malitia inficiēte, quando quis dicitur ex certa malitia peccare, videlicet, cũ ipsa voluntas ex se mouetur ad malum, sic peccauit diabolus qui non ex ignorātia, nec ex impulsu appetitus sensitiui, q non est in Angelis, sed ex certa malitia peccauit, & iō non meruit pœnitētiam, nec

remissionem peccati sui, secũdum Grego.

¶ Sexto ex ignorantia obcecante, & est illa quę est a volũtate directa, puta quia homo vult ignorare, vt liberius peccet, ꝛ talis dicitur ignorantia affectata, iuxta illud Iob. 22. scientiam viarum tuarum nolumus, & ps. 35. noluit intelligere vt bene ageret, & ista est causa peccati, & videtur augere voluntatem ad peccandũ.

¶ Septimo a fragilitate impellente, de qua diffusius diximꝰ in Sermone ď militia christiana. habes. ergo quot causis ꝗs dicitur esse in possessione diaboli ex peccato.

¶ Sequitur videre quot mala inferat homini tale dominiũ vel possessio, reperiũtur multa mala posse inferre, puta ante mortem, in morte, & post mortem, quæ sunt, videlicet.

¶ Primo facit hominem inimicum deo.

¶ Secundo a corpore christi mystico abscindit.

¶ Tertio intellectũ obcecat.

¶ Quarto affectum obdurat

¶ Quĩto naturalia vulnerat.

¶ Sexto bona opera mortificat.

¶ Septimo in bestialem naturam transformat.

¶ Octauo ad pę. æter. obligat

¶ Primo facit hominem inimicũ deo, vt habetur in euangelio præsenti Luc. 11. qui non est mecum aduersum me est, & qui non colligit mecum dispergit, & sunt illi qui ꝑm apostolum. 1. ad Timo. 2. confitentur se nosse deum, factis autẽ negant, & tales sunt inimici dei, iuxta illud Sapien. 4. Similiter odio sunt Deo impius, ꝛ impietas eiꝰ. ps. odisti omnes qui operantur iniquitatem, quod intelligo quantũ ad culpam, quantum vero ad naturã, deus oĩa diligit, ꝑm illud Sapi. 11. diligis oĩa quæ sunt, ꝛ nihil odisti, eorũ q̃ fecisti, vt autẽ faceret talem pacem nobiscum (deuicto dæmone in præsenti Bello) obtulit semetipsum in sacrificium deo, delens peccatum nostrum. Esa. 53. propter scelus populi mei percussi eum.

¶ Secundo a corpore christi mystico abscindit, qa q̃libet christianus est particeps omnium bonorum quæ fiunt in ecclesia, quæ est corpus christi mysticum. Roma. 12. multi vnum corpus sumus in christo, singuli autẽ alter alterius mẽbra, ꝛ sic particeps est christianus omnium bonorũ Eccle. ps. particeps ego sum omnium timentium te. sic igitur

christianus præciditur ab hoc corpore ecclesiæ, per gladiũ peccati, iuxta illud. 1. Cor. 16. Si quis non amat dñm Iesum christum, sit anathema, & separatus ab ecclesia, est expers omnium bonorum, quæ fiũt in ipsa ecclesia.

¶ Tertio intellectum obcecat, quia per peccatum tollit lumem gratiæ, per quod illuminatur anima, etiam obscuratur lumem rationis naturalis, de quo ps. 4. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine, contra hoc agit peccator, quia sicut virtus est naturæ cõsentanea, ita vitium est nature contrarium, ideo dicitur. ps. 81. Nescierunt, neq; intellexerunt, in te. ambulant, & Sapien. 2. Excecauit illos malitia eorum.

¶ Quarto affectum obdurat quasi lapis, & stringit quasi maleatoris incus. nã per peccatum homo reputat melius bonum creaturam, q̃ creatorem, ex hoc sequitur obduratio voluntatis. Vnde de Pharaone dicitur, induratum est cor Pharaonis. Exo. 3. inde ꝓuenit ꝙ nõ delectatur peccator de verbis, nec de libris sãctis, sicut sunt Biblia, Epistole Pau. Hierony. moralia. Grego. &c. Sed de Virgil. Tul. &c.

¶ Quito naturalia vulnerat, bona autem naturæ, possunt tripliciter dici. Primo ipsa prĩcipia naturæ, sicut potentiæ animæ. Secundo quia homo habet a natura inclinationẽ ad virtutem. Tertio bonum originalis iustitiæ collatũ in primo homine, toti humanæ naturæ. primum bonum naturæ, non tollitur, nec minuitur per peccatum, quia in dæmonibus bona naturalia manent integra post peccatum. secundum bonũ naturæ diminuitur per peccatum; videlicet, ipsa naturalis inclinatio ad virtutẽ. Tertium vero bonũ naturæ, totaliter est ablatum per peccatum primi hominis. i. bonum originalis iustitiæ. Vnde Luc. 10. homo descendens ab Hierusalem in Ierico. Super quo ait Thom. in defectũ peccati, & in angustia gratię expoliatur. s. gratuitis, ⁊ vulneratur in naturalibus.

¶ Sexto bona opera mortificat, de hoc ĩ alio sermone plenius dicemus.

¶ Septimo in bestialem naturam transformat quia nõ est differentia aliqua inter hominem, & bestiam, nisi ratio naturalis (vt diximus in Sermone de militia christiana) peccator autem postponit ratio

nem, nec ea vtitur vt debet. ergo efficitur vt beſtia, quia ceſſat differentia ſpecifica, & formalis, inter hominē, & beſtiam, quę eſt ratio naturalis. Eccleſi.3. dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos deus, ⁊ oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis.

¶ Octauo ad pœnam æternā obligat, iuxta illud Ezech.18. anima q̄ peccauerit ipſa morietur, ⁊ Matth.25. ibunt hii in ſupplicium æternū, & ibi turbabitur peccator, qn̄ videbit multitudinem dęmonum ad ueniſſe ad animam eius accipiēdam, ſicut leones paratos ad prædam, vnde Tren 1. omnes inimici eius apprehenderunt eam inter anguſtias. etiā poſt mortem habebit multa mala peccator. primo cōfuſionem ex operum denudatiōe. ſecūdo improbationem chriſti dicentis, eſuriui & non dediſti &cæ. Tertio requie & luce priuabitur. Quarto ſuffragiis eccleſiæ, ignis eorum non extinguetur. Quinto in infernū præcipitabitur. Sexto ab electis ſeparabitur. Septimo inimicitiam omnium creaturarum icurret. Manifeſte igitur patet, in quot mala incurrit peccator exiſtēs ī dn̄io, & poſſeſsione diaboli, dic tuo mō.

OPTIMVM eſt habere chriſtum ī ſuum fauorem, quia ipſe cognoſcit perfecte callidas allegationes, & rōnes Sathanæ. Orſu viē qua Sathā. Scis ne lr̄as? audi ſapiētiam patris, q̄tum ad primum, qn̄ dicis, quod priuādo te hac ciuitate, ero acceptator perſonarum. Hæc tua ratio dupliciter peccat. Primo, quia voluntas quę non p̄ſupponit bonitatem. In acceptando, a qua neceſſario moueatur, ſed ipſa, volendo, & amando facit rem bonam, nū quam eſt acceptatrix perſonarum, ſed voluntas mea diuina eſt huiuſmodi, vt de me cōſoni tenent omnes Theo. ⁊c. Secundo peccat, quia ego iuſte puniui, te in obſtinatione Sco.5. d.2. Qui non vult bene facere dum eſt in via, obmittit iuſte, poſſe, benefacere, dū eſt in termino viæ, fuerunt tibi ſimul cum Angelis, aſsignate. ille morule ad merendum, beatitudinem, dum aūt boni meruerunt, tu cum aliis auerſus es, cur peccaſti ex propria malitia? ideo iuſte derelictus es a voluntate diuina, homines habent pro termino viæ, totum tempus vitæ ſuæ, ideo

non

non ſum acceptator perſonarum, ſi eis parco, quādo inuocāt me ſumentes lamenta pœnitentiæ, ergo &c.

¶ Ad ſecundum concedo, ꝙ voluntas mea eſt iuſta, & prima regula omnis iuſtitiæ, & hoc facit contra te o Sathan, quia vt de me ſcribit Anſel. in Monologion, ſi parcis impiis iuſtus es, ſi punis impios, iuſtus es, illud enim iuſtum eſt quod tu vis, & non iuſtum qđ non vis, ſi igitur volo liberare hanc ciuitatem, ex quo volo, non poteſt nō eſſe iuſtum, quia voluntas mea diuina nō eſt regulabilis. aliunde circa gubernationem contingentium, vt inquit Sco. vlt. q. pro lo. Sed dimitto hāc meam, abſolutam iuſtitiā, ex qua ſunt omnia iuſta particularia: vt diſputat, Sco. 43. di. 4. Et nego minorem, ꝙ iuſtitia mea exigat iſtam ciuitatem, eſſe tuā, & ad probationē dicō, ꝙ nullus poteſt donare, cōtra prohibitionem ſuperioris, vt ibi dicit Scot. quem allegas, homo autem ſi dat ſe tibi, facit contra voluntatem meam ſigni, quia poſui præcepta regulantia, licet non faciat contra volūtatem beneplaciti, quia mihi placuit eum eſſe liberū, & faciendo hoc, facit ſecundū libertatem, quam ego dedi ei.

¶ Præterea iſta donatio, non tenet, quia eſt facta per fraudes, ideo homo per pœnitentiam poteſt eam reuocare, & volunt leges, & ſtatuta, ꝙ donationes ſint ſtultæ, dum homo vult ſe ſpoliare, quo indiget, quia igitur libertas hominis durat vſq; ad mortem, vel ad inſtans mortis, ideo nō potes eos inuitos detinere, ſi autem in inſtanti mortis aliquem inuenies tuum, illū deuora, & ego ſum contentus, ſatia tuum deſiderium.

¶ Ad aliud de mundo, oportet diſtinguere, qui neſcit diſtinguere, neſcit diſputare, Mundus enim accipitur multis modis. Primo modo pro mundo ideali in mente diuina, & in me appropriate, qui ſum verbum, & ars patris, vt inquit Auguſt. in lib. de trini. Plenum omnium rationū viuentium, & incommutabiliū, iſte mundus non eſt datus tibi, quia eſt incommutabilis, propter intellectum diuinū neceſſario perfecte operantē, circa diuinam eſſentiā, vt inquit Sco. 8. q. quoli. Secundo modo accipitur mundus pro tota creatura, viſibili, & inuiſibili, nec iſte ē datus tibi, qa ego ſum vnicus microcoſmi

ſis,pro temporali, ſed nõ eſt. ſic pro re ſpirituali.Præterea, ego etiam emi animam,videamus quis plus dedit pro ea, tu parũ miſeriç:ego vero ſanguinem.

¶ Legitur de quodam iuuene,qui diſcedens a patre,omnes gẽmas quas acceperat cõſumpſit,& vendidit ſe caupo ni,a quo male tractabatur, & ideo ĩ maximo dolore ſtabat, quia non poterat mittere nũcium patri, & caupo volebat quinq̧ libras ſanguinis, quidã autem iuuenis ei compatiẽs, ſe fecit ſuenare, & ſoluit ſanguinem pro debito illius,& figurat chriſtum,&c.

¶ Ad aliud de pœna conuentionali appoſita,dico ꝙ facis ipſam in fraudem vſurarum, dicit enim Sco.15.d.4.quod ſignum quãdo non eſt in fraudem vſurarum,manifeſtũ eſt, quando mercator vult magis ſibi pecuniam ſolui,die præfixo,ꝙ̃ in craſtino cũ pena edicta ſibi, & per oppoſitum eſt, in fraudem, quando vult diẽ tranſiri, potius q̃ ipſo die pecuniam ſolui.Tu autem o Sathana,es in ſecũdo caſu fraudis,quia non ſolum vis tranſire feſtum ſine cõtritione, ſed velles totum tempus vitę trãſiri, vt maiori pœna punire poſſes,ideo es manifeſte vſurarius.

¶ Ad aliud concedo ꝙ male faciunt ipſi vendere tempora tibi,ſed non habes ius,niſi vẽdiderint illud vltimate vſque ad inſtans temporis mortis, ipſi autem non ſunt obſtinati in malo,ſed volunt recuperare tempora perdita,per ſeruentiora opera.

¶ Quantum ad illud quod dicis te lucratũ eſſe in campo, videas capitulum. Quid culpaui.33.q.p.Seruus non poteſt cum aliquo concurrere,abſq̧ licentia ſui ſuperoris, vel domini ſui.

¶ Præterea in duello oportet ꝙ lanceæ ſint æquales, ſed tu nõ ſeruaſti talem ordinẽ, quia homines onerati pondere carnis,tu autem liber, & ſolutus ſpiritus,& ideo nõ eſtis æquales,propter quæ omnia, tu diceris victus, ideo vade viam tuam. Et hæc de ſecunda parte.

AD tertiam nunc accedamus,q̃tũ ad tertiam partem,mihi reſtat facere vobis ex parte chriſti vnam caritatiuã admonitionem, quæ cõſiſtit in tribus concluſionibus.

¶ Prima cõcluſio ex quo chrĩ

stus nos adiuuat, & non deficit in aliquo, & pro vobis vicit pugnã, sitis grati tante maiestati, & certe pro ista cõclusione & petitione christi, est ratio naturalis, intellectus.n. noster via naturali cõcludit deum esse primum principiũ omnium, & impossibile est aliquid fieri sine illo. Nam secundum philosophos prima causa plus influit in effectum, q̃ secunda, & hoc mere libere, & contingẽter, sm Theolo.s.ad extra agendo, quanto igitur aliquis plura recipit beneficia ex mera gratia dantis, tanto magis tenetur esse gratus, & hoc conseruat beneficia accepta, & meretur potiora. Vnde Cassiodo.super ps.illo, quoniam misericordia tua ante oculos meos est, ait meliora meretur beneficia accipere, q collata corde probatur non amittere. Et Aug.lib. 7. de ci. dei.c.31.d.Habem⁹ a deo multa beneficia, pro quibus nunquã valemus gratiarum actiones referre, ab eo enim est ꝙ sumus, ꝙ viuimus, & cœlum terrãq; aspicim⁹, quare ipsum qui hæc omnia condidit non inquiramus? quæ corda, quæ lingua ad agendas ei gratias satis esse contẽdant. Hæc ille.

¶ Secunda cõclusio est & admonitio, quã vobis facio ex parte christi, ꝙ remoueatis a vobis arma diaboli, vt possit vos adiuuare, & eum ametis, & ratio est ista, qa volũtas diuina determinauit, ꝙ non detur medium inter amicum, & inimicum, qui non est amicus positiue, per charitatem, ẽ inimicus priuatiuæ p culpã, vt patet a Sco.d.17.1. Ideo dicebat christus Luc.11.c.& in p̃senti Euangelio, q non est mecum, contra me est & qui nõ colligit mecum, dispergit, dũ autẽ quis tenet arma diaboli, non potest amari a christo rege, sicut patet in simili, in tẽporalib⁹, auferatis igitur a vobis arma luciferi, sed quæ sint ista arma? practica &c.

¶ Tertia conclusio est & admonitio christi, ꝙ ponatis arma sua in vobis, in corde, sancta desideria, in ore loquutiones rectas, in opere, actus iustos, ire de bono in melius, qa sumus christiani.

¶ Vltimo differendum est, ꝙ quemadmodũ per dñium diaboli, peccator conseqtur multa mala, (vt in prima parte declaratum est) ita superueniẽs fortior illo, si vicerit eũ, vniuersa arma eius auferet, ĩ quibus confidebat, & spolia eius distribuet, qđ fecit saluator

noster in isto bello. Nam deuicto hoste, & habita possessione, animæ ratiōalis, multa bona confert ipsi animæ, quoniam sicut in dominio diaboli, multum distabat a deo, ꝑm illud, longe est dn̄s ab impiis, prouer 15. ꝛ ps. 118. longe a peccatoribus salus, non per distātiam localem, quia est in omnibus creaturis, per essentiā, præsentiam, & potentiam, qa omnia habent esse per ipsum, videntur ab ipso, & subiiciūtur ipsi, iuxta illud Hiere. 23. cœlum, & terram ego impleo dicit dn̄s, & ps, 138. quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam, si ascendero in cœlū, tu illic es, ꝛc. peccatores vero distant distantia formali, quia non est conuentio lucis ad tenebras. Nam deus est lux, peccator tenebræ, & lux in tenebris lucet, ꝛ tenebrę eum non cōpre. Ioan. 1. deus est iustus, peccator iniustus, deus ē bonus, peccator inquantum huiusmodi est malus, deus est sapiens, peccator stultus, deus est pius, peccator impi⁹, & sic de aliis, distant ergo deus & peccator formaliter in infinitū. Sed quando christus deus, ꝛ homo per gratiam venit ad peccatorem, tollit ab eo oēs contrarietates, ꝛ arma diaboli, quæ peccator habet contra deum, & tunc fit propinquus deo, & amicus, & habitat i eo 1. Cor. 3. nescitis quia templū dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis, & Luc. 17. regnū dei intra vos est. In ista inhabitatione confert animę quinque bona. videlicet.

¶ Primo peccatorum purgationem

¶ Secūdo, virtutū infusionē.

¶ Tertio spūalē cōsolationē.

¶ Quarto pseuerantiā finalē.

¶ Quinto gloriam supernalē

¶ Primo peccatorum purgationē, nullus enim homo potest exire de peccato, nisi per grām christi, Ro. 3. iustificati gratis ꝑ gratiā xp̄i, pōt enim bene per suam potentiā naturalem cadere in peccatum. sed resurgere non potest per sua naturalia, nisi xp̄us adueniēs porrigat sibi manum, ꝛ ipsum erigat, & probatur taliter. Sicut quęlibet res consequitur naturam suam, nam lapis naturaliter descendit, ignis ascēdit, & sic de aliis eccles. tertio, cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt, & in terrā pariter reuertentur. homo autem quantum ad corpus de terra factus est, formauit igitur deus hominem de

limo terræ, & ideo ad terram habet reuerti, quãtum ad animam quæ est subiectum gratiæ, vel peccati, nõ possumus dicere ꝙ sit de terra, nec de alio elemento, nec de natura cœli, sed est creata de nihilo, ergo naturaliter ad nihilum redit. s. ad peccatum, & ad defectum, quia peccatũ dicitur nihil, quia est priuatio rectitudinis. Ioannis 1. sine me factũ est nihil, glo. i. peccatum, & resurgere nõ potest anima a nihilo . i. a peccato nisi per gratiam christi. Oseę. 13. perditio tua israel, tãtummodo in me auxilium tuum, & Esa. 43. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas, propter me, & peccatorum tuorum nõ recordabor, Ioã. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui misit me, traxerit eum.

¶ Secundo virtutum infusionem, anteꝗ christus in corde hominum inhabitet per gratiam, non est ibi aliqua vera virtus, qa virtutes infusę sunt in charitate, sicut acqsite sunt cõnexe in prudentia, qua charitate deficiẽte, nulla vera virtus est, vt dicit Aposto. 1. Cor. 13. sed postquã christ⁹ venit in mẽtem humanam per gratiã, omnes virtutes infunduntur in ea, tam Theologice, ꝗ cardinales, ⁊ ratio est, quia vbi est princeps, ibi oportet ꝙ sint eius famuli, princeps autem ⁊ dominus virtutũ est christus. ps. Quis est iste rex glorię? dñs virtutum ipse est rex gloriæ. Ideo debet quilibet se præparare ad recipiendum christũ, & cum sit illa lux quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum. Ioã. 1. intrãs in animam, habitat ibi cum omnibus virtutibus, & illuminat omnes potentias animæ. Nam illuminat intellectum per veram fidẽ, & prudentiam, seu sapientiam, voluntatẽ, per charitatem, & iustitiam, irascibilem per fortitudinem, & spem, concupiscibilem, per tẽperantiã, corpus per castitatẽ, cętera mẽbra ꝑ honestatẽ, & sic domus mẽtis est ornata virtutib⁹, quia ibi inhabitat christus.

¶ Tertio spiritualem consolationem, quando christus venit ad illuminãdum animam, quanta sit dulcedo, quãta sit pax, sentiri potest, dici nõ potest, bene sentiebat ille qui dicebat, quã magna multitudo dulcedinis tuę dñe, quam abscondisti timentibus te. ps. Nota abscõdisti, quia videtur exterius, sed sentitur ĩterius; & ideo Dauid, ait ſm multitu

dinem dolorum meorum in corde meo, cõsolationes tuę lętificauerũt animam meam, & Apoc.3. Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocẽ meã, & aperuerit mihi ianuã. intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum, & ps. gustate, & videte, quoniã suauis est dominus. beatus vir q sperat in eo.

¶ Quarto perseuerantiam finalem, quia quantuncũq, homo exierit a peccato, & a dñio diaboli, & agat bonam vitã, non potest tamen in illa perseuerare, nisi per gratiam christi, sine qua non solum nõ potest homo cõsequi peccati remissionem, nec etiam se præseruare a peccatis futuris. Vnde, dicebat Dauid, nisi qa dñs adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea, si dicebã motus est pes meus, misericordia tua dñe adiuuabit me, & ideo homo ad perseuerandum indiget auxilio christi.

¶ Alia ratio, quia post baptismum remanet fomes, seu cõcupiscẽtia, & semper inclinat hominem ad peccandnm, & sic insurgit in hoíe magnum spirituale bellũ, propter qđ dicebat Apostolus, condelector legi dei, secundum interiorem hominem, video aũt aliam legem in mẽbris meis, repugnantem legi mẽtis meę. & captiuantem me in lege peccati, quę est in membris meis, infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius. Ro.7. & Ga.5. caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, hęc enim sibi inuicẽ aduersantur, vt non quęcunq vultis illa faciatis, sic de multis tentationibus, quibus ad peccandum impellimur, nunc a diabolo, nunc a mundo, qui in prospe ris, tẽtat de luxuria, in aduersis per timorem, & pusillanimitatem, propter quod christus docuit nos orare, & ne nos inducas in tentationem. Et Dauid dicebat, miserere mei deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me, conculcauerunt me inimici mei, tota die, quoniam multi bellantes aduersum me, ab altitudine diei non timebo, &c. ps.55. Ideo necessarium ẽ nobis auxilium christi ad perseuerandum, propter quod auxilium renouatur totus homo.

¶ Primo corpus per purã cõtinentiam.

¶ Secũdo anima per largam beniuolentiam.

¶ Tertio os per bonam eloquentiam.

¶ Quarto opera per sanctam diligentiam.

¶ Quinto intensio per cœlestem eminentiam.

¶ Primo, ergo corpus &c. multiplici ratione, videlicet ratione creationis quia ad imaginem & similitudinē dei creatus, ideo ecclesia. 10. Serua animam tuam, & da illi honorē secundum meritum suum, ratione redēptionis, quia filius dei factus est homo pro nostra redemptione, ratione regenerationis baptismalis, per quam sumus templum dei, ratione adoptionis Rom. 8. accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus Abba pater, quantum peccatum esset si quis templum dei cōbureret? Si animam violaret q̄ est filia dei, sicut si quis violaret filiam regis, sic dicas de anima quæ est filia dei. vnde Apost. Rom. 12. prouidētes bona, nō tantum coram deo, sed coram omnibus hominibus. Item ad Thesa. 5. ab omni specie mala abstinete vos.

¶ Secundo renouatur anima per beniuolentiam, & hoc quadrupliciter, primo veraciter. i. ex corde & non solum ore diligere. Secundo generaliter, tā amicos quā inimicos. Tertio prudenter, ne amor ille corrumpat te, & trahat ad aliquod peccatum. Quarto cōnstanter, ne in necessitate, & aduersitate, dimittas proximum tuum, sed tunc ei magis subuenias, iuxta illud Eccle. 6. est amicus socius mensæ, & non permanet in die necessitatis.

¶ Tertio renouatur os: vt nō sit i ipso tēpestas blasphemiarum, iniuriarum, inuidiarum, mendaciorum: sed vti ore ad quatuor, ad laudem dei, ad salutem nostrā, ad proximi instructionem, ad eiusdem correctionem. de primo ps. Benedicā dn̄m in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. de secundo, debemus cōfiteri peccata nostra ad salutē nostrā: ps. Cōfitebor domino nimis in ore meo. de tertio Pau. 1. ad thim. 4. attende lectioni & exhortationi doctrinę. De quarto Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum, inter te & ipsum solum: & Apostо. 2. ad thit. 4. prędica verbum, insta opportunę, importunę, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. De ista renouatiōe, dicit scriptura nolite conformari huic seculo: sed reformami-

ni in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei, bona & beneplacens, & perfecta, Roma. 12.

¶Quarto renouatur opus. Roma. 6. quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus, christus surrexit cũ quatuor qualitatibus corporis gloriosi, per agilitatem, significatur diligentia in operibus spiritualibus, in orãdo, confitendo, diuina audiẽdo, per subtilitatem signatur abstinentia, per quã attenuamus carnem, ne insurgat contra spiritum. Colo. 3. mortificate membra vestra quę sunt super terram, per impassibilitatem notatur patientia, per quam sumus impassibiles, circa iniurias nobis illatas, per claritatem denotatur, credẽtia, per quã intellectus fit clarus circa ea quæ sunt fidei.

¶ Quinto renouatur intẽsio per cœlestium eminentiam, nos enim in operibus nostris debemus ordinare intensionem nostram, vt sit alta propter deum, & non sit infima, & mundana propter vanam gloriam. Et sic in fine habebimus Gloriam supernalẽ, quã nulla creatura potest consequi ex puris naturalibus, nisi gratia christi adiuuetur. Roma. 6. gratia dei vita æterna, quia cum feceritis omnia quę pręcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus. ideo non põt homo petere a deo, nec cõsequi gloriam, nisi per gratiam christi, quam nãciscimur, cũ ipse venire dignatur ad nos per gratiam iustificantẽ ꝛc. Apparet igitur quot bona consequatur fidelis per victoriam habitã a christo, contra diabolum, & quãdo est in dominio, ꝛ possessione ipsius dei, qui est benedictus in ęternum.

FINIS.

## FERIA SECVNDA post tertiam dominicã in quadragesima.

## DE LOTIONE ANIMAE.

VADE lauare septies in iordane & mũdaberis. 4. Regũ. 5. Magna ꝑfecto dementia, ꝛ mortalium ĩsania est. Dilectissimi lumine naturali illustratorũ, cum na

tura ipsa dictet, & instruat, vt sordes, & maculas, & alia turpia, quæ in corpore solēt esse, aut in vestimentis, vel in domibus, in quibus morantur, statim ipsi pro viribus nō conātur, omni studio mūdare, & expiare, ne sibi & aliis, horrorē inferāt, atq; displiceant, & molestent, atq; ne ipsi inurbani, & inciuiles teneātur ab aliis, & maior est ꝙ insani mortales, sordes, & maculas, ac fœces peccatorum quibus anima maculatur, quæ ad imaginem, & similitudinem dei facta est, capax æternæ beatitudinis, ac rationis, quam christus suo preciosissimo sanguine, labore graui, per mortem crucis, amorose, & tam sollicite redemit, nō curēt, abluere, more porcorum, qui q̄to magis aliqua loca sunt sordida, & immunda, tanto libentius & delectabilius se inuoluūt, nec curant ante conspectum diuinæ maiestatis sordidi, & fœtentes apparere. Vnde Bernardus ait, O magna peccatorum omnium demētia, abstergitur caligo corporis, & maculatur anima, ille. Et Augusti. in Sermo. consecra. altarium, vel ecclesiæ, nos hortatur dicens, videte ne deus noster in templo suo hoc est in nobis ipsis inueniat qđ oculos suæ maiestatis offendat, sed euacuetur vitiis, virtutibꝰ repleatur, iccirco ꝓpheta admonet nos dicens. Vade & lauare septies. Pro quo ponitur talis conclusio, quod nullus de potentia dei ordinata, saluari potest post commissum peccatum, nisi se septies lauet in iordane, hoc ē in aqua pœnitētiæ, per septem conditiones quas ista aqua in se habet quæ sunt videlicet.

¶ Prima, dolor de peccatis.

¶ Secunda propositum cauēdi in futurum.

¶ Tertia, voluntaria & integra confessio.

¶ Quarta satisfactio pro omnibus.

¶ Quinta non sit serotina.

¶ Sexta quod sit circunstantionata.

¶ Septima quod perseueret.

¶ Circa primam conditionē, Nota primo historiā Naamā, 4. Reg. 5. Hic Naaman fuit princeps regis Syriç, & erat vir magnus apud dn̄m suū, & honoratus. Per illū enim dedit dn̄s salutem Syriç, erat autem vir fortis, & diues, sed leprosus. Prorsus de Syria egressi sunt latrunculi, & captiuam duxerunt de terra israel puellā paruulam, quæ erat in obsequiū

vxoris Naaman, quę ait ad dominam suam, vtinam fuisset dn̄s meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra quā habet, ingressus est Naaman ad dominum suum, & nunciauit ei dicens, sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; ei Rex Syriæ vade, & mittā litteras ad regem israel, qui cū profectus esset, detulit literas ad regem israel, in hæc verba. Cum acceperis epistolam hanc, scito ꝙ miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum a lepra sua, cumq; legisset Rex litteras, scidit vestimenta sua dicens. Nunquid deus ego sum, vt occidere possim & viuificare? quia iste misit ad me, vt curem hominem a lepra sua? Quod cum audisset Hæliseus vir dei, regem scidisse vestimēta sua, misit ad eū dicens, quare scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, & sciat esse ꝓphetam in israel, qui cū venisset misit ad eum Heliseus nunciū dicens, vade, & lauare septies in iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq; emundaberis. iratus itaq; Naaman, recedebat dicēs. Putabam ꝙ egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen dn̄i dei sui, & tāgeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abona, & farphar, fluuii Damasci, omnibꝰ aquis israel, vt lauer in eis, & munder? Cum ergo vertisset se & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei. Pater & si rem grandē dixisset tibi propheta, certe facere debueras, quāto magis qa dixit tibi lauare, ⁊ mundaberis. Descendit, & lauit septies in iordane, iuxta sermonem viri dei, & restituta ē caro eius sicut caro paruuli, & mundatus est. Reuersusq; ad virum dei cū vniuerso comitatu suo, dixit. Vere nunc scio, quia nō sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantum deus israel.

¶Moraliter, Hic Naaman interpretatur decorus, verus, vel pulcherrimꝰ, & signat hominem peccatorē, leprosum peccatis, & fœtentem in conspectu Dei, & angelorū, & quādoq; apud homines per infamiam, hic habet puellam in obsequium vxoris eius .i. animam in obsequium sensualitatis, quam puellam .i. animā latrunculi .i. dæmones rapiūt & dāt in seruitiū .i. facit eā seruā peccati, qa q facit peccatū, seruus est peccati. Hæc igitur puella .i. anima siue conscien-

tia dicit sensualitati p remorsum consciētię, ꝙ si dominus meus.i.liberum arbitriū, iret ad prophetam qui ē in Samaria, quæ interpretatur coniūcta dño, quæ denotat confessionem, in qua homo coniungitur dño, per reconciliationem, & per conuersionem, & ibi inuenit Helyseū, qui interpretatur deus meus, qui denotat christum, quia in confessione, inuenit christus per gratiā. Hic Helyseus.i. christus mittit seruuum suum obuiam Naaman.i.mittit omnes prædicatores dicere omnibus leprosis.i. peccatoribus. ite ad iordanem, qui interpretatur fluuius iudicantis, per quem notatur sacerdos, q tenet iudicium, & vicem christi in cōfessione, & debet lauari in iordane.i. in aqua pœnitentiæ. Hiis Auditis, indignatus est Naaman.i.peccator indignat cum audit quia cōfiteri oportet, aliter saluari non potest, sed serui eius exhortātur eū, vt omnino iuxta dictum prophetæ lauet se, serui.i.bonę inspirationes, ⁊ remorsiones cōscientię, ⁊ sinderesis stimulāt, semper peccatorem, vt lauet se omnino aqua pœnitentię. ⁊ per septem lotiones, notantur septem cōditiones, quas habere oportet, qui vult consequi remissionem peccatorum, ſm distinctionem Ric. in 4.di.20.art.1.q.1. in corpo. q. vbi quęritur. Quot sunt necessaria ad salutē, sine quibus homo saluari non potest.

¶ Prima cōditio, est dolor efficax de culpis præteritis. Circa quā conditionem doctor subtilis, & alii doctores dicunt, ꝙ ad verum dolorem de peccatis, requiritur nolle peccasse, vel debet velle & elicere actum voluntatis, peccatum non fecisse, & quod fecit displicere, sed circa hoc pōt aliquis dicere. Quomodo potest homo non fecisse peccatum, & nolle quod præteritū est, cum illud non potest esse? nam præteritum esse, & nō esse, implicat contradictionem ſm philosophum in.2. Perihe. Stultum enim est nolle, ꝙ nō potest non esse. Sed ad hoc respondent Theologi, maxime Tho. in 4. di.14. art.1.q.6. in solutione argumētorum, quod quāuis voluntas completa in ipso pœnitente, non sit absolute de impossibili, est tamen de ipso conditionaliter, & debet fieri volūtas conditionata. Vellemus enim si esset possibile, ꝙ hoc nō fuisset & hoc sufficit, hæc Tho. Quæritur

iterum, & si peccator non potest dolere de peccato, puta quia ex adulterio generauit filium, qui magnus est & potẽs, & famosissimus qui sua scientia illuminat totũ orbẽ, similiter ex rapina effectus est magnus diues, & ex diuitiis facit multa bona, qui ante pauper erat & bonum aliquod facere nõ poterat. Respondetur secundum Hẽricum de Gandauo, in quolib. Quod circa peccata tria considerari possunt. Primo substantia actus peccati. Secũdo aliquod bonum quod exinde venit, puta filius generatus ex adulterio. Tertio inordinatio actus illius peccati, quę venit ex peccato. s. quod est contra legem dei factum. homo autẽ tenetur dolere solũ de inordinatione actus peccati, quæ euenit ex peccato, quia deum offendit, faciẽdo contra legẽ dei, ideo licet homo non possit dolere de delectatione peccati. s. quam habet de peccato, & in actu peccati vel de substantia illius peccati, aut tertio de bono consequuto, puta de filio generato, & huiusmodi, Nihilominus talis sic potest saluari, si doleat de inordinato modo, vel vt dicit Scotus. Doleat quod dolere non potest, vt dixit magister senten.

matri suæ. Quæritur tertio. si ad deletionẽ, requiratur dolor sensualis, vtputa lachrymæ? Respõdetur quod non de necessitate, sed sufficit dolor voluntatis, si tamen concurrit dolor sensualis meritorius ẽ. Ratio, quia dolor sensualis non est in potestate nostra, vt possit se homo exercere ad sensibiliter dolendum, & plorandum. Vnde nõ requirit deus a nobis quod est impossibile, sufficit ergo dolor volũtatis, hoc est velle non fecisse contra deum, iudicat enim deus nos secundum arbitrium superioris rationis, & voluntatis, iudicium, hoc est velle non fecisse contra deum, & de hoc habemus exemplum matris magistri senten. quod autem huiusmodi dolor requiratur de præteritis culpis, probatur.

¶Ratione.

¶Auctoritate.

¶Exemplo.

¶Ratione contrarietatis, cuius fundamẽtum ponitur in libro de regim. princ. di. Omne quod corrumpitur simpliciter corrumpitur per actionem sui contrarii, patet. Nam frigus corrumpitur per calorem, siccum corrumpitur per humidum, vt de igne, & aqua, dulce per amarũ, sanitas per

infirmitatem, ideo Aristot.2. Ethi. Medicinæ habent fieri p cōtrarium. Hoc posito, peto, qualiter peccatū intrauit in animam, certum est ꝙ per cōplacentiam, ꝛ delectationem alicuius rei illicite (dicente Philosopho 7. Ethi.) Delectatio tenet operātem in operatione, cum displicentia, & tristitia, siue dolor, sint contraria delectationi, & complacētiæ. Ergo peccatum quod intrauit per complacentiam, & delectationem, in animā, non reiici potest, & expelli ab anima, nisi per displicentiam, & contritionem, ꝛ dolorē. Quia si vnum est causa alicuius, oppositū est causa oppositi. Aris. in post prędicamentis. Aucto ritate Bernar. di. Sine contritione peccati, sine dolore culpæ, sine displicentia iniquitatis, sine amaritudine præteritæ vitę, nunq̄ acquiritur cœlestis gratia nec remissio peccatorum. Probatur exemplo, Quod ponit Aristo. 6. de proprietatibus rerū, di. ꝙ anguis sentiēs se graui morbo, vel senio aggrauatū, pluribus diebus abstinet a cibo, & ieiunat vt sic pellis eius facilius a carne relaxetur, deinde gustata quadam herba amarissima, vt vi illius herbæ statim prouocetur ad vomitum, & euomit totum humorem viroletū, q̄ fuit causa suæ infirmitatis, & tandem vt cutem rigidā mollificet in aqua se balneat, & humectat, & sic foramen angustum quærens, cum quadā violentia transiens, penitus se decoriat, postea soli expositus, sic se desiccat, & in carnis superficie nouā cutem recuperat, sumptisq; virib⁹, clarius postmodum videt, fortius rapit, & auidius comedit. Spiritualiter ad hoc propositum, christus nobis suadet Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. quasi dicat, Sicut anguis morbo vel senio aggrauatur, ita anima per peccatū spiritualiter infirmatur, propter quod dicebat propheta Miserere mei dn̄e q̄m infirmus sum. Et ideo peccator exēplo serpentis debet per abstinentiam, carnem suam domare, ꝛ humiditatem carnalis concupiscentiæ quā aggregauit delectatione desiccare, inde gustet herbam amarissimam, iuxta illud Hierem. 31. pone tibi amaritudinem. s. displicentiā, & dolorem peccatorum, qua euomet peccatū per integralem confessionem, & sic recipiet spiritualem sanitatem. Item debet anima se balnea-

re aqua lachrymarum, & per angustam portam pœnitētiæ intrare, Matt. 7. intrate per angustam portam, & sic deponere pellem veterem prauæ cōsuetudinis, ⁊ induere nouum hominem, ⁊ renouari inuita, & sic illuminabitur. ⁊ pristinā recuperabit sanitatem, ex quibus rationibus, auctoritatibus & exemplis, patet qualiter necessarius est dolor & cōtritio peccatorum.

¶Secunda cōditio, est firmū propositum cauendi a peccatis. Nō enim sufficit dolor de pręteritis, nisi firmiter proponat se abstinere in futurum. Quod probatur tripliciter. Primo, ratione oppositionis, cuius fundamētum ponitur a philosopho. 4. Tho. Sicut se habet propositum in proposito, ita oppositum in opposito. Nam propositum & volūtas peccandi est causa peccati, & per eam cōmittitur peccatum, sicut dicit August. Volūtas praua, est causa efficiēs peccati, ita ꝙ sine ipsa nullū peccatum committitur, ita ꝓpositum non peccandi, est necessarium ad non peccandū, & ad dimittēdum peccatum. Vnde mouetur dubium. An sola voluntas pro facto reputetur, sed de hoc alias. Secundo auctoritate August. de pe. di. 3. c. Inanis est pœnitentia, quam sequēs culpa maculat, vulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccās & lugens vix veniam merebitur. Exemplū quod ponit Grego. in dialogo, cū Petrus dixisset Greg. Scire vellem quo modo deus dat pœnam infinitā dānatis, cū peccatum eorum sit finitum, respondit quia deus respicit ad voluntatem peccatorum, quia si possent vellēt semper peccare, & vellent sine fine viuere, vt possent sine fine peccare, ad magnam ergo iustitiam iudicātis pertinet, vt nūquam careāt sine fine esse in pœnis, qui voluerunt, si potuissēt sine fine peccare, ille. O quot sunt illi, qui cū sine in aliquo actu: alicuius peccati sensibus delectabilis, nunq̄ vellent illam delectationem trāsire, & semper persistere in ea vellent, ergo &c.

IN secūda parte intuemur aliam conditionem, q̄ dicitur integra confessio, & est tertia, & si quis diceret, sufficit ne habere contritionem, & dolorem peccati, & firmum propositum non peccādi, dico, ꝙ non, si adsit facultas, & modus

modus confitendi, immo nisi confiteretur dānaretur. Et si quis diceret. Nonne Amb. super Luc. 22. dicit super illud, ꝙ post negationē. Petrus fleuit amare, dicit lachrymę lauent delictum, quod voce pudor ē confiteri. Lachrymas Petri lego satisfactionem non lego, ille. Et Ezech. 18. Quacunq; hora peccator ingemuerit, vita viuet, & nō morietur. Ad hęc respondet Sco. in 4. dis. 17. q. 1. Quod tempore negatiōis Petri, sacramentum pœnitentiæ non fuit institutum. sed post resurrectionem christi. Quando dixit Apostolis. Accipite spiritum sanctum, ⁊c. Et ideo pro tunc nō tenebatur ad cōfessionem, sed nec post institutionem sacramēti, tenebatur, quia iam ante resurrectionem per aliud remedium fuit sibi peccatum dimissum, & ad illa verba, lachrymę lauēt ⁊c. Respondet Sco. ꝙ nō sic sunt intelligenda sine confessione dolorosa i actu, vel inhabitu, lauare delictum, sed cōtritio posset esse tāta, ꝙ in ea etiam ante confessionē, deletur peccatum, ⁊ ꝙ cōtritio, & lachrymæ sufficiunt ad delendum peccatum, quando nō potest actualiter haberi confessio, similiter respondetur ad verba prophetæ. Quod etiam cōfessio sit ad salutem necessaria, est auctoritas autētica, de pe. di. 5. c. Non potest quisq; a peccato iustificari, nisi peccatum fuerit ante confessus. item de pœni. & remi. c. omnis. Et iaco. 5. Cōfitemini alterutrum peccata vestra, supra quā auctoritatem Ric. in. 4. di. 17. dicit. Quod qn̄ iacobus dixit talia verba, voluit innuere faciendi cōfessionem sacerdotib⁹, quia pauloante dixerat, infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiæ. Et ꝙ sit necessaria cōfessio ad salutem, notatur per verba q̄ apostolus subiungit, vt salue mini. ergo ē necessaria ⁊c. Probatur exemplo, quod iacobus de victriaco recitat. quidam habens multa peccata, ⁊ nunq̄ confessus est ea. Tandē infirmatus est ad mortem. Timens autem diabolus, ne cōfiteretur, perrexit ad eum in spē sui parrochiani, exhortās eum ad confessionem, & confessus est cū magna cordis cōtritione, iniungens ne alteri confiteretur, & mortuus est, statimq; venerunt dæmones, dicentes angelis, noster est, quia nūquā confessus est, Angeli vero dicebant, immo sic, quia cōfessio eius valuit, cre-

dēs cōfiteri parrochiano suo, & habuit cōtritionem, & peccata sua dixit. Tandem deus iudicauit animam eius redire ad corpus, & iterum confiteri. Quod factū est, & obdormiuit in dño. Aliud quoq; exēplum recitat Cæsarius, quod quidam magnus magister in Theologia, & p̄dicator q̄ erat Parisius, cum semel esset in camera, apparuit ei diabolus, quem adiurauit, vt diceret sibi, quod esset illud quod magis diabolo noceret? cui ait, nihil aliud tantum nocet, & tantum eneruat vires eius: quantū pura confessio, quando enim homo est in peccato mortali, omnia membra eius sunt a nobis ligata, ne faciat bonum. Cum vero cōfitetur, statim remanet liber, & habilis ad omne bonum faciendū & sic liberaī a manibus nr̄is.

¶ Quarta conditio est satisfactio pro peccatis. Quod probatur. Primo ratione cuius fundamentum ponit Sapiens prouerb. II. ca. Per quæ peccauerit homo, per hæc punietur. Quo concesso certum est, q̄ homo offendit deum, corde, ore, & opere, ergo tenetur satisfacere corde, per contritionem, ore per confessionem, opere per satisfactionē, q̄ si sic non fecerit, veniam de peccatis non merebitur. Secūdo probatur auctoritate, scribitur de pe. di. I. c. nō sufficit, parapho. ex hiis omnibus. Et sunt verba Augustini, di. Non sufficit mores in melius mutare, & a præteritis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt satisfaciat domino, p confessionem, per peccatorū dolorem, per contriti cordis sacrificium, cooperātibus elemosynis, & ieiuniis, & Rica. in 4. di. 15. ait. Non potest ab aliquo deo satisfieri, nisi p opus deo acceptum. Et de re. iu. libro. 6. Non remittitur peccatū, nisi restituatur male ablatum. Tertio probatur exemplo cuiusdam diuitis habentis quādam possessionem, cuiusdam ecclesiæ. Hic reliquit post mortem suam hanc possessionem filio suo, & filius filio, & omnes damnabantur vsq; ad quartā generationē, qa non restituebant. Vltimus qui habuit talem possessionē restituit eam, & fecit se religiosum. Cupiēsq; scire quid esset de animabus parentun suorum, qui talem habuit visionē, videbatur sibi videre scalam igneā, & ille qui prius descēderat in infernū, descēdit ad primū gradū, & secūdus de

ſcendebat ad primũ gradũ & q̃ erat i primo deſcẽdebat ad ſecundũ, & vn⁹ dabat locũ al teri deſcẽdẽdo ſẽper inferi⁹; quo viſo gratias egit deo & viſio diſparuit &cæ. Ecce q̃liter ſatisfactio eſt neceſſaria &c.

¶Quinta conditio, dicitur tẽporalitatis. i. ꝙ non differat vſq; ad mortem, quia tunc forte nõ poterit pœnitere, quod probabo. Primo ratione habitus, dicit enim Sco. in. 4. diſt. 20. Quod difficile eſt, & periculoſum differre pœnitẽtiam vſque ad mortem. Et probat multiplici ratione, maxime habituationis, cuius fundamentum ponit Ariſt. 7. Ethic. Difficile eſt reſiſtere conſuetudini, quia aſſimilatur naturæ. Et in prædicamento qualitatis. Habitus eſt de difficili mobilis a ſuo ſubiecto. Cum enim peccator ſit habituatus in peccatis, non poteſt de facili exire de illis in morte, ⁊ in maxima infirmitate, & probatur. primo. Nam dicit Iuuena. Saty. 3. Conſuetudo mali tenet inſanabile vulnus. Exemplifica hic de blaſphemis, vſurariis, ſic dicimus de habitu facto in malis, qui multũ impedit conuerſionem ad bonum. Tum ſecundo quia vſus liberi arbitrij impeditur, ex magnis febribus, & doloribꝰ, & ita vſus rationis, & voluntatis, vbi eſt meritum. Tum tertio quia pœnitentia oportet ꝙ ſit circũſtantionata. i. ꝙ fiat amore dei, & ſponte, &c. vt in ſexta conditione diceť. Secundo probatur auctoritate autẽtica. Et ponitur de pe. di. 7. c. Nullus expectat, quando peccare nõ poteſt, arbitrii quærat libertatem, vt dolere poſſit commiſſa non neceſſitatem, qui prius itaq; a peccatis relinquiť, q̃ ipſe relinquat ea, nõ libere, ſed quaſi neceſſitate contendat. Licet enim latro veniam meruiſſet in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi, & perſeuerandi auctoritatem, ille, &c. Tertio probatur exemplo. Nam legitur. ff. Arborum furtim cæſarũ. l. ſi plu ries, in qua lege iudicium datur, quod arbor ſit illi⁹, in cuius horto viuit, & radices habet. Et non illius in cuius terra declinat. qñ ſcinditur, ſic ille qui vult viuere, in poſſeſſione diaboli, quæ ſunt vitia, & peccata, & poſtea q̃do ſcinditur in morte, vult iclinare caput verſus poſſeſſionem dei. Non ergo expectandũ eſt vſq; ad mortẽ, quia vt ait Prouerbium. Non expectare gia il tẽ-

po extremo, che molti nha in gannato il ben faremo.

CIRCA tertiam partem perscrutabimur sextam conditionē, quę dicitur circunstātia. Oportet ꝙ faciat quis pœnitentiam sponte, & libere, ⁊ non coacte. Probatur Primo, ratione circunstantiæ, cuius fundamētum ponitur a Sco. in.4. dist. 20. ad perfectionem cuiuslibet actus, requiritur duplex circunstantia. s. principij, & finis, principii ꝙ fiat ex mera liberalitate, ⁊ non timore mortis, vel inferni. Circunstantia finis. i. q̄d fiat tantum amore dei, & ad honorē eius, vnde dicit philoso. 5. physi. ꝙ ad finem necessario requiruntur quinq;. Mouens, mobile, tempus, terminus a quo, terminus ad quem. Mouens est voluntas, mobile sunt opera, tempus est vita præsens, terminus a quo est anima creata respectu operum elicitorum, & imperatorum, terminus ad quem, est amor, & honor dei, ad quem prędicta reducūtur. His visis probo ratiōe processionis, cuius fundamētum ponit Boetius in lib. Tho. suorū dicens. Effectus qui a duabus causis procedit, magis attribuendus est primæ, q̄ secūdę. Arca procedit a duabus causis. s. efficiente, & materiali, puta a magistro, & serra, & ascia. sic etiam dicim⁹ ꝙ omnis bonus effectus, ⁊ bona operatio procedit, primo a deo, & secūdo a libero arbitrio, dicente Bernardo. Tria operatur in nobis deus, scilicet cogitare velle, perficere, primum sine nobis. Secundum nobiscūm. tertium per nos. Et ioannes, omne datum optimum, ⁊ omne donū perfe. &c. Sed clarum est, ꝙ secunda causa, nō per se aliquid boni potest agere, sine influētia primę, patet, quia sine me nihil potestis facere ait christus. Ergo omne bonum nostrum debemus facere ad honorem dei, & amorem eius. Secundo probatur auctoritate Isido. in libro de summo bono ait, omnia quęcūq; agis, propter dei amorē agas, q̄a ex intētione tua bona, vel mala, approbatur op⁹ tuum. Et Augusti. Nec enim illa actio bona eē pōt, nisi tendat ad bonum finē. i. dei amoris & honoris, ille. Tertio probatur exemplo cuiusdam clerici multum vitiosi, qui tempore mortis cū multis lachrymis confessus, & contritus videbatur, accępit communi-

nem,& alia sacramenta eccle siæ. Tandem moritur,& damnatur,quia timore inferni, & ob teneritudinem suę iuuentutis flebat,⁊ non amore dei, & merito quia ait glo.in.c.scripta,extra de collusione detegenda. Deus non est remunerator nominũ,sed aduerbiorum, non enim remunerat opus bonum,nisi bona & recta intentione factum, & ad bonum finem, o quot confitentur & conteruntur timore mortis,& inferni,⁊ nõ amore dei.

¶Vltima conditio dicitur perseuerantia,oportet etiam ꝙ perseueres vsq; in finem si vis ad vitam ingredi,quia sine perseuerantia nihil facis. Quod probatur,primo. Ratione remunerationis,fundamẽtum huius ponit philo.2.phi. dicens. Finis imponit necessitatẽ his quę sunt ad finem.patet.nam si infirmus desiderat sanitatẽ, oportet ꝙ recipiat omnia media ad sanitatem, quia si non vult recipere syruppos & alia media,nunq̃ veniet ad sanitatem. Quo posito certum est. quod si quis haberet omnes virtutes.Theologicas,Cardinales,Morales, Naturales, & non perseueraret,quæ est cõsumatio,⁊ perfectio omnium virtutũ,impossibile esset saluari,& confirmatur,nam meritum debet correspondere pmio.Certũ est ꝙ deus dat pręmium sine fine, & termino.ergo quilibet debet perseuerare in operibus bonis, vsq; ad mortem.a quibus si quis deficit,meritum non corresponderet pręmio,& sic non haberet pręmium.Hoc etiam ostẽditur aucto. Bernar.di. Absq; perseuerãtia,nec q pugnat victoriam, nec palmam victor cõsequitur.Nutrix est ad meritum,mediatrix ad præmiũ. Tolle perseuerantiam,nec obsequium mercedẽ habet, nec beneficium gratiam,&c. ergo necessaria est.

¶Probatur etiam exemplo illorum quadraginta martyrũ qui pro christi fide omnes proiecti sunt in stagnum frigidissimum. Accidit ꝙ vnus eorũ spõte exiuit, nec perseuerauit vsq; in finem.Ianitor autẽ vidit triginta nouem coronas aureas. Et cum credidisset ꝙ essent quadraginta martyres dixit intra se, triginta nouem sunt, quadragesimus vbi est. Ego profecto quadragesimã coronã habebo, & statim ingrediens cum feruore stagnũ glaciei,coronam habuit, quã alius perdiderat non perseue

rando. Vade igitur fidelis anima, & lauare ſepties in iordane, & a lepra peccati mortalis mundaberis. ¶ Iſte numer⁹ ſeptenarius eſt numerus remiſſionis, & maxime celebratur in ſacra ſcriptura ſicut patet in multis locis.

Compleuit die ſeptimo opus ſuum, Gene. 2. & ibidem,

Benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit.

De oībus animātibus tolles ſeptena ꝛ ſeptena, maſculū, ꝛ fœminam. Gen. 7. & ibidē.

Cumqꝫ trāſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerūt ſuper terram. Gene. 7.

Decimoſeptimo die mēſis rupti ſunt omnes fōtes abyſſi magne. Gene. 7.

Die ſeptimo erit ſolennitas, Exodi. 13.

Dies ſeptimus erit ſanctus. Exodi. 35.

Dies ſeptimus quia ſabbati requies eſt, & vocabitur ſanctus. Leui. 23.

Septimus dies expiatiōis, erit celeberrimus. Leui. 23.

Septimo anno facies remiſſionem. Deute. 15.

Dimittemus annum ſeptimū. Neem. 10.

In ſeptimo non tangat te malum. Iob. 5.

Septimum deteſtatur anima eius, Prouer. 6.

Hora ſeptima reliquit eum. Ioannis 8.

FINIS.

## FERIA TERTIA POST tertiam dominicam in quadrageſima.

### DE PROFECTV ORATIONIS.

DE omni re quācūque petierint fiat illis a patre meo q̄ in cœlis eſt Matt. 18. In domo magni principis, deforme eſſet rem monſtruoſam videre, Ratio eſt, quia affectio humana dicitur eſſe circa delectabile, quod eſt indebite ꝓportionatis, ideo cū offertur animal diminutum, abhorretur a videntibus, & vocatur mōſtrum, ſpiritualiter. Orantes deū ſine deuotione, exhibent mōſtra deformia, q̄m ſicut de ratione naturæ animalis, eſt habere vnum caput, & pedes ſecundum debitam eius ſpeciem, ſic de ratione orationis, eſt cū verbis cordis deuotio-

nem habere, si enim verba diriguntur ad deum, & cor, & affectio, figantur ad terrena, nõne monstruosa est talis oratio? Nam signatum habemus Exo. 12 Preceptum fuisse offerri dñõ agnum anniculũ sine macula, hoc est sine diminutione membrorum, per quod notatur sacrificium oratiõis, quod offerri debet sine diminutione membrorum. Quia cum oramus deum, hoc debet versari in corde, quod p̃fertur in ore. De profectu autem huius orationis, visuri, tria erũt declarãda videlicet.

¶Primo. An sanctis sint dirigendæ orationis nostræ.

¶Secundo. An sancti orent pro nobis.

¶Tertio. Quod deus non exaudit multiplici de causa.

¶Quantum ad primum, pono hanc distinctionẽ. s. quod triplex est orationis obiectũ, videlicet, Obiectum benigne exauditionis. Obiectũ gratæ intercessionis, & obiectum amorosæ impetrationis.

¶Primum est solus deus, pater filius, & spiritus sanctus, & nõ aliquis sanctus. Qm̃ vt ait propheta, gratiam, & gloriam dabit dñs, a quo est oẽ datum optimum, & omne donũ perfectum. Iaco. 1. Vnde dulcissimus Iesus discipulis suis orãdi modum tradens, ait Matt. 6. Cũ oraueritis dicite Pater noster, &c. Nota q̃ his verbis, seipsum & spiritum sanctum non excludit, cũ sint iste tres personæ, vnus deus, extra de sum. tri. & fi. ca. c. Firmiter credimus. Sed solũ patrẽ tũc orãdũ docuit, qa nondũ nisi creatiõis beneficium apparebat, quod patri attribuitur, quamuis & beneficium redemptionis. In illo verbo noster clam ostenditur, quod attribuitur filio, & beneficiũ glorificationis in illo verbo, qui es in cœlis, per hoc cõcludimus q̃ pater, & filius, & spiritus sanct⁹, vnum sunt nostræ orationis obiectũ. vnde ecclesia patrẽ sic orat. Pater de cœlis deus, miserere nobis, & spiritũ sanctum sic. Spiritus sancte deus miserere nobis. Sic & filium, fili redemptor mundi deus miserere nobis. Ecce q̃ vnũ orãdi genus singulis attribuitur.

¶Secundum obiectum. s. gratæ interc. Et hoc sanctorum beata societas est, vbi nota, q̃ cum sancti nihil nobis tanq̃ proprium eorum largiri possint, & domino sẽper assistãt, illos tamen vt amicos exorabimus, vt petita a nobis exequantur, & consequantur. O

quam infoelix esset ista italia, nisi sanctorum orationibus fulciretur. Audi Hieron. super Ezech. sicut hosti murus opponitur, sic ira dei sanctorũ orationibus frangitur. Hinc sancta mater ecclesia modũ, orandi sanctos, inuocando edocet, initium sumens a beata virgine dicens. Sancta Maria ora pro nobis, Sanctæ Petre, & sic de omnib⁹ dicit ora pro nobis, & nõ concede, vel presta, vel miserere.

¶Tertium obiectũ, est amorosæ &c. Et hic est gloriosus Iesus, cui ſm duarum naturarum diuersitatem, & diuinæ. & humanæ. Duplex põt orationis genus assignari, sic ad ipsum inquantum deum dicimus iesu fili dei miserere mei, si ad ipsum tanquã hominem, tum sanctum, tum bonum, dicimus ora pro nobis. Primę Ioã. 2. Aduocatum habemus apud patrem iesum Christũ, & ipse est propitiatio nostra pro peccatis nostris. Et Bern. ait. Securũ o homo accessum habes ad deum &c. Ex quibus satis apparet, ꝙ ad sanctos tã quam ad nostros mediatores orationes nostræ diriguntur non tanꝗ ad principales. quia sic solus deus ē. Hæc ex dictis sancti Tho. in. 4. di. 15. ar. 5. & 6.

Ad Scdm q̃situm ait Tho. vbi supra. Quod quidam heretici dixerunt ꝙ sancti nos iuuare nõ possunt, quia orando ꝓ nobis vnusquisꝙ accipit quod facit, sed hoc, (dicit doctor) est contra articulũ fidei. s. sanctorum cõmunionem, quę fit per charitatem, cum autẽ ipsi sint in perfectissima charitate in patria, ideo eis ꝓ nobis orare competit, non autem pro seipsis, quia omnia succedũt aduota. Vnde arguit sic sanctus doctor, Sancti in patria magis q̃ in via fuerunt in charitate, sed charitas facit in via sanctos ꝓ nobis orare, iuxta illud Matt. 15. dimitte illam qa clamat post nos. ergo multo magis in patria. Et si dicas, qcunꝙ pro alio orat meretur, sed sancti in patria non sunt in statu merendi, vt cõmuniter cõceditur, ergo nec in statu orandi. Respondet sanctus Tho. quod quidam dixerunt ꝙ non sunt in statu merendi, quantum ad premium essentiale, sed bene quantum ad p̃mium accidentale, & quantũ ad hoc aliis mereri possunt, sed quia meritum tãtum viatorum est, ideo dicit ꝙ aliud est mereri, aliud impetrare. Et sic licet sancti aliquid mereri non possunt, tamen suis ora-

tionibus aliquid nobis impetrare possunt,& accipe istam regulam generalē, ꝙ nisi ira dei per orationes aliquorum sāctorum placaretur, periret totum genus humanum, ob innumera scelera mortaliū, experientia patet, ꝙ ciuitates quæ abundant seruis dei, magis preseruantur a tribulationibus. Exēplū notabile habetur de Abrahā orāte ꝓ Sodomitis. Gen. 18. dicens deus ad Abraham. Clamor Sodomorum,& Gomorreorum multiplicatus est.f.addendo peccata peccatis, & peccatum eorū aggrauatum est nimis. Descēdam,& videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere cō pleuerint,( hoc dicitur nō ꝙ deus indigeat tali inuestigatione, sed vt doceantur propter hoc iudices,ꝙ non sentētiant,donec diligenter inquisierint veritatem) an non est ita,vt sciam, Abrahā vero stabat coram domino, & appropinquans ait. Nūquid perdes: iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate peribunt simul? nō parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in eo? Absit a te,vt rem hanc facias,& occidas iustū cum impio, fiatq; iustus sicut ipius,non est hoc tuū qui iudicas oēm terram, nequaꝗ facies iudicium hoc. Dixitq; dn̄s ad eum,si inuenero in Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam illi loco propter eos. Respondit Abraam.& ait, qa semel cœpi,loquar ad dominum meum cum sim cinis, & puluis, quid si minus qnquaginta iustis, quinq; fuerint de lebis ꝓpter.45.vniuersam vrbem?& ait non delebo si inuenero ibi. 45. Rursumq; locut⁹ est ad eum,si aūt. 40.ibi inuēti fuerint quid facies?ait,non percutiā ꝓpter. 40. Ne q ueso inqt indigneris domine si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Dixit non faciā si ibi inuenti fuerint triginta. Quia sępe cœpi,loquar ad dominum meū,quid si ibi inuenti fuerint viginti?non interficiam propter. 20 Obsecro nō irascaris dn̄e si loquar ad huc semel, quid si inuenti fuerint ibi decē?Non delebo propter decem.Abiit dn̄s postꝗ cessauit loqui ad Abrahā, & ille reuersus est in locum suū. Hæc ibi,Apparet tali exēplo, qualiter sancti nos iuuare suis orationibus possunt. De primo, pono hanc distinctionem videlicet.Ille qui orat aut est in patria,aut in via, si in via, aut

est iustus, aut peccator. Quãtum ad primum Sco. in 4. dist. 45. q. 4. de sanctorum orationibus, facit tria quæsita.

¶Primũ. An cognoscant orationes nostras naturaliter.

¶Secundum. An supernaturaliter.

¶Tertium. vtrum ibi pro nobis cognitis orent. Ad primũ respondet. Sco. vbi supra. Anima separata potest naturaliter acquirere notitiam, non solum abstractiuã, sed intuitiuam, non tãtum sensibilium sicut potest coniuncta, sed ẽt quoruncũq; intelligibilium ꝓportionatorum, et ꝓportionabilium pręsentiũ, proportionatum est sibi quodcunq; intelligibile creatũ, ergo orationes siue vocales, siue mẽtales potest intuitiue cognoscere, si tamẽ immoderata distãtia non impediat. Et si quis dicat. Deus solus nouit secreta, & abscondita cordis, & scrutator est cordium. Hiere. 17. 3. Re. 8. 2. Paral. 6. Respõdet Sco. ibidem, ꝙ verum est vniuersaliter, & ex propria perfectiõe, ita ꝙ impossibile est, ꝙ per aliquod impediẽs, se aliquod lateat, nouit etiã vt iudex vniuersalis omnium talium occultatorum. Hoc modo nec angeli boni, nec mali, nec animæ separatæ cognoscere possunt, immo impediuntur. Addit Gauffredus. ꝙ deus nouit anteq̃ fiant omnia, sed contra supradicta ẽt obijcitur, quia intellectus habet actum suũ ꝓprium occultum cuiuscũq; creaturæ, & volũtas actũ volũtatis pari ratione occultũ, quia hæc sunt intima creaturæ, & per consequẽs nihil potest noscere, nisi quod est intimum creaturæ, tale est solus deus, qui illabitur. Respõdet Sco. ꝙ hoc non cõcludit. Manifestum enim est, ꝙ omnem actum volũtatis meæ, potest intellectus meus noscere, sed intellectus aliꝰ perfectior creatus, potest in illud obiectũ in quod potest meus. Si non impediat determinatꝰ ordo ad alia intelligibilia, nec defectꝰ erit presentiæ proportionatæ, intellectus autem separatus æq; perfectus est, sicut coniunctus, vel perfectior, & non determinatur ex aliquo ordine ad non cognoscendũ operationes alterius intellectus, vel voluntatis, nec præsentia requisita necessario deficit, qa potest eẽ sine illapsu, Alioqn angelus nullam posset habere præsentiam debitam respectu alterius a se, cum nulli illabatur, cum hoc repugnet

creaturæ, ꝙ dicis talem operationem esse intimam. Respondet intimior est sibi essentia q̃ operatio, & tamẽ intellectus alius separatus potest essentiam intelligere. ergo & operationem.

¶ Ad secundum quæsitum respondet Sco. vbi supra, ꝙ nõ est necesse ratione beatitudinis, ꝙ beati videant, oratiões nostras, nec regulariter, nec vniuersaliter, in verbo, quia non est aliquid quasi necessaria sequela beatitudinis, nec ꝙ reuelentur, qm̃ talis reuelatio nõ necessario sequitur ad salutem, tñ quia congruũ est, beatum eẽ coadiutorem dei, in procurãdo salutem electi, eo modo quo sibi potest competere, & ad istud requiritur sibi reuelare oones nostras, specialiter quæ sibi offerunt, quia ille specialiter innituntur meritis eius, tanq̃ mediatoris producẽtis ad salutem, quæ petitur, Ideo probabile ẽ ꝙ deus beatis reuelet orationes eis, & deo, in nomine ei⁹ oblatas. Hæc Sco. vbi supra.

¶ Ad tertium quęsitum dicit Sco. Quod videtur dubium, quia si reuelatur eis talem petere per eos saluté, vel aliquid pertinens ad salutem, aut vident deum talem velle saluari, aut nolle, aut non velle, si velle, ergo sciunt, ꝙ saluabit, & sic frustra orãt, Si nolle, nõ orabunt ꝑ aliquo nolẽte ipso deo, si non velle, Sciunt, ꝙ nõ eueniet ergo frustra &cæ. Respondet Sco. Beatum orare ꝑ aliquo, põt intelligi, vel oratione habituali, vel actuali, & loquor hic tantum de oratione mentali, quæ est desideriũ oblatum deo, ea intentione, vt ab ipso habeatur optatũ. si de habituali, illa ẽ perpetua, & generalis, pro omnibus electis, sic de ista non est difficultas, si de actuali, istã habet aliquis sanctus specialiter quando sibi reuelatur, aliquẽ ipm actu inuocare, quia ratioale est, vt velit merita sua illi valere ad salutem, qui deum specialiter ĩuocat, sibi per illa merita subueniri, illa autem oratio non repugnat beatitudini, qa potest bene aliquis perfectionem suam adeptus velle, vt per sua merita per quæ ad illam perfectionem attingit, alius per suam orationem attingat, ita vt sua merita nõ sibi soli sint propria, sed alij de beneficio dei acceptantis valeant. Quum arguis Beatus aut deum velle videt, aut nolle, Respondeo. Nullum membrum oportet dare, ne dũ dẽ

ſalute finali illi⁹ qui orat, ſed nec de exauditione illius orationis, quā nunc offert. Non enim ſequit̃, Deus reuelat Petro, Ioānem nunc petere per merita Petri. ergo reuelatur Petro Ioannem ſaluandum, vel non ſaluandum. Nec etiā ſequitur. ergo ſibi reuelat̃ Ioānem exaudiendū, vel non exaudiendum in iſta petitione. Tamē eſto ꝙ ſibi reuelaretur iſtum exaudiendum, vel non exaudiendum in iſta petitione, non ſequitur ergo fruſtra orat, quia ſicut deus vult illū ſaluare, & exaudire, ita vult per determinata media, vt pote, per orationem talis beati ipſum conſequi, ſi autem reueletur Petro determinate ꝙ de⁹ vellet illā orationē exaudire, Petrus non eſſet ibi mediator in orando. Si vero non reueleť ꝙ velit, nec ꝙ nolit, Petrus orat expectans, vt orationem ſuam conſequatur determinata reuelatio exauditionis, vel ſaltem determinatus effectus exauditionis, q̄tum ad ipſum petentem, hæc Scot.

¶ Ex hijs elicio aliqua correlaria.

¶ Primū ꝙ qn̄ ſancti pro nobis orant, omnia merita ſua offerunt ipſi deo, vt illis mediantibus velit exaudire. Et teneo firmiter, quod quando ſic offert, ꝙ deus ſemper exaudit, vel dando eis bona quæ petunt, vel ſeruando vt det poſtea maiora tempore quo diſpoſuit. Ratio qa ſicut ipſi beati ſunt conformes voluntati diuinæ, vt in nullo a ſua volūtate diſcrepēt, ita veriſiľe ē, vt diuina volūtas ipſos nō cōtriſtet, ideo in omni quod deſiderant libenter exaudit.

¶ Secundum correlarium eſt. Quanto ſanctus habet maiorem charitatem, tanto maiori deſiderio, & efficaciori volitiōe, merita quę habet, pro nobis orans ipſi deo offert. Dico vltra, ꝙ ex quo ſunt perfecti in charitate, tantum volunt, quantum charitas inclinat, & qn̄ offerunt nūquā fruſtrātur de eo qd petūt, & hoc ex pacto diuinæ voluntatis.

¶ Tertium correlarium, ꝙ debemus recurrere ad dominū Ieſum chriſtum, & ad beatiſſimā matrē eius, quorū merita excedunt omnia merita ſanctorum, & angelorum, & credo ꝙ quādo orant pro nobis ſemper exaudiantur, niſi ponamus obicem. Diliguntur enim a diuina volūtate, ſuper omnem creaturā, & ſunt mediatores inter nos, & deum, il

le.Ioan.2.aduocatū habemus &c.Et Act.19.Huic omnes prophetæ testimoniū perhibent vsque ibi per nomen eius.

¶Si autē ille qui orat est viator,& iustus, & petit iusta, & iuste, de lege cōmuni exaudi tur,nisi sit obex ex parte illi⁹ pro quo oratur.Iaco.5.Multū valet depcatio iusti assidua. Et ps 33.Clamauerunt iusti & dñs exaudiuit eos,facit. c. ipsi sacerdotes.1.q.1.

¶Si vero sunt peccatores certum est,ꝙ qñ exaudiuntur in suis oratiōibus. Hoc vertitur in eorum damnationē, & malum,Augu.in quodam sermone.Deus quedam negat propitius, quæ concedit iratus. Et Apostolus ad Ro.1.Tradididit illos deus in desideria cordis eorum.Sed cōiter non exaudiuntur, Ioan.9.Scimus quia deus peccatores nō exaudit.Et Tren.3.Nos iniꝗ egimus:& te ad iracundiam ꝓuocauimus,iccirco,tu in exorabilis es Cris.super Matth.Qui orat,& peccat,non orat deū, sed deludit,& talis est similis militibus Pilati, qui Christo genua flectebant, & alapas ei dabant, Tales sunt vsurarii, blasphemi, lusores, meretrices,mulieres vanæ.Vnde Prouer.1. Vocaui & renuistis,&c.

SECVNDA pars erit, de alio impedimēto, quo orando quis nō exauditur, & est ex parte ipsius orationis.i.qñ aliquod iniustum petitur. vnde.s.Bona.in.3.di.17.di. quod in qualibet oratiōe, duo sunt consideranda.s. materia quæ respicit desiderium petentis, & forma quæ respicit discretionem proponentis, quādo .s.ille qui orat voluntati diuinæ committit omnia,vt faciebat christus quando dicebat & orabat ad patrem. Pater si possibile est transeat a me calix iste, &c. sed fiat volūtas tua.Debemus ergo petere. Iusta,& honesta, si volumus exaudiri, & ideo quādo facimus oppositnm non exaudimur. Dicit autem Rica.in.4.di.15.& Alex.in 4 parte.5.q.88.Quod ad hoc ꝙ oratio sit exaudibilis,inter alias conditiōnes,requiritur ꝙ sit iusta.i. ꝙ ad salutem pertinentia petat. Ratio posset assignari. Quum enim volūtas diuina sit regulatissima in omnibus operib⁹ suis. Immo est sic simpliciter, Prima regula omniū actuum humanorum, vt etiā non posset regulari ab intellectu suo in his q̄ fiunt ad extra. patet

ſalute finali illi⁹ qui orat, ſed nec de exauditione illius orationis, quā nunc offert. Non enim ſequit̃, Deus reuelat Petro, Ioānem nunc petere per merita Petri. ergo reuelatur Petro Ioannem ſaluandum, vel non ſaluandum. Nec etiā ſequitur. ergo ſibi reuelat̃ Ioānem exaudiendū, vel non exaudiendum in iſta petitione. Tamē eſto ꝙ ſibi reuelaretur iſtum exaudiendum, vel non exaudiendum in iſta petitione, non ſequitur ergo fruſtra orat, quia ſicut deus vult illū ſaluare, & exaudire, ita vult per determinata media, vt pote, per orationem talis beati ipſum conſequi, ſi autem reueletur Petro determinate ꝙ de⁹ vellet illā orationē exaudire, Petrus non eſſet ibi mediator in orando. Si vero non reuelet̃ ꝙ velit, nec ꝙ nolit, Petrus orat expectans, vt orationem ſuam conſequatur determinata reuelatio exauditionis, vel ſaltem determinatus effectus exauditionis, q̃tum ad ipſum petentem, hæc Scot.

¶Ex hijs elicio aliqua correlaria.

¶Primū ꝙ qn̄ ſancti pro nobis orant, omnia merita ſua offerunt ipſi deo, vt illis mediantibus velit exaudire. Et teneo firmiter, quod quando ſic offert̃, ꝙ deus ſemper exaudit, vel dando eis bona quæ petunt, vel ſeruando vt det poſtea maiora tempore quo diſpoſuit. Ratio qa ſicut ipſi beati ſunt conformes voluntati diuinæ, vt in nullo a ſua volūtate diſcrepēt, ita veriſil̃ę ē, vt diuina volūtas ipſos nō cōtriſtet, ideo in omni quod deſiderant libenter exaudit.

¶Secundum correlarium eſt. Quanto ſanctus habet maiorem charitatem, tanto maiori deſiderio, & efficaciori volitiōe, merita quę habet, pro nobis orans ipſi deo offert. Dico vltra, ꝙ ex quo ſunt perfecti in charitate, tantum volunt, quantum charitas inclinat, & qn̄ offerunt nūquā fruſtrātur de eo qđ petūt, & hoc ex pacto diuinæ voluntatis.

¶Tertium correlarium, ꝙ debemus recurrere ad dominū Ieſum chriſtum, & ad beatiſsimā matrē eius, quorū merita excedunt omnia merita ſanctorum, & angelorum, & credo ꝙ quādo orant pro nobis ſemper exaudiantur, niſi ponamus obicem. Diliguntur enim a diuina volūtate, ſuper omnem creaturā, & ſunt mediatores inter nos, & deum, il

le.Ioan.2.aduocatũ habemus &c.Et Act.19.Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent vsque ibi per nomen eius.

¶Si autẽ ille qui orat est viator,& iustus, & petit iusta, & iuste, de lege cõmuni exauditur,nisi sit obex ex parte illi⁹ pro quo oratur.Iaco.5.Multũ valet depcatio iusti assidua. Et ps 33.Clamauerunt iusti & dñs exaudiuit eos,facit. c. ipsi sacerdotes.1.q.1.

¶Si vero sunt peccatores certum est,ꝙ qñ exaudiuntur in suis oratiõibus. Hoc vertitur in eorum damnationẽ, & malum,Augu.in quodam sermone.Deus quedam negat propitius, quæ concedit iratus. Et Apostolus ad Ro.1.Tradididit illos deus in desideria cordis eorum.Sed cõiter non exaudiuntur, Ioan.9.Scimus quia deus peccatores nõ exaudit.Et Tren.3.Nos iniq̃ egimus:& te ad iracundiam ꝓuocauimus,icc irco,tu in exorabilis es Cris.super Matth.Qui orat,& peccat,non orat deũ, sed deludit,& talis est similis militibus Pilati, qui Christo genua flectebant, & alapas ei dabant, Tales sunt vsurarii, blasphemi, lusores, meretrices,mulieres vanæ.Vnde Prouer.1. Vocaui & renuistis,&c.

SECVNDA pars erit, de alio impedimẽto, quo orando quis nõ exauditur, & est ex parte ipsius orationis.i.qñ aliquod iniustum petitur. vnde.s.Bona.in.3.di.17.di. quod in qualibet oratiõe, duo sunt consideranda.s. materia quæ respicit desiderium petentis, & forma quæ respicit discretionem proponentis, quãdo .s.ille qui orat voluntati diuinæ committit omnia,vt faciebat christus quando dicebat & orabat ad patrem. Pater si possibile est transeat a me, calix iste, &c. sed fiat volũtas tua.Debemus ergo petere. Iusta,& honesta, si volumus exaudiri, & ideo quãdo facimus oppositnm non exaudimur. Dicit autem Rica.in.4.di.15.& Alex.in 4 parte.5 q.88.Quod ad hoc ꝙ oratio sit exaudibilis,inter alias conditiões,requiritur ꝙ sit iusta.i. ꝙ ad salutem pertinentia petat. Ratio posset assignari. Quum enim volũtas diuina sit regulatissima in omnibus operib⁹ suis. Immo est sic simpliciter, Prima regula omniũ actuum humanorum, vt etiã non posset regulari ab intellectu suo in his q̃ fiunt ad extra. patet

a Sco. in prolo. q. vlt. in. I. d. 39. Ipsa non vult exaudire nisi respectu eorũ, q̃ ad nostrã pertinẽt salutẽ, nã ad nullũ aliũ finem creauit nos deus, nisi ad beatitudinẽ, ꝓ qua consequẽda dedit nobis, oĩa media, patet p Sco. in. I. d. 46. & nihil dimisit facere ꝓ nobis, vt talẽ finẽ cõsequamur. Ideo qñ ipse videt ꝙ nos ita parũ curamus de nr̃a salute, & petimus multotiẽs ea q̃ non solũ ad eã pertinent, sed etiam sunt contraria. Et cum ipse de hoc tãtam sollicitudinem nouerit, certe non solum non vult exaudire. Immo magis ad iram contra nos concitatur, & si aliqñ deus exaudit talem dando sibi diuitias, sanitatẽ, filios, bona temporalia, & huiusmodi, quę maxime sunt sibi occasio delinquendi, certe facit vel vt ipse per talia bona temporalia, ad sui amorẽ alliciat, vel in remunerationem aliquorũ bonorum, quæ fiunt in peccato mortali, vel in signũ vltimæ reprobationis, sicut medicus qui desperans de sanitate infirmi, concedit sibi quicq̃d petit. O diuites o vos omnes quibus omnia in hoc mũdo ad vota succedunt, videte, cauete, ne medicus gloriosus ď vestra diffidat salute, lega questa parola al core. nec credas te esse gratum deo, ꝓpter hoc, ꝙ dedit tibi ista: sed potius time ne cõtrarium sit. Nam quos diligit deus tribulat in hoc mũdo, nec eos permittit ire, p ost desideria cordis eorum, nec omnia quæ petunt eis largitur, sicut malos quandoq; ad damnationem exaudit. Sicut Augu. ait.

¶ Exanditur diabolus petens Iob ad tentandũ, & non exauditur, Apostolus, petẽs stimulum carnis amouẽdum, exaudiuit deus quem disposuerat dãnare, & non exaudiuit quẽ voluerat saluare. Nam & æger petit vinum a medico, & non dat. Medicus autem nõ exaudit ad voluntatẽ, vt exaudiat ad salutem, hęc ille. Nota tu q̃ petis a deo filios, diuitias, & huiusmodi, ⁊ exaudiris, ne ad damnationem tuam deus te exaudiat. Hoc dicit Aug. vbi supra, Practica & dic exemplũ Petronillæ, Vale. Maxi. lib. 7. c. 2. ait Socrates humanæ sapiẽtiæ quasi quoddam terrestrę oraculum, nihil vltra petendum a dijs immortalibus arbitrabat, q̃ vt bona tribuerẽt, quia ij dęmũ scirent, quid vnicuiq; esset vtile, nos autẽ plerunq; id votis exposcimus, q̃d non impetrasse melius foret.

etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, In quem late patentem errorem cœcas precationes tuas spargis, diuitias appetis. quæ multis exitio fuerũt, honores cõcupiscis quibus q̃ plures perdiderunt regna, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur, splendidis coniugijs iniicis manus. At hæc vt aliqñ illustrant, & nonnunq̃ funditus domos euertũt, desine igitur stulte futuris malorum tuorum causis: quasi fœlicissimis rebus inhiare, teq̃ totum cœlestium arbitrio cõmitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere possunt aptissime, ille.

¶Tertium impedimẽtum est ex parte illius, ꝓ quo oratur. fiunt enim qñq̃ orationes ꝓ his qui non merentur beneficia dei. Si enim petitur gratia gra. fa. non meretur exaudiri, quia de lege cõmuni non datur habenti obicem peccati mortalis, licet enim gratia, & peccatum non opponantur aliquo genere oppositionis, ẜm Scot. in. 2. di. 28. Tamen de lege cõmuni mutuo se expellunt ẜm Sco. vbi supra. Si etiã petunt bona tpalia, vel eorũ cõseruatio, vel a malis ꝓseruatio nõ meretur exaudiri, quia mala inferunt ꝓp peccata, ⁊ diuina iustitia non patitur, aliquo modo vt malũ aliquod remaneat impunitũ, quia nõ potest esse in vniuerso dedecus peccati, sine decore iustitiæ. Hæc Sco. in. 4. dist. 14. Dñs ipsi Hiere. de populo iudaico pessimo & obstinato, ait. Tu noli orare pro populo hoc, nec assumes ꝓ eo laudem, q͞a non exaudiam te. Hiere. 15. Si steterint Moyses, ⁊ Samuel, coram me, nõ est anima mea ad populum istum. Iob. 42. Seru⁹ meus orabit pro vobis, faciã vt eius suscipiam vota.

CIRCA tertiam partẽ. Nota breuiter. Q͞d si vis, vt oratio tua exaudiaĩ oportet vt ista ĩpedimẽta remoueas.

¶Primo q̇ non sis remotus a deo, sed propinquus, vt possis audiri, licet enim non possumus locali distantia a deo elõgari, vt patet in Sermone de vene. sacra. elongamur, tamen per peccata. vnde qui est in peccato mortali, magis elõgatur a deo q̃ celum a terra, ⁊ ideo nõ audit orationẽ deus. Nam adolescens qui abijt in regionem longinquam. i. vsq̃ ad contemptum dei. Dicit gl. Nunq̃ exauditus est, sed postq̃

ab illa recessit, & appropinquauit patri exauditus est. Vnde Isi. li. 3. de summo bono. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare aliquid valeat. Si adhuc quisque mala committit, aut si delinquenti sibi debitum non dimittit, ille.

¶ Secundo oportet vt nó taceas, sed vt clames voce grandi, vnde si prima vice nó exaudiris, clama voce maiori, & sic semp altius clama donec exaudiaris. Vnde. s. Grisogonus Anastasiæ ait. Deus enim ad hoc, beneficium suum extremitatibus protrahit, vt nó sit nobis vile quod prestat hæc ille.

¶ Tertio, oportet vt non sis raucus. i. sine deuotióe, & feruore. Isid. Quid prodest strepitus labiorū? vbi cor est mutum. i. sine deuotione, & feruore, Pete ergo efficaciter, si vis exaudiri, alias non.

¶ Quarto oportet, vt non habeas os plenum fœtore, sicut sepulchrum. ps. 5. Sepulchrū patēs est guttur eorum. l. s. d. ageb. Iudica illos deus. i. q nó sit plenum blasphemiis, maledictionibus, murmurationibus, infamiis, periuriis, adulationibus, verbis inhonestis, imprecationibus, mendaciis, duplicitatibus, &c.

¶ Quinto ne vox tua impediatur, per clamorē alterius vocis maioris. Hor qui firma ma vn poco il passo quia bonum est. Nota q quatuor voces inueniuntur, & clamores, quæ occupāt aures dñi sabbaoth, ita q nō audit orationes, & deprecationes nostras. Prima Gen̄. 18. Clamor Sodomorum & Gomorreorū multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. O patres creditis q de huiusmodi clamoribus vadant ante deum? maxime in partibus Italiæ. O ciuitas. N. quot voces, quot clamores exeunt de te quotidie, de tuis domib⁹, apothecis, casallinis, ecclesiis sacristiis, campanilibus, ortis, fossis, stabulis de omni angulo, & ascendunt vsque ad aures dñi dei. Cogito certe q nisi essent ille manus plenæ sanguine, pedes cruentati, latus translaceatum dñi mei Iesu, & etiā illud sacratissimū pectus, & mammę dulcissimę, & gloriosissimæ reginę cœlorum, quæ interpellat pro nobis, maxime pro te o ciuitas. N. deum, & totā cœlestem curiam, iā esses submersa. O nephandissime sodomita, & tu giotto de forca, che sei deuētato vna meretrice, & tu porca caual.

ca cauallo del diauolo, che volti le spalle al tuo marito,⁊ che simili atti fai, con alcuno giottocello, che per alchuno munusculo, cōmitti tanto nephandissimo peccato, cōsentis operi tam turpissimo, pro ficu. Retulit mihi quidam iuuenis, dū esset paruulus, quædā mulier aggrediebatur eū. bis ter, ⁊ quater. actu sodomitico in dies, crede mihi ꝙ peccata vestra ascēdunt, vsq; ad sedem magni dei, & clamant cōtra vos, & scis quid? O grāde, & iusto Dio, iustitia, iustitia, vēdetta, vendetta, foco foco, contra istos abhominabiles, & sulphureos sodomitas. Sacra scriptura hoc dicit. s. clamor sodomorū, qui non permittit exaudiri orationes vestras.

¶ Secunda vox est, Gen. 4. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra. O crudelissime homicida, no ueris ꝙ sanguis quem effudisti, emittit voces ad cœlū contra te, & nunꝗ cessat vindictā petere, & maxime si occidisti eum stātem in mortali, quia quando effudisti eius sanguinem, tui occasione anima illa est damnata, Pensa anima perduta, quāte cose ha facto Iddio, per dare vita ad quella creatura, & multo piu per saluare qlla anima, & tu hō sanguinum, vno ictu, vtrunq; occidisti. Et ideo conqueritꝰ illa anima, vociferatur cōtra te. Quid dicam de mulieribus? creditis ꝙ ipse faciant homicidia? O dira quella, Dio me ne guarda, ⁊ ego ostendam tibi ꝙ mulieres quandoq; sunt homicidæ. Dic mihi accepisti ne vnꝗ aliquem potū, vel aliquod aliud, vt faceres aborsum? Or quę pars est? certe homicidiū est. O quante ne sonno de queste, che per non essere suergognate, o loro, o alcuna lor parente, fanno questo peccato. O spietata fœmina. O fera crudelissima, come te cōporta il core, ad cōmettere tāta crudelta, come te basta lanimo ad occidere il proprio tuo figliuolo? Non pensi meschina il danno che fai ad quella creatura? che la priui della præsente vita, ⁊ la mandi allo lymbo obscuro, ⁊ tenebroso, doue non vedera mai la faccia d'Iddio. Or sappi, che qlla anima sempre crida, vendetta a Dio, contra de te. Sed quid dicā de illis, quæ crudeliori modo, occidunt filios paruulos, quia ꝑpriis manibus suffocant eos, & ad minus prius baptizarent eos. O

iudicium dei, ⁊ quomodo nō cito venis super huiusmodi crudelissimas fœminas. O terra, cur non aperis te ad deglutiēdum eas. O ignis quare nō descendis de cœlo ad cremandum eas, scias maledicta fœmina, ꝙ iste sanguis, ista anima emittet voces ante tribunal Christi. O deus vindica illam maledictam fœminam: q̄ me occidit, saltem me baptizasset. Scias o infœlicissima omnium fœminarū, ꝙ secundū leges debes grauius puniri, q̄ simpliciter homicida, de pe. dis.1. para. aut facta. Et de his q filios occiderunt ca. veniens. Nam debes primo virgis cedi, deinde in sacco corij consuto, cum cane & gallo, & vipera, & simia; & sic in mare iactari, vel in flumine, ⁊ omniū elementorū vsu carere debes, & si non sit ibi mare, & flumē, debes subiici bestiis. Cauete matres quæ tenetis filios tenellos in lecto, quia estis excommunicatæ, frustra igitur tales orant, nec alij pro ipsis. Nam est tam magnus clamor sanguinis paruulorum ab eis occisorum, ꝙ occupat aures summi dei & non potest earū preces audirę.

¶ Tertia vox, est merces operariorum. O ciues qui nō vultis soluere rusticis, famulis, seruis, qui vobis seruiūt, sciatis ꝙ isti labores, sudores, clamant cōtra vos apud deum. Hoc habetur Ia.5.c. Ecce merces operariorum qui messuerunt messiones vestras, quæ fraudata est a vobis clamat, ⁊ clamor eorum in aures domini Sabbaoth introiuit. O tu q tenes seruos, & ancillas sicut canes, nunq̄ dimittis eos quiescere, nec dieb⁹ festiuis, nec aliquo alio tempore, postea tenes salarium eorum, Leui.19. Non morabit̄ opus mercennarii tui vsq; mane.

¶ Quarta vox est personarū miserabilium Exo.3. Clamor filiorum israel ⁊c. O viri crudelissimi qui viduas, pupillos, orphanos, opprimitis, aggrauatis, & violētatis, omnia bona mobilia, & stabilia rapiendo, isti emittunt suspiria, gemitus, lachrymas, & aliter se iuuare non possunt. Sciatis ꝙ illæ lachrymę ascendunt vsq; ad cœlum, in conspectu diuinę maiestatis, Eccle.33. Lachrymæ viduæ descendūt per maxillam, & exclamatio eius super deducentem eam, a maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlum, & dn̄s exauditor non delectabitur in illis ve, ve, ve, igitur opprimentibus illas, quia

iudicium dei veniet ſuper illos, idcirco non ſunt exauditi, nec alij pro ipſis orãtes, quia tales, & multo plures voces clamant quotidie ad deũ, vt vindictam faciat de ſodomiis, luxuriis, fornicationib⁹, adulterijs, ſacrilegijs, ſtupris, beſtialitatibus, mollicijs &c. Practica per ſingula peccata capitalia, &c.

FINIS.

## FERIA QVARTA POST tertiam dominicam in quadrageſima.

## DE VEXATIONE BOnorum, & proſperitate malorum.

POPVLus hic labiis me honorat, cor autẽ eorũ longe eſt à me, Mat. 15. Licet mortales omnes pro indubitato habeãt, inſcrutabilia eẽ, ac profunda iudicia dei, & vias eius (iuxta apoſtolum) inueſtigabiles, eorum tamen ceca temeritas, more niſticoracis, infinitæ ſapientiæ conatur radios intueri, ita quod neceſſe eſt, vt ſcrutator maieſtatis diuinę opprimatur a gloria, & cum legant, ꝙ diluuij tempore, omne humanum genus ſubmerſum ſit & cum illo quoq; pueri, & infantes. Hoc idem in ſubmerſione Sodomæ, & quinq; ciuitatum. Quum item legãt euãgelium ꝙ in diebus Heliæ ꝓpter peccata hominum ſterilitas, & ſiccitas fuerit in terra annis tribus. Et breuiter quũ multa ſimilia legãt & audiãt. Quare deus bonos ipſum timentes, & innocentes, ꝓpter aliorum peccata ſic puniat: temere ſciſcitantur. Nos igitur pro eorum ſatisfactione, non alta & ꝓfunda Dei iudicia ſentientes, & ſapiẽtes, ſed humilibus ſcientijs conſentientes, quicquid ab eis diuino nutu nobis relictum eſt, breuiter in hoc ſermone recitabimus. Quod ergo deus ſapientiſsimæ permittat bonos tribulari, triplici ratione declarat.

¶Ordinationis.
¶Decorationis.
¶Aſsimilationis.

¶Quę quidem tres rationes, erunt tres primæ partes, intentum approbantes. Sed antequã veniamus ad declarationẽ primæ partis, ſup. duo.

Primo ꝙ diuina permissio est tantum duplex, vel malorum vel bonorũ, ſm Theolo. maxime Sco. in. 1. di. 47. In hoc. n. permissio, ſm Theol. dicitur ab impletione, quia cum ambæ ſint de præſenti, impletio tñ eſt de bono: permiſsio de malo. Elicit a Scot. vbi ſupra. Quod ad permiſsionem proprie dictam, tria requirũtur, primũ ꝙ permiſſum ſit malũ, vel male fiat, ſm ꝙ ſciatur, qa illud permitto, ꝙ ſcio ab alio male fieri, & diſplicet. Tertiũ quod nó velim prohibere, licet poſsim, & ſic ſm ipſum pmiſsio diuina nihil aliud eſt, niſi velle ipſiꝰ remiſſum. Quũ enim velle, & nolle, ſint idem actus voluntatis diuinæ. poſſet dici, ſm vnam opinionem quod permiſsio diuina eſt. nolitio dei remiſſa, reſpectu illorũ obiectorũ, q̃ ita nollet, tñ nollet ꝓhibere, exẽplũ. Deus nó vellet aliqđ mal um pœne eẽ in vniuerſo, nec culpæ. tamen nolitio illa dicitur remiſſa, quia non prohibet mala illa, Illud ergo non prohibere eſt permittere. Hæc Scotus vbi ſupra in ſententia. Secundo ſup. Quod diuina permiſſio nó eſt cauſa malorum, de malo culpæ. patet quia Augusti. arguit ſic. Peccatum aut eſt ex nihilo, aut a deo, aut a peccante. ſ. homine, vel angelo, nõ ex nihilo, qa nihil nullius eſt cauſa, non a deo, quia ipſe ſolus eſt bonorum cauſa, igitur eſt a peccante. Non quidem effectiue, ſed defectiue, ſed inſurgit dubium, quia illud eſt cauſa alicuius. quo poſito ponitur, quo remoto remouetur. Si igitur nulla exiſtẽte diuina permiſsione, mala non fiunt, ⁊ poſita fiunt, ergo eſt cauſa eorum, ſicut nauta, qui per ſuam pręſentiam ẽ cauſa ſalutis nauis: per abſentiam vero eſt cauſa periclitationis, & quod dico de malo culpę, dico etiam de malo pœnę, reſpondetur. Quod illa regula tũc habet veritatem, qñ vno poſito neceſſario, ponit aliud, ſicut patet in cauſis neceſſariis, non alio modo, patet a ſimili, licet enim voluntas nó velit, niſi primo actus intellectus ꝑcedat. non tamẽ intellectus eſt cauſa volitionis, ſic in propoſito, nó eſt neceſſe data diuina permiſsiõe, mala fieri: ſolum nempe reqritur, ꝙ deus dimittat res ſuas ꝓprias agere operationes, ſecũdum Auguſt. 7. de ciui. dei ca. 30. His ſuppoſitis, probo intẽtũ, ꝙ deus permittat bonos tribulari.

¶ Primo; ratione ordinationis. Ordinat enim tribulationes illas ad duplicem finē. s. ad honorem suum, & ad bonum, & vtilitatem creaturæ. Primum declaro sic. Ex quo enim ipse de⁹ gloriosus creauit te, dando tibi esse tam nobile, ex sua mera liberalitate, ad imaginem, & similitudinē suam, & ipsum continue conseruat, in quolibet pūcto creādo, cùm creare, & cōseruare, sint simpliciter idem ꝑm rem, licet ratione differant, scdm Sco. In 2. d. 1. q. 5. Credis ne qꝛ te tribulari permittit, ꝙ te nō diligat? Certe non, vt Grego. 26. Moral. ait. Et ꝙ faciat hoc ex amore, ordinando ad debitum finem. Probo sic. Nam oē agens propter finem agit ex amore finis; Patet, quia finis mouet efficiens vt amatus, & desiderat⁹ ab efficiēte, patet, 2. phisi. & Sco. in 1. di. 2. q. 1. Sed primum agēs quidquid agit, agit propter vltimum finem, qui est ipse deus gloriosus. ergo agit ꝑpter finē. i. seipsum deum, quē summe diligit: sed agere aliquid propter finem amatum, & desideratum, est ipsum effectum ordinare ad seipsum tanꝗ ad vltimum finem, & sic ordinando ipsum, ad debitum finē, est dare bonitatem illi effectui, & per cōsequēs ipsum agens ordinās, amat ipsum ordinatum. Hæc ratio elicitur a Sco. vbi supra. Dic mihi, si diligit effectū insensibilem eo, ꝙ ipsum ordinat ad seipsum, tanꝗ ad causam finalem tantum: non tñ attingibilem per operationē ipsius effectus insensibilis: qꝛ hoc solum ad rationalē creaturam pertinet. i. attingere finem vltimum per operationē intellectus, & volūtatis. Quo modo nō magis diligat rationalem creaturam, quā ad seipsum ordinat? non solum vt ad causam finalē quo modo ordinantur omnia insensibilia, sed ad seipsum vt ad finē vltimum, attingibilē per operationem intellectus, & volūtatis. Si ergo punit aliquem in hoc mundo, vel permittit tribulari, ad duplicē finē ordinat. s. Primo ad gloriā suā, quia in puniendo relucet diuina iustitia, quæ nō patitur, vt aliquod malum remaneat impunitum. Sicut infinita misericordia non patitur, vt bonum remaneat irremuneratū vt ait Augu. Nam honor regis iudicium diligit. ps. Esset. n. magnum dedecus, vt peccata remanerēt in vniuerso impunita. Non enim potest esse ali-

qua culpa in vniuerso, cui nõ correspondeat pęna ordinaria culpæ. Ordinat enim aduersitates istas primo, & principaliter ad hunc debitum finem, i. gloriam suam. Per Sco. in. 4. d. 14. q. 1. Et allegat Boet. 4. de conso. prosa. 4. Quod pena est ordinata qua culpæ.

¶Secundo, ordinat ad bonũ creaturæ, & hoc dupliciter, aut enim persona illa quæ tribulatur, meretur tribulationes illas, aut nõ, si sic, ergo iuste punitur, per rationem supradictam, & in parte sequenti &c. Si vero non, meretur: facit hoc, propter bonum suũ, & propter multas vtilitates, quas persona sic tribulata cõsequitur, si patienter tollerat quum non meruerit.

¶Primo ergo, homo iustus p tribulationem pręseruatur a multis peccatis, quum. n. homo nõ sit impeccabilis per naturam, per Sco. in. 2. dist. 23. immo; cũ natura humana pna sit ad malum omni tempore, c. Omnis ætas 12. q. 1. & 20. q. 3. Procliuus est cursus ad voluptates, & imitatrix natura vitiorum, & Lact. Nemo potest esse tam prudens, tam circũspectus, quin aliquando labatur. voluntas enim nostra nata est condelectari potentiis nostris sẽsitiuis, per Sco. in. 2. di. 14. Quapropter multoties relinquens regulam superiorem, sequitur appetitus sensitiuos, & sic peccat. Hinc est ꝙ misericors deus ne labatur in peccatum, permittit eum tribulari, vexari, & temptari, Exẽplũ refert Hiero. ad Ruff. de græco quodam adolescente, ꝙ quum tẽtationibus carnalibus resistere non posset. Abbas pręcepit monachis, vt eum vndiq; vexarent, & cessauit temptatio. Et Hiero. ad Eusto. in ca. si Pau. 32. q. 5. Si Paulus vas electionis &cę. Si post nuditatem, ieiunia, famẽ, carceres, flagella, ac supplicia in semetipso reuersus exclamauit, infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tu te putas in delitijs securum esse debere? Potes te dilatare in pluribus ruinis animarum, inhonestates, adulteria, & hęc similia veniunt propter prosperitates, exemplum de Magdalena.

¶Secundo, homo iustus propter tribulationes, fortificat in via dei. Nam virtus interior mentis, dum a suo contrario exterius prouocari se sentit, mox sopita cõsurgit, ita & cõtra pulsans vitiũ inualescit. Ait Arist. 2. Metha. Contrariũ

circunstans contrariū ipsum fortificat per antiparistasim, id est per resistētiam, & Sene. in lib. de pui. Macret sine aduersatiōe virtus, Iudith. 8. Pater noster Abraā temptatus est, sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes memores esse debent quo modo pater noster Abraam temptatus est, & per multas tribulationes probatus dei amicus effectus est, & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes trāsierunt fideles.

❡Tertio, conseruatur in gratia dei. Semper enim qui ē in aduersis viuit in timore, ⁊ auxilium dei obnixius q̄rit, Grego. in Homi. si enim propheta per tribulationem melius conseruari in dei gratia nesciret, nequaq̄ tanta instātia eā quæreret dicens. Proba me dn̄e. Et scito cor meum, in. m. &.c. semitas meas.

❡Quarto illuminatur, Greg. in Homi. Oculos quos culpa claudit, pena aperit. Et Augu. super Esai. Sola vexatio dabit auditui intellectum. Multos enim noui qui in prosperitatibus erāt sceleratissimi, postea vexati infirmitate, vel paupertate, & hmōi saluati sunt.

❡Quinto lętificatur. Nam ex tribulatione, sequitur in anima magna lętitia. Ad Colo. 1. Gaudeo in passionibus meis. p̄s. quoq̄. ₰m multitudinē dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Si enim talis iocunditas sequitur tribulationes in hac vita, quid erit in futura, in qua oēs iubilando cātabimus ₰m prophetam. Transiuimus per ignem, & aquā, & e.n.in. ref. p̄s. Qui seminant in lachrymis, in ex. metent. Ioā. 6. Amen Amen dico vobis q̄a plorabitis ⁊ flebitis &c. O iocūditas magna, O ineffabilis lætitia. Quis est ergo tam destitutus viribus, tā proximus morti, qui nobilē hanc medicinam tot virtutes afferētem a tam nobili medico recuset accipere? Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, &c.

❡Sexto, quia boni in tribulationibus sunt magis quieti, & securi, q̄ si essent in prosperitatibus, quæ amaritudinibus plenæ sunt, pleneq̄ periculis, & ad malum finem perducunt, Vale. lib. 6. cap. vlt. Narrat de Policrate Samiorum tyrāno, vsq̄ ibi cruci affixit. Ibidē narrat de Alcipiade di. Nāq̄ Alcipiades &c. Vide ibi.

SECVNDA pars principalis vocatur, Decorationis. Et declaro sic. Nam quanto artifex, producit effectum nobiliorem, & ipsum productũ valde decorat, & ammisso decore, quærit viam, & modum, ipsum in pristinum decorem, vel maiorem restituere: Tãto magis ipsum diligit, sed gloriosus deus produxit hominem, in tam nobili esse, & ipsum decorauit in baptismo, infundendo sibi supernaturalem fidem, spem, & charitatem, quę sunt dona nobilissima, quæ ipsam animã sic decorant, maxime charitas, vt reddat eam gratam deo, & dignam, vita æterna. per Sco. in .1. d. 17. Quo etiam decore per peccatum ammisso, & hoc de meritorie, per Sco. in. 4. di. 1. q. 1. Dat modũ, quo faciliter possimus, non solũ purgari, a tanta deformitate, sed etiam nouum decorẽ acquirere, ꝙ fit per pœnã voluntariæ assumptam, quæ est ordinatiua culpę, vt dictum ẽ supra, & quod melius est peccatori vt sit punitus: ꝙ nõ punitus, qa in primo, est aliqua bonitas, & correspondẽtia pœnę, ad culpã. In secundo, autem est tãtum culpa sine aliqua pœna, imo pœna voluntarię accepta, vel patienter tollerata, disponit de congruo ad gratiam delẽtem culpã, per Sco. in. 4. di. 14. q. 2. immo, Confert maiorem gratiam, ꝙ prius habuerit, Et hoc si cũ feruore acceptetur, vel gratanter tolleretur. Non tm̃ deletur culpa, & cõfertur gratia, etiam maior. Sed etiã ille actus, acceptãdi pœnam, vel ipsam tollerandi, est vere meritorius, non dico boni tẽporalis, sed boni infiniti, & vitæ æternæ, per Sco. in. 4. di. 22. Quũ ergo homo in hoc mundo, non possit trãsire sine culpa, vt dictum est supra. Ideo misericors deus permittit te aliqualiter vexari in hoc mũdo, ne puniat ĩ alia vita. Ideo gratanter acceptare deberes omnes pœnas, & tormenta ꝑsentis vitæ, vt anima tua his patienter tolleratis, æternas possit pœnas euadere. Hinc maxima spes salutis oritur in anima, vnde sapien. 3. Et si coram hominibus tormẽta passi sunt, &c. dic totam.

¶ Alia ratio, vocatur Assimilationis, vult enim benignus Iesus, vt qui persecutiones, & tribulationes patiũtur, quia multum eos diligit, sint ei similes in hoc mũdo, & in aliqs

Scimus enim ꝙ similatio est causa amoris, ſm Arist. & Sco. In.3.dist.4. vt enim habeat oc casiones, nos magis, ac magis diligendi, voluit nos similes sibi eē, vt cum ipse amore no stri maiores pertulerit passio nes, & vexatiões, &c. q̃ vnq̃ ali quis passus sit, immo quã to tum genus humanum simul, sequitur quod qui magis ve xatur, magis ei assimilatur, & per consequens magis ab eo diligatur.

¶ Præterea cum Christus sit caput nostrum, qa vt inquit Sco. in.3.d.13. Secundum leges a diuina sapiētia pręfixas, nõ est nisi vnum caput in eccle sia, a quo sit influentia gratia rum, in membris, & est Chri stus. Apostolus ad Roma. 12. Caput nostrum Christus est. Melius est tribulationes pati, q̃ in prosperitatibus viuere, nam membra debent capiti suo correspõdere. Non enim inquit Bern. debent membra esse delicata sub capite spino so. Et Aug. Nullus seruus chri sti sine tribulatione est, Si pu tas te non habere tribulatio nes, nondum cœpisti esse chri stianus. Et primæ Pe.2. In hoc enim vocati estis. quia & chri stus passus est pro nobis. vo bis relinquens exemplũ. &cę. Quis ergo tribulationes nõ dũ patienter sustineat, vt chri sto capiti assimiletur, & ab eo diligatur? immo magis ipsas gratanter accipiat, immo cu piat, immo quęrat. Quis enim thesaurus in hoc mundo prę ciosior est isto? vt fiat similis dei filio, & ab eo diligatur? sed heu, quia mundus eum nõ cõ gnouit. Et nota mirabile ver bum, per tribulationes non solum christo similes sumus, sed dilectissimæ matri suæ. q̃ in hoc mundo, supra modum vexata fuit. O igitur anima di lecta, sponsa Christi. Si fueris in hoc mũdo inter angustias, aspice caput tuum. Aspice ma trem eius. Si pauper es, & ipsi in extrema necessitate, & pau pertate, si dolorem sentis, & ipsi vltra quã dici põt, si pas siones, & infamias. & ipsi. &c. Si filios non habes, aspice matrem eius ad secum portã dum crucem, quã pro te, ipsi portauerunt. Et scias pro cer to, ꝙ nihil eis gratius sit, q̃ cũ eis. In tot aduersis compatia mur, & eorum amore similia gratanter amplectamur. Ha bes hic materiam practican di. Cæterũ vt assimilemur fi lio dei, in glia; ipse redeptor noster in humanitate assum pta, & tolleratis tribulationi

bus, cōstitutus est iudex viuorum, & mortuorum, & heres vitæ, & non quidem per adoptionem, sed quū sit vere dei filius naturalis. cōpetit ei de iure, patet per Sco. in. 3. dis. 10. Igitur per tribulationes efficimur ei similes in gloria, & coheredes in regno cœlorū. Tunc enim iam nō dicet, nos suos, sed amicos, coheredes, & fratres, ad Ro. 8. Coheredes sumus Christi, si tamen compatiamur, & simul glorificemur. Vnde Ber. si inqt. Oportuit multa pati Christū, & ita intrare in gloriam suā. Quid nos oportet pati, vt intrem⁹ in gloriam alienam? Hæc ille. O igitur felices illi, & beati q persequutiones patiūtur. p. iusti. q: ip. est re. c. Vnde Apoca. 7. Hij sunt qui venerūt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, in sanguine agni. Ideo omnes sācti magna tormenta passi sunt, dimittātur omnia exēpla. sed solum speculū illud aspiciamus in cruce positum. Hic practica tuo modo.

IN ista vltima parte videndū ē, quare gloriosus, & iustissim⁹ deus permittat malos prosperari in hoc mundo. Hoc tripliciter declarabimus, videlicet.

¶ Rationibus.

¶ Auctoritatibus.

¶ Exemplis.

¶ Anteq̄ veniamus ad rationes supponēda sunt duo. Primum. Vnde hanc motiuā causam habet qō? Posterius quæ præsumptio est ista quærere? Tamen pro satisfactione, assignabuntur persuasiones. De primo enim quod multi sancti videntes malos, & peruersos in hoc mundo prosperari, & iustos, ⁊ bonos deprimi, quasi conquerentes, & lamentantes, de deo querunt. quare hoc, ipse permittat. Secunda suppositio ē ista, ꝙ de hiis quæ fiunt a volūtate diuina, aut faciente, aut permittēte, nō est querenda aliqua ratio. Hæc suppositio hēt duas partes. Prima ē, quod omnia quæ fiunt in mundo: Aut fiūt deo efficiente, aut permittēte. Patet, ex quo enim est omnium causa a q̄ omnis secunda causa in agendo depēdet, hoc patet per Philoso. & Theo. immo secundum Sco. in. 1. di. 2. q. 7. quod posset esse causa omnium immediate, nulla alia cōcurrente. Si ergo aliquis effectus sit in mundo, est principaliter a deo. immo pri⁹ & no

biliori modo concurrit ad illum, quam causa secunda.

¶Praeterea in essentialiter ordinatis quicquid est causa causae, est causa causati, in eodem ordine causandi. Dicit enim Sco. in .1. d. 2. q. 1. Quod in causis essentialiter ordinatis puta. Quando tres causae ordinantur essentialiter ad productionem alicuius effectus. sicut deus. sol. & homo. 2. Phisi. concurrunt ad productionem hominis. Istae causae sic se habent, quod secunda non agit nisi in virtute primae, & per consequens prima magis agit. & agente secunda omnes superiores de necessitate agunt, & sic impossibile est aliquid positiuum fieri in mundo non concurrente principaliter ipso deo, vt causa prima, & quantum ad tribulationem bonorum, & prosperitatem malorum, concurrit, vt prima causa saltem permissiua. Permittit enim deus multoties bonos tribulari, propter bonum finem.

¶Alia pars suppositionis est, quod in his non est quaerenda aliqua ratio, pro cuius declaratione, pono tria dicta. Primum quod in omni ordine deueniendum est ad vnum principaliter primum, vt in ordine efficientium ad vnum primum efficiens, in ordine finium, ad vnum finitiuum. Patet per Sco. in 1. di. 2. Similiter in ordine rectitudinum, deueniendum est ad vnum simpliciter rectum, a cuius rectitudine dependet quicquid est rectum. Secundum dictum voluntas diuina respectu eorum quae fiunt ad extra, est simpliciter prima rectitudo. et simpliciter regula omnis rectitudinis, ita quod nihil potest dici iustum, vel ordinatum, nisi inquantum est conforme illi primae regulae. Per Sco. in .1. d. 44. immo plus dico, quod voluntas diuina est de se, sic rectitudo, & regula omnium actuum, quod in regulando ea, quae fiunt ad extra a nullo dependet, nec ab intellectu diuino, per Sco. in q. vlti. prolo. Tota enim ratio omnium contingentium est ipsa voluntas diuina. per Sco. Et per consequens intellectus diuinus nullum contingens cognoscit, ante determinationem diuinae voluntatis, & per consequens nihil de ipso contingenti dictat voluntati diuinae. Si dicatur. Quod voluntas, nihil potest determinare esse, vel non esse, nisi praecognoscatur ab intellectu, quia voluntas non fertur nisi in praecognitum. secundum Augusti. Respondeo & dico secundum Sco. in 1. di. 39.

Quod hoc verum est, quo ad terminos propositionis contingentis, si intellectus prius non cognosceret gloriam, & Petrũ, nunquam voluntas posset determinare, velle dare gloriam Petro. quo aũt ad propositiones, nõ præsupponit intellectum. Ex his autẽ pono tertium dictum, quod in voluntate diuina non est quærenda aliqua ratio, quare sic, vel sic faciat, aut pmittat, vt dicit Sco. in.1.di.8.q.vlt. Exemplum habemus in naturalibus, si enim quæratur, Quare ignis calet? quia habet calorem, & quare calor calefacit? qa calor. Hæc enim est immediata calor calet. scdm Scot.in.1.dist.2. & non potest alia ratio assignari. Similiter si quæratur, quare homo ẽ risibilis? quia animal rationale. sed si quæratur, quare animal rationale est risibile? Respondetur quòd status est ad propositionem per se notam. Et immediatã, cuiusmodi est ista. Scdm Sco.in.1.d.2.q.2. Ad propositum si quærat, quare volũtas diuina voluit hoc? Dico quod nõ potest aliqua ratio assignari, quia volũtas diuina nullam habet voluntatem superiorem, quę posset pro ratione assignari, ideo Sco. dicit in.1.d.8.q.1. Quod indisciplinati est, quærere omniũ causas. & demõstratiões, maxime vbi nõ est aliqua demõstratio. Allegat etiam Arist. 4. Meta.t.c.9. Et.1. Eth.c.10. principij non est principiũ. Et causæ non est causa. his ergo suppositis, declarãdũ est, aliqualiter, licet non a priori, sed secundum quasdam congruentias, vt colligi possunt ex dictis sanctorum, qualiter deus permittens malos prosperari in hoc mundo, iustissimæ facit, quod quidem nouem persuasionibus declaro. Primæ erunt pro malis. Secundæ pro peioribus, tertiæ pro pessimis. Tres primæ sunt.

¶Astractionis.

¶Satisfactionis.

¶Exemplificationis.

¶Et primo dico, quod voluntas diuina, & bonitas eius, quæ omnes cupit saluari, per talia bona peccatores attrahit, & per multas gratias allicit eos ad se, licet non indigeat operibus nostris, quia deus gloriosus est beatissimus in essentia sua, intellectus nanque, & volũtas diuina sunt duę perfectiones essentiales, quibus pater, & filius, & spiritus sanctus beatificantur in essentia sua, per Sco.in.1.di.1.q.vlt. Tamen misericordia sua infinita, nunquam

finit peccatores beneficiis at trahere, Nec tamen ꝓpter hoc reproborũ lapidea corda, beneficium cognoſcunt, beſtiis deteriora, Iſai.1. Audite cœli, auribus percipe terra, &c.

¶ Scd̃a ratio dr̃ ſatisfactiõis. Quum enim ſecundum Aug. nullum bonum ſit irremuneratum, voluit deus pro ſatiſfactione quorundam bonorum, quę reprobi operantur, eos remunerare. Nam pro q̄buſdã elemoſynis, dat eis tẽporalia, pro ieiuniis, abſtinentiis, peregrinatiõibus, dat eis ſanitatem, vitam lõgã, filios, & huiuſmodi. Et qui dicunt tales eſſe beatos, aduertãt, ꝙ hii iam receperũt mercedem ſuam. Matth.6. Mar.20. Tolle ꝙ tuum eſt, & vade. Sed quo vadit? ad æternam damnationẽ, ad diaboli ſocietatem diſcurre. Exemplum habemus de illo ſancto patre, qui vidit diuitem mortuum ſic honorari, heremitam vero a lupis deuorari, exemplum etiam vide illius puellæ, de ſuo patre bono, ⁊ de ſua matre vitiis dedita recordare, & practica ⁊c.

¶ Tertia ratio dicitur exemplificationis, vt videlicet det nobis exemplum, de dilectione inimicorum, Matth.5. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. O bonitas dei magna, O benignitas inenarrabilis, quotidie blaſphemat, maledicitur, irritatur, offenditur, per ſuperbiã, ambitionem, & ypocriſim &c. A presbyteris, per voluptates, laſciuias, &c. practica, & tamẽ nõ ſolum non denegat eis bona ſua, ſed etiam abundãtius tribuit. Ad Ro.2. An diuitias bonitatis eiꝰ cõtẽnis? Et ita deus dat nobis exemplum in hoc, ꝙ debeamus deponere irã, & nõ vlciſci de inimicis noſtris, ſed potius benefaciamus eis. Ouid. ſi quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore nullus erit.

¶ Sunt autem tres alię pro peioribus perſuaſiões, quæ ſunt videlicet.

¶ Deſpectionis.

¶ Exercitationis.

¶ Punitionis.

¶ Prima, deſpicit enim deus temporalia iſta, ideoq; dat ea reprobis, tanq̄ res vanas, vanis hominibus. ps. Velut ſomnium ſurgentium &c. Quum enim quis dormit, multoties ſomniat in delitijs eſſe, quando vero euigilat decipitur, ſic euenit in tempore mortis. ps. Dormierunt ſomnum &c. Deſpicit etiam iſta deus, ⁊ dat

reprobis, tanq̃ vilia, & proiecta, sunt enim temporalia velut ossa cœlestium diuitiarũ, nuptiarum. Ossa enim ante p̃parationem nuptiarum, proiiciuntur canibus: dum epulę decoquuntur, sic temporalia ante prępàrationem cœlestiũ nuptiarum proiiciuntur peccatoribus, & tamen sicut canis nõ daret quod rodit pro impio, vel palatio, vel regno, sic isti non darent minimum quid, de istis rebus temporalibus, pro gloria paradisi. Ad hæc autem ossa stant attoniti, & eleuati.

¶ Secunda ratio, dicitur excitationis, permittit enim de⁹ malos prosperari, vt per eos boni exercitentur, nam deus fecit omnia propter hominẽ, vt ait Grego. Quædam ad vtilitatem, & vsum, vt elemẽta, vegetabilia, & multa alia, quędam ad solatiũ, vt sonos, cantus, & multas aues, &c. quædã ad exercitium, vt muscas, pulices, pediculos, sic etiã de hominibus. Multi diuina permissione, semper suis malis moribus exercitia bonorum sunt, Est etiam malus homo. Quidã malleus magni dei, quo sculpit in lapidib⁹ viuis, & electis .i. in sanctis imaginem filii sui (quia ipse circundatus est, in firmitate) vt electi mereãtur in cœlesti ædificio collocari, quem tñ malleum post opus perfectũ, artifex frangit: id est morte æterna conterit, vt ait Augu. super ps. 45. Ne igitur putes gratis esse malos in mundo, & nihil boni de illis agere deum; Omnis enim mal⁹, aut ideo viuit vt corrigatur, aut vt per illum bonus exerceat. Si enim non fuissent tyranni, non fuissent martyres. Discurre nomina tyrannorum, &c.

¶ Tertia ratio dicitur Punitionis. Decet enim imperatores, & reges, habere iustitię ministros, non filios suos: sed quasdam viles, ⁊ abiectas personas, ideo scriptum est. Vindicabo me de inimicis meis, cum inimicis meis. Iob 34. Regnare faciam ypocritam propter peccata populi. Osee. 13. Dabo eis regẽ in furore meo. Ezech. Confortabo brachia regis Babilonis, daboq; ei gladium meũ in manu sua. Ideo finit regẽ ⁊ imperatorẽ eẽ tyrãnũ. Dic de omnibus mũdi principibus, & in statu temporali, & spirituali. Hoc modo, permittit vxori virum malum, & e cõtra, hoc modo permittit, vt gens in gentem, & regnum in regnum insurgat. Practica tuo modo.

¶Sunt etiam ad probandam talem veritaté tres aliæ rationes.s.pro pessimis, videlicet.

¶Intricationis.

¶Confusionis.

¶Derelictionis.

¶ De primá, quanto enim in mundo, magis prosperantur tanto in rethe diaboli intricātur, & tanto fiunt inhabiles, ad seruiendum deo,& quærēdum propriam salutem. Vnde Augus.in Sermo. de puero centuriōis,&.23.q.1.c.Paratus dicit,Nihil est infœlicius felicitate peccantium,qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboraẽ,hæc ille, & Boe. lib.2.de cōsol.pro.4.ait. Quis est enim tāte composite, &c.

¶Secunda ratio dicitur confusionis,vt enim magis cōfundantur,magis extolluntur,facit enim deus sicut bonus luctator, qui eleuat socium vt eum fortius ad terrā deiiciat, ps.72. Verūtamen propter dolos posuisti eos, deiecisti eos dum alleuarent. Claudianus ait, Iam nō ad culmina rerū, Iniustos creuisse conquæror, tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Vnde Lactā. lib.2.c.15.ait,plus habent ponderis ad ruinam,quæ sunt cæteris altiora,hæc ille. Eccle.9.c. Non zeles gloriam, & opes peccatorum, non enim scis q̄ ventura sit illius subuersio, primi,Macha.2.Ne timueris a verbis viri peccatoris qa gloria eius stercus, & vermis est, hodie extollitur,& cras nō inuenietur,quia cōuersus est in terram suam,& cogitatio eius perijt. Exemplum de Aman. Hester,&c.

¶Tertia ratio, dicitur Derelictionis. Quemadmodū quādo medicus derelinquit infirmū suis volūtatibus, signum est ꝙ de illo desperat, Ita quū peccator in mundo,quotidie prosperatur in diuitiis,& honoribus,& familia,signum est quod deus dereliquit eum. Grego. Continuus successus temporalium, æternæ perditionis certissimum est indicium. Ideo dicit Christus patri,nunc autem pro eis rogo, id est pro electis, & non ꝓ mūdo.i.pro hominibus mundanis.Hiero.ad Castrianum Magna ira est:quando peccantibus non irascitur deus.Vnde in Ezech.ad Hierusalem dicitur,Nō irascar tibi, zelus meꝰ recessit a te, Medicus si curare cessauerit, desperat,ille.Potius vellē mori,q̄ habere ista duo, prosperitatem mundi, & obstinationem in peccatis,

Exemplū de sctō Ambrosio.

FINIS.

## FERIA QVINTA POST tertiam dominicam in quadragesima.

## DE INFIRMITATE spirituali.

SOCRVS autē Simōis, tenebatur magnis febrib⁹, Luce. 4. Sēper hereditarie debetur regnum, legitimo filio, Ideo ne iurgium sit post mortē patris, consueuit pater coronare ante mortem, futurum regem, quia tanta est proteruitas aliquorum, q̄ quantuncūq; nouerint nō illis regnum deberi, nihilominus, ꝑ phas, ⁊ nephas, student illud vsurpare, & subripere illi, cui recto iure debetur. Mystice, regnum hominis, atque imperium, debetur spiritui, & nō corpori, ratiō est, quia spiritus est filius dei per quandā similitudinem, corpus vero licet sit plasma dei, est tamē de limo terræ, ambo ergo fratres sunt. s. spiritus, & corpus, non eiusdem tamen matris. i. materię, quia corp⁹ de terra, spiritus vero non de terra, sed ad similitudinē dei factus est, nihilominus, tanta est ipsius corporis ambitio, vt in detrimentum spiritus, velit regnare, & sibi regnū nequiter vsurpare. Ideo ipsius nequitię obuiandum est, vt per mortificationem, corpore oppresso, in firmitate, ad spiritus sanitatē pertingere valeamus, sicut Socrus Simonis magnis detenta febribus, a Christo medico sanat, De infirmitate igitur spirituali, quatuor perscrutabimur.

¶ Primo, quomodo infirmitas spiritualis causetur.

¶ Secundo, quibus febribus spūalibus subiaceat anima.

¶ Tertio, de medico spirituali Christo.

¶ Quarto, d̄ signis quibus cognoscitur esse ad mortem.

¶ De primo dico, q̄ infirmitas hæc. s. peccati, causatur ꝑ suggestionem diaboli, cū consensu voluntatis. Et licet diabolus nullo modo, possit hominem cogere ad peccandum, cum liberum arbitrium nullo modo cogi possit, tamē conatur iuxta posse, inducere illum ad peccandum, & facit

facit quemadmodum faciũt homines in concipiendo filios. Nā primo alloquitur animam per ſuggeſtionem carnalis appetitus, ⁊ deſiderij illius rei, quam vult, vt peccet, & repreſentat ei, illam tanquā delectabilem, vtilem, ⁊ honorabilem, & huiuſmodi. Secundo amplexatur animam ratiões inducendo, vnde diabolus ꝓponit ſibi multas rationes ꝓpter quas facit peccatores excuſabiles. Primo per dei operationem, ſicut dixit Adā Gene. 3. Mulier quam dediſti mihi, &c. Preponit oculis mẽtis, qa deus fecit vos peccabiles, ſed ipſi conſiderare debent; ꝙ dñs fecit eos tales, ꝙ poſsũt non peccare ſi vellent. Vnde eccleſi. 15. Appoſui tibi ignem & aquam, ad qđ volueris porrige manum, immo dicit Sco. in. 2. ꝙ deus non poſſet facere hominem impeccabilem per naturā, quia talis ſolus deus eſt. Secundo proponit eis dei permiſsionē dicens. Deus permittit vos peccare, qđ ſi non permitteret, nullo modo peccaretis, de qua permiſsione, vide Sco. in primo diſt. 47. q. 1. ſed certe deberent ipſi conſiderare, ꝙ renuunt auxilium dei. Prouer. 1. Extẽdi manum meam. ſ. ad adiuuandũ, & nõ fuit qui aſpiceret. Vnde Sco. 37. ſcdi dicit. Quod quicquid dat deus, antecedenter, dat, & conſequenter quantũ in ipſo eſt, & ita dando voluntatem, dabit & rectitudinem actus, quãtum eſt ex ſe, cauſat rectitudinem actus, ſed voluntas creata, ideo peccat, quia non coagit tali rectitudini. Et iõ hinc venit obliqtas, ſicut ſol illuminat cœcũ ex parte ſui, non eſt autem illuminatus ex parte oculorum. Tertio proponit dei diſpenſationem, dicens ꝙ dñs permittit eos cadere, vt fortiores reſurgãt, & ſic apparet Dei miſericordia, & gratia in redimẽdo, ſed cõſiderare debent. illud ad Ro. 6. Permanebis in peccato, vt gratia abundet? abſit, Et Roma. 3. Si iniquitas veſtra iuſtitiam dei commẽdat, quid dicemus? nunquid iniquus eſt deus qui infert iram ſecundũ hominem? abſit. Quarto proponit eis diuinam præuiſionem di. Quod deus ita præuidit, & præuiſio eius eſt neceſſaria & infallibilis, ſed conſiderare debent, ꝙ prẹuiſio dei nõ infert neceſsitatem rebus, dicit Sco. 37. di. 1. Quod cognitio dei eſt cõditionalis, reſpectu contingentium, & eorum quæ ſiũt ad extra. Tertio ipſe

diabolus deosculationem facit, per delectationem .i. facit hominem delectari, circa ꝓhibita a lege diuina, vt dicit gl. interli. Quarto diabolo commiscetur per cōsensum, quia non cessat, quousꝗ ipse miser peccator consentiat peccato. Vnde sapien.3. Fœlix est sterilis, & incoinquinata, quia nesciuit thorū in delicto, quia .s. nullo modo contamiuata est cū diabolo, in thoro iniquitatis per consensum, ergo per locum ab oppositis, isto modo infœlix anima quæ concipit peccatum per suggestionē diaboli, appetendo, & desiderando, quæ sunt cōtra legem Dei, & eius voluntatem, excusando se, quia fecit eam peccabilem, & ꝙ si non esset permissio diuina non peccaret, & iō permittit mala fieri, vt inde multa bona eliciat, quia relucet diuina misericordia in expectādo, & iustitia eius in puniendo, & ꝙ hæc omnia præuidit ab æterno, cum eius prę uisio sit infallibilis, & sic facit ipsam animam delectari circa ea, in quibus sibi complacet, & vltimo consentit. Secundo postquā conceperit peccator iniquitatem, ⁊ peccatum per consensum, ⁊ delectationem. parturit iniustitiam in procu ratione peccati. Vnde ps̄. Ecce parturit iniustitiam, & Gene.3.c. In dolore paries filios, & vere in parturitione peccati, ē maximus dolor, quia dicit Sco. in.2.di.36. ꝙ ad talem parturitionē sequitur mors, Ezech.18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, & sic misera anima totaliter alterat̄. s. quādo incipit contraria vitæ appetere & velle, quia voluntas naturali amore intentissime vnitur carni, & sēsualitati, vt patet a Sco. in.2.d.29. Caro autem vult q̄ carnis sunt, & non quæ sunt spiritus. Similiter ipsa voluntas, secundum naturalem amorē, vult quæ carnis sunt, & proprii commodi, vt patet a Sco. vbi sup. Deus autem vult ipsam velle quæ sunt contraria carni, & ꝓprio commodo, & ideo magna repugnantia est, tum quia præsentia delectabilia mouent, plusq̄ absentia bona spiritualia, hinc est ꝙ in pluribus appetit ista delectabilia, quæ tamen contrariātur veræ vitæ. Nam qui sunt christi, carnem suam crucifixerūt, cum vitiis & concupiscentijs, vt ait Paulus, ad Gala.5.ca. Et vltra, huiusmodi inclinationes diabolus accendit magis, ac magis quasi carbones, Habes igitur

primum modum. s. quo modo causatur infirmitas spiritualis in anima.

¶ Nunc autem declarandum est, qbus febribus infœlix anima subiaceat. Alteratus iam peccator, qui postquã conceperit iniquitatẽ per continua opera contraria vitæ spũali, postea maxime febricitat, & tunc fit, qñ ratio de peccato faciendo deliberat, modo. n. æstuat modo timore frigescit. s. ne possit agere quod cupit, nam in febricitãte, eadem est causa caloris interioris, & exterioris frigiditatis, ex hoc. n. ꝙ calor tẽdit ad interiora, accidit ꝙ frigescit, etiã propter timorem impedimentorum, Et bene dicit, æstuare ad peccatum, quia omnis appetitus naturalis in voluntate, est, ad bonum commodum sibi. semper, & necessario, ⁊ in summo, vt notat Sco. in. 4. di. 49. Et sic similiter dicimus de desiderio naturali, & sensuali omnium sensuum, & quia isti appetitus sunt inclinationes excessiuæ, & voluntas est quasi indiuisibilr vnita illis, ideo consentiẽdo illis, amore illorum æstuat, & frigescit, Tum qa semper sinderesis ipsam arguit, ⁊ similiter cognitio multorum impedimentorum, ac etiam periculorũ, sibi dictat de huiusmodi impedimentis, & periculis, & ideo quodãmodo frigescit, & timore quodã quasi retrahitur.

¶ Et nota ꝙ sicut sunt diuersæ species febrium, de quibus tractat Auicen. & Gale. in. 1. & 2. de diffe. feb. Ita sunt diuersa peccata, quę faciunt febricitare animam, & inter alias septẽ sunt species febrium.

¶ Prima dicitur quotidiana, & signat peccatum gulæ, propter quotidianam exactionẽ, iuxta illud Esa. 56. c. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic cras, & multo amplius, & sunt verba gulosi loquentis cum sociis, & sicut febris quotidiana, de facili mutatur in aliam, sic & gula, cito transit ad luxuriam. Vnde Hiero. vẽter mero æstuans cito despumat in libidinẽ. Medicinã huius febris ponit Petrus in sua cano. 1. c. 5. Fratres sobrii, estote. s. contra gulam. Et vigilate. s. cauendo etiam quantũ potestis a venialibus, in oratiõibus. i. cũ orationibus, & aliis bonis operibus, qbus mediãtibus, peccata venialia (quæ per febrem quotidianam etiã signantur) euitari possunt.

¶ Secunda species febrium di

citur effimera, quę sic dicitur ab effimero pisce marino, qui eodem die quo nascitur moritur, & signat subitum motū iræ, qui debet finire ante obitum solis, iuxta illud ad Eph. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram, vbi glosa. Ira nō duret, subitus enim irę motus quasi naturalis est, Et ideo dicit Hierony. Qui nulla animi perturbatione mouet, lapis ē. Medicinam huius ponit Dauid p̄s. 4. Irascimini & nolite peccare. i. ponere iram vestram in effectu, ſm Nic. de ly. quia cū simus ipsi rōnales debemus nos ratione regere. ¶Tertia febris, dicitur erratica quæ non accidit determinatis horis, & signat inuidiā, quæ non nascitur nisi de fœlicitate, siue de bono alterius, q̃a sola miseria caret inuidia, & ista febris multum affligit habentem. Vnde metrice dicitur. Inuidus inuidia comburitur intus, & extra, & ideo dicebat Socra. Inuidia in omnibus ciuitatibus, oculos, & aures habet, vt de cunctorū fœlicitatibus torqueatur, huius autem Medicinam, ponit Paulus ad Ro. 12. Gaudere cū gaudentibus, & flere cum flentibus, quod est proprie contra inuidiā, quæ tristatur de alienis bonis, & gaudet de malis. ¶Quarta febris, dicitur tertiana, quæ vno die venit, alio non, & signat instabiles, qui vno die proponūt multa bona facere, altero mutātur, hęc febris curatur medicina Pauli, primæ, ad Corint. 15. Itaque fratres mei dilectissimi, stabiles estote, & immobiles, abundātes in omni opere dn̄i, &c. ¶Quinta febris est cōtinua, & in ista laborant auari, & maxime vsurarii. Cæteri autem peccatores interpellationem faciunt in peccatis, vsurarius autem quotidie peccat. scilicet quolibet die, & hora, ac momento, & quolibet festo, & ideo videtur esse deterior Iuda. Ille tantummodo vendidit christum, Auarus, & vsurarius vēdit Christum, & matrem, & omnes sanctos, & angelos. Quia eorū festiuitates computat in vsuris, vnde auaritia est idolorū seruitus, Ad Coloc. 3. Et appellatur idolatria. 28. q. 1. c. Idolatria. Ista febris tria tollit homini. s. cibū, somnum, & quietem. Auarus non audet comedere, nec potest dormire, nisi cum malefecerit, & semper habet mētem inqetā. Hæc aūt febris curāda est medicina. p̄s. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.

¶Sexta febris, dicitur quartana, quam patiũtur Leones, & ſignat ſuperbiā, per quatuor eius ſpecies. de quibus dicit Greg. Quatuor ſpecies tumoris ſunt, cum vel aliquis bonum quod habet, a ſe habere exiſtimat, vel pro ſuis meritis datum, ſibi putat, vel cum iactat ſe habere q́d non habet, vel cum deſpectis cæteris appetit ſingulariter videri, & habere quod non habet. Huius autẽ medicinā ponitur Eccle. 12. non erit ei bene, q aſsiduus eſt in malo.

¶Septima febris, dicit̃ Ethyca, quæ eſt radicata, in medullis, & naturalem humiditatẽ cōſumit, ſiue humidum radicale, & ſignat accidiam, & triſtitiam, & maxime illā de qua ſecundæ ad Corin. 7. Triſtitia ſeculi mortem operatur. Talis enim triſtitia exſiccat oſſa .i. virtutem animæ. ſecũdum illud Prouer. 17. Spũs triſtis exſiccat oſſa, cuius medicinā ponit Apoſt. Ro. 13. Spiritu feruẽtes, dño ſeruientes, ex prædictis igitur inferri poteſt veriſſima concluſio, q́d miſer peccator vere infirmatur, & febricitat, cum aliquod iſtorũ cōmittat, &c. Ad iſtam infirmitatem curandam habemus verum medicum Chriſtum, vt infra declarabimus.

De vero medico Chriſto, duo videbimus, videlicet.

¶Medici conditionem.

¶Medici qualitatem.

¶Quo ad primũ nota, ꝙ medicus nō curat morbum, ſed natura, eſt autem medicus adiutor naturæ. Vbi autem natura non agit ad ſanitatem, morbus realiter incurabilis eſt. Secũdo nota, ꝙ in ſpiritualibus morbis, ex nobis nō ſumus potentes mederi languores noſtros, niſi Deus naturæ auctor, ſanet nos, ſed ſumus eius coadiutores, ꝙ ſi nos derelinquat, morbus animæ efficitur incurabilis. Propter quod orabat Dauid. di. in. ps. Adiutor meus eſto ne derelinquas me. Tertio nota, Quod ſm Iſido. nullum venenum ꝓducit natura, quin ſimiliter remedium contra ipſum producat. Regulus enim mortifera effundit venena, ſed natura in antidotũ præparauit muſtellam, quæ certa herba amara, procedit obuiā regulo, & ipſum interficit, Nullũ ẽ ergo peccati venenũ qn deus ipſe naturæ auctor, ex aduerſo medelā inſtituerit, ideo re

recurramus ad hunc optimū medicum, in cuius Apotheca omnia electuaria sunt condita. Christus igitur est verus medicus.

¶ Vnde nota pro declaratione, ꝙ Christus propter multas excellentias, quas habet, diuersis nominibus nominatur, si enim consideretur secundum eius ęternam diuinitatem, qua cum patre, & spiritu sc̄o, omnes creaturas de nihilo creauit, sic dicitur Deus creator omnium. Si vero consideretur secundum eius maiestatem, cui omnes creaturæ subiiciuntur, sic nominatur Rex, & Imperator, Hester. 13. dn̄e deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita; si vero secūdum suam prouidentiam, qua prouidet bestiis terræ, hominibus, & angelis, & cunctis creaturis, sic dicitur pater. Si vero secundū suam misericordiam, & pietatem, qua pro nobis voluit suspendi in Cruce, & sanguinē suum spargere, vt nos lauaret ab omni peccato, & veniēs in hunc mūdum, voluit sanare īfirmos, in corpore, & anima, & liberare oppressos a diabolo, sic dicitur redēptor, & medicus Luc. 15. Non est opus valētibus medicus, sed male habentibus, Ecce qualiter medicum se nominat, vnde Augu. Magnus de cœlo ad nos medicus venit, quando in mundo vbiq; iacebat ægrotus, & ꝙ sit bonus, & verus medicus pōt ostendi, quia habet conditiones veri medici, q̄ sunt tres.

¶ Theorica.

¶ Practica.

¶ Experientia.

¶ Primo bonus medicus, habet Theoricam. s. speculatiuā scientiam, dicitur autē Theorica, a theoro, as, & theoro a theos, græce quod latinę dicitur deus, Ideo Theoro, as, idē est, quod video, es, quia deus omnia videt. Dicitur autem medicus hēre perfectā Theoricam, quādo perfecte cognoscit causam infirmitatis. Ratio quare medicus debet habere perfectam theoricam, ē, qa potest esse in culpa in morte infirmi, tripliciter. Ante factum, quando. s. intromittit se de aliquo quod ignorat, & ad ipsum non spectat. secūdo in facto. s. quia est peritus tamen non sequitur traditiōes artis, & canonum, sed irrationabilem fantasiā sui capitis. Tertio, post factum, quando est negligens circa custodiam infirmi. Ideo debet habere Theoricam, sed Christus fuit

peritiſsimus. Primo in verbo, Secũdo ſequutus eſt traditio nes canonum,& artis ęternę, quia diuinã ſequutus ẽ deter minationem,de curatione in firmi per ſuam mortem. Tri pliciter fuit ſollicitus de cura tione infirmi, qa miſit Patriar chas, Prophetas,& poſtea ve nit ipſe. ergo eſt perfectiſsim⁹ medicus. Primo perfectiſsimę cognouit cauſas infirmitatis humanæ naturæ, & omnium hominum, quia eius intelle ctus. ſecundum Sco. di. 13. ter tii. Fuit eleuatus ad cognoſcẽ dũ omnia iſta perfectiſsime, primo verbũ, quia intellectus Chriſti videbat verbum reci piendo viſionẽ verbi, primo, & immediate. Secundo vide bat omnia quæ videt verbũ, non tamen actualiter exponẽ do, ſm Sco. vbi ſupra. Hoc mo do quia per aliquẽ actum vi det verbum, & per illum actũ relucentia in verbo. Sibi præ ſentia actu primo. & per hæc habitualiter quia generaliter loquendo, illud dicitur habi tualiter notũ, cuius eſt actus primus ſufficiens oſtenſiuus, quia verbũ, cuilibet alii bea to eſt ſpeculum repreſentans determinate obiecta. Vltra q̃ non poteſt velle ordinate vi dere illa, ſed intellect⁹ animæ chriſti eſt ſpeculum repreſen tãs omnia, & ideo ipſe poteſt ordinate velle videre oĩa &c. patet qđ intellectus animæ Chriſti fuit eleuatus ad vidẽ dum omnia habitualiter, tã præterita, quam præſentia, & futura, ideo cum anima Chri ſti inſeparabiliter fuerit vni ta cum deo, hinc eſt ꝙ in ver bo, tanq̃ in libro reſpiciens. Iuxta illud, ps. In capite libri ſcriptum eſt de me, quotidie videbat, quę ad ipſius medici medelam requirebantur. Pri mo videbat peccata hoĩum, tam præterita, quã præſentia, & futura. Secundo cernebat, ex conſequenti, tot iniurias ſuo patri fieri. Tertio, quia cũ multis amatoribus eſſet for nicata anima. Quarto cerne bat ꝙ de omnibus ſatisfacere oportebat.

¶ Secundo ꝙ volenti finem. ſ. ſanitatem infirmi, triplex co gnitio fuit ſibi neceſſaria, ſi cut quilibet medicus habere debet, vt inquit Sco. q. 1. prol. Quod ex cognitiõe finis. ſ. ſa nitatis conferendæ, eſt neceſ ſaria triplex cognitio finis. Primo, quomodo & qualiter finis debeat acquiri, quomo do, & qualiter ſanitas ſit acq̃ renda, & recuperãda illi infir mo. Secũdo debet cognoſce

re omnia media necessaria ordinata ad illius consecutionē .i. debet cognoscere, ꝙ iste medicinæ sint necessariæ ad consequendum finem .s. sanitatē. Tertio debet cognoscere, ꝙ illa media sic ordinata sint sufficientia ad acquirendam sanitatē. Si enim deficeret in vno, non poterit habere finē intentum.

❡Medic⁹ ille cœlestis cognouit, primo qualiter est acquirēda sanitas spiritualis. s. per debitam satisfactionem, ⁊ sui passionem. Secundo cognouit ꝙ illa passio erat necessaria. Scdm Sco. di. 20. tertii. necessitate præsuppositionis. Tertio ꝙ illa erat sufficiēs ad sanandum, quia valuit pro infinitis, quantum ad sufficientiā, iuxta illud, Esa. omnes sitiētes venite ad aquas, expuit igitur in terram, quia diuinitas coniuncta humanitati, fecit lutum. s. verbum.

❡Tertio, bonus medic⁹ corporalis. Inquit Sco. 14. d. 2. q. 3. Debet habere sciētiam astronomiæ. Posset enim propinare aliquo tempore medicinā, quæ interficeret, quæ in alio tempore liberaret, sed iste medicus fuit perfectissim⁹ astrologus, quia voluit valere toto tempore vitæ, istam medicinam. s. passionem, quia infirmitas nondum enim bene curata erat per dispositionem ⁊ uiam. s. dietas, & abstinentias, quia nondum peccatum erat bene cognitum, & detestatū, & consumptum, in dispositionibus lachrymarum. Tempore verò congruo dedit medicinam laxatiuam, secundum illud. Ecce nunc tempus acceptabile. e. n. d. salu.

❡ Secūdo habuit practicam, eo ꝙ necessario practica requiritur. Si quis enim medicus tātum scientiam medicinæ audierit, & non practicā, ab omnibus ægrotis &c. Vt patet in pluribus, ideo etiā debet habere practicam. Ratio ē, quia ꝓm philosophum, in ꝓhemio Meth. expertus citius operatur artifice in experto. Et ratio est, quia cognitio experimentalis est per se singularis, circa quod est ꝑ se operatio, cognitio autem artis est vniuersalis, primo, & per se. quia si est singularis, hoc est ex cōsequenti, & per accidens, quia ergo expertus perfectius cognoscit singulare, & operabile, ꝙ̄ artifex, ideo perfectius, operatur.

❡ Medicus igiť expertus, volens vti praxi sua, & multum lucrari, tria respicit. Primo tē

pus aptum ad medendum, in quo. s. plures vigent infirmitates, vt patet in medicis, qui in hyeme in mõte pessulano student, & æstate practicant. Secundo respicit locum, vtputa in aliqua magna ciuitate, vbi viget multitudo languentiũ, quia ibi multum lucratur, & maxime circa dños, & magistratus, vtputa Reges, imperatores, Duces, comites, & Barones, quia cum his plus lucrat; & etiam circa Pontifices & téplorum seruitores. Tertio respicit coetaneos sibi medicos & cõsocios, ne ipsum excedát arte, vel medicina.

❡Medic⁹ iste cœlestis, primo ascédit Hierosolymam, in die festo, vt celebraret, in memoriam legis, & ad sex debemus vacare in die festo. Primo diuinę laudi, secundo sermoni, Tertio circa seipsum, & familiam. Quarto orationi. Quinto elemosynæ. sexto recreationi honestę. Secundo venit Capharnaũ, vbi infirmi erant & hii sanabantur omnes. vnde dicitur, quanta audi. facta. in ca. f. & hic in patria tua.

❡Tertio dicẽdum est de medico in cõparatione ad alios medicos. Iste enim medicus inuenit ab aliis medicis, multis modis differre. Primo qa alii medici sanãt paulatim remouendo infirmitatem, sed iste statim. sicut ibi surge tolle grabatum tuũ, & ambula. Secundo alii medici cum difficultate sanant morbos interiores, hic solo verbo. Vnde dixit Iesus Centurioni, fiat tibi sicut vis, & sanatus est puer in illa hora. Tertio alij medici, quando æger nõ habet adiutorium, communiter dimittunt illum, & in hoc peccant, quia tenentur gratis curare, si infirmus est pauper, Iste nõ vocatus vbi humanum deest adiutorium sanat, patet de illo qui iacebat ad piscinam. 38. annos habens in infirmitate. Dixit vis sanus fieri? &c. Quarto alii medici, non curant infirmos, quin post curationẽ remaneant debiles, Christus ita sanat vt faciat ambulare, & vigorentur, vt patet de illo infirmo, de quo dicitur, & sanatus ẽ puer eius, &c. Quinto, alij medici in sanando, remanet aliquod vestigium infirmitatis, sed Christus sanat in corpore & anima, quia totum sanauit hominem in sabbato.

❡Tertio, habuit experientiã, non solum in illis, verum etiã in se, quia habuit omnes passiones nostras, quæ non sunt

ad peccatum, nec dicunt imperfectionem, vt famē, sitim, frigus, & calores, atq; dolores corporales, & mentales, quæ sunt a peccato primorum parentum, nō tamen habuit fomitem peccati. i. difficultatē ad bene operandum, nec rebellionem corporis ad spiritum, nec aliquem motum inordinatum contra imperium voluntatis. Cum autem Christus fuerit expertus in ꝓprio corpore, talia & tanta, q̄ quotidie patimur, credendum est ꝙ clementissime compatitur nobis, vt ait Paulus, nō habemus pōtificem &c. Adeamus ergo cū fiducia, ad talem medicum, vt nos dignetur sanare, qa pręsto est, vt sanet omnes, nam inueniemus eum in Capharnaum .i. in villa consolationis huius mundi, vt postea deducat nos in Hierusalem. i. in visionem beatificā, quia venit sanare omnes, Primo Pontifices, qui male se habebant, ideo primo venit in tēplum, vt curaret illos ab infirmitate hypocrisis, auaritiæ, & simoniæ, &c.

TERTIVM mysterium &c. Cognoscitur autē peccator per signa euidentissima, & maxime quando est in peccato mortuus. Quorum, primū est, quando est freneticus, per consensum, ⁊ actum, se gladio ancipiti transfigit, ⁊ tādem perfecte moritur, quia si primo, & secōdo modo moriatur spiritualiter; nam per quodlibet peccatum mortale, homo separatur a Deo, tū specialiter, tertio modo dicitur mori. Tum quia primo, & secundo modo, tantum volūtas, moritur per deliberationē, & consensum, & tamen circunstātibus nō apparet mortuus. Tertio vero modo dicitur mortuus, per propriam, ⁊ intrinsecam operationem, & etiam per operationem alterius sensus extrinsecam. Tum etiam quia peccatum in opere, maius est. Tum nanq; sicut in sensibus, potest esse virtus materialiter, vt patet a Sco. in. 3. di. 35. ita & vitium est ibi materialiter, & sic sensus spiritualiter, dicitur mori, & sic hō dicitur mortuus per separationē a vera vita, & bene cognoscit per inferiora signa, siue pronostica, quæ ponuntur ab Hypocrate, videlicet.

¶ Signū primū est, qn̄ hō cognoscit mortu9, vel ꝑpe mortē, cōsiderabis faciē ęgri, si sit similis sano, signum optimū

est,si vero dissimilis periculo sa est, Et quando æger habet oculos concauos,faciem acutam,colorē cinereum ⁊ potissime quando fugit lucem, nollet videre lumem,nec homines:abscodit caput.Si hæc videbis cogita ꝙ est malum signum. Vide ergo peccator si in te est hoc signum, si fugis lucē sacrę scripturæ, & verbi dei,quod est vera salus,& vera lux ante pedes animæ. ps. Lucerna pedibus meis verbū tuum &c.

¶ Secundum pronosticum, mortis est, qn̄ infirmus stridet dentibus,maxime si est senex, nec ē solitus hoc facere. Similiter,vide si strides dentibus,& es impatiens,& sis vindicatiuus,⁊ partialis,& desperatus,qui strides dentibus cōtra deum,& proximum,quando adueniunt aduersitates blasphemas, & maledicis,insultando,tunc es in malo statu mortis spiritualis.

¶Tertium pronosticum, qn̄ quis retrahit labia ad os,& sæpe facit hoc. Vide etiam si retrahis labia,a laudibus diuinis,non laudando deum,nec gratias agēdo,respice si retrahis labia, quādo interrogatᵘˢ de virtutibus alienis, taces & occultas veritatem,scias te esse infirmum ad mortem.

¶Quartum pronosticum,qn̄ habet linguam aridam, & nigram,adustam, & quasi infectam,cum adustione sitis,hic non est tutus de vita, similiter vide, si habes linguam infectam,qui mentiris falsum,si es falsus testis, si periurus, tu es propinquus morti, quia dicitur sapientiæ primo,os qđ mentitur occidit animam.

¶Quintum pronosticum,qn̄ nō potest sternutare, & licet sub naso ponatur puluis sternuti,tamen nihil facit.Similiter respice miser adulter, concubinariæ,q nec timore, nec amore,te emendas,cogita qa es quasi mortuus, quia dicit Christus Luc.11. Nisi pœnitentiam egeritis morte moriemini,contra tales dicit deus, vocaui & renuistis,&c.

¶Sextum pronosticū,est quā do aures pruriunt, & illæ immunditiæ quæ sunt in auribus dulcescunt, quę naturaliter amare sunt, hoc est malū signum,& mortale. Similiter respice,si aures tue dulcescūt, quando audis aliquid contra proximum,& tibi placet,heu come stai male,ideo dicit Augusti. non accōmodes audire aures tuas detractionem, ne concipias mortem. Sunt

nonnulli, qui audiunt prædicationẽ, per vno quarto d'una hora, se fastidiscono, sed audiẽdo fabulas diabolicas, & mundanas, nunq̃ nunq̃ fastidiunt, ideo &c.

¶ Septimum pnosticum, quãdo articulate non loquitur, o sta male, quando se li inuolta, & ingrossa la lingua. Similiter respice si semel in anno cõfiteris, quia si nõ, tu habes linguam inarticulatam, vel se excusat, vel parla fra li denti, inuiluppando le parole in mõdo che non se intende, sappi che tu stai molto male, & a morte.

¶ Octauum pronosticum, est quãdo habet fœtidum anhelitum, & frigescũt pedes, & manus, signum est ꝙ calor est extinctus, & exinanitus. Similiter respice, si habes anhelitũ fœtidum, & es frigidus, tunc tu fœtes in cõspectu dei, & es totus frigidus, in amore Dei, & proximi, ideo Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte, Ma a te puzza il fiato, & non pôt aliquis tibi appropinquare O porco luxurioso, de cadaueribus tuis ascẽdit fœtor, quatriduanus es iam fœtes, & sunt mulieres, che se imbrattano, che puzzano come vna carogna.

¶ Nonum pronosticum, quãdo vides infirmum qui serpit manibus per lectum, hoc est signum mortis vicinæ. similiter vide si tu serpis manibus bona aliorũ, si es raptor, fur, vsurari⁹, assasinas pauperes, viduas, pupillos, ecclesias, rẽpublicam, voi rastellare ogni cosa, per phas, & nephas, o pouera anima come stai male, sa come voi, che per fin, che nõ restituisci, sta secura, che te dannarat.

¶ Decimum pronosticum, ẽ quãdo retrahit aures, siue reuersantur, & efficiuntur paruę, respice si tibi retrahuntur aures, quando odisti correptiones bonas, boni ricordi, da le bone persone. De talib⁹ dicitur Prouerb. 15. Qui odit correptiones ipse morietur.

¶ Vndecimum pronosticũ, quando habet pulsum, modo eleuatum, modo depressum, debilem, & interminatum, nõ seruantem ordinẽ. s. ꝙ variat, & ꝙ habet vrinam subiugatã, sine ypostasi aliqua, mixta nõ sequestrata. Ita respice quia habes pulsum modo eleuatũ modo depressum, quia tu es effrenis, inordinat⁹, ambitiosus, quia extẽto collo omnes cõtemnis. Habes vrinam subiugatam, quia plenus fece, &

luxuria, de milibus vnus, non euadet mortem.

¶Duodecimum pronosticū, quando non habet quietem, non troua luogo, & non retinet cibum. similiter respice, si sis inquietus, qui die noctuq; litigando, mercando, laborādo, non cessi mai, & ita es occupat⁹ nelle cose terrenę, che non te ricordi, ne d'Iddio, ne de i sancti, ne dellanima, scias quia infirmus es ad mortem. Ecce ergo signa mortalia, quę habes i anima vicina ad mortem, che cosa expecti adunche? che te scappa il fiato dal corpo? che aspecti? chel diauolo te excerpe lanima dal corpo? Accipe miser remedia, & medicinas oportunas spirituales, ⁊ saluaberis, quod tibi concedat, qui sine fine viuit, & regnat.

FINIS.

## FERIA SEXTA POST tertiam dominicam in quadragesima.

## DE EFFECTIBVS GRATIAE.

QVI autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei nō sitiet in æternum. Ioannis. 4. Aliquando reperiuntur aliquę adeo ꝓfunde valles, ꝙ ad illas, solis radíus nō potest attingere, & ideo beneficio solis priuate, aut totaliter steriles sūt, aut earum fructus sunt insipidi, & nullius valoris, ita mystice dum anima nostra per peccatum ruit in tenebras, priuatur solis radiis. s. gratiarum christi, idcircò tandiu stat sterilis, & sine opere meritorio, ꝗdiu Christus lucē, quā perdidit, illi nō reddat, hoc præsignatum habemus. Gene. 1. vbi dicitur ꝙ terra erat inanis, & vacua & tenebre erant super facie abissi, & dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, & statim sequitur, ꝙ dn̄s præcepit, terra germinet herbam virētem, & ligna

pomifera secũdũ genus suũ., ita Anagogice, per terram sub audi humanam animam, quę si priuata est grara inanis, & vacua, reputatur, & tũc tenebre .i. culpa est super faciẽ cordis, precipit autem deus lucẽ fieri, quãdo radii diuinæ gratiæ sibi inspirant, sicut habet de Samaritana, quæ priuata radiis talis gratię, sitiebat, audita autem virtute istius gratiæ, dixit christo, da mihi hãc aquam, vt non sitiam. De effectibus ergo huius gratiæ, tria videbimus, videlicet.

¶Primo necessitatem.

¶Secundo nobilitatem.

¶Tertio operationem.

¶Circa primũ, ait Pau. 2. cor. 11. potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in oĩbus omnẽ sufficientiam habentes, abũdetis in omne opus bonum. Hic Paulus declarat quomodo quis potest habere omnẽ sufficientiam operationis, & per opus meritorium peruenire ad vltimum finem .i. ad beatitudinem, & dicit hoc fieri ex abundantia gratiæ, & secundum aliquos non loquit de gratia gratis data, quæ vt aiunt Theo. in. 2. dis. 28. si non gratis daretur, non esset gratia. 1. q. 1. c. gratia, & ista est donum infusum rationali nature, sine meritis, quãtũ in se ẽ, disponẽs ad salutem propriã, vel alterius, & hæc gratia potest stare cũ peccato mortali, & est omne bonum additum bonis naturalibus, sicut gratia prędicandi, prophetandi, faciẽdi miracula, & huiusmodi, gratia aũt gratum faciens ẽ duplex, vna increata, & hæc est spiritus sanctus, vt in. 1. di. 10. Alia ẽ creata, de qua Theolo. in. 1. d. 17. & in. 2. d. 28. dicunt ꝙ est quidã habitus de nihilo a deo creatus, & ĩ animã infusus per quem fit filia, amica, & spõsa dei dilecta, de qua gratia habetur, ps. 44. Diffusa est gratia in labiis tuis, ꝓpterea benedixit te deus in æternum, & de ista loquitur Pau. & August. in lib. de trin. dicit, ꝙ ex abundãtia istius gratiæ, habetur diuisio inter filios regni æterni, & perditiõis æternę, & ẽ vita spiritualis animæ rationalis, sicut enim aĩa dat vitam corpori, ex sua præsentia, & ex sua absẽtia moritur, sic pręsente gratia, anima viuit, & ea absente morit, & iõ scriptura sacra nominat viuẽtes, qui habẽt gratiam, & mortuos qui sũt in culpa, vt habetur in Apoca. 3. nomen habes ꝙ viuas, & mortuus es, & Pau-

lus.1.ad Cor.15. gratia dei sũ, id quod ſum, & Vgo de ſancto Victo.in lib.de arra ſponſe. d. ſcias anima ꝙ gratia eſt vita tua.

¶Vnde dicunt quidam ꝙ anima eſt, ſicut carbo ignitus cũ habet gratia, carbo enim ignitus habet eſſentiam, ſplendorẽ, & calorem, ꝙ ſi ponaĩ aqua ſuper ipſum carbonẽ, ſtatim recedit calor, & ſplendor ab ipſo, & remanet ſimplex eſſentia carbonis tenebroſa, & tũc dicĩ carbo nõ viuus, ignitus. ſed mortuus, ſic de aĩa q̃ cum ẽ in gratia habet in ſe ſplẽdorem ipſius gratię, & calorem amoris diuini, adueniente autẽ peccato, recedit totus ſplẽdor, & calor charitatis, & remanet ſola eſſentia animæ tenebroſa, & obſcura, & dicitur anima mortua pꝛopter defectũ, & priuationem ipſius gratiæ, clarum eſt ꝙ anima ẽ immortalis. quo ad eſſentiam, mors ergo ſpiritualis ipſius animę, eſt ablatio gratię diuinæ, & cum ſit anima ꝓcioſior omnibus corporalibus, & tẽporalibus bonis, ſequitur ꝙ minus malum eẽt, deſtructio totius mundi, & omnium cœlorum, & ꝙ omnes homines morerẽtur corporaliter, q̃ ꝙ vna anima amittat gratiã dei, ꝓpter quam amiſsionẽ, ipſa anima moritur ſpiritualiter, & dicitur in.c.ſi habes, 24.q.3. ꝙ innumerabilium mors corporũ, morti vnius animę non poteſt comparari, & ideo magnam ſufficiẽtiam habemus ex abundantia ipſius gratiæ, vt dixit Paulus.

¶Quantum autem ſit neceſſaria abundantia gratiæ, apparet, quia ſine ipſa nemo poteſt ſaluari. Nam finis noſter, eſt ſummum bonum omnem naturam excedens, ⁊ finis nõ poteſt haberi niſi per mediũ, ſi ergo anima noſtra debet habere finem ſuum, oportet habere medium ad ipſum, hoc autem medium nõ eſt aliqua res mundana, aut naturalis, quia ea quę ſunt ad finem (vt ait philoſo.) debent eſſe proportionata ipſi fini, & ideo cũ finis animę ſit ſupnaturalis, neceſſe eſt, & medium ad illũ ſit ſupernaturale, hoc autem medium eſt gratia creata, quę eſt ſimilitudo glorię, vt dicũt Theo.in.2.d.28. & habet virtutem ſupernaturalem, adeo ꝙ eleuat animam, vel potẽtiam animæ ſupernaturaliter, ex qua eleuatione anima poteſt acquirere finem illum ſupernaturalem, ecce qualem ſufficientiam habemus ex abun-

dantia gratiæ ꝑm Paulum. Summæ desiderari & appeti, debet a nobis abundãtia istius gratiæ.

¶ Nam quatuor sunt genera bonorum desiderabilium, quorum.

¶ Primum est bonorũ tpaliũ, sicut sunt diuitiæ, amicitiæ, honores, & cetera huiusmodi, quibus omnibus gratia est magis desiderabilis, & iõ Apostoli, & alii sancti pro diuina gratia obtinenda (Christo vocante) omnia temporalia reliquerunt, (dicẽte Petro) Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c.

¶ Secũdum est bonorum naturalium, qualia sunt corpus, & anima, cum suis sensibus, & potentiis, quibus omnibus ẽ magis desiderabilis gratia. Et ideo sancti martyres tradiderũt sua corpora in mortẽ, pp diuinã gratiam, ꝑm enim Augusti. plus est eligendum christo dilecto mori q̃ offenso viuere, & ideo habetur Mat. 10. nolite timere eos, q occidunt corpus, animam vero nõ possunt occidere, quia. s. non possunt eam gratia priuare, ipsi⁹ gratiæ pręciositatem cognoscebat, beat⁹ frater Leo socius beati Frãcisci, qui cum lachrymis quotidie rogabat dñm Iesum, vt sibi gratiam suam daret, cui apparens Christus dixit, quid vis mihi dare ꝓ ipsa gratia mea? Ille autem respondit, dabo tibi lumen oculorũ meorum, erat enim cõtentus priuari vtroq; oculo, & semper esse cecus corporaliter, dum modo gratiam dei habere, & conseruare mereretur, non solum gratia est plus diligenda q̃ corpus, sed etiã plus q̃ anima. vnde Paulus, vt habetur Act. 20. dicebat non facio animam meam preciosiorem q̃ me, quasi diceret ꝙ exponeret etiam animã per gratia obtinenda.

¶ Tertium genus est bonorũ supernaturalium, quæ dicuntur esse spiritualia. sicut sunt virtutes Cardinales, Theologicæ, & Morales, & huiusmodi, quibus omnibus gratia est magis desideranda, quia illa bona spiritualia sine gratia, sunt inutilia, ꝑm Pau. 1. cor. 13.

¶ Quartum genus est bonorum ęternaliũ, quę consistunt in felicitate ęterna, qualia sũt fruitio, & visio diuinæ essentię, qbus omnibus amabilior est gratia, quia vt dicit Anselmus, quilibet sanctus q est in patria, potius vellet esse in inferno cum diuina gratia, q̃ esse in paradiso sine illa, propter

pter quod Eleazarus scriba in lege dei, doctissimus, potius volebat in infernum descendere, q̄ legem diuinam transgrediendo, dei gratiam amittere, vt habetur. 2. Macchab. 6. & ideo Paulus ad Roma. 6. ait gratia dei vita æterna. Ecce sufficiētia quam habemus ex abundantia gratiæ ſm Pau. & ideo Samaritana habita cognitione istius gratiæ meruit illuminari a Christo, & relinquens hydriam suā non erubuit suam turpitudinem narrare, & sui oblita contempsit aquam corporalem, pro amore istius aque salientis in vitā æternam, & erit prima pars.

SECVNDA pars dicitur nobilitatis, habemus etiam ex abundantia gratiæ, sufficientiā decoris, vnde est sciēdum q̄ quatuor sunt creata a deo, ſm ordinē decoris admirāda, primum est sol ab inferiori qui est pulchrior nobis, omnibus visibilibus, Secundum est cœlum Empireū, quod transcendit pulchritudinem solis, sicut sol pulchritudinem stellarum. Tertium est anima rationalis, quę transcēdit pulchritudinem solis, si videret in sua natura. quartum est, natura Angelica, cuius decor excedit animam, sicut sol Lunam, sed gratia est pulchrior Sole, in sua natura si respiceretur, est pulchrior cœlo Empireo, quia cœlum Empireum ſm sanctos, ornabitur corporibus beatorum, & corpora ab animab⁹, & animę a gratia, Est pulchrior Angelica natura, Minimus Angelus bonus est pulchrior quā Lucifer, quia diuisi sunt Angeli boni a malis, sicut lux a tenebris, & tamen ſm naturam pulchrior erat Lucifer omnib⁹ aliis, ergo ex gratia, & ideo potest dici. Illud Sapien. 7. hęc est speciosior sole, propter q̄d de anima in tali decore polita, ait propheta. ps. 44. Audi filia, &c. & sequitur & concupiscet rex decorem tuum, & Ecclesi. 43. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & si videri posset anima in tali decore, vix vnquā posset quis cogitare deum esse pulchriorem illa anima, in qua est talis lux gratiæ, de nouo creata ex nihilo, & sic habet alia sufficientia ex abundantia gratię.

¶ Secundo est, alia sufficientia quę dicitur nobilitatis. vnde, magna nobilitas ē esse de sanguine regio, maior est esse

de cognatione deorũ, & ideo reges Persarum ad excellẽtiã sue nobilitatis vocabãt se cõsanguineos deorum. Anima nostra ſm naturam non solũ est consanguinea, sed soror deorum. i. Angelorum, hoc tamen nõ est, nisi ipsa anima sit in gratia, quia tunc sunt eiusdem matris supernæ patriæ conciues, ad Gala. 4. illa quæ sursum est Hierusalem quę est mater nostra, vnde tres sunt nobilitatis gradus animę, primus est ꝙ sit soror Angelorũ, sed maior est ꝙ sit filia dei, ꝑ gratiam enim fit ꝙ sit filia regis ęterni, ad Ro. 8. omnes animæ in gratia existentes sunt heredes dei, coheredes autẽ Christi. consequenter dei filię, ad Gala. 4. si filius & hęres per deum, quia hereditas paterna, debetur principaliter filiis, ſm leges. Secũdus gradus est maioris nobilitatis, ꝙ sit soror christi, q est verus deus & hõ & hoc fit per grãm. Et iõ Christus animam habentem gratiam, vocat sororem suã, Cant. 4. 5. & 8. Tertius gradus est, ꝙ per gratiã efficitur mater dei spiritualis, ad Gala. 4. filioli mei quos iterum parturio, & Isai. 26. concepimus, & parturiuimus spiritũ salutis, Et christus Matt. 12. quicunq; fecerit voluntatẽ patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Vnde maior est nobilitas vnius animæ existentis in gratia, ꝙ nobilitas omnium Angelorum ruinatorũ, & ideo Paulus, ad Ephe. 1. Deus gratificauit nos in dilecto filio suo, omnis. n. gratia adeo prouenit, ps. 83. gratiam & gloriam dabit dominus, quia quantum in hoc mundo habebimus de gratia dei, tantum in altero. i. in cœlo de gloria, & sic habes aliam sufficientiam ex abundantia gratiæ.

TERTIA pars, dicit operationis, seqtur Paulus, abũdetis in omne opus bonum, in plura opera bonum quis abundat, ex gratia.

¶ Primum est viuificationis, quia animam per peccatum mortua viuificat, sicut enim corpus, per animam viuit, ita anima per gratiã, & ideo sicut discedẽte anima moritur corpus, ita discedente gratia moritur anima, & ideo Christus inquit iudeis. Ioan. 8. In peccato vestro moriemini, & omnia opera quæ facit anima sine gratia, sũt mortua: & sicut redeunte anima in corpus vi-

uificatur,sic redeunte gratia, anima ad spiritualem vitam resurgit,vt habetur ad Ephe. secũdo, cum essemus mortui peccatis,viuificauit nos christus,cuius grã saluati sumus.

¶Secundo abundat in opus adornationis, gratia est per modum indumẽti in anima, sicut enim verecundia est videre vnam puellam nobilissimis orta natalibus nudam,in medio virorũ nobilium,ita ẽ videre animam carẽtem gratia in medio Angelorum eam custodientium, sed quando habet gratiam est instar virginis vestitæ candidis vestibus .i. virtutibus suis, & ideo habet Apoc.19.de anima, ꝙ datũ est illi vt cooperiat se bissino splendenti,& candido,Ille bissus est innocentia animæ,quę habetur per gratiam, ⁊ Augusti.in lib.de verbis dñi, dicit, ꝙ anima saluanda debet esse, sicut sponsa,quæ vadit ornata ad sponsum suum, vestimẽtum animæ est gratia,Apoc.3. ambulabunt mecum in albis.

¶Tertio,abũdat in opus decorationis, sicut enim aliqua domicilla dicitur tota deformis, quando caret aliqua cõditione corporali, ad decorẽ necessaria,ita anima quando caret gratia ẽ tota deformis, quia secundum Greg. omnes virtutes,in anima sine gratia sunt informes, & ideo in Isai. 47.denudasti fortitudinẽ tuã, quando habet gratiam, ẽ valde pulchra, ⁊ clara,Cant.4.tota pulchra,es ⁊ decora,amica mea,& macula non est in te.

¶Quarto, abundat in opus sanationis,gratia enim sanat animam,homo enim existens in peccato, dicitur Eger, sed in gratia dicitur sanus. Matt. 9 Non egent qui sani sunt medico,sed male habentes,sicut enim bene sanus optime iudicat de saporibus, & non placẽt sibi amara, sed dulcia, ita homo habens animam sanã, Iudicat spiritualia esse optima,& mundana vana,iuxta illud Eccle.1. vanitas vanitatũ, & omnia vanitas, & sicut homo sanus, non conturbatur a cõtrarietate humorum, ita anima existens in gratia non inquietatur ab impugnationibus passionum, ipsam molestantium, sed quando est sine gratia,tunc est infirma, & molestat a passionibus ipsam vexãtibus,ad modum febriũ, vnde Pau.1.Cori.11.Inter vos multi ifirmi,& imbecilles,sed quando aduenit gratia, tunc ẽ sana,de qua dicit Deus, Isa. 58.tunc erumpet, quasi mane

lumẽ tuum, & sanitas tua citius orietur.

¶Quinto, abundat in opus excitatiõis, quia gratia habet animam a somno negligentie excitare, illi enim qui sunt in gratia, dicunt in scriptura diuina, vigilãtes; & illi qui sunt sine gratia, dormientes, vt ait Apost. 1. Cor. 11. inter vos dormiunt multi. sicut enim dormientes non negotiantur nisi circa somnia, quæ sunt figmẽta, ita anima sine gratia occupatur, circa figmenta sensibilia, & vanitates huius mundi, quæ delectant ad modum somni non saluantis, iuxta illud dormierũt somnum suũ, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum, in manib⁹ suis, & quãdo est in gratia, potest dicere, illud. Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat.

¶Sexto, abundat in opus roborationis, quia gratia habet roborare ad modum armature protegentis, sicut enim homo inermis non potest resistere inimicis, & eos superare, ita nec homo sine gratia: immo semper in tẽtatiõe succumbit: & econtra existens in gratia, faciliter potest aduersarios dæmones superare, & ideo dæmones, primo quęrũt animam gratia priuari facere, & sic armatura sua spoliare, vt possint ducere hominẽ quocunq velint, propter qđ hortatur Aposto. ad Ephe. 6. Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

¶Septimo, abundat in opus fœcunditatis, gratia enim habet animam fœcundare, sicut n. terra est sterilis, nisi irrigetur aqua, ita anima nostra nisi roretur gratia, quicquid enim agit aĩa sine gratia, totũ est infructuosum ad vitam æternã, ideo potest dicere deo. ps. Anima mea sicut terra sine aq̃ tibi, quãdo autem habet gratiam, est ita fœcũda, vt singula eius opera sint meritoria, & condigna vitæ æternæ, sicut arbor siluestris sibiipsi relicta, facit fructus insipidos, si vero ei inseratur ramusculus arboris domestice, facit fructus sapidos: ita anima nostra si in puris naturalibus dimittatur, fructus eius sunt insipidi, cum per liberum arbitriũ non possimus gratiam mereri, si autem ei gratiæ ramusculus inseratur, faciet fructus optimos: & potest dici, illud. prouer. 3. fructus eius preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderãtur, huic nõ valent comparari.

¶Octauo, abundat in opus refrigerationis, gratia assimilatur vento refrigerāti, sicut enim ventus dat refrigerium ardorib⁹ corporis, sic anima habet refocillare ardores mē tis, qui sunt ſm concupiscentiam nostram, ne extinguant animam: & ideo in figura habetur 3. Re. 19. ꝙ in spiritu tenuis aurę, veniebat dominus, ad Heliam.

¶Nono, abundat in opus extinctionis, gratia enim assimilatur aquę viuę refocillanti, quia sicut aqua habet ignis ardorem extinguere, ita gratia habet mentes sitientium refocillare, talis enim ē appetitus noster, vt non possit quietari in hoc mundo, vt patuit de Alexandro magno, quādo audiuit opinionē Demetrii, de Infinitate mundorum, nā doluit ꝙ non potuit subiugare nisi vnum, de quo Iuuena. ait Vnus palleo Iuueni non sufficit orbis, &c. gratia autē refocillat hunc appetitum in nobis, qa homines in gratia sunt contēti in hac vita, vnde Paulus. 1. ad Timo. 6. habentes alimenta, ⁊ ea qbus tegamur his contenti simus, istam aquam habens Samaritana, extinxit ardorem quem habebat ad aquam temporalem, sic & illi samaritani relinquentes propriam ciuitatem, & venientes ad Christū, nihil aliud appetebant, nisi istam aquam gratiæ: & saluator dixit, qui bibe rit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternū.

¶Decimo, abūdat in opus inflammationis, ideo gratia assimilatur flamme ardenti, quia sicut flamma consumat oēm rubiginē auri, & purgat ipsū ab omni macula, sic gratia quando animam inflāmat, q̄ auro comparatur, ab omni inquinamento purgat, in cuius figura fuit pręceptum, Leui. 2. & Nume. 31. vt quandocūque vas esset contaminatum, purgaretur flamma.

¶Vndecimo, abūdat in opus eductionis. i. a peccati amaritudine, vt enim pisces de mari nunq̄ intrant dulcem aquā, nisi prius percipiant ipsius aq̄ dulcedinem, qua gustata, statim relicta amaritudine maris, intrant dulcem aquam, & ibi morantur, sic peccator q̄ dicitur morari in mari, ꝓpter amaritudinem, & inquietitudinem proprie conscientiæ. Isa. 57. cor impii quasi mare feruens, ꝙ quiescere non potest nunq̄ ex hoc mari euadere potest, postq̄ in eo semel submersus ē, nisi diuina gratia illum

eduxerit. Vnde Isido. de summo bono, postq̄ peccato obligauimus nos in operibus diaboli, iam nostra virtute surgere non valemus, sed sicut nauis fracto gubernaculo, illuc ducitur quo venti tempestas eam deuoluerit, sic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito, non quod vult agit, sed quod diabol⁹ persuadet, nā gustata dulcedine gr̄æ, statim anima recedit ab amaritudine peccati, de ista dulcedine dicitur Prouer. 16. dulcedo animæ sanitas est cordis.

¶Duodecimo, abūdat in op⁹ illustrationis, gratia enim cōparatur luci refulgēti, & ostēdēti, de qua potest dici, illud, Ioan. 1. lux in tenebris lucet, Vnde sicut lux ē causa cognitiōis mutuę, inter amicos, ita gratia reddit animam familiarem, & cognitam deo, & angelis, & econtra de non habentibus gratiam, quibus dicet, Christus Matt. 25. Nescio vos, & de habētibus, dicitur. Exo. 33. noui te ex nomine, & inuenisti gratiam corā me, in priuatione huius lucis dicebat Augu. in Soliloquio. conuersus vidi tenebras meas, in quibus fueram, & abyssum tenebrosam, in qua iacueram, ꝛ dixi, veh, veh, tenebris meis, in quibus iacui, veh cecitati, illi in qua verum lumen cœli videre non poteram, veh pręterite ignorantiæ, in qua nō cognoscebam te domine, &cæ. Ecce qualiter Abundat in oē opus bonum. Applica omnia ista ad Samaritanam quæ per optime possunt applicari, si fiat illo die.

FINIS.

## SABBATO POST. III. dominicam in quadragesima.

## DE IMMACVLATA cōceptione Virginis Marię.

NEMO te condemnauit? Ioannis. 8. Tempore illius magne ægestatis, quando in toto orbe panis deerat, & oppsserat fames terrā, maxime ægypti, & Chanaam, cum defecisset emptoribus precium, venit cuncta ægyptus ad Ioseph dicēs, cur morimur te vidente, & nos & terra nostra tui erimus: emit ergo Ioseph omnem terram

ægypti, vendentibus singulis possessiones suas pre magnitudine famis, subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos ei⁹, a nouissimis terminis ægypti vsq; ad extremos fines eius, præter terram sacerdotum, quę a rege tradita fuerat eis, libera ab hac subiectiõe, Gene.47. Mystice, tẽpore quo fuit in mundo multa egestas gratiæ, omnis humana creatura tributaria erat peccato, excepta matre sacerdotis magni ſm ordinẽ Melchisedech, q̃ ex diuino priuilegio libera fuit a tributo omnis peccati: hæc igitur fuit illa terra sacerdotalis, de qua summus sacerdos natus est ac pro nobis factus sacrificiũ Deo acceptũ, & hostia imolationis: bene nãq; decuit huiusmodi terram fœcundã, quæ talẽ produxit fructum, liberã fieri ab omni tributo peccati, (gratia Dei prę- seruante) ſm illud August. de natura, & gratia, sibi enim datum est ad vincendum ex omni parte peccatum, igitur De Immaculata Cõceptione Virginis Marię, loquuturi tria videbimus, videlicet.

¶ Primo, terminorum declarationem.

¶ Secundo, conceptionis oppositionem.

¶ Tertio, eiusdem dilucidationem.

¶ Circa primum. Videndum est quid sit iustitia originalis, quid peccatũ originale, quomodo cõtrahatur, & quid sit conceptio.

¶ De primo declaratur iustitia originalis a Theol. taliter, maxime a Sco.29.di.2. dicente ꝙ erat quoddam donum supernaturale, faciens perfectã tranquillitatẽ in anima, quãtũ ad omnes perfectiones potentiarum, ita ꝙ natura inferior, non inclinabatur cõtra iudicium naturæ superioris, & si inclinabat, potuisset quãtum ex se est, a regula superiori regulari, sine difficultate superioris, & sic patet, ꝙ erat supernaturale donum, quia faciebat deum delectabiliorẽ ipsi volũtati q̃ fuerat aliquod aliud bonum creatum, & appetibile sensibile, qđ non potuisset eẽ, ex aliquo dono naturali, & licet fuisset tristitia in parte sensitiua, in retrahendo se ab appetibili sensibili, tamen quia voluntas delectabił se abstinuisset, totus etiã homo se abstinere potuisset, & talis erat iustitia illa originalis: hanc iustitiam dedit deus Adę, obligans eum, & omnes descendentes ex eo naturali-

ter, ad habendam illam, dixit enim deus, Ecce Adam do tibi voluntate mea antecedenti quantum ex me est, hoc donum excellentissimum, & voluntate mea consequenti efficaci, & beneplaciti, do illam tibi, & cuilibet descendenti ex te, si tu Adam seruaueris eam in eodẽ istãti quo filius tuus erit ex te genit⁹, dabo illi hãc iustitiam, nullis in eo praecedentibus meritis, ideo volo ꝙ tu, & quilibet nasciturus ex te, sit debitor habendi eam, ꝙ si tu Adam perdideris eam, volo ꝙ sit perdita ĩ quolibet nascituro, ex te, quia do tibi illã, vt cõserues illã pro te, & ꝑ posteris tuis, taliter fuit data a deo iustitia ista originalis Adae, & descẽdentibus ex eo.

¶ Quantum ad peccatum originale, est notandũ ꝙ triplex modus dicendi assignatur.

¶ Primus est, beati Anselmi, de conceptu virginali, d. peccatum originale nihil aliud intelligo, nisi factam (per inobedientiam Adę) Iustitię debite nuditatem, per quã omnes dicimur filii irę, ex quo dicto, tria corre. colligo, Primũ, ꝙ peccatum originale nõ est aliquod positiuum, sed bene priuatiuum, Secũdum ꝙ peccatum originale non est priuatio qualiscunq; iustitię, sed tantum originalis. Tertium ꝙ post baptismum, ista priuatio iustitiae originalis, non est peccatum originale, quia deletum fuit in baptismo, sequitur etiam ꝙ peccatũ Adę, nõ fuit originale, quia non fuit transfusa ista priuatio ab aliquo, sed bene actuale.

¶ Secundus modus dicendi, est Petri Aureoli: d. ꝙ peccatũ originale dupliciter põt considerari, materialiter. s. & formaliter, materialiter sic diffinit, peccatum originale, est q̃dam qualitas morbida in carne, seu in appetitu sensitiuo, per quam fit quędam difficultas ad bonum, & inclinatio q̃dam ad malum, & dat exemplum de Leproso, qui generat qualitatem quandam infectã in substantia generati, sic in nobis generatur illa qualitas morbida, &c formaliter autẽ peccatum originale, ſm eundem, est deformitas quę fit in actu primorum parentum, in ratione displicibilis deo, ab ipsis parentibus in omnes posteros suos transfusa: sed ista opinio cõiter non tenetur.

¶ Tertius modus dicendi, & melior omnib⁹. Iudicio meo, est ꝙ peccatum originale est carentia iustitiae originalis, &

reatus animæ.i. obligatio ad pœnam damni. s. ad priuatio nem visionis diuinæ, pueniēs ex trāsgressiōe primorū parē tū, & ex decreto diuino, qā sic de⁹ decreuit: ex q̄ diffinitiōe, sequunt duo corre. Primū ꝙ qñ hō est in peccato originali, semper ē sub potestate diaboli, Secundum quia obligatur ad priuationem visionis diuinæ, & hæc opinio est Sco.

¶ Viso quid sit peccatum originale, restat videre quid sit ipsa conceptio, & dicūt Theologi, ꝙ conceptio potest capi tripliciter, vno modo, pro seminis susceptione. Secūndo modo, pro formati corporis figuratione, & liniatione. Tertio, modo pro animę rationalis infusione, & isto tertio mō capit hic cōceptio ſm Theo.

¶ Sed videamus qualiter contrahatur peccatū originale, dicunt doctores Theo. ꝙ nō imprimitur a deo creante animā, quia quicquid fecit deus est valde bonum, nec a patre generante, quia non habet tale peccatum, cū in baptismo fuerit deletum, nec ab Angelo bono, cum ipse malum facere nesciat, nec a dęmone, cū non possit concurrere ad animæ creationem, & infusionē, nec a carne propria inquinā te, qa infectio corporalis non agit in spiritualem coinquinā do, concludit ergo ꝙ peccatum originale cōtrahitur, in ipsa vnione animæ, & corporis, ex decreto diuino, qa ista duo concurrunt. anima autē cum pura sit non cōtrahit secum talem maculam, nec materia antequā illi formę vniatur est tali macula infecta, ergo ex vnione animæ & corporis, & ex decreto diuino.

¶ In primo ergo signo, vel instanti conceptionis contrahitur peccatum originale, sed non pro quocūꝗ signo naturæ. diuiditur autem instās cō ceptionis, in plura signa naturæ, & nota de mente Sco. in. 3. di. 19. ꝙ in eodem instanti temporis conceptionis, cōsiderātur multa instātia naturæ, in primo instāti naturę fuit corpus perfecte organizatum in vtero Sanctissimę Annę, ante animæ creationem, quia materia pręcedit suam formā or dine naturę, In scđo instanti, aīa illa bñdicta fuit mō inenarrabili creata a beatissima trinitate. In Tertio signo, vel instāti, aīa fuit corpori vnita, quia cuiuslibet formę prioritate naturæ, prius est suum esse, quā suum inesse, In quarto fuit resultans natura huma-

na,& fuit homo. In quinto illa natura humana fuit contracta ad singularitatem, & fuit singularis. In sexto fuit persona nata,& fuit persona Virginis, & fuit naturalis filia Adę.

¶ Et in isto instanti, quo fuit naturalis filia Adę, dicunt aduersarij ꝙ fuit debitrix hn̄di iustitiam originalē, ex decreto vniuersali diuino,& nō habuit,& caruit illa,& per consequens habuit peccatum originale,& fuit filia irę,& in illo stetit per aliquod spatium, postea deus sanctificauit eā, creando gratiam & infundendo illam in animam,eo modo quo facit i anima cuiuslibet fidelis tempore baptismi.

¶ Deuoti vero virginis qui tā tam ignominiam non patiuntur in Beata virgine.dn̄t,ꝙ ī illo sexto instāti fuit filia Adę, & debuit contrahere peccatū originale,de cōmuni lege, tn̄ filius dei obtulit passionem suam preuisam a tota trinitate, vt vellet eam quæ futura erat mater sua,p̄seruare a peccato originali, & illa oblatio in tātum fuit grata toti trinitati,ꝙ ipsam acceptauit tanq̄ meritum singulare, & in illo instāti in quo debuerat maculari, tota trinitas creauit vnā gratiam ęquiualētem iustitię originali,& infudit in eam, & non fuit amplius debitrix iustitiæ originalis,& per consequens non habuit peccatum originale, eo ꝙ habuit ęquiualens. i. gratiā gratū facietē.

¶ Sed oritur difficultas, quia diximus ꝙ virgo Maria licet in eodem instāti tēporis fuerit filia Adę, & habuerit gratiam,tamen prius natura fuit filia Adę, anteq̄ haberet gratiam. Tunc arguo sic,si in illo priori,non habuit gratiam,& tenebatur habere,ergo priuata fuit,ergo in peccato. Respōdet Sco.in.3.di.3.ꝙ quādo priuatio & forma compatiūtur in idem subiectum in ordine naturæ, ita ꝙ priuatio dicat̄ prius natura inesse, non possunt simul ineē, sed alterum tantum inest puta forma,reliquum autem qd̄ dicitur prius natura.i. priuatio, nūq̄ inest: sed dicitur prius natura inesse,quia quantum est ex parte subiecti,inquantum subiectū est,inesset: nisi a causa agente extrinseca preueniretur, quæ præseruaret illam, & da exemplū de materia ignis,vt scis.

SECVNDA pars dicitur oppositionis,est enim oppositio aliquorum multi

plex.primo ps.45. Sāctificauit dominus tabernaculum suū, videtur Dauid eam nominare. sanctificatam, secūdo in ps. 13. omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum: i. Christum, ſm glo. & per consequēs virgo declinauit, & iuutilis fuit, probatur quia fuit sanctificata. Tertio Beata virgo fuit per passionem Christi redempta, sed nō potest intelligi redempta, nisi a peccato originali, probatur, quia in Maria per spiritum sanctum superuenientē, somes peccati fuit extincta, q̄ nō est nisi peccatum originale, vel effectus ei9. Quarto pęna correspōdet culpę, sed pœna originalis pcti fuit mors, Beata Virgo fuit mortua. ergo, &c. Quinto, si ante passionē Christi mortua fuisset Maria virgo, descendisset ad lymbum cum sanctis patrib9, sed non propter aliud, nisi ꝑpter peccatum originale, ergo. Itē caro virginis fuit indistincta in lumbis Adę, sed ille fuit infectus macula originali, ergo, & Beata virgo. Sexto, si sic esset, sequeretur ꝙ Christus nō habuisset singularius priuilegium conceptionis, ꝙ non videtur verum, immo absurdū, cū illa fuerit creatura pura, & ipse crator, ipsa simplex fœmina, Christus deus & homo, ipsa redempta, christus redēptor, & formo tale argumentum, solus Christus fuit conceptus sine peccato originali, & nihil quod non est Christus fuit conceptum sine peccato originali, Maria est aliqd qd non est Christus, ergo nō fuit sine peccato originali. Septimo dicere, ꝙ Btā virgo sit concepta sine peccato originali, est contra dicta sanctorū patrum, ergo, &c.

¶Ad istas oppositiōes, respōdent deuoti, vir. dicētes, beatam virginem non esse conceptam ī peccato originali, sed per priuilegium speciale ꝓseruatā, & probāt multipliciter.

¶Primo, ps.92. Domum tuam dn̄e decet sanctitudo in longitudinē dierum, quæ est ista domus nisi virgo gloriosa: sicut dare possumus exemplū de Principe, qui nō pateretur habitare in domo sordida, multo magis nec Christus, o si diceres, fuit subito sanctificata, ad istud respondetur, ꝙ melius est non cecidisse, quā post casum resurgere.

¶Secundo, deus aut potuit ꝓseruare virginem, a culpa originali, aut non, dices quia po

tuit, si ergo potuit, aut voluit, aut non, non est dicendum, q non, quia tunc nō perfecte dilexisset eam, si ergo voluit, ergo & fecit, quia nisi fecisset, illa potētia frustra fuisset, (sed si diceres) noluit eam preseruare, quia non decuit, cōtra, sicut decuit filium dei habere patrem sine matre in cœlis, ita decuit eum habere matrem sine patre in terris, & sicut i cœlis nulla fuit purior generatio illa filii dei, ita in terris decuit vt nulla esset purior generatio, sed si eam non preseruasset, non esset purior omni possibili puritate.

¶Tertio quicqd est sub peccato originali, pro illo tunc, est sub potestate diaboli, & subiectum pœne æternæ, sed hoc incongruit matri æterni dei.

¶Quarto, ipsa fuit singulari lege priuilegiata, tanq̃ mediatrix inter deum, & hominem, vnde sicut fuit in mūdo vna persona per naturam, immunis ab omni peccato, sic etiā debuit esse vna persona per gratiam, vt ad ipsam tanq̃ ad medium purissimum, & necessarium, pro quacūq; gratia impetrāda recurrere possemus, probatur vna ratione, arguēdo a sufficienti diuisione vel a sufficienti partiū enumeratione, videlicet, aut ipsa bene dicta virgo nō fuit capax gratiæ præseruationis a peccato originali, ideo non debuit ei talis honor attribui, aut qd deus nesciuit illam preseruare, aut qd nō potuit, aut non voluit eam preseruare, aut q potuit, sciuit, voluit, & fecit.

¶Quātum ad primum, q fuerit capax: patet, nam si fuit capax, vt esset mater dei, virgo ante partum, post partum, & in partu, & vt exaltaretur super choros Angelorum, & effici regina cœli, quanto magis fuit capax huius gratiæ præseruationis a pctō originali?

¶Nec scdm, videlicet, q deus nesciuerit, cū omnis sapiētia ab ipso sit. Eccle. 1. ipse enim ē infinitę sapientiæ, et Paulus ad Rom. 11. o altitudo diuitiarum, &c.

¶Neq; tertium, quia tunc esset contra primum arti. fidei, qui dicit, Credo in vnum deū patrem omnipotentem, & cōtra illud, Luc. 1. apud deū non erit impossibile omne verbū, & dicunt Legiste, disputare de potentia principis, est crimen sacrilegij, igitur deus potuit ipsam preseruare, quia qui potest maiora, pōt minora, sed deus potuit materiam primā,

Angelos, mundum, de nihilo creare, qđ est maius, ergo po. tuit illud quod est minus. f. p̃seruare matrem suam, potuit de minori facere maius, sine aliquo addito, & sine raresa. ctione, vt patet Ioã. 6. de multiplicatiõe quinq; panum, potest de potẽtia sua absoluta, omnia creata annihilare, & iterum creare, etiam Aristo. in lib. de regimine principũ, ait ꝙ princeps potest a lege sua subditos suos liberare, & circa ipsam legem dispensare, & eam annihilare, quod & fecit deus, vt patet Gene. 22. de circũcisione, quam annihilauit (instituto baptismate) & Leu. 21. p̃cepit ne q̃s acciperet vxorem meretricem, & cum Osea propheta dispensauit. d. accipe tibi vxorem fornicariam, Osee. 1. Item licet ordinauerit deus, ꝙ sol per cursum naturę, nunq̃ qesceret a motu suo, vsq; ad diem iudicij, vt dicit Magister in. 4. d. 48. tamen fecit eum quiescere per spatiũ vnius diei, Iosue. 10. Item licet Ezechias Rex Iuda esset in vltimo termino dierum suorum, tamen potuit deus illi super addere. 15. ann. sic de adultera quam liberauit cõtra legẽ, sic de Enoch, & Helia qui non gustauerunt mortem, cõtra illud, Gen. 3. Memento homo, quia cinis, & puluis es, & ĩ puluerem reuer. sic ad propositum, licet deus statuerit legem, ꝙ omnes qui descẽderẽt de semine primorum parentũ damnationem peccati originalis incurrerent, tamen potuit genitrici suę priuilegium dare vt conciperetur sine culpa originali, & cũ iustitia originali, & gratia. vnde s̃m doc. deus non allegauit potẽtiam suam, legi sanctorum, & sic illam gratiam quã infundit in animã ĩ baptismo, potuit suę matri ĩfundere in primo instãti sue cõceptionis, vt probat Sco. in. 3. d. 3. q. 1. Item qui Lazarum suscitauit, & Danielẽ liberauit, & Susannam, & tres pueros de camino ignis, & ferrum cõtra naturam natare fecit, & qui percussit petrã & c. Ionam in vẽtre ceti seruauit, ipse potuit p̃seruare matrem suam, Nec etiam quartũ. f. ꝙ noluerit, q̃a nõ perfecte amasset eam (vt diximus supra) q̃a ipse dixit non veni soluere legem, sed adimplere, & lex p̃cipit honorare parẽtes. Exo. 20. & sic cõcluditur ꝙ fuit capax btã virg. tante gratię, deus potuit, sciuit, voluit, & fecit, (& si diceres.) multa potuit deus facere quæ nõ fecit, puta, mul

tos mundos, hominem impeccabilem, & multa alia. Respondeo ꝙ deus omnia illa potuisset facere, tamen non tenebatur, nec obligabatur, sed qa decebat & tenebatur honorare, & dignificare. v. tali honore, ergo, & fecit.

¶Istud etiam probatur Alia ratione, ad hoc ꝙ quis peccatum originale contrahat, tria requiruntur, Primum, parentum transgressorum generatio, secũdum, naturalis ab eisdem propagatio. Tertium diuini decreti coartatio, de primo, ꝙ talis per generationem descendat a parentibus trãsgressoribus, contra legem datam a deo, sicut sum⁹ omnes nos respectu Adę, cui pceptũ datũ fuerat de ligno vetito, de secundo, requiritur ab eisdem parentibus transgressoribus naturalis propagatio, quia si quis ppageturab Adã supernaturali modo, non cõtraheret peccatum originale, vt patet, de Christo, qui licet ab Adam duxerit originẽ, qa non naturaliter ẽ generatus sed supernaturaliter, ideo nõ cõtraxit, de tertio, ꝙ talis naturaliter propagatus per diuinum decretum non artetur, sic non cõtraheret, vt fuit in B. virgine, sed quomodo aliqs contrahat tale peccatum, Audi quatuor leges.

¶Prima, est lex cõmunis omnibus generaliter, qui in vtero matris cõmuni lege ppagati sunt, & tales oẽs cõtrahũt.

¶Secũda lex, est specialis, eorum qui in vtero matris sanctificantur, vt patet, de Hiere. Ioan. Bapti. & tamen contrahunt in sua conceptione, sed per diuinam gratiam postea mundantur.

¶Tertia lex est singularis, qñ quis ex modo sue propagationis contraheret, tamen singulari gratia preueniente, pręseruatur, sicut patet, de virgine.

¶Quarta est supernaturalis, quando quis non contrahit tamen natus est contrahere ex modo sue propagationis, vt patet de Christo, quia supnaturaliter natus est, vt diximus, patet ergo quaťr multiplici ratione probatur Beatã Mariã ex priuilegio singulari fuisse pręseruatam a macula originali.

¶Nunc autem ad ratiões oppositas, quantum ad primam respondetur, illud vniuersale oẽs distinguitur, aut intelligitur de vniuersali simplici, aut accommodato, vniuersale simplex omnia distribuit, vt istud, omnia quęcũꝗ voluit

fecit deus in cœlo,& in terra, vniuersale accommodatum, distribuit ſm,qd,vt illud venit illuminare omnem hominem ve.in hunc mũ. qđ intelligitur ſolum de illuminatis, ſic in iſto vniuerſali omnes accipitur ſm quid. i. omnes qui ſub lege nati ſunt,& non pſeruati,& ad illud de ſanctificatione dicendum ꝙ Bea. virg. ſemper fuit ſancta, & illa ſanctificatio nõ preſupponit aliquam maculam,quia ab æterno fuit præuiſa ad talem ſanctitatem.

¶Ad illud, ꝙ fuit redempta, Reſpondeł ꝙ redemptio dupliciter poteſt itelligi,vel purgans,vel ſubleuans,& præſeruans, vnde nos ſumus redempti a mortæ æterna,& tñ non fuimus æternalr̃ actualr̃ mortui,Angeli etiam fuerunt redempti.vnde Beda,ſuper illo dicto Pauli, Chriſtus eſt redẽptio noſtra, ait nunqd Angelos redemit ſicut & homines? dico,quod Angelos illos præſeruando, & homines,illos purgando, illæ.Ad probationem,licet Maria ex natura ꝓpagationis habuiſſet peccatũ originale, tamen formaliter non habuit fomitem peccati, quia ratio cauſalis,non includit rationem formalem.

¶Ad illã de morte dicendũ, ꝙ duplex eſt pœna,inflicta,& contracta, & iſta eſt duplex, contracta culpa aliena,& cõtracta culpa ꝓpria, iſta pœna ſcilicet mors fuit contracta culpa Adę, & non culpa virginis,patet hoc, exẽplo de purgatis a peccato originali per baptiſmum,& tamen moriuntur,& non culpa propria. Ad 5. rationẽ. Reſpondetur ꝙ talis caſus non fuiſſet admittẽdus ſm Franci. de Maro. quia nõ erat determinatum a deo, ꝙ ſi determinaſſet, ſicut præſeruauit a peccato originali, præſeruaſſet a pœna.

¶Ad aliam,verum eſt ꝙ caro virginis fuit in lumbis Adæ, ſed dicimus ꝙ deus præſeruauit vnam particulam carnis, de ſtatu innocentiæ,& deſcẽdit de progenie in progeniẽ vſq; ad virginem, & ſic eã præſeruauit.

¶Ad ſextã dicitur, ꝙ adhuc reſeruatur ſingularius priuilegium in Chriſto, quia ipſe conceptus eſt de fœmina ſine virili ſemine,Maria autem de ſemine viri,& fœminę,præterea ſi Chriſtus fuit cõceptus ſine peccato originali, hoc fuit competẽs ei ſolum, iure, ratione,& neceſſario,Bea.virgo ex gratia,& priuilegio, Ad

Argumentum potest dici, ꝙ illa exclusiua potest accipi dupliciter, simpliciter, & sm qd, si primo modo, concedimus, ꝙ solus Christus est sine peccato conceptus, de iure, & de facto, sed nō solum de facto, quia etiam virgo fuit cōcepta sine macula originali, quia Christus non fuit filius naturalis Adæ, ideo de iure: Maria vero sic, &c.

¶ Ad aliam rationem, licet dicta sanctorum ecclesia approbet, quæ tamen non sunt retractata, non tamen in omni sensu, quem faciunt. vnde dicta sanctorum non sunt tāte auctoritatis, qn possit sentiri contrarium, quando non sunt determinata per sacram doctrinam ecclesiæ, & sic patet secūda pars.

TERTIA pars, dicitur dilucidationis, ad cōfirmādum ea q̄ superius dicta sunt, assumo multas alias rationes, & prima dicitur ratio punitiōis, arguēdo sic, si ipsa beata virgo fuisset concepta i peccato originali, fuisset magis punita pro illo tēpore, siue in instanti, q̄ omnes creature quæ fuerunt in mundo, ꝙ est crudele, & impiissimum dicere, quia alii peccauerūt actualiter, & cōsequenter grauius puniri debebant, probatur arguendo sic, illud qd plus perdit ꝑ aliquo tempore plus punitur, sed Beata Maria. Si contraxisset peccatum originale, plus sola perdidisset pro illo tempore, q̄ omnes alii dānati, qm̄ si omnes homines hui⁹ mundi fuissent prædestinati, non attingissent ad virginis meritum, & premium, ergo cū in peccato originali, priuetur anima omnibus spiritualib⁹ bonis, cum sit sub potestate diaboli, sequitur ꝙ Beata virgo in pctō originali existens, plus perdidit, quia gratias ad quas erat disposita pro illo tēpore habere non potuit, &c.

¶ Secunda est ratio oditiōis, arguendo sic, si Beata virgo cōcepta fuisset in peccato originali, sequeretur ꝙ ipsa fuisset plus odita a deo pro illo tempore, q̄ Caym, & Iudas, & quilibet alius dānatus, quod est impium, & nepharium dicere, ꝙ illa quæ adeo fuit dilecta, vt mater dei fuerit electa, pro aliquo tempore tantum fuerit odita, ⁊ probatur dicta ratio, sic, pœna includens culpam, quāto maior est culpa, tanto maior est pœna, & magis oditur, sed pœna virginis

fuisset

fuisset maior, qa plura bona perdidisset, & nõ perdidisset, nisi quia deus eam in peccato concipi voluisset, igitur illo tempore deus eam magis odio habuisset ꝙ multos dãnatos, immo omnes, cum nõ sit aliud odiũ, nisi subtractio gratiæ, sicut dilectio cõmunicatio gratię, qa ſm S. Bona. in 3. dist. 32. deus diligit nos non amore affectionis, sed amore cõmunicationis, quæ duplex est. s. naturæ, & gratiæ, & subtractio gratię, dicitur odium, vt supra, ergo si a B. virgine in tali tempore, vel instanti fuerunt subtracte omnes gratię, vt supra ergo magis odita.

¶ Tertia ratio, dicitur puritatis, sic, Beata virgo iter puras creaturas per se subsistentes, debuit tenere gradum maioris puritatis, post deum, puritas autem intẽditur per recessum a contrario. i. a peccato, & ille dicitur purus qui est sine peccato, si igitur B. virgo debuit eẽ purissima sub deo, vt dignũ vas esset filii dei, nõ potuit habere peccatum originale. Nam tres sunt gradus puritatis, possibiles creature, Primus ẽ posse peccare, & peccare, & per gratiam releuari. Secundus est posse peccare, ⁊ non peccare, sed per gratiam præseruari. Tertius ẽ nec posse peccare, nec peccare. Primꝰ gradus cõpetit cõiter omnibus fidelibus mundi. Secũdus B. virgini. tertius soli animæ Christi, ille ergo secũdus gradus puritatis, fuit virgini concessus, quia mater dei, domina Angelorum, Regina cœli, & terræ, & mater misericordiæ, & vltimum peccatorum refugium.

¶ Quarta ratio, dicitur redẽptionis sic, arguendo, si B. virgo non fuisset pͤseruata a peccato originali, Christus non fuisset perfectissimus redemptor, quia non habuisset gradus omnes possibiles redemptionis, quod est impiissimũ dicere, & probatur, quia modus præseruationis, est perfectior omnibus alijs, tum quia ex parte præseruati sequitur abundantior gratia, quia amplior puritas, immo tota malorum semotio, tum quia ex parte pręseruantis, arguit maior perfectio, & liberalitas, qa donat gradum perfectissime puritatis. s. nõ cadere, ꝙ nõ fecit aliis, qui ceciderunt: quia perfectius est nunquam fuisse sub odio, ꝙ fuisse, & recõciliari. vnde nota ſm Petrum Aureolum, ꝙ ad hoc ꝙ Christus fuerit perfectissimus redem-

ptor, & vniuersalis, necesse fuit vt aliquē releuaret a peccato actuali mortali, vt facit circa omnes peccatores adultos, & aliquem præseruaret a peccato actuali mortali, vt fecit circa Angelos, ⁊ multos sãctos. Item ꝙ aliquē releuaret a peccato actuali veniali, vt etiã fecit inq̃ pluribus sãctis, qui nunq̃ peccauerũt mortaliter, sed bene venialiter, ⁊ aliquem præseruaret a peccato veniali, vt creditur fuisse Ioãnes baptista, & saltem fecit in paruulis innocẽtibus sine aliquo peccato actuali decedentibus. Item necesse fuit vt aliquem releuaret a peccato originali, vt facit cũ peccato originali nascentes, & aliquem p̃seruaret a peccato originali, ꝙ tantum pie creditur fecisse in gloriosa Virgine, & sic patet eam fuisse immunem a macula originali.

¶Et non tantum rationibus antedictis hoc probatur, sed ẽt exẽplis naturalibus, & primo sicut radii solares descendunt supra lutum, & non deturpantur a luto, sed potius, illuminant lutum, sic & anima virginis, descendit supra lutum humanæ naturæ, & tñ non fuit deturpata a luto originalis culpę, sed potius totã naturam humanam illuminauit. Secundũ est, sicut aurũ in visceribus terræ non corrumpitur, sed perficitur, sic Beata virgo in visceribus matris nõ fuit corrupta, aliqua macula, sed potius a spiritu sancto p̃seruata. Tertium est, sicut ramus proueniens ab vna arbore, & insertus in malam arborem, nõ inficitur ab ea, sed potius perficit eam, sic & anima Beatę Virginis proueniens a deo, & inserta in corpus Beatę Virg. abscissum a massa corrupta Adæ, non inficitur ab ipso, sed poti⁹ perficit ipsum. Quartum ẽ, sicut rosa producitur ex virga spinosa, tamen in se nõ habet aliquam spinã, ita B. Virg. quãuis a massa spinosa .i. corrupta, fuerit producta, tamen in ipsa anima bene dicta nõ fuit aliqua spina peccati, patet exẽplis naturalib⁹ possibilitas isti⁹ cõceptionis.

¶Adducere etiam possumus innumeras auctoritates isti⁹ cõceptionis. Et prima est spiritus sancti qui in lib. Canti. 4. ait, tota pulchra es amica mea & macula nõ est in te, super quibus verbis, ille doctor famosus Alexã. de Ales, in fine vitæ suę, expositionem fecit in honorem conceptionis. d. to. pul. es ami. mea, & macula

nõ eſt in te.ſ.originalis,actua lis,venialiſq; peccati,⁊ hoc di cens comedans ſe virgini glo rioſæ,animam ſuam emiſit.

¶Secunda eſt Eſa.18.ſicut lux meridiana clara ẽ, quia ſicut cum luce nulla commiſcetur obſcuritas,ita cum vir. puritate benedicta non fuit com mixta originalis peccati ma cula,vel obſcuritas.

¶Tertia fuit illius nũtii bene dicti Angeli Gabrie.d. ad virginem, ſalutando,Aue gratia plena dñs te.be.tu in mu. ex q bus verbis patet B. Virgi.eſſe ſine peccato conceptam. Nã primo dixit Aue.i.ſine ve,⁊ ſic negans omne ve,negat pecca tũ originale. Scdo gratia plena, ſed plenum eſt cuius nulla pars eſt vacua,4.phiſi.ergo Maria non fuit vacua per pec catum. Tertio dñs tecũ, ergo nõ diabol⁹, ꝙ fuiſſet ſi in peccato cõcepta eſſet, quarto benedicta tu in mul. ergo nũꝗ maledicta, ꝙ eſſet ſi in peccato,&c. Exo.20.qui maledixerit patri,vel matri,morte mo riatur.

¶Alia eſt,Salom.prouer.18.in perſo. V. d. ab æterno ordinata ſum,& ex antiquis, & nõ in merito, quia Salomon vidit eam in lumine ſapientiæ ſuæ, quod a deo acceperat, ideo excellenter exaltauit eam.

¶Auguſt.etiam in lib. de natura,& gratia,ait, cum de peccatis agitur de Maria virgi.ꝑter honorem dñi, nullam facere volo queſtionem,ſibi.n. datum eſt ad vincendum ex omni parte peccatum,⁊ ſequitur hac igitur excepta,ſi omnes ſanctos,& ſanctas interrogarem, vtrum eſſent ſine pec cato? vna voce clamarent, ſi dixerimus quia peccatũ non hẽmus,nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. & non poteſt intelligi de actua libus,quia innocentes, & par uuli decedẽtes,non peccauerunt peccato actuali. ergo intelligitur đ originali, quia di cit omnes, neminẽ excludẽs. Præterea dicit ꝑpter honorẽ dñi,ſed maior honor dñi eſt: dicere ꝙ virgo non peccauit originaliter, ꝗ actualiter, & hoc propter multa,tum quia culpa originalis, eſt maioris malitiæ,cum maculet totam naturam, actuale vero nõ, tũ quia originale eſt radix actua lium,& non econuerſo. quia nullus peccauit actualiter, niſi qui peccauit originaliter,tũ quia peccatum originale eſt quaſi neceſſarium, quia null⁹ poteſt illud ex ſe vitare,actua le autem ſtat in libertate nr̃a.

¶ Ambrosius super illud Esa. 11. Egredietur virga de radice iesse, dicit, hæc ẽ virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit, cuius dictum confirmat. B. Tho. in expositione Euãgelicæ, & Angelice salutationis, d. de beata virgi. ipsa enim purissima fuit quãtum ad culpam, quia nec originale nec veniale, nec mortale, peccatum incurrit.

¶ Et beatus Hierony. scribẽs in serm. de assumpt. bea. Virg. ad Paulam, & Eustochium. d. cæteris pstatur gratia per partes, marię vero tota se infudit plenitudo gratiæ, & iterũ qcquid humanis potest dici verbis, minus ẽ a laude virginis. ergo non tantum verum est nõ peccasse, sed ampliori laude dignam fuisse.

¶ Anselmus in lib. de conceptu Virginali, sic ait, decebat, vt illius hominis cõceptio de matre purissima fieret, q̃ ea puritate niteret, q̃ maior sub deo nequit intelligi, sed non potest esse maior puritas, sub deo, nisi vbi nõ est aliqua macula. Vnde B. Tho. in. 1. di. 44. in qõne vtrum deus potuerit facere res meliores quã fecit, in rñsione tertij argumẽti, super dicto illo Anselmi, ait aliquid creatum potest purificari, quo nihil purius eẽ potest in rebus creatis sine vlla contagiõe peccati, & talis fuit puritas Beatę virginis, quæ ab oĩ peccato originali, & actuali imunis fuit. & tamen illa puritas fuit sub deo.

¶ Et Gene. 3. ipsa conteret caput tuum. i. serpẽtis, sed si Maria fuisset in peccato originali, & per consequens fuisset a serpẽte strãgulata, ergo quomodo potuisset caput serpentis conterere?

¶ Et Exodi. 25. compignite Archam de lignis septim, quæ ligna sunt imputribilia, & figura fuit Beatæ Marię quæ debebat eẽ Archa imputribilis ab omni labe, in qua saluatũ fuit humanum genus.

¶ Ezechielis. 14. vidi in domo dñi portam clausam, & dixit dñs ad me, porta hæc clausa erit, & non aperiet, & figurauit beatã virginem, quæ semper fuit clausa, & per eam nũquam intrauit peccatum.

¶ Et Salomon prouer. 18. nec dum erant Abissi. i. profunditates peccati originalis.

¶ Sancta Mater Ecclesia quæ non potest errare, quia a. S. spiritu in omnibus edocetur, cãtat, fœlix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima, ergo, & ista. s. præseruari a ma

cula originali.

¶ Domini Canoniste dicunt testimonium, & Iuriste, priuilegium speciale derogat generali, vt habetur. 25. q. 1. c. vlti. Sed Beata virgo est specialiter priuilegiata.

¶ Dñi legiste dicunt etiam testimonium. ff. de legibus, lege princeps, ex legib⁹ solutus ē, & Augusta ē exempta per speciale priuilegium, sed Augusta est Maria, sicut figuratum fuit Hester. 15. vbi Rex Assuer⁹ ait ad Hester reginam, nō pro te, sed pro omnibus aliis hæc lex constituta est. Hester figurauit Mariam, &c.

¶ Aliud testimonium est ab Arist. 7. Ethi. filii amant parentes plusq̃ omnes seruos, amare ē velle bonum, magis amare, est maius bonum velle, maxime amare, est maximum bonum velle: per illam regulam. 4. Topico. Sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis, ad magis, ita maxime, ad maxime, tunc sic, sicut Christus summę prę oībus seruis amauit matrem ab æterno pręelectā, ita maximum ei bonū voluit, sed seruis. i. Angelis, Adę, & Euæ, hoc bonum voluit, q. s. sunt creati sine peccato originali, ergo multo magis, matri suę. Lex Maumetica reddit quoq; testimonium, Maumetus in suo Alcorano, non fuit ex filiis Adæ, quem non tetigerit Sathan, præter Mariam, ⁊ filium eius Iesum, ideo dum nascitur homo plorat, vociferat ex tactu, & Anselmus in quadam Epistola ait, nō videtur verus amator virginis, q recusat diem Conceptionis eius recolere, & Eccle. 24. qui me elucidant vitam ęternam habebūt. i. lucidā me reddūt.

¶ Habetur testimoniū ex reuelatiōe diuina, & prima fuit sancti Guidisalui Capellani B. virg. Archiepiscopi Tolosani, qui tātam familiaritatem habuit cum B. Vir. q semel dedit sibi vnam planetam ad celebrandum. d. scias Guidisalue me fuisse conceptā sine originali macula, Ipse autē non surdus auditor factus, componens vnum tractatum de Cōceptione vir. fecit solenniter celebrari dictum festum per totam hyspaniam, & ipse annuatim pręedicabat.

¶ Secūda est beati Bernardi, qui in Abbatia claraualle, apparēs totus lucidus, excepto pectore, in quo erat quædam macula, dixit cuidam monacho, quod illud erat, quia dū viueret, dixit Bea. virginē cōtraxisse peccatum originale,

& quod non retractauit in vita, voluit retractare in morte, & dixit ꝙ prędicaret quod viderat & audierat.

¶ Tertia est Beatę Brigidæ q̄ cuidam suo Capellano dixit, semel interrogasse Beatā virginem & sibi dixisse, fuisse cōceptam ex Ioachim, ⁊ Anna, sine originali macula, & statim ille Capellanus celebrauit, & prædicauit annuatim dictum festum.

¶ Quarta fuit Doctoris irrefragabilis Alexan. de Ales, qui legens in vniuersitate Parisiēsi, nolens assentire conceptioni Virgi. in festo Conceptionis tot infirmitates arripuebāt eum, vt velut mortuus videretur, & hoc iteratis vicib⁹ per multos annos in eodē festo, admonitus ergo a suis discipulis, in se reuertens, vouit B. virg. ꝙ si eum liberaret a tali morbo, ꝙ assentiret, & teneret suam sanctissimam conceptionem, & statim reductus ē ad pristinam sanitatem, & cōposuit vnum librū ad honorem Conceptionis Virgi. qui diuiditur in .6. libros, ⁊ in fine tertij libri, facit vnam quęstionem. Vtrum Bea. Virg. fuerit concepta sine peccato originali? & in corpore quæstionis ponit tale exemplum.

¶ Ista fuit illa benedicta mulier, falsè a scribis, ⁊ Phariseis accusata, eamq; in adulterio peccati originalis deprehensam, & s̄m legem lapidandam asserentibus, Christo aūt scribente in ea digito suę immēse sapientiæ, Primo gratiam præseruantem, in sua Conceptione. Secundo gratiā superuenientem omnium bonorū spiritualium in sui filij incarnatione, vnus post vnum abibant incipientes a seniorib⁹ & sic remansit Iesus solus, & mulier in medio stans, immunis a tali adulterio maculę originalis, a nemine condēnata, nec etiam a Iesu deo & homine, sed eam immunem & liberam præseruauit.

¶ Ista deniq; est illa Susanna, in cuius cōcupiscentiam exardentes senes, existens in pomario suæ innocentiæ, eam in adulterio deprehensam asserebant, suscitato autem spiritu cuiusdam pueri iunioris, cui nomen Daniel, comperto q;, nec sub Cino, nec sub Pino, illam comprehēdi potuisse, exclamauit reuertimini ad iudicium, qa falsum testimonium loquuti sunt aduersus eam, cernensq; illos in capita eorum mentitos, illesam adiudicauit, & sic saluatus ē san

guis innoxiꝰ in illa die, ad laudem Iesu christi & suę beatissimę virginis matris Marię, quā propitiam deus nobis concedat. Amen.

FINIS.

## DOMINICA QVARTA in quadragesima.

## DE DIVINA prędestinatione.

IPSE non sciebat quid esset facturus, Ioānis .6. Patet liquido ꝙ sicut existēs ī tenebris, ignorat q̄ circa se sunt, pōt esse iuxta serpentes, & in rebus fœdis, nec illa videbit, sed luce adueniente, visis periculis, in quibus prius inuolutus erat, magis pauet q̄ prius. Ita existens in tenebris peccati, non percipit peccati aculeos, nec eiꝰ fœtores, exemplum habemus de Simia dormiente iuxta stipitem, quæ stipitis podus nō sentit donec elongetur a stipite, non igitur percipit peccator quanta sit peccati miseria, nisi ipse diuina illuminatus gratia elongetur a peccato, considerās quibus erat inuolutus miseriis, & tunc gloriatur velut captus a carcere liberatus, præsignatur enim Actu. 12. vbi legitur ꝙ Petrus iacebat in carcere Herodis, vīctus cathenis duabus, & transacto paschate, debebat tradī populo occidendꝰ, sed Angelus dñi accedens, & lumē præbēs carceri. Petrum extra carcerem eductum dimisit, in vico, spiritualiter signat hominem ī carcere diaboli, qui vinctus est duabus cathenis, quia nec valet malum culpe fugere, nec potest bonum aliquod operari, expectatur trāsitus pasche .i. consumatio p̄sentis vitę, vt tradatur dęmonum populo, morte puniendus ęterna, sed adueniente diuinæ gratiæ luce, intellectum illustrante & affectum accedēte, deponit cathenas, & eductus extra portam ferream in qua vinctus detinebatur, ingreditur viam rectam per assiduam virtutum, & honorū operum exercitationem, tanquā completiuam causam diuinæ prædestinatiōis, de qua diuina prædestinatiōe loquuturi, tria proponimus declaranda, videlicet.

¶Primo oppositionem.
¶Secundo declarationem.
¶Tertio determinationem.
¶Circa primum. Nota quomodo accidit mihi, in itinere pergenti: quidam secularis qui doctrina mundi peritus erat, de qua Paulus, litera occidit, spiritus autem viuificat, dixit. O frater nimirum de te, ac tot fratribus diuersarũ religionũ celeberrimis viris admiror, vt tam acerbam poenitentiam, in tot, ac tantis difficilimis operationibus, sicut ipsius sancti Francisci regula præcipit, assumetis, cũ tot bone operationes nõ sint necessariæ ad salutem, cui opinioni respondi. Quam rationem habetis ad hanc opinionem, dixit. Non vnam tm̃, sed multas, & varias, Laterales tres.
¶Prima, dicit p̃destinatiõis.
¶Scd̃a efficacis intensionis.
¶Tertia fidei perfectionis.
¶Quantum ad primam, suppono ꝙ de⁹ sit immutabilis, aliter non esset deus, cum mutabilitas dicat imperfectionẽ in eo in quo est. Et vltra p̃suppono quod sciẽtia dei sit certa, & infallibilis, non solũ circa necessaria, sed etiam circa futura contingentia, quia talia certe, ⁊ isfallibiliter ab ęterno cognouit, cũ sit ꝙ fuerunt volita volitione efficaci, & ordinata ab ipsa voluntate efficaci, futura eẽ, q̃ volũtas dei efficax semper implet, aliter nõ esset omnipotens. Quibus p̃suppositis, sic probo efficacissime intẽtum meum. Scilicet ꝙ non sint necessarie tot bone operationes, volenti efficaciter beatitudinẽ assequi, nã nemo beatitudinem acquirere potest, nisi prędestinatus a deo sit. s. ordinatus ad beatitudinẽ, quia ordinatio ad eã ẽ prædestinatio. Cum ergo omnes qui acquirent beatitudinem fuerint a deo æternaliter prædestinati, & ordinati ad ipsam; quos omnes saluãdos deus ab æterno præuidit, ergo de necessitate saluantur, quia si aliqui eorum possent dãnari, sequeretur ꝙ aut de⁹ esset impotens, aut si omnipotens erit tamen mutabilis, & per cõsequens scientia sua fallibilis, & incerta, quia quero. Quomodo prædestinatus potest damnari? aut stante prædestinatione diuina, aut nõ, si dicas, ꝙ stante prædestinatione, est implicatio contradictionis, quia deus non esset omnipotẽs, si volente ipso efficaciter me saluare, stante sua volitione, possem dãnari. ego. s. Et intellectus suus deci-

peretur, quia eo modo intelligit futura cōtingentia, sicut volūtas diuina ordinat, & determinat, si dicas non stante, ergo mutabilis, quia prius & ab æterno m̄e prædestinauit nunc autem non amplius m̄e prædestinat, imo vult oppositū illius quod voluit ab æterno, ex quo non possum damnari nisi volente deo, ⁊ impossibile est fieri transitus de cōtradictorio in cōtradictoriū sine mutatione ipsius transeūtis, similiter scientia dei non esset certa, & infallibilis, ex quo oppositū eius posset euenire quod intellexit ab æterno. Omnia autē hæc sunt inconuenientia ⁊ impossibilia, ergo illud ex quo sequūntur. est inconueniens, & impossibile. s. ꝙ prædestinatus possit damnari, quia dato quolibet possibili, nullum sequitur impossibile maxime ī deo, sicut sunt hæc prædicta, ergo siue bonum operetur, siue non, si aliquis est prædestinatus saluabitur, quia est impossibile qd dānetur. Bonum ergo operari, non est necessarium ad salutem consequendam.

¶ Secunda est philosophi. 1. phisi. & in thop. frustra fit per plura quod pōt fieri per pauciora, sed ad meritum beatitudinis acquirēdum, sufficit bona volūtas. ergo bona operatio, non est necessaria. s. exterior, immo de superogationis quia si esset necessaria, nō possemus semper beatitudinem acquirere, qa bona operatio exterior non semper est in potestate nostra, vt patet de infirmo, & de incarcerato, & de similibus, quia nō est verisimile ꝙ deus nos obligauerit in acquirenda beatitudine, ad aliquid agēdum, quod nō sit semper in potestate nostra, sicut ē operatio exterior &c. Bona ergo voluntas sufficit, vt inquit Augu. nihil tam ē in ptāte nostra sicut ipsa voluntas. Et hoc confirmat sanctus Bernar. in lib. de lib. arb. Intentio inqt, sufficit ad meritum, bona operatio ad exēplum. Paul. ēt inquit ad Ro. 3. ex operibus legis non iustificabitur omnis homo, ⁊ de pe. ni. di. 1. c. diuinorum. c. omnis c. noli, & alia multa capitula, ibi vide, & glo. super illud. ps. Dixi confitebor &c. volūtas pro operatione reputatur ergo, &c. & dic multas auctoritates ad propositum.

¶ Tertia præsuppono, ꝙ christus non sit diminutus, in docendo nos necessaria ad salūtem, nec in suis dictis, quia nō

ſolum inquantum deus, ſed inquantum homo, infinitam habebat ſcientiã. & ſi non intenſiue, ſaltem extẽſiue, vide Sco. in 3. di. 15. ſed volens nos inſtruere de huiuſmodi neceſſariis, dicit Marci vlti. & Matt. 16. qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit ſaluus erit, & non q cre diderit, & operatus fuerit; &c. Si non fuit diminutus in ſuis dictis, ſed ſufficiens, & verax; ergo nos chriſtiani qui credimus, & baptizati ſumus, ſalui erimus; dato ꝙ nõ operemur, aliter fuiſſet mendax, & diminutus, quę omnia dicunt maximam imperfectionem, quã omnino remouere debemus a Chriſto, cum dicatur primę Pet. 2. nec dolus inuentus eſt in ore eius, & Eſa. 53.

¶Quas rationes ſolui, quę ſolutiones erunt & probatiões propoſitionis, vel concluſionis propoſitæ.

¶Ad primam rõnẽ ſic rñdeo. Cócedendo ꝙ deus eſt immutabilis, & ꝙ omnia futura cõtingentia cognouerit ab æterno, certitudinalr, & infallibiliter, & vltra ꝙ nemo põt acquirere beatitudinem, niſi ſit ꝑdeſtinatus a deo, & ꝙ omnes qui acquirent beatitudinem fuerunt ab æterno a deo prædeſtinati, ordinatiq; ad ipsã, ſed quãdo infertur. ergo, omnes prędeſtinati ſaluabunt, negatur, quia hoc eſt contra totam theologiam, & ad totius fidei Catholicę deſtructionẽ. Et qñ probatur ſi aliquis prędeſtinatus damnari poſſet, ergo deus, vel eſſet mutabilis; vel impotẽs, & per cõſequens ſcientia dei nõ eſſet certa &c. Hoc negatur, quia non ſequitur aliquis prædeſtinatus dãnatur, ergo, ꝛc. dic tuo modo. Ad probationem autem, quã do dicebatur quæro quomodo poteſt prędeſtinatus dãnari? aut in ſenſu compoſito, aut diuiſo. i. aut ſtãte prædeſtinatione diuina, aut non? Reſpõdeo ꝙ verum eſt ꝙ nõ poteſt quis dãnari ſtante prędeſtinatione in ſenſu compoſito, q2 eſt implicatio propter inconuenientia ſupradicta, & maxime reſpectu diuinæ omnipotentiæ, quia contra ſuã efficacem volũtatẽ iſte dãnatur, cũ ꝑdeſtinatio ſit actus voluntatis efficacis diuinę, & ſic repugnaret voluntati diuinę, & intellectus diuin⁹ deciperetur, & falſum intelligeret. ſ. hunc eſſe ſaluandum cum tñ finaliter dãnaretur, vt bene cõcludit. Tñ bene dico ꝙ prędeſtinatus poteſt dãnari in ſenſu diuiſo. ſ. nõ ſtãte prædeſtina-

tione illius q dānatur,& ideo quia fuit contingenter prędestinatus,& sic potest similiter pręsciri, nec ex hoc sequitur inconueniens.s. ꝙ sit mutabilis,nec ꝙ aliquid de facto mutetur,& qn̄ probatur ꝙ nō potest prædestinatus damnari sine mutatiōe dei, quia impossibile est ꝙ fiat transitus &cę. Impossibile enim est, ꝙ deus aliquem prædestinet ab æterno,& ꝙ postea dānetur, quia non potest dānari nisi volente Deo,& sic mutaret. Rn̄deo: & dico,ꝙ non est verum,quia mutari s̄m Aristo. est aliter se haberi nunc, q̄ prius. Non.n. est imaginandum ꝙ prędestinatio illa sit p̄terita, ita enim prędestinauit ab ęterno sicut nunc prædestinat, & nunc sicut ab æterno, quia actus tales ad extra non transeunt in preteritum,nec in futurū,sed semper sunt actus p̄sentis temporis,quia totum tempus nostrum mensuratur vno instāti ęternitatis, vt habet Sco.in 2.nisi velit deus oppositum illius prædestinatiōis,ꝙ potest velle,qa sicut volūtas diuina, vt dicit Franci.in.1.di.40. q.2. Potuit ab ęterno p̄destinare, & nō prędestinare, ita modo potest prædestinare , & non prędestinare, manet enim in ipsa prędestinatione mere cōtingēter,& per consequens potest ab ipsa desistere, pōt enī accidere ꝙ deus velit nunc hunc saluari,& cras velit illū met damnari, neq; ex hoc sequitur mutatio in deo, sed in esse volito,s.in prędestinato, & præscito. Nemo enim negaret ꝙ si deus voluisset,potuisset saluare Iudam de potētia absoluta,& Petrum damnare, qa talis potētia respicit quodcunq; possibile quod non implicat contradictionem, hic autē nulla ē implicatio,aliter esset negare deum eē omnipotētem,& si hoc pōt deus. s. de Iuda,& de Petro,multo magis potest hoc facere de prædestinato nōdum beato,& de præscito nondum damnato. Nec propter hoc sequitur ꝙ intellectus diuinus decipiatur, & scientia ipsius sit fallibilis, & incerta,quia dicit Frāc. vbi supra Et certe singularissime,ꝙ cognitio quam habet intellectus diuinus de futuris cōtingentibus,& de prædestinatis, & de præscitis,non est nisi cōditionalis. Scit enim certitudinaliter, & infallibiliter, ꝙ oēs p̄destinati saluantur,omnesq; pręsciti damnantur, nō absolute,sed cum hac conditione.s. si voluntas diuina sta

bit in illa determinatione, ſicut determinauit ab æterno, Et nō aliter determinabit, ſi aūt nō ſtabit, cognoſcet intellectus ſicut volūtas determinabit. Vnde ſi prædeſtinatum ab æterno ex ſua mera voluntate pręſciret, puta propter ingratitudinem, & ſimilia, intellectus qui cognoſcebat in primo inſtāti æternitatis, ipſum ſaluandum, cognoſcet ipſum damnandum, ſine aliqua ſui deceptione, ſeu fallibilitate & mutatione, Mutatio aūt erit, ineſſe cognito.ſ. inquantū ꝙ qui prius cognoſcebatur ſaluandus, nunc cognoſcitur dānandus. Dico vltra ꝙ qñ quęritur, an deus ſcit infallibiliter an non? Reſpōdeo, ꝙ deus ſcit ſicut res eſt ſcibilis, quia ſm Ariſt. ſicut ſe habet res ad eſſe, ita ad intelligi. Si ergo res ſe habet contingenter, vel eſt cōtingens, ſic intelligitur, vt eſt contingens. Nullius ergo valoris eſt illud argumentum diabolicum. Deus me p̄deſtinauit, ergo neceſſario ſaluabor, &c. quia deus nō eſt alligatus ſuæ determinationi habenti reſpectum ad extra, quia non neceſſario determinauit ſaluare, quos prædeſtinauit, nec econtra, quin poſſit velle oppoſitum. qñ prædeſtinatus nō eliciat media correſpondentia prædeſtinationi, & præſcitus econtra, &cæ. Nam licet in deo prius finis p̄uideatur, ꝙ ea quæ ſunt ad finem, tñ præuiſo fine, præuidētur & media ſufficientia ad finem, &c. Media autem multa ſunt. primo vt fundamētum, incarnatio filii Dei, eius paſſio, ſuſceptio baptiſmi, & pœnitētia poſt lapſum pc̄ti mortalis, & finaliter completiua cauſa effectus iſtius .ſ. p̄deſtinationis in adultis, eſt bonū opus, quia vt dicit Sco. opera meritoria includūtur cōnotatiue in diuina, ac beatifica p̄deſtinatione, tāquā volitū in fieri., Ideo dicebat beatus Petrus in ſua 2. cano. Satagite vt per bona opera certam faciatis vocationē veſtram.i. prædeſtinationis, & ſic actus prædeſtinationis continuabitur &c. Et ſimiliter dānatus. ſi incumbit bonum facere, & malum vitare, poteſt effectum p̄ſcientiæ euitare, quia non abſolute, & ſine cauſa, iſti ſunt p̄ſciti, ſed ex eorum demeritis quæ ſi non perpetrabunt, vt poſſunt, cum habeant liberū arbitrium, & non ſunt in culpa confirmati, ſed in ſtatu merendi, & demerendi, effectum damnationis euitabunt, & p̄-

destinationis effectum consequentur.

¶ Et ꝙ sit possibile & verum. immo necessarium, Audi nō prophetas, non apostolum, sed ipsum deum testificātem per os Ezech. 33. Si dixero iusto.s. prædestinato, vita viuet i. ęterna, iā nō pōt intelligi de vita tēporali, nec corporali, nec spirituali, non corporali, quia de facto viuit, nec spirituali, quia iustus est, ꝙ non esset, nisi haberet vitā spiritualem, quæ est gratia gratum faciēs, a qua dicitur iustus iustitia habituali, & actuali, dum operatur bonū, ergo vita ęterna. s. per acquisitionē effectus prędestinationis (& confisus in sua iustitia). s. p̄destinationis, quia prædestinatus prius ordinatur ad gratiam, quæ ē iustitia habitualis, fecerit iniquitatem, omnes iustitię eius quas fecerit non recordabūtur, dicit in plurali omnes iustitiæ, quia nō solum iustitia p̄destinationis, sed nec actualis, nec habitualis, in iniquitate sua quam operatus est, morietur. i. morte æterna. Et per oppositum dicit.

¶ Si dixero impio. i. præscito, & egerit pœnitentiā, Ecce dimissio mali, per quod erat p̄scitus, feceritꝗ iudicium, & iustitiam, ecce bona opera, ꝗa non sufficit volenti vitā æternam, dimittere malum, nisi & bonum operetur, vita viuet. s. æterna, & nō morietur. s. æternaliter, ad quod prius præscitus erat causa suorum malorum.

¶ Si enim p̄destinatus nō posset damnari, propheta. ps. 68. non dixisset, deleanť de libro viuētium. s. prædestinatorū, qui liber est diuina voluntas, inquantum prędestinati in esse volito prædestinationis, in ipsa sunt scripti. Et cum iustis nō scribantur. i. cum prædestinatis, ergo, &c. Et ꝙ nō solum de possibili hoc verū sit, sed & de facto. patet ex glo. super illud Luc. 5. (rumpebatur autem rhete eorum.) Non tot intrant de iudæis, quot apud deum ad vitam æternam erāt prædestinati, & similiter ecōtrario modo dicēdum est de præscitis, cum non sit maior ratio de vno, quam đ altero, Immo magis videtur de prę. scitis, quia magis proprium ē dei, s̄m misericordiam agere, ꝙ s̄m iustitiam, quę relucet in prædestinando pręscitum; iustitia vero in præsciendo prædestinatum. Vnde Augu. Nouit deus mutare sentētiā &c. Super quibus verbis dicit, Ecā

cif. vbi supra. Deus nō ita sententiauit immutabiliter, & p̄sciuit, quin posſit oppoſitum velle. Secūdum mutationem delicti.

¶Et dato etiam (q̄uis ſit falſiſſimum) ꝙ non poſſet prædeſtinatus dānari, & ecōtra, ſed de neceſsitate præſcitus damnetur, & prædeſtinatus ſaluetur. Tamē ex quo deus illum gratis ab æterno prędeſtinauit, quia prædeſtinatióis cauſa nulla eſt niſi voluntas diuina, tāto magis deberet conari ad ſibi complacēdum operando meritorię, ne vitio ingratitudinis digne imputaretur, ſimiliter præſcitus conari deberet bene operari, maluꝙ fugere, quantum ſibi eſt poſsibile, quia tandem ei pœna diminuetur, in qua dātur gradus ſm magis, & minus, & intenſionem & remiſſionem, & breuiter quia bonum eſt ꝓpter ſe diligēdum, quia a deo volitum ſine quacūꝙ relatione ad quamcunꝙ pœnam, vel gloriam, ex naturali dictamine rationis, ideo non ſolum p̄deſtinatus, ſed præſcitus, initat bonū virtutis operari.

¶Præterea ſi prædeſtinatio, & præſcientia eſſent actus diuini immutabiles, quid oportuiſſet Chriſtū pati? quid baptiſmum inſtituere? falſeꝙ loquutus fuiſſet. d. ſi vis ad vitā ingredi ſerua mandata, &cæ. Multa alia fruſtra opata a deo fuiſſent, diſcurre tuo modo, tam in veteri, quam in nouo teſtamentis, quæ tñ ſm rationem, practicā, & ſpeculatiuā, neceſſaria eſſe demōſtrātur.

SECVNDA pars princi. dicit declarationis, ꝛ q̄ritur. Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum? videtur ꝙ nō, quia tūc res eſſent propter intellectū diuinum, ꝙ eſt falſum, cum intellectus ſit principium repreſentatiuum, & non elicitiuū. Ad oppoſitum ē Magiſter in litera, & Cōmentator. 12. Met. dicentes, ꝙ ſciētia dei eſt cauſa rerum. Dicit doctor noſter ꝙ deus eſt cauſa rerū per ſciētiam, & voluntatem, ſed deus eſt principalior cauſa per voluntatem, q̄ per intellectum, quia intellectus eſt principiū repreſentatiuum rerum, voluntas autem eſt principium elicitiuum, & productiuum, ideo principalius, & quia volūtas eſt domina ſui effectus Sco. 38. primi.

¶Quæritur etiam ſi deus habeat notitiam determinatā omnium rerum quantum ad

omnes cõditiones existentię, sic q̄ illa notitia sit infallibilis. videtur q̄ non, quia deus prænunciauit per Esaiã, mortem Ezechiæ, quæ nõ euenit Esa.39. & tñ loquebat̃ ex parte Dei, ad oppositum est Dama. 33. O deus æternæ qui abscõditorum es cognitor, qui nosti omnia anteq̃ fiãt, & de hoc sunt tres opiniones. Prima ẽ Bonauenturæ, in.1.d.35.di. q̄d si habet infallibilem notitiã est propter ydeas. Scda est. S. Tho.1. parte sum. q.4. art.9. dicẽtis, quod totus defluxus tẽporis, præsens est æternitati, sic q̄ de⁹ cognoscit futurum cõtingens, nõ solum vt est in sua causa, sed etiã vt existens, eo quod futurũ coexistit nũc æternitatis. Tertia est etiam ipsius sancti Tho.1. par. sum. q.14. artic.13. & dicit quia possunt esse necessaria respectu diuinæ essentiæ, & contingentia respectu causarũ scdarũ. Est opi. Sco. vera q̄ intellect⁹ diuinus ab æterno cognoscit futura contingentia, cognoscendo determinationem suę voluntatis, & quod prima cã totius contingentię, est volũtas diuina, & si dicatur, si deus terminat voluntatem meam ad actum meritorium, q actus est contingens, sic tollitur libertas volũtatis. Dico q̄ licet deus determinet istum ad bonum, non propter hoc tollitur libertas volũtatis, nam illa determinatio dicit̃ de inesse: & necessario de inesse, tamẽ cum illa stat contingentia de posibili, sed quare magis istũ q̃ illum determinat ad vitam æternã: dicitur q̄ prædestinationis non est causa, nisi volũtas diuina, & quia sic ei placet Sco. in.1. di.39.1.q. Et si dicatur deus habet notitiam infallibilem necessariorũ, & contingentium, ergo illa contingentia necessario venient. Respõdetur, q̄ deus habet notitiam contingẽtium, q̄ contingenter euenient, sed non q̄ necessario. Alii aliter respondent q̄ deus non habet notitiam necessariam de contingentibus necessitate absoluta, vel simpliciter, sed necessitate suppositionis, vel cõditionata. Sco. in.1. dist.39. q.2.

¶ Queritur quoq; aliter, vtrũ prædestinatus possit damnari: & videtur q̄ non, omne p̃teritum simpliciter est necessarium, quia s̃m philo.6. Ethic. hoc solo priuatur deus ĩfecta facere quæcũq; facta sunt. Ad oppositum. Nam si hoc esset verum, non esset suadendum alicui, de obseruantia præce-

ptorum,& consiliorum, Ideo respondetur affirmatiue, ꝙ pdestinatus potest dānari, qd patet Apoca.3 Tene ꝙ habes, ne alius accipiat coronā tuā. Et dicit Sco. ꝙ prædestinatus non potest damnari in sensu composito, qui talis est, hæc propositio est possibilis, prædestinatus damnatur, quæ tn̄ est impossibilis stante eadem pdestinatione diuina, vt pri⁹ diximus. sed loquendo de sensu diuiso, prędestinat⁹ potest damnari, qui talis est, quod p destinatur, hoc potest dānari, & sic verum est, non stante eadem prędestinatione diuina, quia sicut contingenter p destinatur, sic contingenter potest damnari, sicut supra dictum est, & habetur a Sco. in primo dist.40.

¶Etiam potest quæri, vtrum prędestinationis, & reprobationis sit aliquod meritum? & videtur ꝙ meritum sit causa prædestinationis. Nam dicit in Apoc.14. Ideo regnāt cum deo, & Agnus dei cum illis, & est illatio effect⁹ ex causa. Ad oppositum, est Sco. in.1. di.41. ꝙ non est meritum prædestinationis, nisi sola volūtas diuina. Nam Apost. ad Ro. dicit, de Iacob, & Esau. cum nondū nati essent, nec aliquid boni, vel mali egissent, ex deo vocā te, dictum ē. Maior seruiet minori, sed multum has causas inqrere est difficile, ideo apo. ad Ro. ait. O altitudo diuitiarum scientię, & sapientiæ dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius. Et Augu. super Io hāne, quare hūc trahat, & istū non? noli diiudicare si nō vis errare, & Magister in litera. In hoc melior est fidelis ignorātia, q̄ temeraria scientia, est tn̄ opinio Sco. ꝙ prędestinationis nulla est causa, & pbat sic, Deus solo beneplacito suo, determinat hunc hominem ad esse, ergo, solo beneplacito suo determinat hunc hominem ad bene esse. i. ad gratiam, & gloriam, deinde dicit ꝙ reprobationis ē aliqua causa, & persuadet sic, damnatio nō videtur nisi quia iusta, vnde Augu. super Gen̄. nō prius deus fit vltor, q̄ aliqs fiat peccator, sed reprobatio, siue dānatio, non esset iusta nisi sub esset causa, ergo reprobatiōis est aliqua causa. Sed Sco. notat, ꝙ in reprobatione & prędestinatione nō est similis ordo. Nam in prędestinatione, deus primo videt Petrum in primo signo, in.2. signo, vult sibi vitam æternā. In. 3. signo vult sibi ea quę sunt necessaria ad

ria ad illam consequédam,sicut gratia & bona opera. Sed in reprobatione est alius ordo,qa in primo signo occurrit Iudas,& in secundo signo videntur mala opera eius. In tertio signo,determinatur ad pœnam æternā, & hæc signa omnia intellige in intellectu speculatiuo,anteq̄ veniat voluntas,sic ꝙ qñ voluntas determinauit Petrum damnandum,iam intellectus speculatiuus ostenderat volútati Petrum,& eius damnationē, in diuersitate signorū. Et sic patet quid sit dicēdum de merito, vel causa prædestinatiōis vel reprobationis.

¶Sed pro maiori declaratione, est sciēdum,ꝙ ſm omnes theologos, nō solum finis vltimus cadit sub electione, & prædestinatiōe, sed cadit medium a deo ꝑordinatū, quo peruenitur ad illum finem,vt habet.d.41.1.& Franci. de Maro.in suo conflatili,in.1.d.q. 1. dicit,cum quęritur,si sum prędestinatus,ex hoc enim deus pręuidet me saluandū, quare ergo oportet me laborare in bono opere,cum finaliter saluari debeam, ex quo deus ab ęterno sic pręuidit?ad hoc respondeo quadrupliciter, Primo modo sic.Nam licet deus non posset aliter facere,ita ꝙ necessario saluaret eum,tñ ex quo deus gratis illum pręordinauit ad gloriam, tāto magis debet conari ad complacēdum sibi pro gratitudine.

¶Secundo.Nam deus non necessario determinauit saluare, nec necessario stat in illa determinatione: quin possit velle oppositum, si faciat malum, vt supra diximus.

¶Tertio scientia dei de futuris contingentibus, nō est ita determinata sicut ē de necessariis, sed est conditionata sicut omnes, promissiones ad Abraam,& ad Dauid facte.

¶Quarto,sicut deus ꝑcognouit istius saluatiōem, ita etiā pręcognouit omnes act⁹ virtuosos,& meritorios, quibus saluabitur,⁊ conatus,quibus conabitur, hęc ille. Predicta etiam probātur multiplici similitudine,videlicet.

¶Prima, clarum ē ꝙ deus ab æterno præuidit numerū annorum,mensium,dierum, cu iuslibet hominis quo viuere debet,iuxta illud Iob.14. numerus mensium eius apud te est,constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt,⁊ tñ sic pręuidit deus conditionaliter, ꝙ si quis diceret, ego nolo comedere, bibere, nec

dormire, nec nociua corporis, vel vitæ, præcauere, & ita faceret. certe talis nō viueret vsq̧ ad præfixum terminum, sed morereť, & ideo sicut corporalis vita includit comestionē de necessitate, ſm naturam dicente philo. 1. de genera. omne animal quādiu vivit, indiget alimento conuenienti suæ naturæ, ad hoc vt viuat: sic æterna vita respectu nostri, & etiā diuini ordinis, de necessitate īcludit virtuosam operationem.

¶Secunda, nōne stultus esset infirmus, qui diceret volo comedere, & bibere quod mihi placuerit, quia si sanari debeo sanabor, & si mori debeo moriar? Certum ē ꝙ sic, cum deus ordinauerit medicinas ad recuperandam sanitatem, aliter sequereť quòd inutiles essent medicinæ, & etiā medici, contra illud quod dicitur honora medicum, propter necessitatem enim illum creauit altissimus. Eccle. 38. a deo enim est omnis medela. Nam altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Ideo similiter est dicendum de medicina pœnitentiæ, quā deus ordinauit ad purgādum peccata, propterea dicitur. Luce. 13. nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis.

¶Tertia deus præuidit ꝙ vinea tua factura est vinum, & Ager tuus frumentum in abūdantia, & tñ si nec vinea, nec ager cultiuaretur, nullā vel modicam collectam faceres, vini, & frumenti, quia vt dicit beatus Thom. in. 1. parte su. q. 22. deus non solum producit res in esse, & ad debitum finē, sed etiam præordinauit quomodo vnūquodq̧ perueniat per debita media ad talem finē. Ideo sicut infirmus cupiēs peroptatum finem sanitatis, recipere debet pri⁹, syrupos & medicinas ꝓportionatas, Similiter volēs ex vineam, vel agro, fructus colligere, debet prius vineam, vel agrum bene cultiuare, sic in proposito de salute animę, & fructu vitę æternæ capescendo applica, vt scis.

¶Quarta, præuidit deus ab æterno quod talis dñs est habiturus victoriā de hostibus, si bene dimicauerit, posito autem casu ꝙ talis nō pugnaret, nec hosti resistētiam faceret, vel inermis contra eū accederet, certum est ꝙ penitus succumberet, similiter dicēdum est de homine qui si viriliter pugnauerit cum hostibus spi

ritualibus secundum dei præuisionem victoriã obtinebit, iuxta promissionem ecclesiæ dicẽtis,in officio apostolorũ, Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternũ, sed tamen si non pugnauerit, Nõ recipiet coronam, dicente Apostolo.2.ad Thimo.scdo Nõ coronabitur nisi qui legitime certauerit.

¶Quinta,licet deus præuiderit filium tuum fieri bonũ legistam,& canonistã, siue medicum,ordinauit tamẽ quòd tales scientias acquirat mediãte sollicitudine studii ꝑ multos annos, similiter deus licet præuiderit, & decreuerit aliquem debere saluari, ordinauit tamen, quòd potentiæ ipsius tam rationales q̃ sensitiuę,sint sollicite ad acquirendam salutem ęternam, mediãtibꝰ virtuosis operationibus, & ideo dicitur secunde Petri .1.(vt alias diximus) Satagite fratres,vt per bona opera vestra,certam vocationẽ, & electionem vestram faciatis, & cũ ſm Hiero.regio nostra paradisus sit, oportet per viam virtutum & bonorum operũ ad regionem nostram reuerti, & sic effectum prædestinationis diuinæ consequemur.

Sunt autem quidam qui opinantur ad regionem prędictã per viam vitiorum regredĩ, hi tñ non effectum prædestinationis, sed reprobationis consequentur,sicut per multa exempla sacrę scripturę ꝓbari potest,illorum.s. qui ambulare voluerunt,per viam q̃ est a sinistris,quam nõ nouit dominus,via vitiorũ,via pœnæ,via Babylonis ab occidẽte,quella dico qual spiano.

¶Primo & dilato, il superbo & inobediẽte prothoplasto, Adam qui vipereis fascinatꝰ neruis,vincto da l'amore muliebre,immo obcecato da l'amore proprio veneno d'ogni bene Audiẽdo eritis sicut dii scientes bonum, & malum,faciem peccatoris sumpsit, pro fugus factus & exul , in loco horroris,& vaste solitudinis.

¶Per q̃sta corse dopo, il suo patre l'inuidioso & sanguiomo Caym,q̃l dico,che fo primo,che pose mano all'arme, & cõ l'impia , & crudel mano interfecit germanum fedando l'intacta & casta terra co'l fraterno sangue.

¶Nonne per questa se dirrupo l'ingluuioso Esau, il qual per impir la sfrenata Gola , ꝑ lentis ferculo,nõ erubuit primogenita dare.

¶ Per questa lata, & spatiosa via, caminorno grā tempo ab initio filii dei, qui videntes filias hominū quòd essent pulchre, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant, contaminandole talmente in fœtore, luxuriæ, ꝙ tota caro corruperat viam suam, vnde fo bisogno per expurgare tal macchia, per extinguere tale incendio, ꝙ rumperentur omnes fontes abysi magne, & cataratte cœli, aperirentur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ꝑ aquis diluuii.

¶ Ma, che diremo con quanto fausto, & iactantia, & vana gloria, insaniebāt, per questa via vana, & mortifera, filii Adam, illi qui a principio fuerunt viri famosi, scientes bellum, qui vt celebrarent nomina sua in terris, Ciuitatem, & turrim, voluerunt ędificare in campo Sennaar, vnde con fusum fuit labium, & vocatū nomen loci illius Babel.

¶ In questa ampia condensa, & spinosa via, iacea q̄llo sonnolento, & pigro, quell'accidioso, & negligente, qual a lōge respiciens. Il solecito, & vigilante Salomone, con tal stimolo acuto l'excita, & ponge dicendo, vsquo piger dormis? quando consurges a sōno tuo, paululū dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas, vt dormias, & veniet tibi, quasi viator ægestas, & pauperies quasi vir armatus.

¶ In mezzo di questa via, hauea fixo il suo tentorio, & extenderat in Giro substātiam suam. quello Euangelico ricchone, qual gloriandosi, in multitudine diuitiarum suarum, & volendo gia poi tante fatiche, dare riposo all'inqeta, & affannata anima, dicendo requiesce iā anima mea, gaude, & epulare, quia multa bona cōgregaui tibi. Audiette in tempeste noctis silentio, dal Signore, Miser & infœlix quid cogitas? quid versas in corde tuo? hac etenim nocte extorquetur a te anima tua, & hæc quæ congregasti, cuius erunt. Non gia tue. Quia cum interierit homo, non sumet omnia, neq; descēdet cum eo gloria eius, ma di chi sarāno? sed relinquet alienis diuitias suas, sepulchrum illius dom⁹ illius in æternum. O ceca hominum mens, o hominū curuata nigræ pręcordia terræ. O mortale genus superis ab origine sæcli pręuisum soliis, quæ te vesana fatigat cura lucri? quid honore tumes, quid

terra superbis?quæ vani gloria faustus: reuocate animos quæ dira cupido vos tenet? antiquum repetat sapiētia lumé, q̃ procul a cœlo maneat q̃ proximus orco.hanc qcūq; per ambulas viam superū meditare quisquis es perēne, cū deitate bonum, Rapida q̃ falce caducū mors secet omne gen⁹, tenebris q̃ sordeat atris, luciferi speculare domum, q̃ vita fugaci prætereat cursu, vapor est,leuis aura, volantē ante notum fumus quo quid fugacius?ista tecum volue vana sub imagine pertrāsit omnis homo.cum stare putat dilabitur Ecce. omne quod incolimus punctum breue, nosce volātem temporis abscessum,nosce q̃ parua,q̃ mortifera sit omnis mundana & corporalis voluptas.isti itaq; per viam vitiorum gradientes ad paradisi regionē reggredi nō valuerunt,patet quid tenendum sit de merito, vel causa p̄destinatiōis,vel reprobationis per auctoritates sanctorū & exēpla sacræ scripturæ diffusius declaratum,& habes secundam partē.

TERTIA pars dicitur determinationis, ad rationem dico, ꝙ non frustra ad voluntatem bonam applicātur bone operationes,præsupposita facultate operādi,licet propter infirmitatem,ꝛ similia,non possimus operari ad extra,nunq̃ tamen impedimur, quin bona voluntate beatitudinem acquirere possimus, cum de⁹ non exigat a nobis qđ impossibile est,vt inquit Hierony. q̃ dixerit deū præcepisse impossibile,anathema sit,&c. Vnde dicit Bonauētura in.2. di. 40. arti.1.q.3. ꝙ duo sunt genera bonorum operum. Vnū obligationis, aliud superegationis,de secundo bona voluntas,siue intentio, præmiatur, etiā si non sit facultas ad ipsa opera exequenda, ꝙ intelligitur essentiali premio, non autem accidentali, Exemplo de sancto Francisco feruente ad martyriū, licet quo ad aureolam nō fuerit præmiatus, hic multa discurre ad B. ad cōsolationem pauperum,qui non possunt elemosynas impendere &c.dic tuo modo, vt alias habes. De primo autem.s.de genere bonorum operū obligationis, nō sic remuneratur bona volūtas, quia aut adest facultas exequendi opus,aut non,si non,sufficit bona voluntas,vt est,de infirmo,& si

mili,& in hoc casu intelligantur auctoritates supra allegate. s. Bernardi, Pau. & Ecclesiæ, si autem adest facultas, nõ sufficit bona volũtas pro facto, & non solum non sufficit ad meritum, sed nec ad euitationem culpæ, & pœnę, Nõ enim sufficit habere voluntatẽ deũ adorandi, & festum sanctificãdi, &c. nisi opere exequat, aliter peccat, & per consequens punietur. Audi ergo, o piger quid christus dicat, Matt. 7. c. Omnis arbor, q̃ non facit fructũ bonũ excidetur, &c. Super quibus verbis dicit Augu. per hæc euidenter ostenditur, ꝙ non solum malum fecisse, sed etiam bonum non perpetrasse, damnabile computatur. si enim hoc verum esset ꝙ. s. volũtas pro facto sufficeret, &c. O q̃ tuta, leuis, & lenis, eẽt via quæ duceret ad salutem, ꝙ cõtradicit verbis Christi. Matt. 7. Arcta est via quę ducit ad salutẽ. Pater enim familias non mittit operarios in vineã, nisi vt operẽtur, &c. Sic deus nõ misit nos in vineam Ecclesiæ suę, promittendo nobis denarium diurnum, che passeggiamo per la vigna con le mani iuncte, sed vt, &c. hic etiam potes discurrere per Euangelium, de quinq; talentis dispẽsatis seruis, practicãs super illo qui fodit in terrã denariũ suum, & ideo. O miser negligens, trema considerãs verba Christi reprehendentis, dicẽtisq;. quid hic statis tota die ociosi? frustra ergo erit excusatio vestra. d. qa nemo nos cõduxit, cũ sit ꝙ vndiq; inducimur ad bene operandum. p̃sertim ex consideratione beneficiorum, & exhortatione prædicatorum. Trema o accidiose considerans quæ dicentur impiis in die iudicii a iusto iudice. Ite maledicti in ignem æternũ, Esuriui & non &c. discurre tuo modo.

¶ Ad tertiam rationẽ. Respõdeo verum est ꝙ christus nõ fuit diminutus in suis dictis. Et quando dixit qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, quãuis non dixerit, & bene operatus fuerit, tamen in ipsis verbis intelligitur, dupli ci de causa. primo qñ dicit q crediderit. Nõ potest quis nẽpe credere, & veram fidem habere, nisi etiã bene operetur. Sicut saluator testificatur, dicens Ioã. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & ma. horum fa. &c. non miraculosa quia miracula facere nõ omnibus datum est, sed loquitur de operibus vir-

tutum, de quibus nobis dedit exemplum, vt ipsum imitemur, nō tātum nomine deriuari a christo, quia Christianus dī a christo, ideo Ioā. 13. Exemplū .n. meū dedi vobis, vt queadmodū ego feci, &cæ. Ille ergo vere credit, qui Christum imitatur in operibus virtutum, de quibus dedit nobis exemplum. aliter fides frustratoria est, & vana, & mortua, ideo Iacobus in sua Cano. c. 2 Quid proderit fratres mei si quis dicat fidem se habere, cum opera fidei non habeat, nunquid poterit fides saluare eum quasi dicat non. Et ratio est, quia fides sine operibus mortua ē. Nihil ergo prodest fides ad salutē sine operibus, immo vtinam non noceret, quia christiani quibus via salutis aperta est, mediante notitia necessariorum, si dānantur, magis punientur ꝙ, &cæ. Sicut enim mortuus nihil prodest viuenti, sic fides mortua nobis adiuncta nil prodest, nec facit: Secūdo in illo verbo, & baptizatus fuerit, intelligitur operatio virtuosa, quia promissionem quā christo in baptismo fecisti debes obseruare, si vis salutem a Christo promissam virtute ipsi⁹ baptismi accipere, aliter frangenti fidem, fides frāgatur eidem, & quid ꝓmisisti Christo. O Christiane rebellis? Dicit ille rudis, ne scio quid ꝓmiserim, qa puer eram: sed quid dicam cū nunc magis puer sis ꝙ tūc, cū nescias quæ sint tuæ necessaria saluti, Audi infœlix christiane, qd promisisti in baptismo. nam quando fuisti ad baptismum deportatus, antequam ecclesiam intrares materialem, per quam spiritualis intelligitur, scilicet triumphans, obuiā venit tibi vicarius Christi. d. qd petis? tūc patruus tuus in tuā persona respondit, Christianus fieri .i. volo in libro viuētium adscribi, &c. Et dic multa tuo modo, videlicet. Volo mūdari macula originali, per quam, priuatus sum, ⁊c. Volo gratiam æquiualentem iustitiæ originali. Volo corpori mystico Ecclesiæ incorporari, & inter prædestinatos numerari. Tunc respondit vicarius Christi, abrenuncias diabolo, ⁊ operibus suis? Cui per os patrui tui respōdisti, abrenuncio. i. promitto firmiter Christo, meo saluatori, ꝙ nūꝙ persuasionibus diabolicis acquiescam, immo semper ⁊c. Et vltra, abrenuncias mundo, & pompis eius? Cui respōdisti, abrenuncio, & Vicarius

Chriſti. Memor eſto ſermonũ tuorum, & a corde tuo nunꝗ̃ recedant, quaſi dicat. O anima quę ad tantum ſacramentum veniſti. Ecce dñs noſter Ieſus Chriſtus redẽptor tuus brachiis in Cruce extẽſis amplexatur te, tamẽ cum pacto, vt bene opereris, abrenũciãs diabolo, muudo, &c. Sunt ergo neceſſaria opera meritoria, & non valet conſequẽtia, Chriſtianus ſum. Credo in deum patrẽ omnipotentẽ ꝛc. potes hic dicere multa diſcurrendo. Quod ſi credis deum, eſſe vbi eſt honor? ſi credis eſſe omnipotentem, vbi amor? Si credis eſſe creatorem cœli, & terræ, cui creauit hæc omnia? niſi homini, quia Angeli, nec ipſe deus talibus indigebant, vbi ergo gratitudo? vbi recognitio? & ſic diſcurrẽdo pratica conamur ergo. O chriſtiani bene operari, vt vitam valeamus ingredi ſempiternam, ad quam nos perducat, qui cum patre, & ſpiritu ſancto regnat, &c.

FINIS.

## FERIA SECVNDA POST quartam dominicam in quadrageſima.

## DE EFFICACI contritione.

AVFERte iſta hinc, & nolite, facere domum patris mei, domum negociationis Ioan. 2. Aſpiciẽtibus nobis, & cũ cordis dulcedine admirantibus, diuinæ potentiæ, ac ſapientiæ opera, benignitas illa infinita, ac inexhauſta clementia ſtatim ſe offert, qua poſt lapsũ, lachrymantem animam in viſceribus miſericordiæ ſuę ſuſcipit deus. Nã non tantum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, inquinata ſi ad eũ redire voluerit, ſemper parcit, ſemper indulget, dulciſsime ſemper amplectitur. Plorandum eſt itaq;, & amiſſe libertatis theſaurum, compunctionis lachrymis recuperare curemus, Sic nimirũ auis illa quæ (ob inſignem ei? pulchritudinem, auis paradiſi vocatur. Nam & pẽnarum illius in nimia varietate colo

rum venustas, voxq; in canendo dulcissima, homines ad deuotionem excitāt, & lætitiā) statim vt captam se videt, plāgit iugiter, incōsolabiliter gemit, donec suę iterum libertati donetur. Quis igitur dubitato anima, illam te sponsam & auem eē, tot dei donis circūdatam, & gratiis redimitam, quæ amissa libertate propter facinora, diaboli serua statim efficeris, quoniam serui facti estis ei⁹ cui obedistis, ad Roma.6. & Ioan.8. Qui facit peccatum, seruus est peccati, 24.q.1.c. Mirantur, Grego. dicit. Diabolus habet potestatē super peccatorē, sicut pastor super gregem suum. Plora igitur infœlix anima serua diaboli, & peccati, tam precioso thesauro priuata, donec te diuina clementia in pristinam restituat libertatem. De hac contritione, quæ seruam animā reddit libertati, tria sunt principaliter dilucidanda, videlicet.

¶Declaratio.
¶Obligatio
¶Fructificatio.

¶Circa primū, Theologi, dāt talem diffinitionem. s. Contritio est dolor volūtarie assumptus, pro peccatis cū proposito confitendi, & satisfaciēdi, In hac descriptione ponitur dolor loco generis, cætera, pro differentiis. Pro plena huius materiæ declaratiōe, qualiter per contritionem, de seruitute ad libertatē anima redit, & qualiter ad hoc teneamur supponēda sunt aliqua. Primo, quòd licet gratia non opponat peccato, aliquo genere oppositionis, per Sco. in 2.di.28. Si.n. opponeret, priuatiue opponeret & tñ nō ē ita, quia inter priuatiue opposita non datur medium, vt inter visum, & cœcitatē, sed bene inter peccatum, & gratiā, quia existens in puris naturalibus, neutrum habet. Tamē de potentia dei ordinata peccatū non tollitur, nisi per gratiam, per Sco. in.1.d.17. Secundo suppono, quod licet deus posset dare gratiā sine dispositione, per Sco.1⁊. primi. Tñ de lege cōmuni requiritur dispositio de congruo. His suppositis. Dico quod ad iustificationem impii, duo requirūtur. s. gratia, & dispositio ad illam. Dispositio enim vocatur attritio, & adueniente gratia, illud quod erat attritio, fit contritio, & hoc est qđ dicit Sco. in.4.dist.14. Quod dispositio preuia ad deletionem peccati est actus informis. i. sine gra

tia,& charitate, qa ab ipsa sola dicitur actus formatus, qa illud quod concomitatur deletionem peccati est actus formatus,nam in illo instanti in quo peccatum deletur gratia inest, sed ad maiorē declarationem huius materię. Dicamus prius vim huius nominis contritionis, & attritionis & q̄ differentia est inter vtrūq; . ¶Nota quod sicut conteri aliquid dicitur, quādo in minutas partes frangitur, & quasi annihilatur, frangi autem qn̄ in magnas partes diuiditur. Sic metaphorice, durum dicitur cor hominis,q̄ diu diuinę inspirationi, quasi manui se frangenti non cedit, sicut durum est quod tactui non cedit,sed obuiat.i. dum in affectu peccandi moratur. Conteritur autē, qn̄ affectus peccati secūdum omnem sui partem in eo totaliter destruit.s. quando voluntas perfecte recedit, frangitur vero solum qn̄ resipiscere incipit,q̄uis nō dum totaliter conuertatur, & sic dicitur atteri non conteri,sed in quo differat cōtritio ab attritione?Respōdetur secundum Fran.& alios docto. q in duobus. Ostenditur primo,quia attritio ē dolor imperfectus, Contritio vero est dolor perfectus. Secundo, qa attritio est dolor sine gratia gratū faciente, sed non contritio, & ideo contritio & attritio materialiter idē sunt, sicut domus obscura, & illuminata. Attritio qppe est lux Aurorę,quę crescendo fit meridies. Et aduerte secundum sanctum Bona. in.4.di.16. Q᷑ duobus modis quis conteritur. Vno modo superius eleuās,quæ est spes veniæ, ex cōsideratione diuinę misericordiæ.Alio modo deorsum deprimens, Quod est timor pœnæ ex cōsideratiōe diuinę iustitiæ,sed de hoc alias,& sufficit p declaratiōe terminorū. ¶Nūc āt ponam⁹ declaratiōnē Sco.in.4.d.14. & sic ordinam⁹ p dicta.Primo dicit Sco. q peccator in peccatis existens .i.in obligatione ad pœnam. Non enim remanet in peccatore aliquod absolutum, aut relatiunm,positiuum, vel priuatiuum, a quo dicatur peccator, a tempore cessationis actus vsq; ad pœnitātiam, sed tantūmodo quædam relatio rationis,inquantum est obiectum intellectus, vel volūtatis diuinæ, quia postq̄ peccator cōmisit peccatum,dei volūtas ordinat illum ad pœnā correspondentem peccato.

Hoc inquam modo peccator in peccato existens, potest ex naturalibus cum cōmuni influentia considerare peccatū commissum, vt offensiuum dei, vt cōtra legem diuinam, vt auuersiuū a deo, vt impeditiuum pręmii, vt inductiuū supplicii, & sub multis talib⁹ rationibus. & potest volūtas ipsum sub aliqua illarum rationum, vel sub multis, illud peccatum sic consideratū detestari, & ille motus potest cōtinuari, & intendi, ante infusionem gratiæ. Secundo dicit Sco. Ista detestatio potest esse totaliter circūstantionata circunstantiis moralibus debitis, quia non est necesse, quòd post peccatū remanens actus displicētiæ, circa ipsum careat circunstantiis moralibus. Potest ergo esse circūstātiis circunstantionatus. Tertio dicit Sco. quòd iste mot⁹ displicentiæ dicitur attritio, & est dispositio de cōgruo ad deletiōem peccati mortalis, quæ quidem deletio sequitur in vltimo instanti alicuius tēporis in quo tempore ista attritio durauit. Quarto dicit Sco. quod si ista attritio non est perfectę circunstantionata moraliter, non est certum si deus vult eam esse dispositionem sufficientem ad iustificationem. Quinto dicit Sco. Quod si talis attritio sit inordinata, & nō circūstātionata aliqua circunstantia, non est dispositio ad iustitiam, quia tunc est actualiter offendēs, verbi gratia, est peccator qui habet displicentiam de omnibus peccatis suis, præter hoc quòd non vult dimittere cōcubinam, vel odium, vel rem alterius, & huiusmodi. Si retinet aliquod istorum, cū actu sit offendēs, talis attritio nō est sufficiens ad deletionem peccati, quia actu ponit obicem. Sexto dicit Sco. Quod si illa attritio caret tantummodo aliqua circunstantia debita, ex inconsideratione intellectus, aut omissione volūtatis, quantum ad illam circunstantiam. Tunc dubium est si disponat sufficienter ad iustitiam. Septimo, & vltimo dicit Sco. Quod si est attritio perfecte circunstātionata in genere moris. videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiā in termino illius attritionis acquirendam inquantum deus pręfixit debere esse terminum illius motus attritionis, quem vsque tunc vult cōtinuari. Et infert Sco. Nulla potest eē facilior dispo-

sitio & sufficientior ad istam iustificationē, q̄ ista attritio perfecte circunstātionata in genere moris, & tunc in vltimo instāti, vel in aliquo, vsq; ad illud, quod deus determinauit attritionem debere durare, ad hoc vt sit meritum de congruo ad iustificationem, infunditur gratia, & tunc simpliciter deletur peccatum, & si manet idem motus contra peccatum in esse naturę, & in esse moris, qui prius idem motus fuit attritio, in illo instanti, fit contritio quia in illo instanti fit concomitans gratiæ & ita actus formatus, quia habens charitatem quæ est forma actus, vt hic loq̄mur, hæc ibi Sco.

¶Exēplū omniū istorū. Aliqs offendit regem, & vellet eum sibi reconciliari, hic debet seruare ordinem. Primo conside ret grauitatem offensæ in regem factæ. Secundo valde detestetur, seu displicētiam habeat, de offensa, ita q̄ talis displicentia sit debite circūstantionata, Primo circunstantia causæ, vt. s. mere libere, & nullo modo coacte, Secundo circunstantia obiecti. scilicet q̄ talis displicentia sit de genere boni. Tertio circunstantia finis. s. amore regis quem offendit, & non timore. Quarto circunstātia modi seu formæ, vt . s. talis detestatio debitū modum teneat, & si rex omnino disposuisset, q̄ nullo modo vult remittere offensam, nisi præcedat talis displicentia; & q̄ per vnum diem continuetur, certum est q̄ si iste continuaret talem displicentiam debite circunstātionatā per diem, q̄ rex in termino illius diei, remittereret sibi culpā. Si etiam disposuisset, non remittere iniuriam, siue culpā, nisi cōferatur sibi tale donū, tunc ille motus displicentię, durans vsq; ad vltimū instans illius diei, dicetur attritio de congruo disponens ad deletionem peccati, ille idem motus sic continuatus consideratus cum illo dono dicetur contritio, & sine illo dicetur attritio, sic in proposito peccator existēs in peccatis, quātuncunq; enormibus, habita regula superscripta cum communi influentia, q̄ peccatum est offensiuum dei, &c. Potest illud considerare sub illis cōditionibus, & stante tali consideratiōe, intellectus dictet voluntati, vt illud cum debitis circunstantiis detestetur, & ponamus q̄ deus disposuerit q̄ talis displicentia duret

per horam, Et in vltimo instā ti illius hore vult delere culpam & conferre gratiam, tūc dico quòd quando displicentia illa sic circunstantionata durat per horam, illa tota displicentia durans vsque ad instans vltimum illius horæ dicitur attritio, & in illo instā ti in quo gratia infunditur dicitur contritio, quia tunc habetur gratia, ita ꝙ displicētia illa si duraret per annū ⁊ non eēt ibi gratia, diceretur attritio, habita tamen gratia dicit̄ contritio. Et tñ non est intelligendum, ꝙ ipsa gratia informet illam displicentiam, quia non infunditur in illa operatione, sed in voluntate, sed sic est intelligendum, ꝙ qñ volūtas detestatur peccatū, & habet de illo displicētiam, si nō habet gratiam, tunc displicentia talis durans per horam dicitur attritio, & volūtas habens talem displicētiam dicitur attrita. In vltimo autem instāti in quo gratia infunditur ipsi voluntati informādo ipsam, tunc talis displicentia in voluntate dicitur cōtritio, quia est in voluntate habēte gratiam. Et ipsa voluntas mediante tali gratia, & displicentia dicitur contrita.

SECVNDA pars dicitur obligatiōis, si diceres quanta ergo debet eē ista attritio, vt sit sufficiens præuia dispositio, ad infusionē gratiæ, & deletionem culpæ? Ad hoc respondet doctor subti. Sco. Quod ista attritio potest esse quinꝙ modis, & quilibet est sufficiens ad delendum culpam, & ad habendum infusionem gratiæ. Primo modo pono, ꝙ aliquis ex memoria peccatorum, & per eorum displicētiam, sufferret pœnam, vel calumniam, vel detrimentū, in corpore, vel in diuitiis, ⁊c. & hoc libere, & amore Dei, quem offendit, & ꝙ talis sufferentia duret per tale tempus ordinatum a Deo, per totum illud tempus dicitur attritio, sufficienter disponens de cōgruo ad peccati deletionem, & infusionem gratiæ, & in eodem instanti quo gratia infunditur, tota illa tollerantia dr̄ contritio. Scdo libēter acceptare pœnā pro peccato inflictam, si illa acceptatio duret (vt supra) ē attritio de cugruo disponens, habita gr̄a dr̄ cōtritio. Tertio posito ꝙ non posſit patiēter tolerare, nec libēter acceptare, tñ displiceret

sibi valde deum offendisse, ad quã displicẽtiã sequtur dolor, talis displicẽtia durãs per tẽpus, &c. vt supra, est attritio, adueniente gratia fit contritio. Quarto posito, quòd nullus sequatur dolor de peccato, si voluntas tantum illud detestetur, ꝛ doleat ꝙ de ipso dolere non potest. Adhuc dico, quòd talis displicentia, nõ concomitante dolore, si duret vsq; ad tempus præfixum dicitur attritio, habita charitate dicitur contritio. Quinto, Posito ꝙ nullum supradictorum posset esse in voluntate, dico ꝙ si voluntas cum omnibus circunstantiis debitis, imperet intellectui, vt cõsideret peccata cũ omnibus conditionibus supradictis, & imperet sibimet, vt nolit pec casse, vel displiceat peccasse, & tamen nõ possit sentire in se talem dolorem, vel displicẽtiam, quoquo modo (quia sicut intellectus ait Sco. cõformatur parti sensitiuæ in nobis, ita appetitus intellectiuus, appetitui sensitiuo, quantum ad faciliter cõdelectari, & cõtristari) cuius ergo appetitus sensitiui non est tristari, vel dolere, eius voluntas non faciliter tristatur. Dico, ꝙ si talis actus voluntatis imperatus duret vsq; ad tempus pfixum a deo, est vere attritio, & disponit de congruo &c. & adueniente gratia, ille actus imperatus, quum sit gratia formatus dicitur contritio, licet vt dixi, alius dolor non sequatur, & hæc est via facillima ad salutem. quam Sco. ponit. De qua opinione Sco. tutissima ad salutem, dixit quidam Magister Heremitanus, qui primus portauit Scotum in Italiam. Et primus Paduæ legit, dum esset in extremis. Si non esset opinio Sco. doc. sub nũc morerer desperatus, quasi velit dicere, ꝙ opinio Sco. est ita tutissima ad salutẽ, ꝙ nisi desperaret peccator de peccatis suis, quòd obtineret omnino veniam a deo, tenendo modum, & viam supradictę opinionis.

¶ Et quia frequẽter diximus, quòd talis displicentia debet durare per tempus præfixum a deo, in cuius vltimo instãti infunditur gratia, vellẽ vtiq; scire pater de illo instanti in quo gratia infunditur, & attritio fit contritio? Dico ꝙ hoc sciri nõ potest, quia est archanum Dei. Tamen noli desperare de hoc, quia hoc habemus pro certo, ꝙ in sacramẽto cõfertur gratia. Item talem hõs

displicentiam cum proposito recipiendi sacramētum pœnitentiæ,& bene confessus.certus est,quòd in sacramento illo recipit gratiā,& tunc quòd erat attritio,fit contritio.Dicit etiā Sco.in.4.di.1. q.5.deus disposuit vniuersaliter, & de hoc ecclesiam certificauit, ꝙ suscipienti tale sacramētum, ipse conferret effectum signatum.i.gratiam.hoc ergo modo declaratur a Sco. cōtritio. Dicit enim ꝙ hæc est facilior via ad certitudinem habendā iustificationis impii, certus enim potest esse quis de se, ꝙ habet voluntatem recipiēdi sacramentum, in quo gratia confertur,certus etiā esse potest,ꝙ nō ponit obicem, quia certus esse potest, quòd actu nō peccat mortaliter, quòd non habeat voluntatem peccandi,in futuro,quibus stantibus, certus est de remissiōe peccatorū,& gratiæ infusiōe. ¶ Sed iā me de cacumine mōtium descendente, & ad vetulam illam conquerentē se nō intelligere,& non solum illa, sed etiam illi qui secundū seculum( licet nō scdm deum ) sapientes esse videnť cupiunt intelligibilius declarari. Dicūt enim pater amore dei da te nobis modum clariorem, & faciliorē,vt hanc possimus intelligere materiā, & per cōsequens tenere,& per eam saluari. Dico breuiter, ꝙ si vis saluari oportet omnino facere quæ sequuntur, ⁊ scias pro certo,ꝙ sine eorum obseruātia nequaꝙ̃ saluaberis.Primo .n.si potes hēre dolorē ⁊ amaritudinem de peccatis tuis, q̃ amaritudo sequitur detestationem peccatorum, ⁊ si talis dolor posset esse,ita magnus, ꝙ faceret te prorumpere in lachrymas,hoc si posses, bonū esset,quia esset conuenientissima dispositio ad gratiam, ꝙ si talem dolorem habere non posses,de hoc saltem doleas, quia non posses dolere. Nam aliquando accidit ꝙ aliquis committat aliquod peccatū, & de hoc habet delectationē magnam vel cōmodum. quapropter non potest, sic aliq̄n dolere de eo.Immo q̄nꝙ propter delectationem sensuū, & voluntatis, habet quandā complacētiam,puta quia fuerunt peccata carnalia,vel natus est filius de adulterio, in hoc casu,& similib⁹,Dicit Hēricus,in quoli.Quod si nō potest dolere de delectatione quam habuit, nec de filio genito,propter hoc non est extra statum salutis, sed sufficit

ꝙ doleat, ꝙ talem delectatio nem habuit in filio inordina to modo, ⁊ cum diuina offen sa concepto, licet ergo (vt dixim⁹) si dolere possit, esset bo num, & quanto maior dolor, tanto salubrior, si tamen pro pter causam superi⁹ positam, vel consimilem dolere nō po tes, noli desperare, quia non est abbreuiata manus domi ni, sed doleas de duritia cordis tui, & attende quæ sequũ tur, & conare ea pro viribus adimplere, alias nunquã sal uaberis.

¶Primo sforzate quãto a te sia possibile recordarti d' tut ti li peccati tuoi, ⁊ circa ea ha bere actum negatiuum .i. nol le cõmisisse, quia si dicis vellẽ commisisse, esses obstinatus. Dicas sic. Dñe deus vere, & ex corde dico, ꝙ nollem cõmisis se tale, & tale peccatum, &c. Et licet nō sequatur alius do lor, sufficit tibi actus ille ne gatiuus cum his quę sequunt.

¶Secundo oportet desistere a quocũꝗ actu peccandi, & di mittere omnia illa (ait Sco.) quę hominem tenent in actu offendendi deum, & per consequens non dimittendo illa .s. cõcubinam, restituere alie na, deponere odiũ, tenere do nn instrumenta quibus fiunt exercitia, quę sine mortali fie ri non possunt, nec teneri, & huiusmodi, qa eēt in statu dã nationis. Nam sunt aliqui qui dicunt, pater ego fui blasphe mus, homicida ⁊c. omnia ista volo dimittere, tamen nolo inimico parcere, alius nolo cõcubinam dimittere. Mulier vanitates, & sic de aliis, scias pro certo, esse peccatum &c. Et ego dico tibi, ꝙ si plures ef funderes lachrymas. quã sint aquæ maris, fluminum, & fon tium, nihil tibi proderunt, & si cum tali dispositione deces seris, ibis ad infernum, quia non sufficit lachrymari, non percutere pectus, &c. Sed ab omni actu peccati, tam in vo ce, ꝗ in voluntate, & ꝗ in ope re, omnino desistere, & hoc ante confessionem, quia hãc circunstãtiam includit attri tio, ſm Sco. in. 4. di. 15. De hoc sanctus Bernardinus, & beat⁹ Cherubinus, dãt gratum exẽ plum de illo q dũ vellet recõ ciliari ei quem offendit, & dũ petit veniam, figit sibi gladiũ in pectore, dicens parce mihi, & tamen premit gladium, for tius adhuc infigit, & petit ve niã, certe ipse dicet, O fratel lo, si vis vt parcam tibi, leua la mano, applica tuo modo, clamando, leua la mano dal

pecto

dal pecto de Iesu Christo. Vnde Isido. de sum. bo. & de pe. di. 3. c. Irrisor. ait, est non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Idem Augu. c. pœnitens. c. ille pœnitentiam. c. lauamini. c. inanis. c. Qui admissa. c. Baptizantur. c. Incassum.

¶Tertio, oportet habere (& necessario sequitur ad supradictam conditionem) firmũ propositum non recidiuãdi, Ideo dixit christus Ioan. 5. & 8. Et confessor in absolutiõe, Vade & iam amplius noli peccare. Et nota quod dicit Sanctus Bona. in. 4. d. 16. Quod sicut habens charitatem debet diligere deum super omnia. s. ꝙ pro nullo dãno, vel cõmodo temporali, velit deum offendere, intelligendum est, de displicentia contritionis, quia sic debet homo detestari peccatum commissum, ꝙ ꝓ nulla re mundi, velit amplius peccare. Immo paratus eẽ potius mori, & omnia pati tormenta ꝗ̃ deũ offendere. & Magister senten. exponens illud Esai. 1. Lauamini mundi estote &c. di. Lauatur, & mundus est, qui ꝑterita plangit, & plãgenda iterum nõ committit, Lauatur, & non est mundus, qui plangit quæ gessit, & post lachrymas, ea quæ defleuerat repetit. Dicit ergo. ꝙ ad verã pœnitentiam requiritur laua ri, & esse mundum. 1. dolor de cõmissis, ecce lotio, & perseuerare, ecce esse mũdum. Nota etiam ꝙ dicit Ioã. Gerson, in opusculis, par. 2. Quod est opinio pro peccatoribus dicens, qd ad fructuosam pœnitentiam sufficeret, ꝙ cõfessus non habeat actuale propositum peccãdi, Hoc enim dicit esse, non ponere obicem, sed alia est opinio. Quod requiritur actuale propositum positiuum non peccandi in futurum, & ẽ securior. hæc ille. Sic igitur ad veram pœnitẽtiam requiritur, actus ille negatiuꝰ. i. nolle peccasse cum proposito firmo non recidiuare, & hoc est non ponere obicem, & est dispositio sufficiens, ad recipiendam gratiã, alias nũꝗ̃ poterit saluari &c.

¶Quarto requiritur, vt vitet & fugiat ꝓ viribus omnes peccandi occasiones, omnem cõuersationem ad peccatum inducentem, omnia instrumenta, ꝗbus offenditur deus, nõ tenere domi taxillos, laruam vana ornamẽta, & huiusmodi, ꝙ si ista non vult proijcere, & dimittere, certum est ꝙ non habet propositum abstinẽdi, & sic est eis omnino ab

ſolutio deneganda. Volẽs nã
que efficaciter finem, non ſo-
lum vult, & eligit media, ſed
etiã remouet omne impediẽs
vt dicit Sco.in.2.di.6.q.1.

CIRCA tertiam
partem, differe-
mus eius fructifi
catiõem, ad hoc
propoſitum, bea
tus frater Cheru. dat gratum
exemplum, Eſt vnus ſenex val
de debilis, & propter ſenectu
tem, & propter infirmitatem,
dum velit eccleſiam pergere
per viã valde lutoſam, cadit
ſurgit, & vadit, & iterum pro
pter ſenectutem, infirmitatẽ,
& debilitatem cadit. Iterum
ſurgit cum propoſito non ca
dendi amplius, dicens certe
nunc ita caute ambulabo, ꝙ
non cadam. ⁊ accipit baculũ,
vitãs malam viam, & facit q̃d
in ſe eſt, tñ cadit iterum, ⁊ ſur
git, & ſic cadendo, & ſurgẽdo,
tantum facit, ꝙ ad locum de-
ſideratum peruenit, ſic in pro
poſito, peccator ex infirmita
te, fragilitate, & propter occa
ſiones, quæ ſunt in mũdo ca-
dit, ſurgat cum propoſito am
plius non cadendi, vitet ma-
lam viam. i. occaſiones, ſumat
baculum. i. adiutorium dei,
quo plena eſt ſancta mater ec
cleſia. confiteatur ſæpe &c.

Et ſi iterum ex fragilitate ca-
dat, ſurgat modo prædicto &
ſic cadendo (ex infirmitate, ⁊
fragilitate, & non ex malitia)
& ſurgendo faciẽs quod in ſe
eſt, tandem ſaluabitur.

¶Quinto debet habere pro
poſitum confitendi, ⁊ ſatisfa
ciendi. Primo confitendi quã
do habuerit copiam ſui con-
feſſoris, & toties quoties
mortaliter peccat, debet cõ
fiteri, & ſi non haberet copiã
confeſſoris, habeat contritio
nem, eo modo quo ſupra dixi
mus, poſtea poterit expectare
tẽpus ordinatum, ſed tutius,
& ſecurius eſſet ſemper confi
teri, ſaltem bis, ter, quater, in
anno, vel ſemel in anno, ſecũ
dum ordinationem Sãctæ ec-
cleſiæ, Ro. Secũdo ſatisfacere
ſecundum delictũ, eam maxi-
me facere ſatisfactionem quã
ſibi imponit cõfeſſor ꝓ pctĩs.

¶Sexto & vltimo. omnia iſta
faciat cum debitis circunſtan
tiis, inter quas, prima eſt cir-
cũſtantia principii, & finis. i.
vt libere faciat, & tm̃ amore
dei, & non timore pœnæ. per
Sco.in.4.di.14. & vt in Sermo
ne de ſera pœnitentia diffu-
ſius declarauimꝰ. Sic ergo epi
logando dico. ſi habes actum
illum negatiuum circa pecca
tum cõmiſſum, ceſſas ab actu

peccādi, habeas firmum propositum non recidiuandi, fugere occasiones, habeas volūtatem confitēdi, & satisfaciēdi, & hęc omnia libere, ⁊ amore dei, tunc quippe habebis veram attritionem, quę est dispositio sufficiēs ad gratiam. vade secure ad cōfessionem, quia gratiā in sacramento recipies, ꝙ si vnum prædictorū deficiat nihil fecisti, & si cōmunicas illo modo veh tibi, & in hoc maxime hominum apparet fatuitas, nam pro aliquo cōmodo, qn̄q; vel malo fugiēdo, omnibus periculis se exponerent, & doloribus. Nam si medic⁹ dicat infirmo, vt restituat aliena aliter, non sanabitur, statim restituet, si mulieri vanæ, vt vanitatē deponat ⁊c. Si iuueni vt malā relinquat societatē, &c. Si in firmo q̄tūcūq; dlicato vt patiat̄ ignē. vel cocturam, vel incisurā, vt corp⁹ redimas, ferrū patieris, & ignē. Oui. Sed medic⁹ spūalis ꝓ sanitate animæ, si sia suadens, in uanum laborat, littora bobus arat, practica huiusmodi. Præterea Iuuen. Ploratur lachrymis amissa pecunia veris. Amittit muliercula virum. iocalia, immō gallinam. Plorat lachrymis veris, Amittitur anima, & nihil amittit, Vir amittit vxorem, pecuniā, heu quot lachrymas, quot lamēta, quot eiulatus, quot suspiria emittit, vere plorat lachrimis veris, amittitur anima, nihil perdit. Practica replicando, plorat, la. ve. O infęlix humana conditio, & futuri nescia ait Hiero. Certe, certe, plorabitis, ⁊ flebitis in alia vita, velitis nolitisq;, quia risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Practica tuo mō. Narrat Beda, in gestis Anglorū, de quodam mortuo. qui fuit vitæ restitutus, statim fugit ad heremum, & continue flebat, & suspirabat, manens iuxta fluuiū frigidissimum, balneabat se vestitum in illo, & permittebat vestes ad carnem cōgelari, postmodum balneum calidissimum intrabat, vt maiorem cruciatum sentiret, & dū a multis argueretur de tā ardua pœnitentia, flendo & eiulando, respōdebat. O si vidissetis quæ ego vidi, vos certe maiora faceretis: Dico enim vobis ꝙ pœna p̄sens omniū martyrum, et omnis pœna q̄ est in purgatorio, nihil est in comparatione pœnarum inferni, quas ego vidi. Deinde clamabat facite pniam, quā si nō feceritis in hoc mūdo, cer

te,facietis ſine fine in īferno. ¶ De iſta contritione habes multa exempla, Et primo de quodā ſancto Heremita, qui audiēs ſororem ſuam eſſe meretricem,perrexit vt eam cōuerteret,quod illa audiēs ob uiauit fratri, quæ ab eo conuerſa,& bene contrita,ſequebatur eum ad Heremum, in via præ contritionis magnitudine.cor eius ſciſſum ē,Reuelatum eſt fratri, ꝙ virtute contritionis erat in cœlo beata. Iacobus de victriaco,narrat ꝙ iuuēcula quędā, dum cum patre ſuo peccaret, mater hoc ſciens dure eam redarguit,at illa indignata matrem interfecit. Pater hoc nō ferens,filiam odio habebat, quo illa comperto,deſperata patrem dormientem ſuffocauit,fugit & publica meretrix effecta ē,& omnia mala faciebat.Tandem quodam dei ſeruo de magnitudine miſericordiæ dei prędicante,adeſt illa, &facto ſermone,cum magna contritione petit a prędicatore,ſi vera ſunt illa q̄ prædicauit,immo ait,ꝛ multo maior q̄ dici,nec cogitari poteſt. At illa ſi ſic eſt audite q̄ſo confeſſionem meam,& pœnitētiam iniūgite,& ille,expectetis donec poſt prandium prædicauero,&libenter vos audiam. Illa autem dixit. Domine, vt video deſpatis de ſalute mea, non certe( ait ille )ſed valde lætor,& vobis iniungo ꝓ pœnitentia,vt tm̄ expectetis, Prędicante igitur eo,illa interim de peccatis ſuis tantum dolere cœpit,ꝙ corde eius præ dolore diuiſo,emiſit animam. Quapropter prædicator ille fecit populum orare pro illa, & orantibus illis, vox de cœlo dixit.Nolite orare pro illa, quoniam propter contritionem ſuam magnam, in cœlis eſt, ꝛ pro vobis orare poteſt. O fœlix lachryma,O dulciſſima amaritudo, quæ talem,ac tantam peccatricem,patricidam,& matricidam,&c.ad cęlos tranſmiſiſti, Eya igitur filii ſurgite, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, temp⁹ flendi eſt,petite, quæſo a Dauid quomodo fecit,vt ei adulterium dimitteretur, & homicidium. Certe reſpōdebit,Laboraui in gemitu meo, la.per ſing.noc.lectum me. ſtratum meū lachrymis meis rigabo, Si a Petro nimirum, Egreſſus fleuit amare,ſi a ſācta illa peccatrice,lachrymis cœpit rigare pedes ei⁹.Audiſtis,ecce oſtēdi vobis paradiſi iter . Et credo certe ꝙ nemo veſtrum oc

cidit patrem, & matrem, nemo fecit sicut Dauid, Petrus, & Magdalena. Proinde postposita omni desperatione, ac etiam omni negligentia, ploremus, vel sal' ē displiceat nobis deum offendisse. cum circunstantiis supra declaratis & quod nobis deest, de visceribus Iesu Christi, audacter vsurpemus. ait enim Bernar. Ipse enim contritus est ꝓpter iniquitates nostras, secundū prophetam, & ideo omnis nostra attritio, ⁊ displicentia, & omnis alia operatio, ad pœnitentiam nostram necessaria in virtute suæ passionis sacratissimæ habet efficaciam. Nā Ioā. 11. dicitur. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, vbi dicit Fran. Mair. in serm. 58. ꝙ actus contritionis animæ christi, quē in cruce habuit ꝑ peccatis nostris qñ dixit Matt. 26. Tristis ē anima mea vsq; ad mortem, maxime dicit' fuisse salubris, quia passio animę, est fortior, & ad merendum indulgentiam efficacior, q̄ passio corporis, ex quo ille pro nobis doluit, & maiorem partē de obligationibus nostris ipse soluit, Profecto miser, & miserabilis est, qui non conatur habere illā paruam displicentiā, & quòd tanti beneficii se reddat indignum. Habeatis ergo contritionem. &c.

FINIS.

## FERIA TERTIA POST quartam dominicam in quadragesima.

## DE VERA CONFESSIONE.

TOTVM hominē sanum fecit ī sabbato. Ioan. 7. ca. Quēadmodum ipse benignissimus Iesus, dū erat in mundo languentes, q̄tum ad vtrunq; hominem sanabat. Sic spūliter facit in sacramento pœnitentiæ. De secunda ergo parte pęnitentię videlicet de confessione, videnda sunt tria.

¶Institutio.
¶Obligatio
¶Remediatio.

¶De primo, duo perscrutabimur. Primum an fuerit necessarium instituere cōfessionē. Secūdum an fuerit congruū. De primo, pro declaratione suppono, quod finis cōfessio

nis,ſicut & aliorum ſacramẽtorum, eſt gratia, vel aliquis effectus dei inuiſibilis,diſponens hominem ad ſalutẽ.ſm Sco.in.4.di.1.q.5. Eſt enim inſtrumentum ad gratiam primam,ſicut diſpoſitio preuia, eodem modo,quo alteratio, poteſt dici inſtrumentum reſpectu generationis ſubſtantiæ, quia diſpoſitio præuia. Ad nullum enim alium finem inſtituta ſunt ſacramenta, & per conſequens ipſa cõfeſſio, niſi vt in ipſa conferatur gratia a deo,& ipa ſigna viſibilia: eſſent effectus dei inuiſibilis oſtenſiua (Hoc præſuppoſito.)Dico ꝙ non fuit neceſſarium inſtituere confeſſionẽ, nec ꝙ deus determinaret virtutem ſuã ſigno ſenſibili, abſolute enim poſsibile eſſet effectum inuiſibilem.i. gratiam haberi ſine tali ſigno,ſm Scotũ,in.4.d.1.q.3.ar.1.Quia deus extra ſe nihil agit neceſſario, vt tenent omnes Theolo.maxime ſubtiliſsime probat Scot⁹,in.4.d.1 q.3. Cõtra opi.Philoſo. Præterea ſm Sco. Sacramentum non habet aliquam actionẽ propriẽ dictã, ſiue reſpectu gratiæ,quam non põt attingere, quum illa creetur a deo, ſiue reſpectu diſpoſitionis ſupernaturalis,quia illa etiam crearetur,& ratio eſt ſm Sco.quia finis ſacramenti qui eſt gratia poteſt haberi ſine eo.Hoc ẽ dictu, ꝙ deus poſſet cauſare in anima gratiam, abſq; illo ſigno ſacramentali ſenſibili,& ſic poſſet dare gratiam ſine confeſsione.

¶ Sed quare ordinauit ſigna illa ſẽſibilia? Accipe ſcdm huius partis.ſ.congruitatis.Nota igitur primo Quod Magiſter ſen.in.4.d.1.dicit, ꝙ tripli ci de cã ſacra inſtituta ſũt.Primo pp humilitatem, ſcdo pp eruditionẽ.Tertio pp exercitationẽ.Primo pp humilitatẽ vt dũ hõ in ſenſibilib⁹ reb⁹,q̃ infra ipm ſunt,ex ꝑcepto creatoris,ſe reuerenter ſubiiciat, vt ex hac humilitate, & obedientia,deo magis placeat, & vt apud eum mereatur, cuius imperio,ſalutẽ quęrit. In inferioribus ſe;& ſi nõ ab illis,ſed per illa a deo.Secundo ꝑpter eruditionem, vt per id quod foris in ſpecie viſibili cernit, ad inuiſibilem virtutem quæ intus eſt, agnoſcendam ,mẽs erudiatur. Tertio ꝑpter exercitationem, quia cum homo ocioſus non poſsit eſſe, proponit ei vtilis & ſalubris exercitatio in ſacramẽtis,quæ vanam,& noxiam vitet occupationem,non enim facile capi

tur a tẽtatore q bono vacat exercitio. Vnde Hieron. Sẽper aliquid boni operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Hęc Magister. Sco. aũt in 4. d. 1. q. 3. ponit alias congruẽtias dicens. Congruum est effectum inuisibilem. i. gratiam causandum a deo, ordinante hominem ad salutem, signari per aliquod signum sensibile & efficax. i. practicum, & non speculatiuum, & certum vt in pluribus. s. signans effectum in fieri. i. gratiam debere recipi a pœnitente, nisi indispositio eius impediat, & hoc ẽ qd dicit efficax. Hoc inquã signũ ait Sco. hoc modo cõgruum fuit institui, significans ꝙ pœnitens statim recipit gratiam nisi obicem ponat.

¶ Præterea cõgruum fuit institui, vt viator inquirens cognitionem ex sensibilibus, effectum illum inuisibilẽ. i. gratiam certius cognoscat, & sit certus ꝙ non decipitur, & ardẽter quęrat, se optime dispo nendo ad recipiendũ tam singulare donum, & thesaurum tam præciosum, vt est gratia dei, quæ omnem huius mundi preciositatem excellit. Immo præponderat mille mundis, vnit enim nos vltimo fini, vt di. Sco. in. 2. d. 29. Et nihil gratius, iocundi⁹, salubrius, & vtilius in hoc mũdo hẽri põt.

¶ Præterea dicit Sco. Quod congruum fuit omnibus viatoribus aliquibus signis exterioribus cõmunicare, & cõuenire, per quæ etiam ab aliis alterius sectæ distinguantur. Nã ex talibus signis noscitur homo quis est, & cuius secte. Hic autem expedit, quia qui sciunt se eiusdem sectæ, iuuãt se mutuo, ad obseruationem eius, vt faciunt armigeri. O ꝑclarum exemplũ. Nota ꝙ maximam obligationẽ habemus ad procurandum salutem ꝓximi. Vnicuiq; enim mandauit deus de proximo suo, & q sciunt se dissimilis sectę, vitãt se mutuo, tanquam mutuo se impedientes. Nota tu chi pratichi con li giudei, nõ es christianus, iõ hẽs practicã cũ eis.

¶ Præterea. Congruũ fuit sacramentum confessionis, & alia sacramenta institui, quia dicit Sco. Cum signum diuidatur inter memoratiuũ, qd est præteriti, & demõstratiuũ quod est præsentis, & pronosticum, quod est futuri, congruum inquam fuit, vt per signa visibilia memoratiua passionis Iesu Christi, per quem saluati, & liberati sumus, per quẽ omnia opera nostra gra-

Quia cũ homo ordinatus sit ad beatitudinem, non potest ad eam peruenire nisi (deleto peccato) quia nullus beatificatur remanens obligatus ad pœnam, oportet igitur prius delere peccata, nam pœna est ordinatiua culpæ. Ex Boetio 4. de conso. pros. 4. Pœnam autem istã non poterat ex se homo soluere, nisi ex merito Iesu Christi iuuaretur. Dicit. n. Sco. in. 4. dist. 2. q. 1. Disposuit deus non remittere culpam, nec dare gratiam, nisi in virtute meriti illius, qui erat sine peccato. Ideoq; congruum fuit remedia illa optima instituere, & visibilia signa illius gratiæ ostensiua, & illius infinitæ misericordiæ, qua filius dei obtulit semetipsum pro nobis deo patri in odorẽ suauitatis. Et confirmat̃ ista congruitas. Quũ enim Iesus christus benedictus sit caput nostrum, quia secundum fidem & vt dicit Sco. in. 3. di. 13. de lege communi, non est aliud caput i ecclesia, a quo sit influẽtia gratiarum in mẽbris, quũ ergo caput nostrum sit mundissimum, & sine macula, nõ possunt esse membra illius nisi munda, ⁊ immaculata. ideo ordinata est pœnitentia, vt post peccatum per ipsam mũdari possimus. Hæc autẽ omnia licet dicta sint de omnib⁹ sacramentis in cõmuni, tamẽ de pœnitentia & confessione propositum declarant. Cæterum qm̃ isti omnes sunt vberes fruct⁹ ligni vitæ, ideo oẽs ad eos currere debemus, & tandem deo reconciliari, ⁊ ad gaudia æterna peruenire mereamur, vt in libro de cognitione veræ vitæ, ait Augu.

CIRCA secũdũ principale, quærunt doctores, quo iure tenemur ad confessionem, ⁊ dimissis multis opinionibus. Accipio declarationem Sco. in. 4. distin. 17. Pro cuius breuiori notitia pono vnam distinctionem, & quattuor conclusiones. Distinctio est hæc, triplex est ius, Naturale, Positiuum diuinum, & positiuum ecclesiæ Ius naturale, est principium practicũ notum ex terminis, vt summũ bonum est summæ diligẽdũ. cognitis enim hiis terminis. bonum, & diligere, statim lumine naturali, notum est, bonum esse diligendum, vel cõclusio demõstrata ex tali principio, puta, ergo deus est summæ diligendus, quia est summum bonum, vel aliquod cõ

sonum principio & cóclusioni puta, ergo est ei summæ obtemperandum. Hoc enim est consonum, principio & conclusioni prædictis. De iure positiuo diuino. sunt quæcunq; continentur in scriptura pro tempore, quæ sunt obseruanda, sicut fuerunt ceremoniæ iudęorum, pro tempore legis Moysi, & christianorum pro tempore legis nostræ. De iure positiuo ecclesiæ, sunt multa quæ propter obseruantiam, honestiorem in moribus, & propter reuerentiam maiorē in suscipiendis & dispēsandis sacramentis, ecclesia statuit.

¶Prima conclusio. Confessio non est de iure naturæ, quia tunc hæc obligatio fuisset pro statu cuiuscūq; legis, quod est falsum, quia nec erat in statu innocentiæ, nec legis Moysi. Nec obstat glo. Gene. 3. Adam vbi es? vox inquit est increpātis, & confessionem inquirentis. Non enim concludit, quod cōfessio esset faciēda homini, licet esset facienda deo increpāti. Nec obstat etiam quod dicitur, quod notum est lumine naturali, quod reus est iudicandus, hoc enim conceditur, & quod iudicandus est ab alio, hoc etiā conceditur, & quod ille alius nō potest iudicare nisi sibi reueletur, totum conceditur, sed quis sit ille alius, non est notum lumine naturali, nisi de deo, qui est bonorum & malorum retributor. Quod aūt dicitur, quod ille nō potest iudicare nisi sibi reueletur, potest negari, quia ipse peccata nouit anteq; fiant. Et sic tota ratio non concludit, nisi quod peccator debet deo cōfiteri, tūc concedo, nō autem homini, quia nullus hō potest eē iudex peccati hominis, nisi vt minister summi iudicis. Hoc autē modo, vnusquisq; magis est minister in iudicādo propriū peccatum quàm alterius. Nec etiā obstat, quod in lege pręcipiebat filiis Israel, quod qui peccasset, deberet confiteri peccata sua, & offerre tale, vel tale sacrificiū, patet. 16. Leui. In tota enim lege Moysi, non inuenitur præcepta ista confessio de qua loquimur, sed tātum deo de occultis. De defectibus autē publicis, & de inobseruantia legalium, fiebat a sacerdote generalis cōfessio sic. iniuste egimus iniquitatem fecimus, & fiebant sacrificia quædam generalia, pro peccatis generalibus ad misericordiam impetrandam, & sic patet prima cōclusio.

¶Secunda cōclusio, sm Sco.

vbi ſupra. Confeſsio non eſt de pcepto poſitiuo eccleſię, tum quia papa nō teneretur confiteri, quia non habet imperium par in parem. Capitū. Exiit. de verb. ſig. Et tñ teneť: ſm Io. And. in. c. ſignificaſti de foro cōpe. Tum etiam quia ecclesia non attentaſſet tam graue iugum imponere christianis, ſicut eſt confeſsio, niſi haberetur ex lege diuina, ſed cō tra hoc dupliciter arguitur. Primo quia gloſator decretorum, de pe. di. 5. Iſtam quęſtionem mouens di. Melius eſt dicere pœnitētiā inſtitutam ex quadā vniuerſali traditione eccleſię, ꝙ ex nouo, vel veteri teſtamento. Secūdo quia videtur hoc ſtatutum per eccleſiam in ca. Omnis vtriuſꝗ ſexus, de pen. & re. Reſpondet Sco. in. 4. di. 17. q. 1. ar. 1. Quod gloſator ille irrationabiliter loquitur, quia dicit & non ꝓbat. Dicit enim illum ſtatutū ab eccleſia, & nullum capitulū ad hoc adducit. Turpe. n. eſſet theologo dicere aliquid eſſe ſtatutū ex canone bibliæ, & nō probare per bibliam. ſic canoniſtę dicere aliquid eſſe de vniuerſali traditiōe eccleſię, & non allegare capitulum canonis, ad iſtam traditionē. Secundum ſimiliter non valet. Quia illud capitulum inſtitutum fuit in Cōſilio Late. tempore innocētij tertij, Ante autem illud tempus pluſꝗ per octingētos annos, fuit Augu. qui prædicauit confeſsionem eē neceſſariam, in libro de vera & falſa pœnitētia, cuius auctoritates ponuntur a magiſtro in. 4. di. 17. & in canone de pe. d. 6.

¶ Tertia cōcluſio. Melius eſt dicendum dicit Sco. in. 4. diſ. 17. in fine primi art. Quod cōfeſsio ſit de iure diuino poſitiuo promulgato per Euangelium, Io. 20. Accipite. S. S. quorem iſ pe. re. ſunt, &c. Itē Matt. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum. Hoc idem ponit Sco. in. 4. diſtin. 2. qō. 1. Ex his arguit Sco. Hic data ē poteſtas apoſtolis, & omnibus ſacerdotibus, remittendi peccata, non principaliter, quia hoc ē proprium dei. ergo miniſterialiter, & arbitratiue, ſed nō poteſt arbitrari in cauſa ignota, ergo manifeſtanda eſt eis cauſa, in qua debēt arbitrari, huiuſmodi manifeſtatio, ē & fit per cōfeſsionem, ergo ex iſta collatione poteſtatis arbitrariæ ſacerdotib⁹, in cauſa peccati, obligatur peccator accuſare ſe eis tanꝗ arbitris, quod eſt confiteri. Cōfirmatur. Nul

li committitur poteſtas iudiciaria, vel arbitraria, niſi alicui imponatur neceſsitas ſub mittendi ſe ſibi, qa nullus eſt iudex alicuius, in cuius volũtate eſt iudicari ab iſto iudice, vel non iudicari, tũc enim iſte nullam poteſtatẽ, vel authoritatem iudicandi habet, ſed ſacerdoti cõmittitur huiuſmodi poteſtas, ergo & reo imponitur neceſsitas ſubmittendi ſe ſibi, & hoc eſt confiteri.

¶Secundo arguit Sco. Sic, quicũq; primam gratiam amiſit, tenetur de neceſsitate præcepti, & hoc illius. Diliges dñm deũ tuũ, itẽ diliges te ipſum, agere quantũ in ſe eſt, ad eius recuperationem. Nõ enim tenemur ſimpliciter diligere deum, ſed ea dilectione quæ ſibi grata ſit. Hoc autem ſine gratia eſſe non poteſt, ſecundum Franci. in. 1. di. 17. Quum autem ipſam gratiam amiſerit per peccatum mortale, ergo tenetur eã recuperare per pœnitentiam, ⁊ confeſsionẽ, quia ad hoc inſtituta eſt. Aliter non adimplebit præceptum de dilectione dei gratuita, Item ex illo verbo. Diliges te ipſum. Quilibet tenetur diligere ſe ipſum, vt illa dilectio ſit grata deo, patet quia ſic tenetur diligere proximum, ſecũdum Sco. in. 3. di. 27. ergo a fortiori ſeipſum, ſed talis dilectio non eſt grata deo, niſi procedat a charitate. ergo tenetur gratiam amiſſam recuperare, & poteſt eam recuperare per ſuſceptionem ſacramenti confeſsiõis, ergo. Cõfeſsio cadit ſub præcepto iuris diuini.

¶Si dicas ꝙ maior eſt vera, ꝙ tenetur ad aliquam viã per quam poſsit gratiam recuperare, ſed non ad iſtam, ſi alia ſit poſsibilis. Nunc autem licet confeſsio ſit vtilis, eſt & alia vtilis, puta attritio, ergo ſine confeſsione poſſumus recuperare gratiam. Cõtra hoc arguo ſic. Vbi eſt via facilior, id eſt magis in poteſtate hominis, & certior ad gratiam recuperandam, tenetur quilibet ad illam viam, Ita quòd omiſſa illa, attentet aliam difficiliorem, & incertiorem, qa tunc ſe exponeret periculo ſalutis ſuæ, & videretur eſſe cõtemptor ſalutis ſuæ propriæ, ſed illa via ſuſcipiendi ſacramentum pœnitentiæ, ſcilicet confeſsionis, confitendo peccata ſua, eſt magis poſsibilis homini, & certior ad primam gratiam recuperandam. Patet quia hic non oportet, niſi

non ponere obicem ad gratiam, quod multo minus est quàm habere aliquam attritionem, quæ per modum meriti de cõgruo sufficiat ad iustificationem. Potest etiam aliquis eẽ magis certus, quòd non ponat obicem, q̃ quòd hanc sufficientem attritionẽ habeat. quia probaliter potest scire se tunc non peccare actualiter peccato interiori, vel exteriori, & intendere recipere, quod ecclesia intẽdit in illo sacramento conferre, non sic potest scire se habere attritionem sufficientem, vt meritum de cõgruo, hęc Sco. Et si illud non sufficit, dicit Sco. dicẽdum est, quòd est de iure diuino positiuo promulgato a christo Apostolis. Sed ecclesiæ per Apostolos, absq; omni scriptura, dato, sicut m'ta alia tenet ecclesia oreten⁹ per apostolos, sibi promulgata, iuxta illud Ioan. 20. Multa quidẽ, & alia signa, fecit Iesus quæ non sunt scripta in libro hoc. Aliam rationem tangit Sco. vbi supra, quæ etiam supra tacta est. Quod videlicet ecclesia non attentasset imponere fidelibus tam graue iugum, vt est confesio, nisi esset de iure diuino. Ttenendũ est indubitanter cõfesionẽ esse de iure diuino. Nobis postea præcipitur ab ecclesia, in cap. Omnis vtriusque sexus, de peni. & remis. Et sic iure duplici ad confesionem tenemur, idest dei, & ecclesię. Vnde Bernardus, absq; confesione iustus iudicatur ingratus, ⁊ peccator mortuus reputatur. Cõfesio igitur peccatori ẽ vita, iusto gloria, ergo peccatori necessaria est. Hæc ille. Canones etiam multipliciter hoc ostendunt, de pe. d. 1. Non potest, & Ambrosius in libro de paradiso. Non potest quisque a peccato iustificari, nisi peccatum fuerit ante confessus, & Hiero. eadẽ verba dicit. ca. Secunda post naufragium, & capi. Quia diuinitatis. Et sic patet obligatio cõfesionis.

IN tertio principali. Quæritur vnde hoc, quòd nobis est ita difficile confiteri? dico quòd diadolus habet tres catenas, & funes, quibus linguã peccatoris tempore cõfesionis ligat. Et licet dicat sapiens Eccle. 4. Funiculus triplex dificile rumpitur, non est tamẽ abbreuiata manus dñi, quia cum ipsius adiutorio opportuna remedia inueniemus, & q̃ sint cathene ille, Dico q;.

uit, se nullo modo satisfacturum, & quod nec fratres sui restituerent, & sic ille vsurarius satisfecit. Relinquent alienis diuitias suas. S.i.d.i.in ęternū.

¶ Tertia cathena est, verecūdia, appropinquante enim cōfessionis tempore. Diabolus qui abstulit ruborem erubescentiæ, in peccando, ruboris velamen restituit. O, o, che ogni volta che pensa della cō fessione, glie, vno cortello al cuore, tutto trema & omnia viscera funditus quatiuntur. Quapropter aut non confitē tur, aut forte verbis palliatis, truncatis, & con mezza bocca, inuilupando le parole tra li denti, aut dimittunt circūstantias aggrauātes, quia forte sunt turpes.

¶ Exēplum, ad manus, cuiusdam fratris nostri, quædā mulier venit, quæ triginta annis tenuit quoddam peccatū turpitudinis, de quo nunquam præ verecundia est cōnfessa, & oi anno cōfitebatur (illo dimisso) & communicabat se, In eodem loco, alia steterat. 16. annis, in alio turpi pctō, in alio loco, alia octo annis, alia per duos annos stetit, quæ nunquam potuit confiteri. De quo turpi peccato, diaboli cathena ligatæ erant, & omnes istę erāt nobiles secundum mundum, tandē ad prædicationem cōpunctæ sunt, & illi fratri omnia reuelarunt.

¶ Quidam vir sanctus, vidit diabolum inter pœnitentes stare, & interrogatus quid faceret, ait, Reddo istis quod eis abstuli. s. verecūdiam. Hac cathena ligātur homines luxuriosi, & mulieres lasciuæ. Exēplum in peccatis carnalibus. Hac cathena religiosi, & sacerdotes, qui volūt apparere boni. Hoc mō nobiles, & ciues, qui sunt bonæ famæ, verecūdantur confiteri maxime con fessori, quē cognoscunt. Hic potes practicare. Hanc cathenam si vis rūpere, oportet te multum laborare, quia nimirum hic est funiculus, qui difficillime rumpitur. Commenda te omnipotēti Deo, & beate virgini, deinde fac tibi violētiam, & cogita quæ infra dicentur. Primo qavt dicit Raymun. in sum. Ratio dictat, vt nullus debeat verecundari facere opus virtutis, quia in virtute erit laus, in malitia verò vituperium, ait Arist. in libro magnorum moralium cap. 14. Vnde si non verecundaris facere opera turpia, & vituperosa, & vitiosa, quāto minus virtuosa, sed confessio est opus

maxime virtutis, & maximi meriti. Ait. S. Tho. in. 4. d. 17. Et S. Cyprianus dicit in epistola. Quod ē opus præclarum, salutare, ⁊ diuinum, sicut enim potentiæ naturales sunt ad ipsum agere, sic virtutes sunt ad ipsum bene agere, Et vitia ad male agere, ergo sicut per vitia, dicimur mali, & iniqui, ita per virtutes dicimur boni & iusti. Sed nunquā per vitia dicimur mali, nisi cum delectamur in malo, ergo nunq̄ dicemur boni, nisi cū tristamur de malo, hoc autem accidit in contritione, & confessione.

¶ Et nota ꝙ in confessione manifestantur. Potentia, Sapientia, & bonitas diuina, nobis communicata, nam confitens peccata sua facit sibi violentiam, conformatur potentiæ patris, hæc enim ē magna in nobis vincendo sensualitatem, quæ verecundiam inducit. Dicit enim Sco. in. 4. d. 40. qōne vnica. Quod difficilius quod est in Ecclesia, est confessio. Difficile enim videtur, alicui peccata sua secreta homini reuelare, & ideo fit ita potens, ꝙ necessitat deum dare sibi gratiam, ⁊ hoc ex pacto suo.

¶ Secundo, conformatur sapientiæ filii, quoniam confessio illuminat cōfitentem. Tū per virtutem diuinam ibi assistentem, tum per ministeriū confessoris, qui tenetur monere pœnitentem, vt infra dicemus.

¶ Tertio, conformatur bonitati spiritus sancti, dum in ea confertur gratia, & charitas, quæ spiritui sancto attribuit, nisi pœnitens ponat obicem, Est etiam actus virtutis, quia pœnitens conformat se primę, regulę, dum confitet, quū confessio sit de iure diuino, vt supra dictum est.

¶ Preterea, quando verecundia te opprimit, cogita quis est ille quem offendisti, quia nō vilem creaturam, sed deū omnipotentem, creatorem tuum, saluatorem tuum, qui tot tibi beneficia contulit, & vt aeterno te patri reconciliaret, & saluberrimum hoc institueret sacramētum, postposito sibi gaudio, sustinuit ignominiosam mortem. quare mi ser erubescis confiteri, vt ei reconcilieris. qui nimia charitate sua pro tua reconciliatione, cum deo, tantam confusionem sustinuit.

¶ Præterea, cogita quid per peccatum amisisti, quod vtiq; per confessionem recuperare poteris. O mulier bona, habebas

bas ne aliquam pulchrā galli nam? doles ne quia eam amisisti? certe sic, q̄a faciebat multa oua eratq; pulchra, & fœcūda. Et de annulo perdito doles? O certe valde plus, O mercator doles ne q̄a merces amisisti, in quibus tantum confidebas? certe sic, vsq; ad cordis medullas. O patre so stato p desperarme. Et si posses recuperare quid faceres? O certe q̄cunq; ardua, & difficilia, & omnia peccata mea quantūcūq; enormia panderē. O infœlix creatura, Tu doles amisisse gallinam, vel aliquid aliud vile, quæ omnia etiam prætiosissima, amissurus cras forte eras i morte, al tuo dispecto, & tamē perdidisti gratiā dei, quæ omnibus mundi thesauris preciosior est, vitam æternam, gloriam animæ tuæ, & non doles? tanto te ne curi, quāto delle prime scarpe che portasti, & pro recuperatione dignissimi thesauri, non vis, vel leue quid sustinere? Nimirum in confessione, non solū gratia dei recuperatur quæ p̄ ponderat mille mundis, sed etiam multa alia bona acquiruntur, bona enim per peccatum mortificata, in confessione reuiuiscunt, s̄m Theol. maxime Sco. in. 4. di. 22. Fit etiam vt attritio minus sufficiens, fiat in confessione contritio, vt dictū est, feria. ij. præcedenti, virtute quoque clauium, & meriti Christi, dantur in confessione indulgentiæ. Ait Gerson, par. 2. suorum opuscu. sed quare? Deus nouit q̄ per confessionem exhilaratur cōsciētia, & fit homo lętus, & iocundus. Nonne ita de hoc expertus es? post confessionem, & multa alia bona &c.

¶ Preterea, cogita q̄d per peccatum lucratus es? & quē fructū habetis de hiis de quibus nunc erubescitis? ait Apostolus, cogita tormenta quæ te expectāt, cogita diem iudicii, quando omnia omnibus nuda erunt, tuus pater, tua mater, vxor tua, vir tuus, fratres & sorores, amici, videbunt in fronte tua omnia peccata, O quę confusio erit illa tunc, et in inferno manifesta erūnt omnibus dæmonibus, omnibus damnatis &c. Et si anima damnati redire posset, credis ne q̄ verecundaretur confiteri? certe non, etiam coram toto mundo.

¶ Præterea cogita, q̄ peccator est confessor & homo, sicut tu, ideo voluit deus vt homo homini confiteretur, cogita q̄ tenetur ea tenere secre

ta. Nolite ergo verecūdare patres mei, & matres, sed potius verecundamini facere peccata, Pudor nō vos terreat, nec tāto periculo vos exponatis. Nam cum tota vis (vt dixi) salutis nostræ in hoc sacramento cōsistat, diabolus conatur ꝑ viribus laborare, vt ab isto bono omnes impediat, ⁊ multum de hoc letat, & gaudet.

¶ Recitat sanctus Cæsarius, ꝙ quidam, nunꝗ cōfitebatur, immo dicebat eē stultissimū hoc facere, Moritur tandem, ponitur in sacro, audiūtur venire tempestates, vident homines ipsum extendentē brachium extra sepulchrū, & sic proiecerunt illum canibus devorandum.

¶ Aliud narrat exemplum, de quadam iuuene quæ commissum peccatum turpitudinis, noluit ex verecundia confiteri, fit monialis, maximam facit pœnitētiam, vt sic sine cōfessione mereatur veniam, tādem mortua est, omnes expectant vt faciat miracula. Congregatis monialibus in capitulo, apparet illa ī aere, cathenis igneis ligata, igne circundata, exclamat. heu, heu, heu, quia dānata sum propter tale peccatum, quod nunꝗ præ verecundia pandere volui, & dicebat, peccātem me quotidie, & non pœnitētem, timor mortis cōturbat me, quia in inferno nulla est redemptio. Et respondentibus illis, miserere mei deus, & salua me, illā eiulans disparuit.

¶ Aliud quoqꝫ narratur exemplum, in cronicis fratrum minorum, dum enim quidā cōfessor ordinis nostri transiret per quoddā castellū, Domina illius castri vana, ꝑdicto confessori confitet, cum socius in quodam angulo oraret, vidit ab ore illius dominę, tot buffones exire, quot peccata cōfitebatur, videbat postmodū quendam buffonem terribilē procedere sæpe vsqꝫ ad os, deinde redibat in stomachū, & hoc sæpius fecit. Tandē facta absolutione, vidit ille, ꝙ omnes illi buffones qui per ecclesiam saltabāt, in os illius mulieris certatim redirent, post recessum, dixit socius confessori. Pater sic & sic vidi. Quod ille audiēs, & factū intelligēs redit domum, ⁊ ingrediēs, vt si forte blandis verbis eā possit ad plenum confitēdum inducere, & inuenit eā a diabolo suffocatam, ⁊ mortuam, intrat ecclesiā, orat, vt sibi status illius mulieris reueletur, apparet illa horribilis, cathe-

nis igneis circũligata, ſedens ſuper draconem, qui vndiq; flammã effundebat, habebat pro capillis angues terribiles & eius cerebrum cõforantes, in auribus igneas ſagittas, in oculis, roſpos igneos, emittẽtes, eam terribiliter crucian- tes, circa collũ duos ſcorcio- nes, qui eius vbera, pectus, & collũ dilaniabant, ad manus duos rapidos canes, eas rodẽtes, quũ interrogaretur a con feſſore, quare ſic apparebat? Reſpondit voce lamentabili ꝙ draco ille erat diabolus, q eam integre confiteri nõ per- miſit, ſerpentes in capite pro ornamentis, & vanitatibus, ſagittas in auribus, pro auditio ne detractionum, & verborũ inhoneſtorũ, roſpos ad ocu- los pro luxurioſis aſpectib⁹, ſerpẽtes ad collum, pro laſciuis amplexibus, & oſtenſione pectoris, & mãmillarum. Canes ad manus ꝓ tactibus impudicis, & quia canibus pauperum panes dedi, & nunc ad pœnas æternas ducor, in perpetuum crucianda, a quibus omnibus liberata fuiſſem, ſi integre confeſſa fuiſſem. Eya igitur dilectiſsimi, deponite verecundiam, pudorem emit tite, & nolite in damnationis periculo permanere, venenũ tamen diaboli, periculoſum a vobis eiicite, quod ſi feceri- tis, habebitis gratiam in hoc mundo, & gloriam in futuro. Amen.

FINIS.

## FERIA QVARTA POST quartam dominicam in quadrageſima.

## DE INTEGRITATE confeſsionis.

OPORtet operari, donec dies eſt, Ioan. 4. ca. Certa ⁊ indubitata ſententia eſt omnium doctorum. Quod cum vna, de circunſtantiis ad actum meritorium neceſſario requiſitis, ſit circunſtantia principii. i. vt opus fiat a voluntate libera, vt declarat Sco. in. 4. d. 20. & liberum arbitrium nullo modo ſit impeditum. Merito ſaluator, nos ad meritorie operandum hortat̃ dicens. Oportet operari &c. Per diem autẽ tempus pręſens denotatur; tempus inquam acceptabile,

dies salutis. Tēpore enim accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te, prime ad Cor. 6. Oportet itaq; operari, confiteri, agere pœnitentiam, dū dies est, dū sani sumus, & peccare possumus, alioquin veniet nox, qn̄ nemo potest operari. & meritorie, & quia omne opus, vt meritorium sit, oportet q̄ habeat omnes circūstātias requisitas ad illud, & cum opus cōfessionis sit opus meritorium, non deficiente sibi aliqua necessaria circunstantia, ideo de eius integritate, vidēdum est, & oritur dubiū. Qui sunt illi qui tenentur cōfiteri? & in quo tempore? & q̄ debent confiteri? & quoties, quomodo? cui? ꝓpter quod? & ad quid debent confiteri? vbi notandum q̄ septem sunt videnda, scilicet.

¶Quis,

¶Quando,

¶Quæ,

¶Quoties,

¶Quomodo,

¶Cui,

¶Propter quod,

¶Quo ad primum, & omnia alia, Audi sanctæ matris ecclesiæ, præceptum, & ordinationem, cum dicat, in capi. Omnis vtriusq; sexus, de pe. & remis. Omnis vtriusq; sexus fidelis, postq̄ ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata, saltē semel in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam, pro viribus studeat adimplere. Hæc ibi. Ecce q̄ sancta mater ecclesia, docet te cōfiteri, & omnia dubia occurrentia optime soluit, & primo.

¶Quis tenetur confiteri? Respondet decretalis, Omnis, siue fidelis Italus, siue fidelis hispanus, &c. Et notanter dicit omnis, quia qui totum dicit nihil excludit. Ideo tam viri, q̄ mulieres, nisi fuerint legitime excusati, ad cōfessionem tenētur. Sed quæritur, vtrum quis possit cum aliquo dispēsari ne confiteri teneatur? Rēspondet Ric. in. 4. d. 17. Et scūs Tho. ibidem, quod non, ſm q̄ obligat ex vi. sacramenti. secundum autem q̄ obligat ex præcepto ecclesiæ, potest Papa dispensare, vt diutius confessio differatur. Vnde etiam papa, de pœnitentiis & remiss. c. Omnis. v. se. tenetur confiteri, quia licet ille cui cōfitetur sit eo inferior inquātum prælatus, est tamē superior, vt sacerdos, dei minister. Hoc idē tenet, Io. an. in ca. significasti, de fo. cōp. nota tamen, q̄ mul

ti excusantur.

¶ Primi sunt amentes, qui nõ merentur, nec demerent, sed sunt in statu in quo in amentia deuenerũt, extra d baptismo. c. maiores, non tenentur nisi habeãt lucida interualla. ¶ Secundo non tenẽtur muti, & loqui non valentes, ẜm Ric. vbi supra, confiteri nõ tenẽtur nisi signo, vel nutu, 26. q. 6. c. Qui recedunt.

¶ Tertio. Idioma nescientes, ẜm Ric. vbi supra, non tenent nisi per signũ, si possunt; nullo alio modo tenentur confiteri, nec per interpretem. Vnde Sco. in. 4. di. 17. in responsione argumentorum, cõtra opiniones multorum. di. Quod licet sit licitum confiteri nutu, vel signo, cõmuni sibi & cõfessori, tamẽ per interpretem non licet. Ratio quia iste forus ex natura est secretissimus, iõ non tenetur aliquis ad istum forum, vt ẽ aliquo modo publicus, licet enim velit interpres celare (vt tenetur) tamẽ si vellet malignari, & ipse & cõfessor possunt esse testes contra accusatum, & ista accusatio potest venire in publicũ; & sic non esset pœnitentialis. Eadem ratione non debet qs confiteri pluribus sacerdotibus, nec per scripturam, in absentia, qa scriptura de sui natura, nata est esse publica. Cõcludit ergo Sco. ꝙ tales confiteãtur deo per contritionẽ, cum proposito cõfitendi homini, habita oportunitate.

¶ Secundo dubitatur: Quando debet fieri ista confessio? Respondet decretalis, quum ad annos discretionis peruenerit, quia adultus habet rationis vsum, nec intelligo tãtũ vel tantꝫ ætatis, sed ꝙ cognoscat iustum vel iniustum, in lege dei, in multis enim ante ętatem cõsuetam, malitia supplet ętatẽ, & isti⁹ breuiter ẽ regula Sco. vbi sup. Quando aliquis instructus, & ordinate interrogatus, pcipit distincte, quod iustum, & quod iniustum in lege diuina: Quod potest faciliter videri, si ad ordinatas interrogationes, ordinate respondeat. Sicut adultus. Item dicit Sco. Qñ intrat ecclesiã discooperit caput, & facit alia deuotionis signa. Item qñ verecundatur de aliquo turpi (videntibus aliis). Vnde Greg. in. c. Pueris, de lit. puer. di. Pueris grandiusculis peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis. 14. quũ pubescere ceperint, quod merito crederemus si nulla eẽnt peccata nisi quæ membris ge-

nitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare, furta, mendacia, periuria, non esse peccata, et hiis plena est puerilis ætas, quãuis. in eis nõ ita vt in maioribus punienda videantur, hæc ille. Hortandi sunt ergo, immo cogẽdi pueri ad confessionem, vt habet exemplum, in dialogo sancti, Grego. de puero quinquennario qui dãnatus est. Ratio aũt prædictorum potest assignari, quia reqritur perfectio pœnitentiæ, ad quam requiritur vt sit voluntaria, pfectus vsus liberi arbitrii nõ impeditus, vt declarat Sco. in. 4. di. 14. q. 1.

¶ Tertio dicit omnia, nam si vnum peccatum Mortale dimiserit malitiose, vel ex verecundia, vel ex obliuione, quę peruenit ex multa negligentia, puta nõ cogitauit, nec bene præparauit se, & præsumptuose confidẽs de memoria, vel de sacerdote, quia interrogabit, &c. Profecto nihil fecit, & confessio nihil valet, quia tenetur se præparare, vt dicetur infra.

¶ Quarto, dicit peccata, & nõ virtutes, vt multi faciunt, nisi forte pro habendo cõcilio super aliquo bono opere, puta, oratione, ieiunio, & huiusmodi, ne a diabolo decipiantur.

Nota etiam ꝙ cũ dicitur peccata, intelligitur de mortalibus tm̃, ₰m Sco. in. 4. d. 17. ar. 2. Quia per veniale, nullus periclitatur extra nauẽ ecclesiæ. Nam peccatũ veniale, stat cũ perfecta charitate, quæ est nauis salutis. In duobus tamen casibus tenetur quis confiteri venialia. Primo qñ dubitat an sit veniale, vel mortale, Secundo ratione statuti, vt religiosi. Dicit enim Sco. ꝙ nõ solum peccata, sed etiam circũstantias aggrauantes, saltem illas quæ speciali prohibitione prohibentur, vt accipere alienum est peccatũ, in loco sacrato grauius, similiter cognoscere mulierem non suã, ẽ peccatum mortale, sed grauius. si sororem, vel consanguineam, vel affinem, ideo debet dicere, cum sorore, cognata &c. & hoc nomine tantum appellatiuo, & non proprio. Nam nomen proprium personæ, cũ qua peccauit, nunꝗ debet exprimi. etiam si cõfessor interrogasset, non debet dicere, & confessor grauiter peccaret, interrogando de nomine proprio, sed nomine appellatiuo, circunstantiæ autem communiter assignãtur illæ quæ ponuntur, de pe. di. 5. c. 1. Et sumuntur ab Arist. 3. Ethic.

videlicet. Quis, quid, vbi, per quos, cur, quoties, quo, qn.

¶Quis, si est religiosus, vel secularis.

¶Quid, si furtum, vel homicidium.

¶Vbi, in quo loco sacrato, ecclesia vel cimiterio.

¶Per quos, an solus, vel sociatus, per se, vel per alium, & si alium ad peccãdum induxit, quia vltra principale peccatum, homicidiũ spirituale cõmittit, multo grauius corporali, vt dicit Augu. 22. q 5. c. Ille qui. Et talis ꝭm Sco. in. 4. di. 15. tenetur ad inducendum illum quantum potest ad pœnitentiam, & ꝑ eo orare, quia magis eũ læsit, q̃ si tpalia ei abstulisset. c. Sũt plurimi. 6. q. 1.

¶Cur. i. quo animo, qua intẽtione, nam deflorare virginẽ, est mortale, sed si defloratur, eo animo, vt postea eam, vel patrem, vel maritũ, infamet est grauius.

¶Quoties, si semel, vł pluries qa nõ sufficit dicere, peccaui cũ tali, sed toties, quoties.

¶Quo modo. i. naturaliter, vel cõtra naturã, an ꝑuentus tentatione, aut si eã preuenit.

¶Quãdo. s. si in die festo, vel ieiunio, & huiusmodi, Sed nũquid radices peccatorum sint confitende? Respondet Alexã. de Ales in. 4. parte sum. ꝙ radices ille, & tentatiões, possunt qñq;, Primo qñ quis voluntariæ eis se exponit, vt qñ quis vadit ad spectacula, ⁊ alibi vt videantur, & videãt de his tenentur confiteri. Secundo qñ tentationibus nõ resistimus secundum nostram possibilitatem. Tertio qñ procedunt ex ignorãtia crassa, & supina, & sic tenetur de eis confiteri, & sic de omnibus malis cogitationibus, qñ autem nõ sunt huiusmodi circunstantiæ, sic non tenetur confiteri.

¶Quinto, solus, nõ per interpretem, vt supra declaratum est, ideo faciunt male confessores, qui audiũt plures pueros simul, qñ sunt doli capaces, & confiteri tenentur.

¶Sexto, semel in anno. Quoties debet cõfiteri in anno? an semel, an pluries, an stati post peccatum, & toties, quoties peccat? Rñdet Sco. in. 4. dis. 17. ꝙ dubium est. Aliis dicentibꝰ ꝙ sic, aliis, ꝙ nõ. sed hoc in voto, ⁊ proposito confitendi, tẽpore ab ecclesia statuto, & determinato, interim conteratur, ⁊ sufficit. Nam ante dictũ capitulum. Omnis. v. s. illud (quando) erat indeterminatum ad quodcunq; quãdo, ante mortẽ, semper tamen opor

teret habere voluntatem cõfitendi, tunc quia præceptum obligat.s. saltẽ in resurrectione domini, & huiusmodi, est confessio in voto, & videtur mitius, ſm Sco. quia præcepta pœnalia non sunt ampliãda, sed restringenda. & cũ Sco. cõcurrunt omnes theologi cõiter, & sic, est nimis ardua opi. Archi. in. c. Ille de pe. d. 3. & Inno. in ca. Omnis, de pen. & re. .s. ꝙ tenetur statim confiteri post peccatum, habita oportunitate confessoris, Tutior ẽ autem opinio Theolo. ꝙ sufficit contritio, cum proposito confitendi tempore ab ecclesia ordinato, exceptis i aliquibus casibus, quos docto. ponũt. & Sco. vbi supra. & Io. de Neap. Primo, qñ vult cõicare, vel celebrare, vel sacramẽta administrare, vel aliũ actũ sollemnem in ecclesia exercere, vt legere euãgelium, & huiusmodi. Secũdo qñ quis per statutũ obligatur, ad pluries confitendum, vt sunt religiosi. Tertio, qñ ẽ in periculo notabili mortis, puta, vel nauigare per lõgum iter, & tẽpus, est infirmus infirmitatẽ periculosa. Propterea medicis pcipitur, in ca. Quum infirmi. de pe. & re. Item partui vicina, eũtes ad prælium. In loco & tpe pestis. Quarto, qñ sibi dictat cõsciẽtia. Quinto, qñ probabiliter videbit, ꝙ non poterit habere copiam idonei confessoris. Consulendum est tamẽ vt sæpius confiteant hii tales. ¶ Septimo fideliter, vt nihil dimittat, fiat integre, vt dictũ est, & dicetur in sermone. seq.

In secunda parte, elucidabimꝰ quis sit propriꝰ sacerdos? Nam dupliciter põt intelligi. Primo mõ pprius sacerdos ẽ ille, cui cõmittit cura aiarũ sibi subditarũ, & de hoc dicet i serm. seq. Scdo mõ, vt illud verbũ pprius, non referatur ad confitẽtem, sed ad confessorem. i. ꝙ habeat conditiones conueniẽtes ad exequẽdum tale officium, & quãtum ad hoc, dico ꝙ confessor debet habere multas conditiones, videlicet.

¶ Potens, Sciens, Iustus, Secretus, Dulcis in substinẽdo, Affabilis, & domesticus, Prudẽs, Pius compatiẽdo, Mitis quia nõn scandalizari debet, Benignus affectãs salutem, Discretus in ponendo pœnitẽtiam. ¶ Prima est, potestas. i. vt habeat auctoritatem absoluendi, ſm Duran. in sum. libro. 1. par. 1. ad absoluendum in fo.

ro conscientiæ, tria requirun tur, Primo ꝙ cōfessor, habeat auctoritatem clauiū, existēs sacerdos. Secundo executionem. Tertio ꝙ executio sit libera, & non ligata, excōmunicatus non potest ligare, neq; absoluere. cap. Audiuimus. 24. q. 1. ¶ Secundo debet habere scientię claritatem, sed quantā? Respōdet. S. Bona. in. 4. di. 17. & elicitur. 38. di. ca. Nulli sacerdotum, quod tantam sciētiam debet habere, ꝙ sciat discernere, in peccatis cōmunibus, quod veniale, quod mortale, propter pœnitentiam in ponendam. Item debet scire si est aliquod genus peccati, ad quod non posset manum extendere. Item inter vnā speciem peccatorum, & aliam, itē inter circunstantias, item inter peccatum ꝓ quo debetur satisfactio, ⁊ pro quo non, itē inter peccata mortalia, & filias eorum, Item debet scire dirigere pœnitētem per viam salutis, secundum statum cuiuscunq;. S. Bernardi. de christiana religione. ait q̃d. quum sit sacerdos doctor, & iudex. Inquantū sacerdos, debet scire quæ sit materia, & forma sacramentorum, & modum ritè dispensandi, & nō facere sicut quidā, qui q̃si baptizabat, aquam dimittebat. Dicebat enim, ꝙ propter frigus posset nocere paruulo. Ali⁹ loco verborū, dicebat. In oib⁹ requiē q̃siui. O ignorātia maledicta, quot scandala fiunt hoc modo. In quātum doctor, debet scire fidei sacramenta, inquātum iudex, debet scire discernere inter lepram, & lepram, saltem in hiis peccatis, q̃ omnibus notiora sunt, in difficilibus verò scire dubitare, & remittere, pœnitentē ad sapientiorē. ſm Ric. Et addit. S. Bernardinus, quod si confessor, nō est expertus in casibus, ita ꝙ nec per se iudicare, nec etiā dubitare scit, cū periculo animæ suæ audit confessiones, illi quoq; qui sibi confitentur, & sciunt imperitiam eius, & ꝓsumptionem, nisi iterum confiteantur alicui sufficiēti, vna cum confessoribus peribunt. Illi vero confessores audiendo peccant mortaliter, ⁊ qui eos instituit amplius peccat, & institutos ministrare permittens. Adhuc peccat, si sua interest ꝓhibere. Sed heu q̃d dicam, multi inueniuntur, q vix legere sciunt, & tamen curam animarum, ⁊ officium audiendi confessionē exercent, secure intromittētes se in cāsibus difficillimis. De quibus

si Baldus, Bartholus, Io. And. Geminia. & alii peritissimi doctores, superuiuerēt, vix forte scirent respondere. Talis nimirum præsumptuosus est, & cœcus cœco ducatum pstās, ambo in foueā cadunt. Matt. 15. Maledictus autē qui errare facit cœcum in itinere. Deut. 27. Vnde tales cōfessores se exponunt tali maledictiōi, quæ venit super filios Hœli. 1. Reg. 2. vbi dicitur, ꝙ erant filii Belial nescientes dñm, nec offm sacerdotum ad populum. O filii Belial confessores ignorātes, & præsumptuosi qui nescitis legere missam mortuorum. Audite quid Augu. dicat de pe. di. 6. c. Qui vult. Caueat spiritualis iudex, vt sicut nō cōmisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ, Oportet enim, vt cognoscāt, quod debent iudicare, hæc ille. Audite altissimi dei commi nationem, scdi, Para. 19. Vide te quid agatis, nō enim hominis exercetis iudiciū, sed dei, Et quodcunqꝫ iudicaueritis, (.i. male) in vos redundabit. et Leui. 10. Dixit dñs ad Aarō. Præceptum est sempiternum in generationes vestras, vt habeatis scientiam discernendi, inter sanctum, & ꝓphanū, inter pollutum, & mūdum, docentes filios israel, omnia legitima mea, & capit. 14. Omnes sacerdotes, discernere debēt, inter lepram, & nō lepram. O confessor memēto, ꝙ si alii artifices ignorantes artem suā, eam exercēt, magis tu peccas habēs curam animarum. sed hoc est maximū, & flebile malum, qa homines in hiis, quæ ad corpus spectant tanta sollicitudine vtuntur, vt pro cauillationibus, & litigiis, quærunt homines peritos, & cauillosos. Pro negotiis vero animę, ita sunt amentes, ꝙ cōfessiones differētes, vsqꝫ ad Pascha, sic ꝑcipitantur, ⁊ in fretta vanno ad cōfessarsi, col primo che veni dināzi, a quello attacandosi, se fusse bē el coquo. O cœcitas maledicta. Audi Augus. de pe. di. 6. c. Qui, ait, Qui vult cōfiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem, ligare, & soluere, ne cum negligens circa se extiterit, negligat ab eo, qui eū misericorditer monet, ne ambo in foueā cadāt, quia si cœcus cœco d. p. a. in fo. ca.

¶Tertio, debet habere charitatem, vt pœnitētem interroget, & moneat, de pe. di. 5. c. 1.

¶Quarto pietatē, compatiēdo, & consolando, infunden-

do vinũ,& oleum, vt in dicto cap. Omnis, vt poti⁹ velit salvum in purgatorio, quam in inferno desperatum.

¶ Quinto, Discretionem, vt ſm ꝙ peccata requirunt. Ostẽdat se mitem, vel asperum, itẽ interrogando caute secundũ statum cõfitentis, maxime in peccatis carnalibus, nõ multum moretur, ne periculũ immineat confessori, & confitenti. Dicit enim Sco. ꝙ valde peccãt tales confessores, maxime si talia inhonesta libenter audiunt. Ideo dicitur in. c. Omnis, de pe. & re. Sacerdos autẽ sit discretus, & cautus, vt more periti medici, super infundat oleum, & vinum, vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circunstantias, & peccati, quibus prudẽter intelligat, quale eis deberet præbere concilium, & quale remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo, ad sanandum ægrotum, hæc ille.

¶ Sexta, & vltima, debet esse conscientię serenitatis, bon⁹, & sine peccato mortali, iust⁹, exemplaris, & timens deum. Nam hic multa essent dicẽda, sed breuitatis gratia, & ne aliquos offendam, ponam tantum tria, videlicet.

¶ Suppositionem.

¶ Dubitationem.

¶ Et vnam conclusionem.

¶ Suppositio est hæc. Qđ peccator exñs in mortali, qñ absoluit pœnitẽtẽ, nisi ipse pœniteat, peccat mortaliter, sumitur argumentũ, de pe. di. 6. c. 1. Vide ibi pulcherrimum capitulum, vbi ponũt omnes confessoris cõditiones. Hoc supposito, dubitatur, cui magis est confitendum, An habẽti scientiam, & non conscientiam, an ecõuerso? Quod vnũ istorum ẽ eligendum? aliqui dicunt ꝙ tutius est, confiteri habenti scientiam, q̃ ad sacramenti executionem est necessaria. Alii oppositum tenent, & forte melius, nã habens cõscientiam, & nõ scientiam, potest in casu necessitatis audire confessionẽ. Primo ſm Archi. flo. qñ periculum mortis imminet, nec alius potest haberi, tunc quilibet confessor potest, & debet eũ audire. Secundo qñ pœnitens est peritus sufficienter, ita ꝙ doceat confessorem; Hoc intelligo, si pęnitens est bone cõscientię, vt confessorem nõ decipiat. Tertio, qñ confitens viuit spiritualiter, & crebro confitet, & non consueuit habere nisi venialia. Quum ergo in ca-

su necessitatis, habens cõsciẽtiam, & non scientiam, possit confessionẽ audire, & hic ẽ casus necessitatis. s. qñ pœnitẽs non habet alium cõfessorem, nisi istos duos, tũc, debet eũ eligere, qui habet consciẽtiã, & non scientiam. Habens aũt scientiam, & non consciẽtiã, non potest se intromittere sine mortali, & pęnitẽs peccat mortaliter, quia occasionem peccandi sibi prębet, cum posset sibi aliter prouidere. Item in imperfectione scientiæ, potest supplere perfectio charitatis. non aũt econtra, & maximum est periculum talibus confiteri, propter mala cõsilia, & huiusmodi.

CIRCA tertiam partẽ, cõclusio ẽ ista, ꝙ pœnitens si vult perfecte recõciliari deo, oportet vt eligat, quęrat, & inueniat, si potest habere cõfessorem bonũ, & bonę consciẽtiæ, & hoc triplici respectu.

¶ Primo respectu, cõfessoris, quia vt dictum est, si existens ĩ mortali, mortaliter peccat, nisi pęniteat, debet enim se commendare deo, & simpliciter amore dei, & charitatis, audire confessionem, & nullo alio respectu, ne in opere tam arduo, pręcipitandi occasionem sumat. Difficile est enim fontem non turbari, vbi sordes lauantur, ait Grego. & ne dum alium vult erigere, ipse profundius corruat.

¶ Secundo respectu christi Iesu, cuius vicarius est. Nam magnum honorem facit regi, Papæ, Imperatori, &c. si eius cõmissarius sit bonus, & fideliter in commisso se habeat. Sic per contrarium. O cõfessores recordamini, ꝙ estis vicarii Iesu christi, & eius dispẽsatores, & nihil aliud dispensatis, nisi thesauros inextimabiles, quos ipse in hoc mundo reliquit. i. sanguinem suum præciosissimum, quem tanto charitatis ardore pro nobis effudit, estote ergo sancti quoniã ipse sanctus est.

¶ Tertio, propter cõfitentẽ, vt videlicet ab eo. & bonum exemplũ, & salubria accipiat sacramenta, & documenta, & non magis ad nutrienda præterita peccata fomenta, & in peiora labi motiua doceat. O igitur popule mi, talem elige cõfessorem, vt ab eo bene mundatus recedere possis, si enim eẽs vultum lauaturus, non attramento illum absterges, Et si mare esses transiturus, naute inexperto, & præ-

sumptuoso, & tãtum lucrum quærenti, te non cõmitteres, non debes ergo malo confessori animam tuã cõmittere, sicut nec lupo ouem. mali.n. confessores non ex charitate audiunt cõfessionem, nec salutem animarũ quærunt. sed honores, famam, vel cõcurso grande, vt dicat q̃ est primus confessor ciuitatis, ⁊ quod peius est, quærunt pecuniã, aut ad malum sollicitant, absoluunt a quibus non possunt. Pro vno carleno absoluerẽt mille homines homicidas, & a quocunq; casu, ẽt a sede apostolica reseruato, non faciũt conscientiam, etiam de maximis peccatis mortalibus. Dic mihi, vnde hodiernis temporibus, tot vanitates, tot nouę inuentiones vestium, tot cõcubinarij, vsurarii, tot male consuetudines, nisi ꝓpter malos confessores? O Benedicte deus, vnde procedit, q̃ nõ est aliquis tam sceleratus, tã incorrigibilis, ⁊ obstinatus, qui non inueniat confessorem? Nimirũ tales inueniunt ita psũptuosi, & male conscientiæ, q̃ diabolum cũ omni sua obstinatione, absoluerẽt. Scis quare hoc? quia ipsi confessores possunt dicere ipsi confitẽti, Dñe quinq; talenta tradidisti mihi, & ego absorbebo te in profundum inferni. O miseri confessores. O infelices cõfusores. Sciatis pro certo, q̃ de manibus vestris requirentur animæ pereuntium. Vnde Augu. in lib. 50. Homiliarum homilia. 7. Si ꝓ se vnusquisq; vix sufficit, in die iudicij reddere rationem, quid de sacerdotibus futurum ẽ, a quibus sunt omnium animæ requirendę? q.d. male. Vnde vt breuibus vtar, & honestioribus verbis, quibus possum, hortor vos & moneo fratres, & patres, in visceribus Iesu christi, vt magni faciatis animas vestras, pro q̃bus filius dei mortuus est, vt inueniatis bonum cõfessorẽ, Si habes vxorem iuuenem, filiam nubilem, vide cui eã cõmittis, accio nõ te troui mal contento, & con vergogna, & si forte (quod deus auertat) confessor diceret aliquid, q̃d non esset honestum, & bonũ, (tu me intẽdi) fuge, dimitte, eum ibi, come vna bestia, practica hic, & cum discretione.

¶ Vltimo sequitur in illo capi. Et iniunctam sibi pœnitentiam, &c. De hoc in sermone sequenti dicetur, Exemplum tantum hic accipias. Legitur in cronicis nr̃i ordinis, q̃d Parisius qdã vsurari⁹, in infirmi-

tate mortali, cōfessus est, vni fratri nostro, faciēs cautionē restituendi vsuras, moritur, confessor inuenit dæmoniacū, interrogat de anima illi⁹. Respōdit, nobiscū est in inferno. At confessor, mentiris, qa bene cōfessus est cum cautione, cui demon. Verū est, & nos tenuimus eum perdidisse, sed deus nouit abscōdita cordis, cognouit, ꝙ ille habebat volūtatem, si mortem euaderet, non restituere, ideo dānatus est. Exēplum. f. Cæsarius narrat, ꝙ vir quidam, & vxor, nō habentes filium, vouent beatę virgini Marię, si possunt habere filium, facient illum monachū. Nascitur filius, fit monachus. pater peregrinatur, vxor concipit ex adulterio, confitetꝰ sæpe, tacet illud præ verecundia, moritur cū mortali, & damnatur. Filius dicit missas S. Greg. Coram altari, apparet quoddam terribile, adiurat per sanguinem Christi, quis esset. Respondet ego sum infęlicissima mater tua, quæ pro quodam peccato qd nolui confiteri, dānata sum. At ille mentiris, inquit, quia mater mea erat deuota, sæpe confitebatur, elemosynas faciebat, &c. At illa verum ē sed de peccato illo nō sum cōfessa, & ecce inquit mammę quæ te lactauerunt, & ostendit ei igne plenas, quibus dictis cū eiulatu magno euanuit, relinquens illi fœtorem intollerabilem, ad infernum descēdit, In cronicis ordinis minorum, legitur ꝙ Parisi⁹. Quidam lubricus, & dissolut⁹, infirmat ad mortem, monēt socii vt confiteatur, recusabat, & induratus, dum fini appropinquatur, mittunt socii pro quodam fratre nostro, qui veniens ab isto desperato, est expulsus cum iniuria, redit frater domum, crucifixū rogat, &c. Tunc infirmus vidit iuxta lectum suum, magnū puteū & de eo draco horribilis ascēdebat, cū flāma sulphurea, & volebat eū deuorare, erigens oculos ad cœlum, vidit christum in aere crucifixum, & ꝓdictum fratrem ad pedes ei⁹ orātem, vt illius desperati misereri dignaretur. Cui dn̄s respondebat, veniat ad confessionem, & non negabo ei veniam, & hoc dixit pluries. Q̄ videns infirmus ad se rediens, disparente visione, dulcorat⁹ est, misit pro dicto fratre, ⁊ cū lachrimis multis cōfessus est, & veniam petiit, statimꝙ post confessionem conualescens, deinde sanus effectus, ordinē

noſtrum intrauit, cuius vita extitit celebris, & famoſa. O igitur mortales, confiteamini peccata veſtra, non dimittatis pro verecundia aliqua, eligatis bonum, deuotum, & iuſtum, confeſſorē, vt pro vobis oret, Ecce audiſtis qa meritis & orationibus illius deuoti confeſſoris, ille iam deſperatus, & ad os inferni aperti, & illius draconis diſpoſit⁹, veniā conſequi meruit, & ad vitam euolauit ſempiternā, ad quā deus per ſuam infinitam miſericordiā nos conducat. Amē.

FINIS.

## FERIA QVINTA POTS quartam dominicam in quadrageſima.

## DE PRAEPARATIONE & fructificatione confeſſionis.

ADOLEſcens tibi dico ſurge. Lucæ. 7. ca. inter alia miracula, & prodigia, quæ in hoc mundo dn̄s Ieſus operatus eſt, tres mortuos legimus ſuſcitaſſe. ſ. filiū Archiſynagogi in domo, Mat. 9. filium viduæ ad portam ciuitatis, Luc. 7. & in euangeliò hodierno, & Lazarum quatriduanum, in ſequenti feria, figurant autem diuerſos hominum ſtatus peccātium. Nam puella ſuſcitata in domo, ſignat peccantes peccatis mentis, qui facillime corriguntur, ſicut & chriſtus facillime illā ſanauit. filius viduæ, reſuſcitatus ad portam ciuitatis, figurat eos qui iā ad opera exierunt peccatorum, & ſm̄ Hierony. difficilius emendantur ideo chriſt⁹ fecit aliqua ſigna, quæ non fecit prius, Lazarus aūt in peccatis habituatos figurat, qui multa difficultate ſanātur, quia vulnus vetuſtū eſt quaſi inſanabile, vt ait Hiero. Ideo Chriſtus, ſicut infremuit ſpū, & turbauit ſeipſum, lachrymatus eſt, clamauit voce magna, &c. Sic ad iuſtificationem impii habituati, opus eſt multo labore, vt cōfeſſor eū iuuet orationibus, lachrymis, hortationibus, minis &c. Igitur de confeſsione, iterum duo ſunt videnda, videlicet.

¶Præparatio.

¶Fructificatio.

¶De primo pono hanc concluſionem, ꝙ cum tota vis ſa

lutis nostrę consistat, in cōfessiōe, (prę sertim postlapsum) ne videamur propriæ salutis contemptores, debemus ad eam summa, & diligenti præparatione, accedere. Hæc conclusio probatur tripliciter, videlicet.

¶Ratione.

¶Auctoritate.

¶Exemplo.

¶Et primo, auctoritate, Eccl. 18. Ante iudicium (confessionis) præpara animam tuam, & interroga te ipsum, & in conspectu altissimi inuenies propitiationem. Et de pe. di. 1. ca. Quis, aliquādo. §. hinc etiam, & sunt verba Chriso. Si obliuiscaris peccatorum tuorum. i. ſm glo. Ea confiteri, tūc eorū recordaberis nolens, quando in toto orbe publicabūtur, & in cōspectu proferētur oīum, tam amicorum, q̄ inimicorū tuorum, & sanctorum angelorum, cœlestiumq; virtutum. Nō enim ad Dauid solum, dicebat, tu secreto fecisti, & ego hoc cunctis manifestabo, sed ad omnes nos hoc dicit. hæc ille. Et Greg. in moral. Debet vniuscuiusq; mēs, causas suas apud deum sollicita inquisitione discutere, Esaie. 38. Recogitabo tibi oēs ann. m. in. a. m. Ideo dicitur in sum. confes. lib. 3. q. 19. Quod si confessor aliquem impreparatū inueniet, & viderit, debet ipm monere, vt se prius preparet, & sic preparatus ad confessionem accedat.

¶Secundo probatur conclusio, Ratione. Et suppono primo; q necessitas eorum quæ sunt ad finem sumitur a fine, ex. 2. Phi. Secundo suppono, q omni agenti propter finē, & volenti acquirere finē, necessaria ē triplex cognitio, ſm Sco. q. 1. prolog. Primo quomodo, & qualiter finis acquiratur. Secundo, quæ sunt media necessaria ad illum finem, Tertio, an talia sufficiant. Si enim medicus vult introducere sanitatem efficaciter infirmo, oportet q habeat ista tria, aliter nō attinget finem. Tertio suppono; q postq̄ homo cecidit in peccatum mortale, tenet resurgere, & quęrere omnia media efficaciter, q bus possit deo reconciliari. Probatur hæc veritas, per ea quæ dicta sunt, in serm. 3. ferię præcedentis, q confessio ē de iure diuino. Quarto suppono, q cum gratia sit finis omnium sacramētorū. ſm Theolo. maxime Sco. in. 4. di. 1. q. 4. ipsa est etiam finis confessionis, & ipsa mediante anima reconciliatu

conciliatur deo. Posset enim deus de potentia absoluta remittere omnem culpam sine confessione, vel aliquo motu interiori, s͠m Sco. in.4.di.1. Tamen de congruo, requirit bonum motum interiorem, vel aliquam dispositionem p̄uiam, Ex his suppositis deduco propositum sic. Si enim necessitas eorum, quę sunt ad finem sumitur a fine, & gratia, & recōciliari deo, sit finis cōfessionis, & eorum quæ ad eius integritatem pertinent, ⁊ tenemur acquirere gratiam perditam, & deo reconciliari, ergo si volumus efficaciter reconciliari deo. & acq̄rere gratiam ad quam tenemur, tenemur non solum confiteri, sed etiam scire, & inuenire ea quę ad eius integritatē pertinēt. Multa autem sunt necessaria ad integritatem cōfessionis, sine quibus ipsa est inualida, ad quorum notitiam habendam requiritur magna dispositio, & præparatio, qui ergo indispositē, & impparate vadunt ad confessionem, profecto ostendūt se parum, vel nihil appreciare salutem ꝓpriā, & recōciliari deo, ⁊ gratiā ei⁹ acq̄rere, & tādē vitā æternam. Ait Sco. in.2.d.35. Quod quando aliquid est necessarium ad consequēdū finem vltimum, volūtas auersa ab illo, in hoc virtualiter a fine auertitur, sicut intellectus. negans conclusionem, in hoc virtualiter auertitur a principio, quia sicut se habeat principiū in speculabilib', ita finis in operabilibus. Ex.2. Phisi.i. sicut p̄missę in speculabilibus, puta in logicalibus imponūt necessitatem cōclusioni. i. ꝙ si fuerint necessarie, ⁊ conclusio erit necessaria, vel saltē, positis, conclusio de necessitate seq̄tur, ita ex fine sequuntur ex necessitate, ea quę sunt ad finem. i. ad hoc, vt sequat̄ finis, oportet id quod ē ad finem, habere omnia illa, vnde sequatur finis. Sic ergo parū existimā confessionem, quæ est necessaria ad salutem, & mediū ad illam. parum salutē ipsam existimat. Ideo confessio debet fieri diligenti inquisitione p̄missa, secundum possibilitatē fragilitatis humanæ, intelligo, quātam inquisitionē posset aliquis apponere circa aliquod multum arduū, quod multum sibi esset cordi, tātā deberet apponere circa omnia peccata mortalia reducēda ad memoriā. Hæc Sco. Caueat etiam ne prius ad dn̄icū corpus accedat, q̄ confortet

ſe bona conſcientia. tunc aliquis confortat ſe bona conſcientia, dum ꝓbabiliter percipit culpā ſibi eſſe dimiſſam. Hoc autem percipit qn̄ facit, quod in ſe eſt ad veniam obtinendam. Hæc. S. Bon. Vide ergo quomodo ē neceſſaria bona & diligens præparatio.

¶ Pro declaratione aūt iſtius pono duas concluſiones.

¶ Prima eſt iſta, ꝙ quum chriſtus promittat iudiciū ſacerdotum, de pœnitēte factum, ratificandum, vel non ratificandum, in cœlo. quia Petro dixit Matth. 6. Tibi dabo cla. reg. cœ. quorum re. pe. re. eis, & quorum re. retē. ſunt, quilibet ad confeſsionē accedens, debet ita diſpoſit⁹, & præparatus accedere, vt iudiciū ſacerdotis, de ſe factum in abſolutione delictorum, ratificetur in cœlis. Huius rei gratia, nota duas diſtinctiones ſingulares. Prima eſt a Sco. in. 4. di. 19. & a Franc. in Serm. 60. præſupponendo, qd̓ ſicut clauis materialis eſt proximum inſtrumentum aperiendi, & claudēdi hoſtium. ſic poteſtas illa q̄ eſt in ſacerdote, ſententiāte, eſt immediatum principium, ſiue inſtrumentum ſententiādi, quæ ſententia dicitur apertio, & dicit̄ clauis regni cœlorum, hoc ſuppoſito. Clauſura regni cœlorum ē triplex, Quædam eſt vniuerſalis omnium hominum, non perpetua, quæ per peccatum Adę facta eſt, contra hanc ſunt claues date ſoli Chriſto, Secunda eſt vniuerſalis, ⁊ perpetua, per vltimam ſententiam, cōtra hanc non ſunt claues, ꝗa in inferno nulla ē redemptio, Tertia eſt particularis, ſed nō perpetua, qua quiſq; ſibi claudit, ad tempus, regnum cœlorum. per propriam culpā, contra hanc eſt triplex clauis. Prima ē ſimpliciter principalis, quæ eſt in ſolo deo. Secunda eſt pręcellens, licet non principalis, & hęc cōpetit xp̄o, q̄ aperit per meritū ei⁹. Tertia ē particularis, & miniſterialis, & hęc ē in p̄latis eccl̄ię, & in confeſſorib⁹. Cōgruit aūt ait Sco. Iſtā clauē eē in eccleſia, vt hierarchia eccleſiaſtica, ſit ornata, ⁊ vltima reducant̄ i primū, per medium, Hierarchia ē medium inter deum, & peccatorem reducendum, ſ̄m. S. Bernardum. de conci. lib. 3. Congruit etiam perfectioni ſecundarum cauſarum in eſſe morali, ſicut in naturalibus, deus non negat vniuerſaliter creaturis cauſalitatem, naturalē, quæ poteſt eis competere, im

mo,& illam cōicat, & ad eius actionem causis secundis assi stit. Ergo in essegratuito possibile est hominem habere illam causalitatem reductiuā, quæ dicitur clauis. Congruū est, vt hęc supremo in ecclesia .i. sacerdoti detur, ista autem clauis data est. Io. 20. quorum re. &c. recte dicitur clauis potestatis, quia auctoritas iudicādi, recte est potestas, quum iudicare sit præsidentis, Hæc Sco. Secunda distinctio sumitur a Sco. in. 4. di. 18. Quod clauis ista potest tripliciter errare, & per consequēs eius iudicium nō erit ratum, in cœlis. Primo potest errare, ex parte confessoris, omittendo aliqđ quod est necessariū ad cognitionem confessionis, & hoc si accidit per ignorantiam, vel malitiam confessoris, ipse cō fessor mortaliter peccat, & iudicium non ratificatur in cœlis, quātum ad ipsum, licet ratificetur, quantum ad pœnitentē, si accedit vere, integre, & non fictus, & fecit quod in se fuit, se disponendo, ⁊ bonū confessorem quærendo. Secūdo potest errare, ex parte pœnitentis, tātum, puta quia vel accedit fictus, quia contritionis signa non ostendit, quam tamen non habuit nisi ficte, quia etiam indispositus accedit, & dimitrit aliquid de integritate confessionis, vel per malitiam, vel per ignorantiā, crassam, & supinam, &c. tunc pœnitens nouo peccato peccat, ⁊ quantum ad ipsum iudicium nō ratificatur in cœlis, ratificatur tñ ex parte confessoris, quia fecit quod suū est, & vt homo non potuit cor videre, nisi per signa exteriora. Et addit Sco. ꝙ qñ clauis ista errat, est quando nec bene requiritur, nec examinatur, qđ pertinet ad hoc iudicium, vt puta si circunstantiæ aliquæ fatuæ, si non aggrauāt nec alleuiant. Sed placent auribus prurientibus confessoris, in hoc casu licet aliquid fiat qđ non esset faciendum, si tamē nihil ommittatī de necessario requisitis, potest sequi rectū iudiciū, & ratificabitur in cœlis, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis, Confessor tñ grauiter peccat. Et si cum hoc facit aliquid qđ nō est faciendum, & ommittit quod ē faciendum, grauius quidē peccat, nec ratificatur in cœlis, quātum ad ipsum, licet sit ratum quo ad pœnitētem, si fecit quod in se est, vt dictum est supra. Tertio potest eē error ex parte vtriusꝗ, quod be

ne notat Sco. vt supra.

¶ Secunda conclusio est ista, .s. vt tale iudicium sit ratum in cęlis, ⁊ ne clauis erret respe ctu vtriusq;, vltra ea quæ dicta sunt, in præcedentibus ser monibus, præsertim de electio ne confessoris. Dico quod necessarium est, vt ad cōfessionem bene præparatꝰ accedas, & tene hanc sinceram & infallibilem veritatem. Quod si habes cētum peccata mortalia, præpares te quantum potes, secūdum fragilitatem tuam, & commendes te deo, & facis quod in te est, quantum ad ea quę dicta sunt, & dicentur. si postea ex obliuione dimittes 90. & dicis vnum tantum, omnia tibi sunt dimissa, ⁊ iudiciū ratificabitur in cęlis, quia clauis ex parte vtriusq; non errauit. Si autē impreparatus &c. totum euenit oppositum, applica. Vt aūt hæc melius exequi, valeas, scire debes quod q̄dā ꝓcedūt cōfessionē, q̄dā cōmittant, q̄dā sequūtur, sine qbus confessio est inualida. Pręcedentia sunt. Primo, ne sit actu offendēs, nec in pcō, i actu, eo mō quo in serm. de contritione declaratum ē, nec habeat volūtatem recidiuādi. Aliter cōfessio nihil valet, & confessorem absoluens cū illa intentione, mortaliter peccat, Secundum Ric. in. 4. di. 17. debet tamen ipsum mouere, vt mutet propositum, & non desistat interim benefacere, quia dn̄s citius eū illuminabit. Scdm Sco. in. 4. d. 22.

¶ Secundo cogitet bene omnia peccata sua, vt autem melius faciat hoc, consideret tēpus in quo nō fuit confessus, vbi tempore illo stetit, cum q bus est conuersatus, qd' exercitium habuit, &c. 12. libri in lyma ætatū. 7. status, Virginalis, vidualis, matrimonialis, monachalis. Officiorum, societatum, superiorum, æqualium, inferiorum, locorum, ꝓuinciarum, terrarum, artiū, culparum, cogitationum, locutionum, operationum, fortunæ, sacramentorum, scientiarum, temporum, complexionum.

¶ Tertio, videat bene si oporteat iterare præcedentem cōfessionem, quod s̄m Theol. In. 4. d. 17. accidit in multis casibus Primo, si cōfessus est ei qui nō potest absoluere, scdo quando scienter, & malitiose confessus est ei, qui non est ad tale officiū idoneus, præsertim, cum nescit ligare, & soluere. Tertio si dimisit aliquod peccatū mortale, malitiose, vel

ex verecundia, vel ex ignorãtia crassa, & supina, quia non fecit quod in se est, vt dictum est supra, vel aliquam circunstantiam aggrauantẽ, vel mutantem speciem, ⁊ tenetur iterare confessionem, scdm Scò. & Ric. in. 4. di. 17. Et de pe. di. 5. c. 1. cir. fi. Quarto qñ oblitus ẽ quia voluit, vel cõtempsit facere pęnitentiam iniũctam pro mortali. Secũdum aliquos, secus ẽ, si ex infirmitate, vel impossibilitate, vel ab aliquo cõfessore sit immutata. Quinto quando confessus est sine attritione debita, vel cum intentione recidiuandi, vel fuit actu offendẽs, qñ accepit absolutionem, tenetur iterare, & si tũc moritur, peccauit secundum, Theo. in. 4. di. 17. & est tex. de pe. di. 3. §. Inter hęc, sunt alii casus, in quibus cõmuniter non tenetur. videlicet qñ recidiuauit, qñ recordatur peccati obliti, qñ ante expletam pęnitentiam recidiuauit, non tenetur.

¶Quarto debet inuenire cõfessorem idoneum, de quo dictum ẽ supra in sermone præcedenti. Quis vero sit propri⁹ sacerdos. Declarat, Panno. in dicto. ca. Omnis & Car. in cle. dudum de sepulturis. Primo, Papa ĩ tota christianitate. Secundo, legatarius in tota sua legatiõe, & prouincia, Tertio vicarius eius in prouincia. Quarto archieps, dũ visitat, potest esse proprius sacerdos suorum suffraganeorũ, & eos potest absoluere. Quinto, eps in tota dioce. Sexto, Archipresbiter ecclesię cathedralis. Septimo, vicarius generalis epi, isti duo possũt audire omnes de diocesi. c. Officium. de officio Archiepiscopi. Octauo, psbyter parrochialis, ĩ parrochia sua. Nono vicarii pstatorum. Decimo habentes licentiam a prædictis. Vndecimo q eligitur a Papa, pro suo cõfessore. Duodecimo, presbyter parrochialis omnium vagabundorum, & eorum qui pprium non habẽt domiciliũ, & hoc tam diu, q̃diu, in parrochia inueniuntur, ⁊ Religiosi alii, qui ex priuilegio possunt audire confessionem.

¶Dubitatur, vtrum liceat cõfiteri alteri quàm proprio sacerdoti? & vbi non sunt religiosi, ⁊c. Respõdet Panno. in dicto. c. Omnis, q̃ sic, ex causa legitima, puta quia est reuelator confessionis, vel ad malũ sollicitator, vel non habet debitam scientiam, & alias conditiones debitas, ⁊ necessario requisitas, vel probabiliter vi

dẽt sibi, vel cõfessori periculũ imminere, vel est excõicatus, & huiusmodi, & tũc debet petere licentiam, quam si nõ potest obtinere, nec ad prælatũ, & superiorem adire, sufficit ꝙ petiit, tunc poterit alteri confessori idoneo confiteri, vt in ca. Omnis, &. c. Placuit, de pe. d. 6. & in glo.

¶ Quæritur etiam, vtrum cõfessor possit absoluere pœnitẽtem a peccatis, a quibus non põt absoluere? postea remittere eum ad superiorem, vt absoluat ab illis a qbus ipse nõ potuit? Respondeo ꝙ est cõis opinio, quã curia & cõis consuetudo seruat ꝙ sic. Tenet ẽt hoc Henri. de Gan. quoli. 1. q. 30. Hoc idem dic de excõicatione, dũmodo non sit in mora petendæ absolutionis, &c.

¶ Concomitantia continentur in illis versib⁹, Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis. Atq; frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis & accusans. & sit parere parata.

¶ Primo simplex, vt non admisceatur quod non facit ad peccati quantitatem, vnde dicit Sco. in 4. d. 18. ꝙ male faciũt, & qñq; grauiter peccant confessores, interrogãtes de hiis quæ ad confessionem nõ pertinẽt. maxime in peccatis carnalibus, qñ delectãtur in circũstãtiis nõ reqsitis. Similiter cum permittunt pœnitentibus dicere impertinentia.

¶ Quæritur si ille qui confessori ad interrogata respõdet, satisfaciat? Respondetur ẽm Rodo. ꝙ sic, quãtum ad ea de quib⁹ interrogatur, similiter quum quis rogat confessorẽ, vt eum interroget, vt plenius confiteatur. nisi hoc faceret ex verecũdia, quæ a superbia ꝑcedit, de pe. di. 5. c. ille. Quæ quidem est peccatum mortale, ꝙ diligens confessor quando perpẽdit, faciat eum rectificare cõfessionem, & dolere de tali dispositione, quam habet, quod si confessor non interrogabit, potius faceret peccatum, præ verecũdia. Quod nota bene.

¶ Secundo humilis, in verbo & in signo. Sed magis humilitatem cordis reqrit deus. 14. q. 5. Si quid. Quod autem fiat genuflexo, capite discooperto & hmõi, hoc ẽ ad bene esse, & in hiis magis meremur.

¶ Tertio pura. i. recta intentione facta. i. vt reconcilietur deo, & ecclesiæ, & veniam cõsequatur, alia autem intentione facta, vt per vanam gloriã,

aut per alium finem malum, nō valet, & peccat mortaliter, & tenetur reiterare, vt supra. idem dic de eo qui cōfitetur peccatum, quod non fecit, p̄sertim, qn̄ cōscientia dictat q̄ tale peccatum non fecit, & qn̄ si fecisset, fuisset mortale. ſm Ric. in. 4. di. 21. Vnde Grego. dicit. Bonarum mētium est, culpam agnoscere, vbi culpa nō est intelligitur formidare, vel in genere, se peccatorem profitendo, sed nō in specie, similiter de mendacio dicto in cōfessione, quando .s. est perniciosum.

¶ Quarto fidelis, vt nihil de falsitate admisceat, vt dcm̄ ē.

¶ Quinto frequens, quia valde est vtilis, & circa hoc quæritur, an pluries teneatur confiteri, plusq̄ semel in anno, iā dictum est supra.

¶ Sexto nuda, non inuoluta verborum obscuritate, sed taliter q̄ confessor bene intelligat, tamen per verba publica, sobria, & honesta. Nota etiam q̄ qui scienter confitetur cōfessori dormienti, aut surdo, aut vt non intelligatur. tenetur iterum cōfiteri, maxime si est mortale.

¶ Septimo discreta, vt maiora cum maiori grauitate, vt dictum est de discretione cōfessoris.

¶ Octauo libens, non necessitate, sed libera voluntate.

¶ Nono, verecunda, non iactātia plena, nec gloriatione aliqua, de peccato aliquo.

¶ Decimo integra, vt nullum peccatum remaneat, quia si scienter dimittitur aliqd' peccatum, nihil valet, vt supra diximus, nec diuidat confessionē. i. ne dicat aliqua vni, & aliqua alteri, qa non satisfacit, secundū Sco. & alios doctores.

¶ Vndecimo secreta, non publica quia soli sacerdoti, nec per interpretem, vt supradictum est, in primo sermone.

¶ Duodecimo lachrymabilis. i. ex dolore cordis, & cum displicentia peccati, vt in sermone de contritione.

¶ Tertiodecimo, accelerata ne nimis prolongetur.

¶ Quartodecimo, fortis ne ex verecūdia, dimittat aliquod peccatū, sed animosæ enumerare omnia peccata.

¶ Quintodecimo, accusās se, non alios, nec alios inculpare, & se excusare.

¶ Sextodecimo, sit parere parata. s. ad obediētiam confessoris, oportet ergo has habere circunstantias perfecta cōfessio.

¶ Subsequentia sunt, vt satis-

faciat deo,& proximo, quem offendit, sed de hac materia fiet sermo particularis. Sic igitur ad propositum reuertentes,si consequi volumus gratiam dei, & ei reconciliari,qđ fit mediante cõfessione oportet,vt ad eam præparati,& bene dispositi accedamus. Si.n. tantam sollicitudinem apponũt circa temporalia, vt sunt mercatores,camerarii dominorum,thesaurarii, &c. quanto magis pro animæ salute,ꝑparatio fieri debet,quum anima sit pciosior omnibus mũdi thesauris, etiam omnibus simul creatis,& si semel ꝑ mala cura amittitur, nõ poterit iam amplius inueniri. O igitˀ miseri,quot sunt qui non bene confitentur,& si qñq; confitentur,tanq̃ bestiæ accedũt ad cõfessionem,& sic nihil eis valet, & si illo modo cõicat aliqs melius eẽt ei si scorpionem accipiat,q̃ corpus Christi,sed dicit ille,nõ possumus tanta facere, nec his totaliter attendere,sumus enim occupati in factis nostris, habemˀ curam familiæ,reipublice, & multa ardua,nõ possumus sic amittere tempus,in cogitãdo peccata; sicut tu dicis, hauimo altre facende.Nam & quæ negocia magna,⁊ ardua inueniri pñt, sicut negocia animæ tuæ,vis videre?ponamˀ ꝙ Papa mitteret huc duos prælatos magnos,pro examinatione alicuius causæ, nonne tibi videretur ꝙ causa illa eẽt magnæ importantiæ?Et si ipse in persona veniret cum tota curia,⁊ pro illo negocio tollerâret multa ardua,⁊ magnas expensas faceret, diceres quidẽ, ꝙ est causa maxime ardua. O deus gloriosus,tu certe ostendisti,facta animæ rationalis, esse summæ importantiæ, cũ non solum pro ea,magnos,& dignos legatos misisti.i. ptriarchas,& prophetas,&c. non tãtum pro eo mundum creasti, cœlos,sydera,elementa,cum omni ornatu eorũ, & animalia cuncta.sed etiam filiũ cordis tui vnicum,& dilectũ,misisti in carne fragili,& mortali. Et tu o fili dei, O Iesu mi dulcissime, fortis zelator, & zelotes,quare de cœlis ad terram descẽdisti,quare te mortalem fecisti? Quare famem,sitim,laborem, sustinere voluisti? Et.33. annis continuis per mundum discalciatus peregisti? & finaliter ita crudeliter mori, & totum tuum sanguinem spargere? O ingrata anima. O imemores peccatores, nõ nisi pro factis animæ tuę,

cõſciētiæ tuæ,& vt te ſalua ret. Quare ergo non conuerteris, quare ad ſuaues voces dulciſsimi Ieſu,quibus tā clementer te vocat, q̃re cor tuũ lapideum nõ dulceſcit? Quæſo igitur, ſi hodie vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra,vocem clauorũ, lanceæ,&c. vocem quidē clamantis in cruce,vocem coronæ ſpineæ, nolite obdurare corda veſtra, vocem effuſi sā guinis,noli.ob.cor.ve.diſcurre per miſteria paſsiõis,& hęc omnia pro factis animæ tuæ. Similiter in die iudicii deſcendet,idem Ieſus in conſpectu totius mundi,quid examinabit?quid diſcutiet?Clama.Nõ altro,niſi facta animę tuæ,nõ ne filius dei per aliũ poſſet, & potuiſſet huiuſmodi negocia feciſſe?certe ſic,ſed voluit per ſeipſum facere, ad induendũ. Quod negocia animę tuę sũt maxime importātiæ. Ne ergo quæſo dicatis.che voi hauite altre facendæ, quia hæc ſunt propria negocia veſtra, quia aīa ſola pponderat mille mũdis,Et ſi thesaurum tam præcioſum amittes,nunquā recũperabis.O cęco,& pazzo mũdo. O anima paupcula ad cuius manus veniſti, melius tibi eēt in corpore vnius canis eſſe,vel alteri⁹ bruti,q̃ in corpore illius ribaldi,ſceleſtis, & maledicti chriſtiani, q ita te vilipendit.Heu heu cadit aſinus,& ſubleuātem habet. cadit anima,& nemo eſt qui manum apponat. ait Bernar. O deus meus quid eſt hoc,adire che per vna coſa vile, & ꝑ paruo lucro mundanæ ſubſtantiæ,quam al tuo diſpecto omnino dimittes,tantum ſubis laborem,& pro anima tua, ꝓ qua dei filius Agnus ille benedictus mortuus ē, minimum non vis ſubire laborem,ad cogitandum,pro peccatis tuis. Ha patres,Ha popule mi, non ſic quęſo,non ſic,ſed conſciētiam veſtram diſcutite diligēter,vt poſsitis in perfecta, & integra confeſsione omnium peccatorum, veniam mereri. Exemplum,Narrāt fratres noſtri prouinciç Thuſciç, quod Florentiæ,fuit quidam diues qui nunq̃ bene confitebatur, & ne teneretur malus,ſępe cõfitebatur, infirmatur ad mortem,filius vadit pro guardiano noſtro, inuenit dæmones in forma fratrum nigri habitus,petũt,quo vaditis, dicũt illi, pergimus ad viſitandum patrem tuum, intrant cameram,& hoſtium claudunt,illi vero quaſi per horā ſteterũt

intus,& ecce guardian⁹, vxor eius vt nunciaret marito vadit ad hostium, nihil sentit, post horam pulsat, nemo respondet, tandem frãgunt hostium,& non inuenerunt corpus,neq; animam,quia dæmones illi portauerunt eũ ad infernum,nõ ob aliud, quia nũquam cõfitebatur recte, & ad plenum, nec curabat discutere, & examinare conscientiã suam,sed tanq̃ bestia, ⁊ fictus accedebat ad confessionem, cauete ergo auditores mei,ne similes sitis huic,sed bene examinate,& discutite consciẽtiam vestram,& sic bene præparati accedatis ad sanctam confessionem.

IN secunda parte videbimus fructus istius cõfessionis.Et qa sunt nonnulli confessionis sanctissimę fructus, siue vtilitates,ignorãtes,vt ergo omnes virili animo,ad ei⁹ accessum animentur, hic inferius ponentur, similiter & punitiões per maxime, subnectẽtur.Multi sunt fruct⁹, siue vtilitates cõfessionis,quas sacri Theol.& docto.cõmemorãt, maxime Sco.in.4. Qui ponit quatuor frnctus.s. delere peccatum,infundit gratiã, & augmẽtat,minuit pœnas,sed quãtum? nouit deus,& reddit hominem aptum,vt possit debite,& honeste conuersari cum ecclesia,quasi ecclesiæ restitutus.Alex.de Ales ĩ.4.par. sum. in trac.de confes. ponit nouẽ vtilitates,quas ille consequiť qui frequẽter,& deuote, ⁊ plene confitetur, quibus primo pertractatis,aliam conclusionem subiungemus.

¶Prima est vtilitas cognitionis.s.peccati, est sciendum, q̃ cõfessor tenetur instruere cõfitentem,eiq; ostendere,quantum potest, peccatorum qualitatẽ,qñ scilicet aliquod peccatum est mortale,& qñ non, & qñ est veniale, & sic ex cõsequenti,ille qui sępius peccata sua confitetur, clarius ea cognoscit, & maxime qñ diuersis cõfessoribus eadem peccata confitetur,quia sæpe quod nescit vnus, aut forte non ita bene declarat,supplet ali⁹,itẽ ꝑpter actum humilitatis quẽ facit confitẽs,deus illuminat eius intellectum ad cognitionem suorum delictorum, ita vt cum propheta dicere possit.Iniquitatem meam ego cognosco.

¶Secunda vtilitas dř satisfactionis,verecundia autem cũ qua confitetur sua peccata,

est quasi pallium præciosum cooperiens peccatum. Vnde Ambr. in lib. de sancto Ioseph di. Plurimum suffragatur verecundia cõfessioni, & pœnã quam defensione vitare non possumus, pudore confessionis extinguimus. Et Aug. in libro de pœnitẽtia, & ponit, de pe. dis. 1. c. Quem pœnitet ait. Qui p vos peccastis. p vos erubescatis, erubescentia. n. ipsa, partẽ hẽt remissiõis. Et qm̃ verecũdia magna est pœna, qui erubescit p christo, fit dignus venia ille. Et iõ inqt. S. Tho. in 4. di. 17. Quod quãto quis pluries confitet, & diuersis, Plus erubescit, & ideo magis sibi remittitur de pęna purgatorij.

¶Tertia, vtilitas dicitur securationis. Nam illi qui confitetũr recipit securitatem mẽtis, & tranquillitatem animi. Vnde ps. ait. In voce exultatiõis, & confessionis, sonus epulantis. Et ratio est, quia per cõfessionem anima pacificatur cũ deo, serenatur conscientia, & hoc probatur per experiẽtiã. Nam qñ, itis ad cõfessionem, videtur vobis habere magnũ montem, & maximam grauedinem, statim vero qñ confessi estis, leues estis, & hilares, atq; iocundi, quia putredinẽ peccatorũ ab aĩa expulistis.

¶Quarta, dicitur diminutionis, nam vt dicunt doct. maxime Ric. in. 4. di. 18. Virtute clauium, & absolutiõis, diminuitur pœna purgatorii pro peccatis debita, vt dicit Tho. qs posset toties, idem peccatum cõfiteri, q̃ tota pœna, vel maior pars eius remitteretur. Dicit enim Ric. ẜm August. & Magistrũ. Quod claues etiam respectu eiusdem peccati in numero, habent efficaciã plusq̃ semel, immo toties, quoties quis confitetur, & absoluit.

¶Quinta, vtilitas est, & dicit intercessionis, tenẽtur enim cõfessores rogare deum, & intercedere pro illis, qui eis cõfitentur, de pe. di. 1. Si enim sacerdos debet pro populo interpellare, & eius pctã comedere. i. suis pcibus delere, atq; consumere. Oseæ. 4. c. &. 1. q. 1. ca. Ipsi sacerdotes. A fortiori tenetur orare pro animabus sibi creditis, & peccata sua eis reuelantibus in confessione, Orationibus delere. Vnde dicit glo. in. c. Mensuram, Tãto plures obligat ad orandum p se, quãto pluribus cõfitetur. Et ideo posset aliquis tot confessoribus confiteri, & omnibus dicere peccata sua, q̃ orationibus eorum, liberaretur ab omni pœna sibi debita.

¶ Sexta vtilitas dicitur, gratię augmentationis. Vnde magister in. 4. di. 17. ait, quanto magis quis confitetur turpitudinem criminis, tãto facilius cõsequit̃ gratiam remissionis, & Alexan. de Ales: Deus homini propter cõfessionem puram, multiplicat gratiam suam, & magis deuotum confitentem facit, quanto sæpius confitet̃, vt etiam inquit. B. Tho. in 4. di. 17. art. 3. q 5. Quãdoq; etiam homo vadit ad cõfessionem non ita bene cõtritus, qui cõfitẽdo peccata fit contritus, vt inquit Alexan.

¶ Septima vtilitas dicitur decorationis. Quando enim homo ẽ in peccato mortali, anima eius est turpissima, & fœtidissima, & facies. i. imago dei existẽs in ea, est obscurata, ita q̃ dici potest illud. Trẽ. 4. ca. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, denigrata est super carbones facies eorum, sed p confessionem anima fit pulchra, ps. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Legitur de quodam confessore de uoto audiente in ecclesia cõfessionem, dęmon. Inter alios expectantes, stabat ibi, in forma pulchri iuuenis. qui post multos cõfessos, & ipse ad pedes confessoris se p̃iecit, suaq; peccata confiteri cępit, & tam enormia cõfitebatur scelera, & tã multa, q̃ sacerdos admirans dixit. si mille annorum fuisses viuus, non tanta commisisses. Ad quem dæmon r̃ndit. Senior sum q̃ mille annorum. Tunc sacerdos magis admirans ait. Quis es tu? At ille ego sum dæmon, qui cum lucifero cecidi, & peccata quorũ auctor fui, ex minima parte cõfessus sum, sed si nõ tederet te, libenter oĩa confiterer, Tunc confessor ait. Quid tibi prodest ista confessio? Ait ille. Nunc ex opposito considerabam peccatores confitentes, si eos possem auertere, & vidi eos sordidos ad te accedere, & mũdos recedere, q̃dq; indulgentia peccatorũ sit eis data, propter confessionem, atq; vita æterna promissa, & ideo ad te veni confiteri, vt redeam ad illam patriã a qua cecidi. Tunc confessor ait. O creatura dei, si vis verã pn̄iam agere de peccato tuo, spero deum tibi ignoscitur ũ. Tunc dęmon si rationabilẽ mihi pęnitẽtiã iniũges, quã possim facere, libẽter eã suscipiã. Cõfessor dixit, modicã tibi volo imponere, vt eã possis facere. vade corã altari, & genuflex⁹, di

cas ter, peccaui dñe miserere mei. Tũc demõ ait, nimis grauis est ista pœnitẽtia, ita ꝙ nõ possum eam facere, quia non possum me humiliare. Et hiis dictis euanuit. Et hoc recitat Cæsarius in suo dialogo. Ecce ergo qualiter cõfessio reddit pœnitentem mundũ, &c.

¶ Octaua, dicitur euitatiõis, propter frequentationem cõfessionis, melius potest euitare peccata. Quum cogitat qs, ꝙ si cõmittat peccatũ, oportebit postea illud cõfiteri, abstinet a multis, ne subeat verecundiam confitendi, Oderũt pcãre mali, formidine pęnę.

¶ Nona vtilitas, dicitur glorificationis, sicut enim leges volunt, ꝙ ratiocinijs obligatus, ratione ꝓcurationis, vel administrationis, non posit religionem intrare nec ad sacros ordines promoueri, antequã ratiocinia reddiderit, cap. vlt. extra de obligatis ad ratiocinia, &. L. Officiales. C. de epis. ⁊ cler. Sic peccator per malam dispositionẽ vitæ suę, in seruitio diaboli posit⁹, nõ potest assumi ad gremium ecclesię, ⁊ ad ordines angelorũ, nisi prius per cõfessiones, ratiocinia reddiderit.

¶ Decima vtilitas, dr̃ celationis, Confessio enim occultat diabolo peccatum, & ita cooperit in iudicio, vt de eo qđ cõfessi fuerimus, nihil pœnitus obiicere posit. Et iõ ps. Beati quo. re. s. ini. & q. te. s. pe. Et Hieron. ait, quanto magis quis confitendo peccata sua detegit, tanto magis deus tegit, & hoc patet.

¶ Per exemplum cuiusdam viduæ Romanæ concipiẽtis ex filio ꝓprio, & interfecto spurio, per decem annos, noluit confiteri, confidens in bonis operibus suis, sed diabolus timens, ne aliquando confiteretur, assumpsit formã cuiusdam iuuenis, seruiẽdo pontifici, & facto interuallo temporis, accusauit eam, Et dũ hæc comparere vellet, cõfessa est, tandem præsentata ante Papam, & interrogato iuuene. s. illo dæmone, se nunquam vidisse inquit, nec nouisse, sed volente Papa iuuenẽ de infamia punir̃ euanuit, O sacra cõfessio, quã magne virtutis es?

CIRCA tertiam partem, intuendum est etiã, de illis qui non cõfitentur, vel qui male, & quos fruct⁹ consequãtur. Et primo nota illũ textũ, de pe. & re. c. omnis. Superius annotatum, vbi subnectitur,

alioquin,& viuens,ab ingressu ecclesiæ arceat, & moriens careat ecclesiastica sepultura. Hæc ibi, Idem in.c. Si quis intrat. de con.di.2. Tamē nota. Quod si qs peccator est,& no lit dimittere peccatum, puta odium, vel inimicitias, côcubinam,&c. Propter quod no lit confiteri, primo debet moneri dulciter, a suo parrochiano, ꝙ si nô dimiserit peccatū, nec confiteri vellet, mandet, vt nô ingrediatur ecclesiam. Et si presumit, cum confusione expellatur, & habeat tanꝗ excôicatus, ꝛ maledict'a deo. ¶Sed dicit ille, dio me guarda da sono de tromba, che da sono de campana non me curo. Et scis quare non curas de excôicatione? perche non sai quello che significa,& certe si bene examinat, nulla maior pœna, reperiri potest excommunicatione, vt dicit Ric. in 4.di.18. Et in capi. Corripiātur 24.q.3 Tātum enim est dicere excôicatum esse, quantum datum diabolo in corpore,& in anima, Vt in capi. Omnis.11.q.3. Et tu non curas excôicari, ꝛ ab ecclesia expelli? sed audi tu qui non vis côfiteri, & dimittere peccata, pœnas, & q̄litates contrarias supradictis vtilitatibus, nescis qđ dicit Aris. Contrariorum eadem est disciplina. Primo ergo si facis aliquod bonum opus, nihil valet tibi directe ad vitam ęternam, quia sicut arbor, cui⁹ radix est sicca, ꝛ mortua, nô potest ꝑducere, nec flores, nec fructus, ita & anima tua quæ est priuata vita, propter peccatum tuum, quod nô vis cô fiteri, nullum meritoriū opus potest producere, quantum ad præmium essentiale, quod ē visio,& fruitio diuina, Matt. c. nô potest arbor mala. b.f.f. ¶Secūdo nihil meretur propter opera indifferentia, imo vt dicit August. Peccator non ē dignus pane, quo vescitur, O ifœlix anima. O miserrima creatura, Ogni boccone de pane te e maledecto, Ogni gocia de vino, che beui te e maledetta, ogni passo, ogni acto, &c. perche? per non volere cô fessarti, per non lasciare il peccato, l'odio,&c.

¶Tertio, si aliquid mali pateris, nihil tibi ꝑficit, immo hic incipis habere, & sentire pœnas iferni, habes hic mala, ibi habebis maiora. Dicunt enim Theol. in.4.di.15. ꝙ si patiens aliqua flagella omnino dissentiat, tunc nô habet rationem satisfationis, sed vindicationis,& punitionis tantum.

¶Quarto, Anima talis, nullã habet partẽ in bonis christianorum viuorum, nec in meritis sanctorũ, nihil participat, de passione, & sanguine Christi, & ita nuda, & ex spoliata ẽ, omnibus bonis ꝓpriis, & alienis. O miser homo, O sfortunata creatura, O dolente anima, & qual securita, hauerai nello puncto della morte, O quãto sara amaro quello pũcto per te. Et come te potrai adiutare? Male, perche? Chi del suo non ha, & dell'altrui non acqsta, male sta la vigilia, & peggio la festa. Ad induendum, ergo ꝙ homo obstinat⁹ in peccato, & chi non se vole confessare, nihil participat de meritis corporis christi mystici, mãdatur, vt excludatur ab ecclesia, quę ẽ domus dei spiritualis.

¶Quinto, non confitẽtes, indurantur, adeo ꝙ fastidiunt omne opus virtuosum, & bonum, & nullam sentiunt dulcedinẽ, de aliqua virtute, immo fastidium. Ratio est, nos videmus per experiẽtiam, herbas, & plantas, stare in sua viriditate, & pulchritudine, ac vigorositate, qñ habent aquã maxime pluuialem, & hoc nõ propter aliud, nisi quia recipiunt nutrimentum suum, & humorem terræ. Dicit enim Arist. 2. de Anima, ꝙ plãtæ habent os, in radicibus, & sicut nos sumimus nutrimentum, & cibũ, per os ita & plantę per radices, Qñ autem non pluit, nec vllam habent aquã siccãtur, eo ꝙ non recipiunt ex eis cibum necessarium, & sic ad nihilum valent, nisi vt euellantur, & in ignem mittãtur, ⁊ ardeant. Sic ad litteram accidit animæ infœlici, q̃ per multa tempora, nec confitet, nec communicat siccatur, & moritur.

¶Sexto, isti qui nõ confitent, sunt maledicti a Deo, & plures habent maledictiones, vnde Deute. 18. Si audire nolueris vocem dñi dei tui, vt custodias, & facias vniuersa mandata eius, & cerimonias, quas p̃cipio tibi, veniẽt super te maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledict⁹ in agro, maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuę, armenta bouũ tuorũ, ⁊ greges ouiũ tuarum, maledictus eris ingrediens, & egrediẽs &c. vbi, veh tibi inobediẽs, ⁊ despiciens mandata dei, quomõ poteris ꝓsperare in hac diuina maledictione?

¶Septimo, Isti tales debēt vituperari, quo ad corpus. i. ꝙ isti tales non debent sepelliri in ecclesiis, cimiteriis, & aliis locis sacris, sed ꝓcul ab ecclesiis, iactari debent, & ratio ē, Nos habemus in sacro decreto. 13. qō. 2. c. Non extimemus, Quod deuotæ sepulturę officium, bonæ fidei est testimonium. sed cum huiusmodi obstinati nō fuerint bonæ fidei, immo malę, despexerūt enim mandatum dei, nolentes confiteri, & etiam mandata ecclesiæ, indignūq̃, & iniustum est, ꝙ quis testificetur eos fuisse bonæ fidei, propter officium sepulturæ. Omnis ergo q dat consilium, auxilium, & fauorem, ꝙ huiusmodi sepeliātur, tanq̄ falsi testes peccant, & puniri debent. Animæ vero illorum qui sic in sepultura asinorum sepulti sunt, maiorem pœnam sentiūt, q̄ si alibi fuissent sepulti, vt. 13. q. 2. Cū grauia, & cap. Quibus. Et si maledicta ossa, discerni possūt ab aliis ossibus bonorum christianorum, omnino exhumāda sunt, & ecclesiæ, vel cimiterium reconciliari debent.

¶Et hoc habes in. c. Sacris, de sepulturis.

¶Octauo. Tales priuātur omnibus suffragiis ecclesiarum, & sanctorm, Audi rem stupēdam, & admirandam. Orat ecclesia, pro infidelibus, iudeis, hereticis, & scismaticis, maxime in die parasceues, ⁊ omnis qui ꝓ huiusmodi orat ex charitate, meretur apud deū, isti tales qui non curant confiteri, sūt deteriores illis in hoc, quia si discedunt sine confessione, aut sine ostensione alicuius signi contritionis, in illo anno, in quo confessi non sunt, non licet pro eis orare, nec in missa, nec in aliquo officio publico, nec licet facere oblationem ꝓ eis, nec aliqđ aliud bonum publicum ꝓ eis, Quod si aliquis faceret oppositum, animabus illis nihil ꝓdest, & ipse faciens peccat, qa ecclesia mandat ꝙ pro huiusmodi nullus oret, vt in. c. Pro obeūtibus. 13. q. 2. Et. c. Placuit 13. qōne. 5.

¶ Vltima pœna, pro nunc est animę dānatio, non credas ꝙ ecclesia absq̃ mysterio priuet huiusmodi, ecclesiæ sepultura, & oratione Christianorū, & nullo modo vult ꝙ participent cum aliis bonis Christianis. Hoc enim ideo facit, quia animæ taliū pereunt. Multęq̃ alię maledictiões hic possunt applicari, quas nunc breuitatis causa, pertrāseo, exēplū filia cuiusdā

lia cuiusdā magni principis, visitans curiam, cum esset virgo, & deuotissima, consuluit Papam, vtrum religionem intraret? qui attendens eius sanctitatem, consuluit ꝙ nō, sed in suo statu permaneret, & cū iniecisset oculos in quendam seruum eius, corrupta est ab eo, a quo, & ꝓlem habuit, tandem religionē intrauit, ⁊ hoc peccatum confiteri erubuit, multum pro peccatō se affligens, ac macerās, cum autem moriretur, & sancta crederet, ab abbatissa adiurata est, ꝙ eā certificaret de merito suo, apparuit horribilis post mortem, dicens se damnatam, eo ꝙ illum peccatum quod commiserat in sęculo, non fuit cōfessa. Aliud exemplum, de domino quodā, qui ridebat cōfessionem, apparuit in forma porci, filiis in camera. O filii inquiēs, duplici de causa sum dānatus. Primo ratione libidinis, & ideo sic in hac forma vobis appareo, quia fui porcus. Secūdo quia derisi confessionem &c. Pro confitentibus. Recitat sanct⁹ Cesarius, ꝙ in ciuitate quadam, quidem iuuenis ꝗ multis diuitiis ad maximam paupertatē deuenit, diabolo istigāte, vadit ad aurificem, & dicit mercatori ve-nisse, q vult emere aurū, & argētū, ꝙ si ille vult vēdere portet ad domū suā, credidit aurifex, facit qđ dixit, & sororis auxilio, illū occiderunt, & in frusta conciderunt, & subterrauerunt, rumor auditur, vicini currunt, frangūt postes, capiuntur ambo, facta cōfessione in tortura datur sententia, vt comburantur. Puella hortatur fratrem, vt confiteatur, quia illa sic iam fecerat, ille desperans, Respondit, nec mihi đ hoc loquaris, quid enim valet pœnitētia in hac hora? igni igitur impositi & ad palum ligati sunt, iuuenem statim flāma combussit, puella remanente illesa, quā vt innocens erat, abire illesā permiserunt, frater vero quia noluit confiteri dānatus est. Narrat idē Cęsarius, ꝙ in partibus Angliæ, nepos cuiusdā epi factus est monachus. Et licet eps vellet eum extrahere, non potuit, post aliquod tempus prēsbyter ordinat̃, tandē (diabolo instigante) apostatauit, fit latro, & princeps latronum, post multa facinora, in expugnatiōe cuiusdam castri, letale vulnus accepit suadent amici, vt cōfiteatur. Respondit desperās, quomodo potero indulgentiam confe-

qui: Respondet illi, maior est misericordia dei, &c. Confitetur cuidam sacerdoti, cū multis lachrymis, & singultibus, ita vt vix loqui posset, & postq̃ multa peccata dixerat, magno feruore adiecit. Ego sum apostata, latro, homicida, crudelis, ita ꝙ si socii voluissent parcere alicui, ego crudelior efficiebar, lauās manus meas in sanguine humano, dehonestans vxores, & filias, &c. Audiens hæc confessor, stulte inquit. Non es dignus misericordia dei, non possum te absoluere. Et ille dixit, ego sum clericus, & legi in Ezechieli ꝙ dixit dn̄s, quacunque hora ingemuerit peccator, non &c. Ideo rogo te vt me absoluas, & aliquam pœnitentiam imponas, & ne desperatū me hic dimittas, Sacerdos reputans illum damnatum, noluit absoluere, ipse vero cum multa cordis amaritudine, dixit ego accipio pęnitētiam duorum millium annorū in purgatorio, rogo vt eam confirmes, nec eū voluit absoluere, nec pęnitentiam confirmare, vnde cedulam suis precibus scripsit Episcopo, in qua oīa per ordinem narrauit, quā legens Episcop⁹, multum doluit, fleuit pro eo, & dixit, sicut viuū dilexi, ita mortuum diligam, statimq; multa bona, orationes, missas ipse fecit, & in tota diocesi fieri mandauit. Cōpleto anno, apparuit Episcopo, gratias agens, & dixit, ꝙ mille annorū pœna, sibi erat ablata, adiiciēs, quod si sequēti anno idē faceret, totaliter liberaretur, promittit Episcopus, & opere compleuit, postmodum cōpleto anno, & vltima missa celebrata, apparuit indutus cuculla monachali, vultū sereno dixit, gratias tibi ago, quia tuis orationibus & suffragiis liberatus sum, & tunc cœlos petiit.

FINIS.

## FERIA SEXTA POST quartam dominicam in quadragesima.

## DE SPIRITVALI MORTE, & Resurrectione animæ rationalis.

TOLLITE lapidem Ioā. 11. signum diuinæ clementiæ, q̄ velit vnicuiq; gratiā, & gloriā, exhibere, apparet, ꝙ licet voluntas huma

na sponte, grauissima, & quasi innumerabilia peccata cōmittat, non tñ deus permittit habilitatem, & possibilitatē liberi arbitrii corrumpi, quin possit, faciliter à malo ad bonum redire, & ad deum conuerti, ac a peccatis resurgere, si velit, talem enim gratiā clementissimus deus homini pstitit, ꝙ si infinities caderet in peccatum, infinities habet adhuc habilitatem, & possibilitatem faciendi bonum, & a peccatis resurgere, & licet, vt ait Augu. 13. de ciu. dei. c. 2. anima immortalis esse veraciter perhibeaī, habet tamen quādam suam mortē, dicitur nāque immortalis, qa nullo modo desinit viuere, sicut & corpus dicitur mortale, quia deseri potest omni vita, nec per se aliqualiter viuit, mors ergo animę, fit cum eam deserit deus, sicut corpus cum id deserit anima, illam animę crudeliorem asserit christus. d. eū timete, qui potest animam, & corpus perdere in gehēnam, & quis dubitet? animam mori cum æterno illo bono priuetur? tamen facilitate, & possibilitate lib: ri arbitrii, potest ab illa morte resurgere, & diuinam gratiam iterum recipere, quod mystice intelligi voluit Christus, quando Lazarum mortuū suscitauit, ideo dixit tollite lapidem, &c. quapp, in præsenti Euāgelio, tria perscrutabimur, videlicet.

¶ Ipsius animæ vitam pariter & sensuum.

¶ Eiusdem animæ mortem, & sensuum.

¶ Qualiter resurgere habeat a tali morte.

¶ Circa primum, est sciendū, ꝙ vita animæ cōsistit, in vnione sui, cum diuina volūtate, a qua omnis influentia & vis descendit, quia sm Aristo. 12. Metha. quilibet actus intellectus, dicitur vita, quia fundatur in intellectu qui est vita, tamen vt in proposito accipimus, dicitur vita inquantum vnitur vere vitę. i. deo, vt Ioā. 14. Ego sum via, veritas & vita, & hæc possunt probari, ex dictis Sco. in quol. q. 13. Sic, anima quo ad partem intellectiuam dicitur viuere, quando per bonas, ⁊ sanctas operationes. In deo terminatas, ipsi vnitur. Et licet sensus nō proprie dici possunt viuere, per operationes suas determinatas in veram vitam, cum ipse deus non apprehendatur aliquo sensu, possunt tamen dici vita participatiue, siue per participationem totius viuē

tis. Nam quãdo principalior pars, vel partes principales viuunt alicuius totius, totũ dicitur viuere, patet a Sco. in 2. di. 29. modo quelibet pars totius participat esse totius. Immo hẽt perfectius esse in ipso toto, quã extra ipsum, vt deducit Sco. in. 4. d. 43. & sic quãdo intellectus vere viuit, per cognitionem verę vitæ, & eorum quæ ducunt ad veram vitam, totus homo dicitur viuere. Immo proprie homo viuit, vt qd, & potẽtiæ, vt quo, homo viuit, vt principio fundamentali, & cognitione, & amore, viuit vt principio formali, cum homo sic spiritualiter viuat, omnes potentiæ dicũtur spiritualiter viuere, habes ergo vitam animæ, & sensuum, etiam totius hominis.

¶ Nunc vidẽdum est quomodo dicatur spiritualiter mori, & dicimus, ꝙ qñ intellect⁹ moritur. similiter et voluntas, qđ tunc contingit. quando diuidũtur a vera vita, per peccatum. vnde, Isa. 59. iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & deum, & sic omnes sensus dicũtur spiritualiter mortui, quia infructuosi sunt meritorię, causatur aũt ista mors principaliter, quando anima ſm voluntatem discordat a recta ratione in agẽdo, & hoc maxime intendit diabolus, ꝙ mors animæ incomparabiliter maior est morte corporali, sed notare debes, ꝑgressum istius mortis spiritualis.

¶ Primo enim anima alteraẗ, & hoc qñ incipit contraria vitæ appetere, quia volũtas naturali amore intensissimę vnitur carni, & sensualitati, vt patet, a Sco. in. 2. di. 29. carõ autẽ vult quæ carnis sunt, & non quæ sunt spirit⁹, similiter ipsa volũtas, ſm naturalem amorem, tantũ vult quæ sunt carnis, & ꝓprii cõmodi, vt patet, a Sco. vbi supra, deus autem vult ipsam vellem quæ sunt contraria carni, & proprio cõmodo, & iõ magna repugnantia est, & quia præsentia delectabilia plus mouent, ꝗ absentia bona spiritualia, hinc est ꝙ in pluribus appetit ista delectabilia, quæ contrariãtur verę vitæ. nam vt ait Paulus ad Gala. 5. qui sunt christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & cõcupiscentiis, & huiusmodi inclinationẽs, diabolus accendit magis, ac magis, tanꝗ carbones. vnde Grego. 29. Mora. prius vniuscuiusque complexionem diabolus conspicit, & tunc tentationis laqueos apponit, taliter nãꝗ di

citur anima alterari.

¶Secũdo febricitat, & est qñ ratio de peccato faciendo deliberat, mõ enim ęstuat, modo timore frigescit .s. ne possit agere qđ cupit, in febricitãte eadem est causa caloris interioris, ⁊ frigiditatis exterioris, ex quo enim calor tendit ad interiora, ideo partes exteriores frigescunt, Similiter ex eo qđ quis ęstuat, & inflammatur ad peccãdum, frigescit, et propter timorem impedimẽtorum, & bene dicitur æstuare, ad peccatũ, quia omnis appetitus naturalis in voluntate ad bonum commodum est semper, necessario, & in summo, vt notat Sco. in. 4. di. 49. similiter est de desiderio naturali, & sensuali omniũ sensuũ, & quia isti appetitus sunt inclinationes excessiue, & volũtas est quasi indiuisibiliter vnita illis. Ideo consentiẽdo illis, amore eorum æstuat, frigescit quia semper sinderesis ipsam arguit, tũ cognitio multorum impedimentorum, ac periculorum, sic dictat, ideo quodammodo frigescit, & timore quodam retrahitur.

¶Tertio fit frenetica per cõsensum, & licet. primo & scđo modo dicatur anima spiritualiter mortua .s. per deliberationem, & consensum, tamen circunstãtibus non apparet mortua, nisi tertio modo. i. ꝑ operationem, quia peccatum in opere maius est, & sicut in sensibus potest esse virtus materialiter, ita & vitium, vt patet a Sco. in. 3. d. 35. & sic sensus spiritualiter dicuntur mori. s. per separationem a vera vita.

¶Quarto clauduntur oculi rationis, & intellectus (deo tamen permittente) intantum obscurantur, ꝙ amplius non illuminant voluntatem ad recte operandum, & merito, qa ex quo voluit per modicã delectationẽ, recedere a vera vita, & vero lumine diuinæ gratiæ, qđ illu. om. ho. ve. in hũc mun. Ideo obscurantur oculi animæ, qui duo sunt, videlicet, dexter, & sinister. Primus est affectio voluntatis, Secundus est lumen intellectus, iõ in ps. 68. Obscurẽtur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua, heu quot mala sequuntur ex huiusmodi obscuratione.

¶Quinto clauditur os, Primo ne deũ laudet, qa laus impiorũ abominabilis deo, clauditur os ad recte loquẽdũ de deo, & ꝓximo, & ne possit aliqñ ꝓpria peccata confiteri, ꝙ certe est maximum dei flagel

lū,& hoc merito, quia per deliberationem, & consensum, & opus, se dedit in manus diaboli,& in morte: nō meretur confiteri, quæ cōfesſio ſm Augu.in lib. de pœni. ē ſalus animarum, diſſipatrix vitiorum, reſtauratrix virtutum, oppugnatrix dæmoniorum, quid plura? obſtruit os inferni, & portas paradiſi aperit, ille.

¶Sexto lauantur ſordes, qđ in morte animæ minime fit. Auguſt.in lib. de pœni. perniciosum flagellum dei eſt, non ablui,& mūdari, ab huiuſmodi peccati ſquallore.

¶Septimo abſconditur in ſudario praue cōſuetudinis, quia ſm Augu. cogitatio parit delectationem, delectatio conſenſum, cōſenſus operationem, operatio ſi cito non deletur per confeſsionem,& pœnitentiam, parit conſuetudinem, & tunc omne peccatum conſuetudine vileſcit, & fit homini quaſi nullum ſit, & dolorem perdit, quia qđ non dolet nō pro ſano habendum eſt, ſed ꝓ mortuo computandum, quādo aliquid pungitur,& dolet, aut ſanum eſt, aut in illo ē aliqua ſpes ſanitatis, cum autē tangitur & nō dolet, pro mortuo habendum, ac de corpore præcidendum eſt.

¶Octauo ponitur in pherotrum,& hoc quando ponitur in exemplū,& ſequitur ex mala conſuetudine, qa tūc nō verecūdatur etiam publice peccare, ac de peccatis ſe extollere. Vnde Augu. in Ench. c. 20. peccata quāuis magna,& horrenda, dum in conſuetudinē venerint, aut parua, aut nulla creduntur, adeo vt non ſolū non occultanda, verū etiam prædicanda, diffamandaq; videantur.

¶Nono infrigidatur, iſta frigiditas cauſatur dupliciter. i. a frigida ſuggeſtione diaboli, Eccle.43. vetus Aquilo flauit, & cōgelauit criſtallū in aqua, iſte ventus Aquilo, eſt tentatio diaboli, ex cuius tentatione frigida anima quæ erat criſtallus, ad dei imaginē creata & cōſequēter in illius amorē accendi deberet, tota fit gelida. Secundo cauſatur a frigida natura peccati, peccatum de ſe eſt frigidum, cum ſit venenum ſerpētis infernalis, in tantum enim eſt frigidum, ꝙ extinguit calorem cordis, & animam frigeſcere facit.

¶Decimo ē pōderoſa, inſtar mortui, nihil enim eſt ponderoſius peccato, qđ patet, quia deus habet immenſam fortitudinem. Iuxta illud Iob. 9. ſi

fortitudo quæritur, robustissimus é. Cœlum habet firmissimam solitudinem. Iob.37. tu fabricatus es cœlos, qui solidissimi sunt. Itē terra habet magnam soliditatem, Eccle.1. terra autem in æternum stat, & tamen peccatum, ita est pō derosum, ꝙ nec deus ipsum portare potest. Hiere.23. vos estis onus mundi, nec cœlum ipsum potuit sustinere, sicut patet in Lucifero cuius superbia, ita fuit ponderosa, ꝙ fregit Cœlum, & ipse subito cecidit, nec terra ipsū potuit tollerare, sicut patet. Nū.16. in Datan, & abirō, quia terra sub eorum pedibus aperta est, ⁊ illos deuorauit.

¶ Vndecimo, dicitur anima mortua instar mortui Lazari ratione obliuionis, iuxta illud, ps. Obliuioni datus sum tanꝗ mortuus a corde, quia enim peccator obliuiscit dei in mundo, ideo deus obliuiscetur eius & in mundo, & in inferno, iuxta illd' Osee.4. vbi ait dn̄s, qa oblitus es legis dei tui obliuiscar, & ego tui, ⁊ ob hāc causam, infernus dicitur terra obliuionis, deus .n. obliuiscitur peccatorum in inferno, quantum ad effectum misericordiæ.

¶ Duodecimo, mortua dicit anima instar Lazari, propter verminum corrosionem, habet enim vermē. i. remorsum consciētiæ, qui etiam in inferno non moritur. Isai. vlt. vermis eorum non morietur. Itē vermes sunt vitia, & peccata, quæ continuo affligunt animam. Hiere.30. insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuę.

¶ Tertiodecimo, dicitur anima mortua instar Lazari quatriduani fœtentis, sunt autē quatuor, propter quę cadauera mortuorum multū fœtēt. Primū est locus. s. qn̄ cadauer est in loco alto, tunc enim fœtor magis diffundit, & signat superbiam. quę coram deo, & Angelis fœtet. Iohe.20. Ascendit fœtor eius, quia superbe egit. Secundum est calor quia magis sentitur fœtor cadaueris in calore, ꝗ in frigore, & significat carnalem cōcupiscētiam, q̄ coram deo fœtet, Isai. 34. de cadaueribus eorū, ascēdit fœtor. Tertium est ventus qui ad partes longinquas fœtorem defert, & signat detractionem, q̄ semper in ore habet fœtorem. ps. Sepulchrum patens, est guttur eorum linguis suis dolose agebant, tūc enim detractor fœtorē ad instar venti defert, quando alio-

rum defectus refert. Quartū est temporis diuturnitas, vt fuit Lazarus, quia quanto magis cadauer fuerit diuturnū, tanto est magis fœtidum. pater, qualiter anima instar Lazari dicitur mortua, leua igitur oculos tuos indirectum, & vide vbi nam prostrata es. Hiere. 3. erige quæso depresse mentis aciem, ad illius fœlicissima conditionis tuæ primordia, & vide qualiter diuina essentia ad suam te finxit imaginem, non bruti, non alterius creature, ꝛ sup ceteras animātes, ratione decorauit, fecitq; beatitudinis ęternę capacem. leua in di. ocu. & vide innocētiam baptismalem, & qualiter dulcissimus spōsus tuus, a seruitute peccati te liberauit, soluitq; debita tua, nō corruptibilibus auro, & argento, non sole, aut Luna, nō saltē aliquo Angelorū, sed proprio cruore te redemit, leua in dire. o. tuos, & vide qualiter munificus ille pater tuus, te adoptauit in filiam, fecitq; coheredē filii sui, q multa tibi obtulit, pluraq; donauit, qui tot labores, & sudores, & angustias, & afflictiones substinuit, & sanguis eius ornauit genas tuas, quot vigilias, ieiunia, & oratiōes, tot amarissimas lachrymas, & singultus, ac gemitus, tot persequutiōes, tot minas, infamias, detractiōes, & murmuratiōes, denigrationes, & sui, & æterni patris honoris, leua in d & vide sudorem sanguineum, ꝓprii discipuli traditionē, vulneratiōes, alapas, derisiones, flagellationem, coronationem, sententiā, & ipm propriis humeris crucem portantem, crucifixionem, & tandem omnibus crucifigētibus parcentem, spiritum exhalantem, quæ omnia substinere voluit pro anima tua, in peccatis mortua. leua in. d. o. t. & vide, quæ bona, qualia, ꝛ quāta, tibi parata erant, quæ nec oculus vidit, nec aur. au. nec in cor homi. ascē. quæ præparauit deus. d. se. leua in. d. o. t. ꝛ vide tot gratias gratis datas, vide vbi nūc prostrata sis, qa deturpasti, fedasti gloriosam illam imaginem, quæ denigrata ē propter peccatum super carbones, vide vbi nunc prostrata sis, qa perdidisti rationem, & facta es, sicut equus, & mulus in quibus nō est intellectus, vbi nunc ꝓstrata sis, quia cecidisti de innocentia baptismali, & a merito passionis christi, vide vbi nunc prostrata sis, quia perdidisti adoptionē filiorum, & facta es ser

ua diaboli, vide quia non es soror angelorũ, sed reproborum spirituum & practica.

SECVNDO, elucidabimus ipsi' animæ viuificationem, seu resurrectionẽ, & ponitur a Theologis, (licet sub alio nomine) Rica. in. 4. d. 17. ar. 4. q. 2. istam resurrectionem nominat cõuersionem, & dicit ꝙ est motus libere voluntatis, a deo, ad detestationem peccati, in salutẽ ęternã.

¶Primo dicitur, ꝙ est motus & nota ꝙ in omni motu, duo sunt termini. idest a quo, ⁊ ad quem, a quo quis recedit, ad quem quis motu suo accedit, sic etiã in motu spirituali, terminus a quo est status in quo homo est in peccato, & terminus ad quem, ẽ motus ad statũ gratiæ, sed ꝑ clariori notitia. Nota ꝙ Alex. de Ales, in. 4. p. sum. q. 72. membro. 4. ait ꝙ in iustificatione ĩpii quatuor requirunt, sunt enim isti duo termini, videlicet, a malo, ⁊ ad bonum, & duo requirũtur ex parte termini ad quẽ, & duo ex parte termini a quo, duo ex parte dei, & duo ex parte nostri, ex parte dei respectu termini ad quem, est infusio gratię; respectu termini a quo est remissio peccatorum, ex parte nostri respectu termini ad quem ẽ motus. li. ar. respectũ termini a quo est contritio, vel attritio, & detestatio peccati.

¶Secundo, dicitur libere volũtatis, cum enim liberum arbitrium sit facultas voluntatis, & rationis, oportet ꝙ voluntas informetur dilectiõe, id est gratia ad diligendum, ⁊ ratio informetur fide. i. gratia ad intelligendũ, vnde dicunt doct. ꝙ fide & amore iustificamur, ideo dicitur libere volũtatis, quia licet in conuersiõne peccatoris, cõcurrat diuina gratia, quæ est principium huius iustificationis, tamẽ necessario requiritur liberũ arbi. quia vt. d. August. in lib. de libero arb. c. 2. Qui fecit te, sine te, non iustificabit te, sine te, vbi Alexã. vbi supra, qui fecit te sine te efficiente, non iustificabit te, sine te, consentiẽte, & consensum præbente, & licet deus possit absolute sine libero arbitrio iustificare, tamen ordinate non potest, & sic in iustificatione impii requiritur mot' liberi arbitrii, non cooperantis ad talem iustificationem, sed obedientis ad consensum, nõ enim datur gratia iustificans nolenti reci

pere,siue dissentienti,sed volenti,& consentienti, vt dicit Alexan. vbi supra.

¶Tertio,dicitur a deo, quia ista resurrectio, non potest esse sine gratia, Ioan.6.nemo venit ad me,nisi pater meus traxerit eum,quia Ioã.15. sine me .i.sine gratia mea, nihil potestis facere,traxerit .i. iduxerit ſm Alex.vbi supra, quia quãdoq; terrendo,qñq; percutiẽdo, & aduersa permittendo, & sic multis modis trahit de⁹ ad se.& Oseę.13. perditio tua Israel ex te est, tantummodo in me auxilium tuum,deus,ergo mouet peccatorem, vt cõuertatur,& viuat, ẽ enim causa cuiuscunque motus. 7.&.8. physi.

¶Quarto, dicitur ad detestationem peccati, qa attritio ẽ necessaria đ peccatis,oportet ergo, ꝙ voluntas detestetur omne peccatum, & omne impediens, Ideo glo.super illud sacrificium deo,&c.ait spirit⁹ contribu.i.contritus,est sacrificium quo peccat soluuntur.

¶Quinto,dicitur ad vitã ęternam,ad hoc enim cõuertitur peccator, vt finem vltimũ, & paradisum consequatur. Esai. 45.conuertimini ad me,& salui eritis omnes fines terræ, & Thobie.13.conuertimini itaq; peccatores, & facite iustitiã, credẽtes quod faciet vobiscũ misericordiam suam, ex tali resurrectione habebit peccator vitam æternam, & ostendam tripliciter.

¶Primo,nã dicit Aristo.2. de anima,ꝙ actus actiuorũ,sunt in patiente bene disposito, dicit enim ꝙ forma non introducitur nisi in materiam determinatam,dispositam, & ꝑparatam,vltima dispositione ad formam,sicut sigillũ in cera,sic dico ꝙ quamdiu anima est in peccato mortali, est indisposita ad recipiendam formam.i.gratiam qua fit remissio peccatorum, sed qñ est ꝑparata,& bene disposita, per veram conuersionem,& contritionem , subito necessitate suppositiõis, est necessariũ deum dare talem gratiam, qa dicit Tho.in.4.di.15. diuinam bonitatem decet,vbicunq; dispositionem,seu præparationem inuenerit, ibi perfectionem adiicere, & sicut deus ordine sue ꝓuidentię disposuit, vt omni materię vltima dispositione præparate, adiiciatur forma,sic dic de anima, &c. & licet anima sit actus, & forma corporis, vt Aristo.ait,in.2.de anima,est tamẽ materia,⁊ subiectum gratiæ, & virtutis, &c.

conuersionis.

¶ Secundo probatur ꝙ ex tali resurrectione habebit vitã æternã, quia ſm Ariſt. in poſt prædicamentis, & de ſenſu, & ſen. qui recedit ab vno oppoſitorum, accedit ad alterum. Nam peccatum mortale, ẽ totaliter oppoſitũ deo, ꝙ ſi anima recedit ab eo, accedit ad deum acquirendo gloriam, Ideo Iacobi, 2. appropinquate deo & appropinquabit vobis.

¶ Tertio ait Ariſt. 8. ethi. ſimilitudo eſt cauſa amoris, & in libro prædi. in prædicamẽto qualitatis. vnum in qualitate facit ſimile, ſic dum peccator incipit habere deteſtationem ſuorum peccatorum, & conuerti ad deum, incipit aſsimilari ipſi deo, & quanto feruentius conuertitur, tãto magis aſsimilat deo, vnde. 10. Ethic. hõ ſapiens ẽ deo ſimilimus.

¶ Sed aliter declarabim⁹ modum iſtius reſurrectionis ſpiritualis. Alber. Mag. in ſua poſtilla, ſuper Luc. dixit, ꝙ iſta reſurrectio ſpiritualis, eſt ordinata diſpoſitio animę, ⁊ corporis, in vitam æternam (deo mouente) & dicit ordinata diſpoſitio, quia ſm dictum Salomonis Eccle. 7. ſolummodo hoc inueni ꝙ fecerit deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus, rectus, quippe factus eſt homo, non ſolum corporali figura, ſed mirabili ordine potentiarum, inquantum. ſ. pars rationalis naturaliter, debet eſſe deo ſubiecta, & pars inferior .ſ. pars ſenſitiua, debet eſſe ſubiecta parti rationali, & hic eſt ordo, minoris mundi. i. hominis qui ab Ariſt. 8. phiſi. minor mundus appellatur, ſicut enim maior mũdus in ſuo naturali ordine, pulchre, & optime diſpoſitus eſt, vt ait Ariſt. 12. Metha. ita minor mundus in ſuo ordine, & operatione, eſt diſpoſitus, & non ſicut cætera animalia, vt ait Oui. pronaq; cum ſpectẽt animalia cętera, terram, os homini ſublime dedit, cœlumq; videre, iuſſit & erectos, ad ſydera tollere vultus, & ſubiũgit Salomõ ipſe autem infinitis ſe miſcuit quæſtionibus, nam dum homo mortaliter peccat, hunc optimum ordinẽ peruertit, ratio enim refugit deum, ſequens ſenſualẽ partem, ita vt ipſa pars inferior verſo ordine diſponitur contra partem ſuperiorem, & hanc indiſpoſitionem, Bernardus, abuſionẽ appellat. di. dñam ancillari, & ancillam dominari, magna

abusio est, quid igitur est ista resurrectio? nisi illud qd' erat indispositum, disponere, & qd erat inordinatum, per peccatum, ordinare, Audi Greg. super illud, cum natus esset Iesus, Homilia. 10. ait enim, a regione nostra, superbiẽdo, in obediendo, visibilia sequendo, cibumvetitum gustando, discessimus. sed ad eam necesse est, vt flendo, obediẽdo, visibilia contendendo, atq; appetitum carnis refrenãdo, redeamus, per aliam ergo viam in regionem nostrã regrediamur, quia a paradisi gaudiis per delectationẽ recessimus, ad hęc p lamenta reuocemur. sed dicit aliqs, quomodo possum facere talem resurrectionem? Respondeo, videas per quas vias a dño recessisti, sic per oppositum redeas. Nã dicit Sco. in. 4. d. 14. q; peccatum priuat tantum rectitudinem actus, quæ debuit in eẽ actui, vt declarat in. 2. d. 35. Exemplũ quis vadit ad ecclesiã, iste act⁹ eundi debet esse circunstantionatus, debitis circunstantiis. s. amore dei, libere, loco, & tẽpore, & huiusmodi, quæ circunstantię reddũt actum rectum. si ergo quis vadit ad ecclesiam, causa vaghezandi, talis actus eundi, caret circũstantia debita, & dicitur talis carẽtia, peccatum, si ergo iste facit actum oppositum. s. ire ad Ecclesiam debitis circunstantiis, tũc illi actui restituit tantum bonum, quantũ peccatum abstulit. Si vis ergo resurgere a peccato, debes.

¶ Primo resurgere a malitia cogitationis. Vnde Zacharię primo, conuertimini de viis vestris malis, sicut per imperium voluntatis, l'intellecto s'e conuertito ad pensare cose vane, puta luxuria, &c. sic etiam debet auertere intellectum a tali consideratione, & vanis cogitatiõibus, si come pensasti de fare vẽdetta, cosi pensa de nõ la fare, & pratica.

¶ Secundo debet resurgere a malitia intentionis, vt Hiere. 25. conuertimini a via vestra mala. Vnde glo. interli. vię. i. cogitationes, loquutiones, & operationes. Nam intendere est in aliud tendere, vis resurgere a peccato, totam tuã intentionem in deum dirigas. similiter cogitationes, & operationes, Greg. ait, summa cura vigilandum est, ne bonis operibus seruiens, mens reproba intentione polluatur.

¶ Tertio debet resurgere a malitia operis, vt Osee. 4. Cõuertere israel ad dominum

deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua, qui in statu peccati est, si ab illo vult surgere, debet auerti a praua cogitatione, a corrupta intẽtione, & a malignitate operis, & conuerti ad dominum, mũda cogitatione, & simplici intentione, & opere, debitis circunstantiis, disposuit enim deus ꝙ si quis taliter resurgat a peccato, non tantum dare remissionem culpe, sed infundere etiam gratiam, vt deducit Sco. in. 4. d. 1. q. 2. dummodo sit illa conuersio feruida, ⁊ plena dei amore, ⁊ acceptat illos actus, vt dignos ad vitã æternam, currat ergo peccator ad lignum crucis, & dicat cum Hiere. 31. cõuerte me domine, & cõuertar, quia tu domine deus meus, &c. ait enim Bernardus, dico omnes ignorare deum, qui nolũt conuerti ad eum, & cum conuersus fueris audies illud. Hiere. qđ sequitur, postquam me conuertisti, egi pœnitentiam. Et nota quòd sicut sunt diuerse cõuersiones in logica, ita aliqui diuersimode cõuertunt.

¶ Primo aliqui conuertũtur simpliciter ad Deum, huius generis sunt illi, qui pœnitẽt simpliciter, eo qđ deũ offenderunt, detestantes omnia, ⁊ singula sua peccata, firmiter proponentes, nunquã ad peccatum redire, & in effectum ita faciunt. & hoc modo conuersa est ad Christum magdana & plures alii.

¶ Secundo aliqui conuertũtur ad dominum quasi per accidens, sicut patet de Antiocho qui in grauissima, & horribili infirmitate sua, cœpit cõuerti ad dominum, sed per accidẽs hoc faciebat, scilicet ratione ægritudinis, qua laborabat, ideo misericordiam non est consequutus. secũdi Machabe. 9. & hodie multi sic conuertuntur ad dominum, nõ propter ipsum offensum, sed poti⁹ ꝓpter semetipsos, vt illis benefaciat, & ab ægritudine, aut alia occurrẽti necessitate, eos liberet.

¶ Tertio alii conuertuntur per contrapositionem mutãdo, scilicet terminos finitos, in terminos infinitos, & huius generis, sunt, qui vixerunt aliquo tempore in delitiis, & postmodum considerantes, quòd hæc omnia transeunt velut vmbra, delitię autem cęli perpetue sunt, & æternæ, relinquũt præsentes delitias, & eas contentui habent, vt possint peruenire ad infinitas duratione.

¶Quarto, aliqui conuertuntur in oppositam qualitatē, & hoc dupliciter, aut de bono in malum, aut de malo in bonum, exemplum Primi, de Angelis cadentibus, & in primis parētibus, & generaliter hoc modo conuertunt quot quot a gratia per peccatū cadunt. Exemplum secundi, vt de Paulo persequente Ecclesiam, qui de persequutore factus est vas electiōis, & ex lupo ouis. Prima conuersio vitiosa est, Secūda virtuosa, prima vituperabilis, secūda laudabilis, prima digna graui supplicio, secunda digna magno præmio. Primā facit diabolus, per culpam. Secūdam, deus per gratiam. Prima est mutatio nequitię diaboli, secūda mutatio dexterę excelsi, a prima nos absoluat, & p̄seruat deus, secundam nobis conferat.

CIRCA tertiam partem principalem. Notandum ꝙ multe sunt vtilitates istius resurrectionis a peccato, Prima. quemadmodum in statu auersionis, deus odit peccatores, iuxta illud iniquos odio habui, ita in statu viuificationis, & resurrectionis, summopere diligit peccatorem conuersū, & solet moueri dubiū, quem magis diligat deus innocentem, an peccatorem cōuersum? huic cōclusioni. Respōdet Pharise⁹, Luc. 7. ꝙ peccatorem, tanquā magis debitorem, cui maius debitum a creditore dimittitur, q̄ illum cui minus, quam Respōsionē saluator approbauit. d. recte iudicasti, & qa peccatori plura dimittuntur, q̄ innocenti, ergo magis diligitur, & dico cum Sco. in. 4. di. 22. ꝙ si fiat cōparatio inter duos, quorum vni pauciora donantur, & remittunt alteri plura, ille plus tenet diligere, cui plura sunt dimissa. i. ex causa remissiōis, Sed hic qui pauciora commisit, ratione præseruatiōis magis tenetur, Exemplum, sunt hic tres homines, vnus innocens, Alius pauca commisit, alius multa. primus propter p̄seruationē, simpliciter loquēdo, magis omnibus tenetur, quia præseruatio illa est maius beneficium, q̄ quęcunque peccatorum remissio, qa innocentia similior est deo, q̄ pœnitentia, hoc probat innocentia christi, matris suæ, sancti Ioannis Baptistę, & Euangelistæ, & sanctorum Innocētium. Secūdus, ratione remis-

sionis,magis tenetur q̃ prim⁹, & ratione preseruationis, magis q̃ tertius. Tertius ratione remissionis, magis tenetur q̃ primus,& secundus,diligit ergo conuersum multum,eo ꝙ multa dimittit.

¶Hanc ēt dilectionē ostēdit deus,quia maius opus dei est circa conuersionem, q̃ creare cœlum,& terram . vnde Aug. ait,maius opus est,ꝙ ex iniusto quis fiat iustus,q̃ creare cęlum,⁊ terrā,& rationē addit, sup Io.14. c.d.cœlum, & terra transibunt,prędestinatorum autem salus,⁊ iustificatio,permanebit.

¶Præterea ſm Tho. par.2.q. 112.Iustificatio impii terminatur ad bonum gratiæ,creatio autē cœli,terminatur ad bonum naturæ, esse autem gratiæ,est nobilius q̃ esse naturę, igitur opus conuersionis est maius . Item in creatione totius vniuersi, nulla fuit repugnantia,p̄s.ipse dixit , & facta sunt,sed in iustificatione impii,concurrit liberū arbitriū, sine quo nihil fit,vnde glo. super illud Treno.4. conuerte nos dn̄e ad te,dicit gratia dei non conuertimur,nisi ex nostra volūtate conuertamur, in creatione mūdi,nulla fuit repugnātia,nel Sole,ne la Luna,in sua creatione restiterūt d.o Iddio no ne fati cusi , sed homo contradicit deo, Clamat deus,o vsurario lascia l'usura,o concubinario , lascia la concubina,& illi resistunt, pratica.

¶Tertio,ostēditur quia maius opus est suscitare mortuū in peccatis, q̃ mortuum morte temporali,⁊ naturali, quia dicit Greg.4.lib.Dialo.ꝙ maius miraculum est,prędicationis verbo,peccatorem cōuertere,q̃ carne mortuum suscitare , in isto enim suscitatur caro,iterum moritura,in illo vero anima,in æternū victura. Nam in conuersione peccatoris, oportet ꝙ quinꝙ suscitentur. Primo est charitas, quia non diligit deum,non ꝓximum , nō propriam salutē. Secundo moritur spes , quæ deberet esse in cœlo . Tertio non est in eo fides,quia si crederet non peccaret . Quarto non est in eo obedientia,quia non seruat diuina mandata. Quinto nō est in eo timor domini,qui expellit peccatum.

¶Secunda vtilitas, quia recuperat deum, quē expulit peccator ab anima . Nā quælibet anima rationalis, est templū, & habitatio trinitatis, secundum Apost. primæ Cor.3.ne-

ſcitis quia templũ dei eſtis? & ſicut in trinitate ſunt tres pſone, ita ĩ qualibet anima ſunt tres manſiones, prima memoria in hac habitat pr̃. Secunda eſt intelligẽtia, ĩ qua habitat filius, tertia eſt voluntas, & in hac habitat ſpũs. S. Ideo Ioã. 14. dixit christus pro ſe, patre, & ſpiritu ſancto, ad eũ veniemus, ⁊ manſionem apud eum faciemus, quando ergo peccator cõmittit aliquod peccatum, deus recedit ab eo, qñ peccatũ relinquit, eiicitur diabolus & intrat deus.

¶Tertia eſt, quia lętificat Angelos, nam qñ homo mortaliter peccat, quantum in ſe eſt, perturbat, & affligit ſanctos Angelos, qui affectant ſalutẽ noſtram, dum vero peccator ſe conuertit, tũc exultant omnes ſancti Angeli, Luc. 15. gaudium ẽ angelis dei, ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽtẽ.

¶Quarto, lętificat omnes sãctos, cum ſpiritus vt ſpiritus, poſsint videre omnes cogitatiões noſtras, vt deducit Sco. in. 4. d. 45. niſi deus ſuſpendat talem cognitionẽ, cognoſcũt hunc, vel illum, eſſe in peccato mortali, per conſequens et cognoſcunt, qñ a peccato liberatur, & cum ſint in perfecta charitate, qua inclinãtur ad diligendum deum ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſos, ſm Sco. in. 1. diſt. 17. gaudent, ergo nimis de cõuerſione peccatoris. Eſai. 55. in lętitia egrediemini, quanta lętitia, quantum gaudium ſit in animo peccatoris, qñ relinqt peccatum, & conuertitur ad deum, exprimi non poteſt (in pace deducemini) quia per reſurrectionem a peccato, fit pax inter deum, & peccatores (Montes). ſ. pater, & filius, & S. S. qui ſunt mõtes altiſsimi, & inacceſsibiles. (colles). i. sãcti Angeli, qui deo inferiores ſunt, (cantabunt coram vobis laudem) i. ex lętitia iubilabunt in conuerſione peccatoris, (& omnia ligna regionis plaudẽt manu). i. alii ſancti letabuntur in conuerſione peccatoris.

¶Quinto, contriſtatur diabolus, o ſi videres, dum peccator cõuertitur, quomodo diabol⁹, ſe ipſum cruciat, perturbatur, affligitur, torquet, ſufflat, ſuſpirat, vlulat, & vndiq; confunditur. Iſid. de ſummo bono. ſi tentationem diaboli a nobis expellimus, ſine dubio ille confuſus abſcedit.

¶Vltimo, acquirit vitã æternam. Vnde Sco. in. 4. d. 14. q. 2. deus dat gratiam, quãdo peccator

cator disponit ad illam, vnde Petrarcha, Can.19. stāṫia.1. piu gloria è ne'l regno de gli eletti d'un spirito cóuerso, & piu se stima, che de. 99. altri perfetti, hic dic exemplum de beato Alberto viro magne sanctitatis, vt scis, & erit.

FINIS.

## SABBATO POST IIII. Dn̄icam in quadragesima.

## DE BENEDICTIONIBVS Mariæ, & eius fructus.

EGO sū lux mūdi. Io.8. Videm⁹ experimentaliter, qđ tempore veris, quādo Philomela cātat, tunc ros incipit descendere, & campi germinare, Spiritualiter. Donec mundus fuit in hyeme peccati, propter peccatum primorum parētum, priuatus fuit rore .i. gratia spirit⁹ sancti. Vnde Aggei primo. Prohibiti sunt cœli, ne darēt rorem. sed cantante philomela .i. Gabriele Archangelo, illud dulce carmē, Aue gr̄a plena dn̄s tecum, descendit ros de cœlo .s. filius dei in vterū virginis, & cū eo dulcedo benedictionis, ⁊ gratię, cessauit frigus doloris, & amaritudinis. Hoc autem figuratū fuit Iudicum.6.ca. vbi legitur dominum dedisse signū Gedeoni, ꝙ liberarentur filii Israel, de manu Madiā, & sic quieuit Israel multo tēpore, Spiritualiter, illud fuit signum, quod genus humanū petebat a domino deo, ps.88 Fac mecum signum in bonum, vt videāt, qui oderunt me, & confundātur. Dn̄s vero dedit signum de rore cœli, qui descenderet in virginē. Esai.7. Propterea ipse domin⁹ dabit vobis signum, Ecce virgo cócipiet, & pariet filium, Ipsa igitur sola fuit, in qua ros descēdit. Ideo canit ecclesia, Sancta, & immaculata virginitas, &c. In hoc ergo signo benedicto percussus ē Madian .i. diabolus. Et liberati sūt filii Israel .i. fideles christi, & longa .i. æterna requies, data est illis in gloria. De benedictionibus Mariæ, tres ponuntur qōnes, videlicet.

¶ Quid importat, vel signat hoc dictum, benedicta tu in mulieribus?

¶ An bene, & conueniēter dicat in salutatione virginis?

¶Quare non potius dixit angelus, benedicta tu prę mulieribus?

¶Ad primam, respondet Alber. super missus est. cap. 202. Quod quatuor comprehendit, & importat.

¶Primo, Maledicti exemptionem, vnde ipsa est benedicta super omnes mulieres, quia nulla alia mulier fuit expers illius maledictionis, nisi sola Maria, quam maledictionem omnes mulieres in Eua contraxerunt. Gene. 3. Multiplicabo erumnas tuas, &c.

¶Secundo, importat singularis gratię collationem, vnde benedicta fuit inter mulieres, quia nulla alia accepit vnq̄, quod ipsi donatū est, ꝙ. s. virgo peperit, & deum, & hominem genuit.

¶Tertio, omniū benedictionum comprehensionem, fuit enim benedicta prę omnibus mulieribus, quia omnia illa q̄ alię mulieres habuerunt, ipsa habuit excellētius, quia cum coniugatis ipsa habuit benedictionem prolis, & virginitatis, cum viduis habuit benedictionem castitatis, cum incorruptibilitate. Deniq; cum virginibus, perseuerantiā perpetuæ virginitatis, cum fœcunditate.

¶Quarto, comprehendit benedictionem gratiarum, cum dicitur benedicta tu, nam benedictio dei in præsenti vita, nihil aliud ē in re, nisi gratiæ infusio. Iuxta illud. p̄s. Anima eius in vita ipsius benedicet. vita quippe animæ in præsenti, ē diuina gratia, in cuius infusione statim anima iustificatur, & viuificatur, vt volunt doctores, super 4. sen. di. 17. Et sic ille homo, vel mulier dicitur benedicta veraciter, qui habet dei gratiā, per quā sola benedictio diuina acquiritur, & adoptata possidetur. Vnde Prouer. 10. Benedictio dn̄i super caput iusti, hinc est ꝙ omnes q̄ in peccatis viuūt, maledicti in sacra scriptura dicuntur. p̄s. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Et eccle. 41. ve vobis viri impii qui dereliquistis legem altissimi, Quoniā si nascemini in maledictione eritis, & si moriemini in maledictionibꝰ erit pars vestra. Ex quo. B. V. fuit summę gratiosa, & virtuosa, merito prę cunctis dicitur benedicta, & diuina benedictiōe plenissima.

¶Quinto, importat maledictionis euacuationem. Ipsa enim benedicta est in mulieribus, quia per eam euacuata

est maledictio ab hominib⁹. Vnde Augu. Maledictio Euæ in benedictionem mutat̃ Mariæ, impleta ē enim Maria gratia, & Eua euacuata ē a culpa.

¶ Et nota, ꝙ triplex ē maledictum, Dicit Hierony. Totum maledictum quod intulerat Eua: abstulit benedictio Mariæ. Nam primum maledictũ est naturæ, secundum est culpæ, Tertium est pœnæ.

¶ Maledictũ naturæ, ē opprobrium sterilitatis in mulieribus, quibus hæc sola est causa nubendi. 32. q. 2. c. 1. & maledicta dicebatur sterilis, quæ fructum non faciebat secundum legem, hanc maledictionē abstulit beata virgo, quæ virginitatem sterilem in mũdo nobilitauit, & exaltauit, ac dedicauit in se virginitatem, vt rem excellẽtem, a deo bñdictã, q̃ si nno replet terrã, vt nuptiæ, replet paradisum.

¶ Maledictum culpæ, est triplex, Libido impregnantis, fœtidas concipientis, peccatum nascẽtis, & ab hac triplici maledictione, fuit exclusa. B. vir. conceptus eius non fuit similis aliis, non enim homo, sed Spiritus Sãctus repleuit eam, concipiens fuit virgo, & conceptus fuit deus, & homo, in quo pcm̃ cadere non potuit.

¶ Maledictum pœnæ, est triplex, Dãni. s. virginitatem perdendo, quæ recuperari nõ potest, cui premium speciale cõceditur, nec aliter mulier cõcipere, & parere potest. Scdm̃ Maledictũ est laboris, in portando, prolem. Tertium maledictum, est dolor in partu, Vide Gene. 3. In dolore paries filios, ab ista triplici maledictione euacuata, & libera fuit. Bea. vir. Nam vt canit ecclesia, nesciens mater virgo virum peperit sine dolore, saluatorem sæculorũ, & sic nec virginitatem amisit, sed summum gaudium in partu habuit, ẜm illud Esai. Germinabit. i. pariet lętabunda, & laudans, nec vllum laborem sensit in portando filium. Bene ergo dicitur. Benedicta tu in mulieribus, quia per tuam benedictionem, exclusa est a te omnis maledictio mulierum.

¶ Secunda quæstio, &cæ. Ad quam respondetur ꝙ non sit bene dictum, in mulieribus, Primo, quia debuit dicere angel⁹. Benedicta tu in omnib⁹ creaturis, quia non tantũ mulieres, sed ⁊ omnes creaturas, in benedictionib⁹ superauit. Secũdo, ipsa est benedicta super omnes viros, & mulieres. ergo debuit dicere in homi-

nibus. Tertio cũ virgines omnes, excellentiam habeant dignitatis, ista benedictio omnibus virginibus conuenire videtur, oẽs enim virgines inquantum virgines sunt benedictæ in mulieribus, & sic debuit dixisse, benedicta tu in virginibus. Respõdet Alber. vbi supra. Quod ex quo maledictio, orta est in hominibus per mulierẽ. s. Euam. Ideo cõgrue Angelus dixit, benedicta tu in mulieribus, vt detur intelligi, qa sicut p mulierẽ maledictio sumpsit originẽ, ita p mulierẽ bñdictio sũpsit originẽ & maledicti euacuationẽ.

¶ Ad secundum, dicendum. Quod angelus recte dixisset. Benedicta tu in omnib⁹ creaturis, & similiter si dixisset. Benedicta tu i hominibus, sicut arguit scdm argumẽtum; sed tamen sic dicendo, nõ ita expressisset istam significationem, quam præmisimus. s. ꝙ maledictio per mulierem exorta, debuit per mulierẽ euacuari, sicut dicẽdo benedicta tu in mulieribus, hoc expresse debet intelligi.

¶ Ad tertium, dicendum. Qđ ad plura mulier se extendit, ꝙ̃ virgo, quia etiam ad coniugatas, & viduas, & ideo nõ dixit in virginibus, ne daret intelligi. Quod B. vir. solam benedictionem virginum obtinuerit, & non coniugatarum & viduarum. Sed dixit in mulieribus, vt significet, ꝙ oĩum mulierum benedictionem, tã virginum, ꝙ̃ viduarum, ac cõiugatarum, habuit. Bene igitur dicit benedicta tu in mulieribus.

¶ Modo ad quæstionem, dico. Quod cõueniens fuit, sic dici. s. Benedicta tu in mu. qa habuit benedictionem oĩum bonarum virginũ, viduarũ, & coniugatarum. Triplex est bonum virginũ, carnis incorruptio, nulla viri subiectio, Angelica conuersatio. Primũ bonum virginum est, carnis incorruptio, Sapientiæ. 6. carnis incorruptio facit proximum Deo. Secundum bonum virginum est, quia nulli viro subiicitur virgo, primę Cor. 7. Quæ virgo est, cogitat quæ dei sunt, quomodo placeat deo, vt sit sancta mente, & corpore. Tertium bonum virginum est. Angelica cõuersatio, quia omne simile appetit sibi simile, angeli sunt similes virginibus, & ideo delectantur conuersari cum virginib⁹. Sed virgo beata in his bonis omnes virgines excellit. primo quia nullum stimu

lum carnis habuit, nec aliquẽ turpem cogitationem, sed in sua puritate, etiam omnes angelos superauit. Secundo nõ solum non fuit subdita viro sed viri sui domina fuit, & ipse seruus eius, & quia ambo vouerunt castitatem. Tertium, ipsa B. vir. semper conuersabatur, cum Angelis, & Angeli cum ea, ⁊ delectabatur loqui cum eis, & ipsi angeli cum Maria. In cõiugatis reperitur triplex bonum. s. bonum fidei, prolis, ⁊ sacramenti, vt ait Augusti. Et in omnibus hiis ipsa Bea. virg. coniugatas excessit alias. Primo in fide, quia non solum cũ aliquo alio, sed nec cognouit sponsum suum, qa vterq; vouerũt votum castitatis. Secundum in prole. Nã proles aliarum coniugatarũ, sunt puræ creaturę, & peccatores, sed proles virginis est deus, & homo, & sine macula & peccato. Tertio in sacramẽto, vnde Paulus dicit, hoc dico magnum sacramentum in christo, ⁊ Ecclesia. i. significat coniunctionem Christi cum Maria, & coniunctionem Dei cũ nostra humanitate in vnitate personæ. In viduis reperitur triplex bonum. s. libertas contemplationis, carnis maceratio, Exercitium in bonis operibus pietatis. Omnia ista bona in summo habuit B. vir. Primo, semper quasi vacabat contemplationi, orationi, lectioni, & aliis operibus spiritualibus. Habuit bonũ carnis macerationis, ieiunãdo semper, & ea quæ erant de præcepto, & quæ erãt superogationis. Tertium habuit bonum operis pietatis, quia Christũ pauperem & medicum de sua paupertate nutriuit. O vere benedicta tu in mulieribus. s. virginibus, viduis, & coniugatis, &c.

In secũda parte, quis dicere posset, quare Angelus potius nõ dixit, benedicta tu prę mulieribus? cum in figura Iudith. 13. sit dictum de ea. Bñdicta filia tu a domino prę omnibus mulierib⁹ Ad quod breuiter respondetur, Saluo meliori iudicio, qđ licet hoc dictum, in mulieribus, valeat & importet tantum in sentẽtia, sicut si dixisset prę mulieribus. Tamen potius dixit in mulieribus, tripliciter. Primo ne hęretici haberent occasionem, credendi, & dicẽdi, de ea ꝙ ipsa erat non vera mulier, ed aliquid supra hominẽ. sicut & de suo filio, plurimi hę-

retici dicunt, ꝙ nō habuerit veram carnem humanā, sed erat cœlestis naturę. Si ergo dixisset, prę mulieribus, dixissent hęretici, ꝙ ipa erat supra homines. Et ꝙ dn̄s Iesus, non de pura, & vera fœmina, carnem veram humanam assumpserit. Secūdo vt significetur dilectionis diuinæ singularitas, quia plus est aliquam diligi in omnibus mulieribus, ꝙ̄ supra oēs mulieres, quia possibile est aliquam diligi super omnes, quæ tamen nō diligetur ī omnibus. Diligere enim in omnibus aliquā, est in omni dilectione, ipsam intendere, & propter ipsam omnes diligere, & nullam sine ipsa. Tertio, vt humilitatem Bea. vir. commendet, qua se nō reputauit prę mulieribus fore benedictam, sed tanquā vna inter mulieres, se estimabat. Et sic patent responsiones ad dictas quæstiones, &c.

¶ Et nota, ꝙ non solum Vir. Maria. Benedicta fuit in mulieribus, siue inter mulieres, sed etiam inter homines, & prę omnibus hominibus.

¶ Et primo, Patriarchis. Primo benedictio Marię pręeminet benedictiōi Adæ, & Euæ. Nam Adam, & Eua, habuerūt benedictionem innocentiæ originalis, in qua creati fuerunt, sed cito illā perdiderūt peccando, ꝛ totam eorum posteritatem corruperunt, & ac maledictionem demeruerūt, Sed beatissima Virgi. tantam gratiam inuenit, vt omnibus benedictionem promereretur, & mortem commutaret in vitam, ꝛ nunquā peccaret, sed & omnibus peccatoribus misericordiam impetraret, Luc. I. Ne timeas Maria inuenisti enim gratiā apud dominum. s. quam totum genus humanum perdidit.

¶ Secundo, Benedictio Mariæ superat benedictionem Abel, qui hanc benedictionem obtinuit, vt virgo esset, & Martyr, vt dicit Augustin', virginitas eius in fęcūda fuit, & martyrium solum sibi profecit. Sed Beata Virgi. fęcunda virginitate, martyrium in passione filii sui sustinēs omnibus profecit, cum ꝛ omniū aduocata extiterit, & pro omnibus impetrare quod vellet, meruerit.

¶ Tertio benedictio Mariæ, superat benedictionē Enoch qui est in paradisum, delitiarum translatus, sed ipse deus transfudit se in vterum virginis, tanquā in paradisum terrestrem.

¶Quarto, benedictio Mariæ superat, benedictionem Noe, Qui meruit saluare, & se, & octo animas, & quædam aīalia in Diluuio, sed Beata Maria, totum mundū gubernat, & conseruat. Vnde Fulgētius, 4. Mithol. dicit, Cœlum, & terra diu ruissent, si non Maria p̄cibus sustentasset.

¶Quinto, Benedictio Mariȩ, prȩeminet, benedictioni Melchisedech, qui panem, & vinum, obtulit Deo, Bea. virgo obtulit carnem, & sanguinē, Christo, in quo vinum trāsubstantiatur. Ioan. 6. Caro mea, vere est cibus &c.

¶Sexto, Benedictio Mariæ, prȩeminet benedictioni Abrahæ, cui datæ sunt promissiones, & semini eius, ad Gala 6. Sed in virgine istæ promissiones sunt implete, Luc. 1. Suscepit Israel puerum suū recor. mise. suȩ. Sicut locutus est ad pa. no. Abraham, &c.

¶Septimo, Benedictio Mariȩ, prȩeminet benedictioni Isaac qui impetrauit sua oratione conceptum Rebeccæ, quæ cōcēpit geminos filios, ex quib⁹ duo populi orti sunt. s. Iudaicus, & Gentilis, Bea. v. sua humilitate cōcepit christum geminæ substantiæ, diuinæ. s. & humanæ, qui duos populos, Gentilem, & Hebraicum, in vnam fidem collegit.

¶Octauo. Benedictio Mariæ prȩeminet bn̄dictioni Iacob. qui vidit scalā, cuius summitas cœlos tangebat, & dn̄m innixum scalȩ, & Angelos descēdentes, ⁊ ascendentes, Bea. v. fuit ipsa scala. cui dn̄s est innixus in carnando Luc. 1. Dn̄s tecum. Per hanc ascendent homines saluandi in cœlum, & descēdunt Angeli ad nos saluandos.

¶ Nono, Benedictio Mariæ, præeminet bn̄dictiōi Ioseph, qui factus est dominus ægypti, ⁊ aluit suos fratres. Sed B. Vir. facta est dn̄a terrarum, & omnium cœlorum, & pascit nos cibo vitæ ȩternæ. i. carne & sanguine christi de se asſūpto. Ioā. 6. Qui manducat hūc panem viuet in æternum.

¶Secundo, Non solum benedictio Mariȩ, prȩeminet benedictionbus omnium patriarcharum, sed etiam prophetarum. Nam Moyses. Dauid. Esaias. Hieremias, & omnes sancti Prophetæ, habebant hanc benedictionem, vt deus eis reuelaret, præterita, præsentia, & futura, & maxime, circa ea, ad filii dei incarnationem pertinentia, omnes etiam patres, prȩcedentes, ⁊ subsequentes,

non nisi in fide Christi salua-ti sunt, vt dicit Aug. & Greg. sed Bea.v.Maria. Omnia fidei sacramenta certa experiētia in se ipsa cognouit, quū Christum dñm in vtero portauit. Omnes enim gratias prophetice illuminatiōis plenissimæ cognouit,& habuit. Vnde ipa prophetauit de preterito, cū ait. Fecit potentiā in brachio suo di.su.men .cor.sui. Suscepit Israel pue.s.re.mi. suæ.s.assumendo humanam naturā, ex israel. Item prophetauit de futuro cum dixit. Magnificat anima mea dñm. Et exult.spi. m.in deo sa.m. Non solū preeminet benedictionibus prophetarum, sed benedictionibus omnium beatorum spirituum, angelorum.

¶Et primo benedictioni angelorum quorum officium ē nunciare minora, sed Be. Vir. Toti humano generi nunciauit gratiam perditam,& inuētam, quum cecinit illud canticum, Magnificat,&c. Et quasi in fine. Suscepit israel pue.su. rec.mi.s.&c. Item Angelorum est, animas custodire. Sed Be. V. summi hominis .i. Christi. qui est caput omnis ecclesiæ, corpus & animam, in suo vtero,& gremio portando fouit & custodiuit, ac protexit. Vnde orat ecclesia, Maria mater gratiæ,&c.

¶Secūdo, Benedictio Mariæ. preeminet benedictioni Archangelorum: quorum offm est maiora dei secreta,& consilia scire, & nunciare pcipue incarnationis diuinæ mysterium, quod maximum est inter cætera secreta, hoc superiores cognouerunt, per infusam inspiratione, medii a superioribus per illuminationem. Tādem homines per angelicam reuelationem,& apostolorum predicationem, sed Bea. Vir. hoc cognouit per experientiam, & certificationē, quādo eius corpus, & animā, deus inhabitauit. ps. (In sole) hoc est in anima virginis, quę erat sol per ardorem charitatis, posuit tabernaculum suum,& ipse tāquam sponsus procedens de thalamo suo.i. vtero virginali.

¶Tertio, benedictio.B.virg. preeminet, benedictionibus virtutum, quæ sunt miracula facere, non aliquid de nouo creando, sed deo mysterium exhibendo, sed Bea. Vi. in maximo miraculo mysteriū exhibuit, qn̄ consensum prebuit, & purissimum sanguinem ad Christi incarnationem ministrauit, vt dicit Dama.

¶Quarto. Benedictio Mariæ, preeminet benedictioni potestatum, quorum officium ē arcere demones. sed beata virgo contriuit caput serpentis, iuxta illud, ipsa conteret caput suum.

¶Quinto Benedictio Mariç, preeminet benedictioni principatuum, quorum officium est præsidere prouinciis, sed Beata virgo, in omnibus creatis tenet dominium, Eccl ea. 44. In omni gente, & in omni populo primatum tenui.

¶Sexto Benedictio Mariæ, p̄eminet benedictionibus dominationum, quorum offm̄ ē angelis preesse, sed Beata virgo non solū angelis, sed christo, dn̄o angelorum præfuit. Luc. 2. & erat subditus illis.

¶Septimo. Benedictio Mariç preeminet, benedictionibus tronorum, quorum officium est, vt super eos dn̄s sedeat, & quiescat, & iudicia exerceat, sed in Beata vir. deus nō tantum sedit, sed & carnē assumpsit, in qua carne, totum erat iudicaturus orbem. Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube.

¶Octauo, Benedictio virg. p̄eminet benedictionibus cherubin, quorum est, plenitudinem scientiæ habere. sed B. V. transcendit omnem scientiā humanam, & Angelicā, & experimentalē cognitionem.

¶Nono, Benedictio virginis, preeminet benedictiōibus Seraphin, quorum est, ardere in charitate Dei, & feruore in amore, sed B. V. super omnes spiritus, deum intimius, & ardentius amauit, & amat, tanquam filium. Ideo Ecclesi. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris ꝛc. Ecce ergo dilectissimi, quomodo benedictio B. Mariç, preeminet bene dictionibus omnium angelorum, Archangelorum, patriarcharum, prophetarum. Bene ergo dicit Hylarius. O virgo benedicta super omnes fçminas. Sed tu adde, non tantū super omnes fœminas, sed in benedictionibus omnium hominum, sanctorum oīum, quæ omnes Angelos vincis puritate, et omnes sanctos superas pietate. Quis tuas o benedicta ꝟgo dinumerare posset benedictiones? Nec hominum, nec Angelorum lingua sufficeret. O deuoti virginis benedicatis virginem istam, omni benedictione plenam, non recedat a corde, non ab ore vestro, Benedicatis ipsam, vt ab ipsa semper benedicti sitis, Benedicatis ipsam toto

corde,& tota intẽtione, & mẽte vestra, vt omnium eius benedictionum vos participes faciat eius bñdictissim⁹ filius, qui eã benedixit in æternum.

CIRCA tertiam partem differemus, qualiter intelligatur illud dictum, & benedictus fructus vẽtris tui. Circa istam partem quęruntur tria, videlicet.

¶ Primum, quare ecclesia, salutationi angelicæ hoc apposuit, quod angelus non expressit?

¶ Secundum, quare nõ dixit potius, benedictus fili⁹. v. tui, sicut dixit benedictus fructus ventris tui?

¶ Tertium, quare congrue dici potest fruct⁹ ventris beatæ virginis Mariæ?

¶ Circa primum, Respondet Albe. Mag. super missus est. 43. a. quia nondum fuit fructus ventris sui, sed ipsum quasi ꝓmissum nunciauit, in hoc q̃d dicit, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui, non quia tu benedicta, ideo benedictus fru. ven. tui. Sed quia ille te preuenit in dulcedinis bñdictionibus, ideo benedicta tu in mulieribus, vere etenim benedict⁹ fructus ventris tui, in quo benedictę sunt omnes gentes, de cui⁹ plenitudine tu quoq; cum cæteris, q̃q̃ differẽtius accepisti, ille. Vnde patet ꝙ angelus non debuit hoc apponere, sed ecclesia apposuit, q̃ sibi exhibitus est iam iste fructus, & Bea. virgini fuit commendatus.

¶ Circa secundum dubium, Respondet Alber. ꝙ non debuit dici, Benedictus filius vẽtris, quia filius quoddam cõmune ẽ ad spiritualem, & carnalem generationem, & maxime, cum ista determinatione ventris, qui est locus generatiõis carnalis, fructus autem ventris propriẽ alii homines dici nõ possunt, nisi christus deus, quia ipsum solũ, virgo mater in vtero concepit, in vtero inq̃. i. ex causa intrinseca, non sicut aliæ mulieres, q̃ recipiunt ab extrinseco. i. a viro. Vnde concipunt, & congruentissime dicitur fructus ventris, vt exprimatur ꝙ nõ carnaliter christus est concept⁹, sicut alii homines filii matris, & patris, sed tanq̃ fruct⁹, qui nascitur ex herba, vel arbore, sine violatione, vel corruptiõe arboris, aut rami, ita christ⁹ de virgine. Nec debuit dici, filius corporis tui, sed vẽ

tris, vt veritas generationis magis exprimeretur. Et sic fal sitas heretica sopiretur. Quia per hoc ꝙ dicitur ventris, expressius significatur, ꝙ christ⁹ vere carnem assumpsit in vte ro virginali, ꝗ per hoc quod diceretur corporis.

¶Circa tertiū, an congrue di ci possit, Benedictus fructus ventris tui, Respondet ꝙ sic.

¶Primo ratione generatiōis, quia sicut fructus sine corruptione concipitur, ⁊ nascitur de aliqua planta, sic & fruct⁹ ventris. Esa. II. Egredietur vir ga de radice Iesse, & flos de ra dice eius ascendet.

¶Secundo ratiōe designatio nis, quia fructus tanꝗ signum certum, ostendit, & cognosce re facit, arborem de qua est, ⁊ qualis sit, & vtrū sit bona, vel mala. Matth. 7. a fructib⁹ eorū cognoscetis eos, sic Christus optimus, & benedict⁹ fructus, summe commendabilem red dit beatam virginem, de qua est, qa omnis arbor bona, bo nos fructus facit, sic Bene. vir go bn̄dictum edidit fructum, Vnde in salutatione coniunctim dicitur. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fru ctus ventris tui.

¶Tertio, ratione occultatio nis, nā fructus occultatur in folia, & recollectus in cophino ponitur inter folia, & sic oblatus delectabiliter sumit, Ita in benedicto fructu vteri virginalis, diuinitas occultata est in humana carne. Iuxta illud, Ezech. 32. Solem nube te gam. i. diuinitatis fulgorē tegam humanæ carnis nube. & iste fructus sic nobis occultatus, & oblatus multum delectabilis est, & dulcis, tā in sui natiuitate, quàm in passione, & morte, ꝗ etiam in sacramē to Eucharistiæ, In quo sub fo liis accidentium offertur. Et in ps. dicitur, ꝗ magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e, quā abscondisti, videlicet velādo in Christi carne, & in sacramento Eucharistiæ. (timenti bus te).

¶Quarto, Ratiōe æterne fruitionis. Nam fructus dicitur a fruor frueris, vt dicit Ianueñ. in Catho. frui autem est amo re inherere alicui rei propter se ipsam tantum, vt dicit Magister in. I. sentē. circa princi. Recte igitur Christus dicitur fructus vteri virginalis, quia ipse ē nostra fruitio in patria, & per B. vir. factum est, vt iste fructus. i. Chistus deus, eēt no bis dupliciter fruibilis, & delectabilis, secundum duplicē fruitionem. s. diuinitatis, ⁊ hu

manitatis ſue. Iuxta illud Ioā nis.10. Ingredientur, & egredientur, & paſcua inuenient Ingredientur inquam ſancti, ad contemplationem diuinitatis, & ægredientur ad contemplationem humanitatis Chriſti. Et vtrobiq; delectabilia paſcua inuenient, &c.

FINIS.

## DOMINICA IN paſsione.

### DE MORTIS meditatione.

ABRAhā mortuꝰ eſt, & ꝓphetæ, Ioan. 8. Sicut lapis ſecūdum nominis ethymologiam ledens pedem dicit, nam itinerantibus interdum occurrunt lapides in via, & pede leſo, ipſi retrorſum cadunt. Ita Myſtice ꝑ lapidē ſic improuiſo ambulantes ledētem, ſubaudi mortem humanam, quæ gradientium greſſus tanto fortius ꝓſternit, ac percutit, quanto incautiores, ac ſecuriores, reperit, eſt enim admodū lapidis angularis, qui qualitercunq; ceciderit, rectus remanet propter ſuam æqualitatem., ita mors ſuper omnes equaliter cadēs, etiam omnes adęquat, potentias, diuitias, magnitudinem, & delitias, vno ictu difrumpens, nec eſt q poſſet ſuo impetui reſiſtere. Signatur autem Danielis.2. vbi vidit Nabuchdonoſor ſtatuam, cuius caput erat aureum, brachia, & pectus argētea, vēter ærꝰ, crura vero ferrea, pedes tātū habebat de luto. Sequitur exciſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſa in pedibus ſtatua, comminuta eſt, & redacta in fauillam. Allegorice per hanc grādem ſtatuam, ſubaudi diuitem, & magnatē mundi huius, per caput nobilitatem ſanguinis, per pectus & brachia argentea, pecuniæ quantitatem, in cuius acquiſitione diues, corde, manibus, & brachiis, operatur, venter æreus ſignat famam, per crura ferrea, fortitudinem, & potentiam. Sed pes luteus denotat mortalitatē, exciditur lapis de monte diuinæ iuſtitiæ .ſ. humana mors, quam manꝰ dñi non fabricauit, quia deus mortem nō fecit, nec delectatur in perditione viuentium,

Sed miseri peccatores omnibus iuribus ad illam accesserunt, hic igitur lapis pedē statuæ percutiens reddit improuiso omnia in fauillam, nec ē qui valeat suo furori resistere, quia adeo eius. Impetus incertus est, & in modo, & in loco, & in tempore, ꝙ humana prouidentia illi minime sufficit ꝓuidere. De morte, igitur tria videnda sunt, videlicet eius.

¶Necessitas.

¶Potestas.

¶Dolorositas.

¶Quantum ad primum, animaduertendum, ꝙ necesse est hominem mori, ſm quatuor genera causarum. Et primo secundum causam efficientem, Pro cuius declaratione. Sup. aliqua, Primo ꝙ Deus voluntate antecedente creauit hominem immortalem, quia status innocentię semper perdurasset, huius vero sententiæ fundamentum, accipio, Primo ex capitulo secūdo Gene. vbi pręcepit Deus Adæ, ne comederet de ligno scientiæ boni, & mali, in quacūꝗ hora comederis morte morieris, igit si non comederis non morieris. Secundo accipio a Sco. in 3. dist. 7. Quod etiam si Adam non peccasset, fuisset etiā verbum incarnatum, sed non assumpsisset carnem pasibilē, & mortalem. In primo enim signo (ait ipse) antequā pręuideretur casus Adæ, diuina voluntas prædestinauit, ad beatitudinem naturam humanā a verbo assumēdam, & in hoc signo deliberauit creare naturam humanam, de qua descēdere debebat natura ipsa assumenda impassibilis, & immortalis, & hic erat status innocētię, in quo de morte nulla prorsus mētio fiebat. In secundo signo, intellectus diuinus ꝓuidit casum Adę ex quo sequuta est mors. In tertio ꝓuidit de remedio .i. vt verbū assumeret naturam pasibilē. Ecce ergo quomodo in mente diuina cōsideramus pręuisionē casus Adæ. ex quo postmodum mors sequuta fuit. Decreuit diuina volūtas creare hominem vt ex eo assumēda natura descenderet. In illa autem prima deliberatione, consideratur status innocentiæ, qui semper durasset. vide ergo ꝙ voluntate diuina antecedente homo est immortalis, voluntate autem consequente leges pręfixas, est mortalis. Et sic ipsemet homo fuit causa mortis suæ. Dicit enim Sco. in. 2. d. 19. Quod stante innocentia, & Adam non peccā

te non accidisset mors, quilibet enim fuisset translatus in cęlum, anteq̃ fuisset alteratus alteratione improportionata animæ. Ratio, aut enim illi semper meruissent, dũ essent in vita, aut nõ, si sic, & postea fuissent omnes trãslati, ergo prior nat⁹ fuisset maioris meriti, q̃ posterior natus, quod ẽ falsum, nam si mãsisset status innocentiæ. B. vir. & multi posteriores fuissent beatiores q̃ multi præcedentes, imo q̃ vllus præcedentium. Si vero dicas ꝙ non semper meruissent, sed vsq; ad certum tẽpus, vel terminũ vitæ, tunc aduenien te termino illo, si nõ fuissent translati ad gloriam, tũc deus fecisset eis iniustitiam differendo dare præmium, postq̃ opera meritoria consumassent, ideo sequit, ꝙ vnus prius alio fuisset assumptus, & præmiatus anteq̃ virtus esset debilitata, in tãtum ꝙ non adesset corruptio. Secundo sup. quòd deus creauit hominem principaliter ad beatitudinẽ, secundum Magistrum sent. in 2. dist. 1. Et August. in Enchir. Fecit deus rationalem creaturam, &c. Et hanc beatitudinẽ noluit sibi gratis dare, sed voluit, vt per opera meritoria sibi eam acquireret, & hoc vt gloriosior esset, qa gloriosius ẽ eam habere ex meritis, ait Sco. in. 2. di. 6. licet ipsa merita non sint causa, quare homo cõsequat beatitudinem, quia non sunt causa prædestinationis, per Sco in primo. d. 41. Sed tantum diuinæ voluntatis acceptatio. Hui⁹ rei gratia. deus dedit ipsi Adæ occasionem merendi, qñ dixit de omni ligno, quod est in paradiso comede, de li. autem, &c. Hoc nanq; pręceptum datum est ei, ad exercitium virtutis obedientiæ, ait lyra ibidem. propterea Ecclesi. 15. dicitur Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu sui consilii (ecce principiũ merendi. i. liberum arbitriũ) adiecit mandata & præcepta sua, Ecce occasio merendi, Si volueris mandata conseruare, conseruabũt te, Ecce ꝙ homo de se ẽ defectibilis, & mortalis, cuius cõseruatio ex mã datorum obseruãtia promittitur. Sequitur enim. Si autẽ non seruaueris ea, non seruabunt te, & sic morieris. Vide ꝙ voluntate consequẽte leges, primus hõ mortuus ẽ, cuius mortis ipsemet fuit cã, leges transgrediẽdo, Ideo sequitur, Apposui tibi ignem (.s. gehennæ) Et aquam (.s. refrigeriũ)

Ante hominem, vita, ⁊ mors, bonum, & malum. Quod placuerit ei dabitur illi. Hæc ibi. Huius congruentia assignaᵗ, quia premium pro merito debet esse proportionatū ⁊ pœna pro transgressione, ideo sicut promisit vitam, si non comederit, ita si comederit cōminatus est mortem, mors. n. est pœna peccati.

¶ Concludo igitur ꝙ quantū ad causam efficientem hominis, quæ ē deus, ipse erat īmortalis, quia volūtate antecedēte, sic eum creauit, hoc modo intelligunᵗ multæ auctoritates, ꝙ deus mortem nō fecit, ꝙ vero mortuus est, hoc fuit ex præcepti transgressiōe. Augu. 13. de ciui. dei. c. 1. Hic sunt aliqua dubia declaranda.

¶ Primum vtrum stāte innocentia potuisset mors aliquo modo accidere homini. Respondet Sco. in. 2. di. 19. Quod mors potest accidere homini dupliciter, vel ab intrinseco, vel ab extriseco. Ab intrinseco dupliciter, vel ꝓpter actionem mutuam contrariorum inter se, & de hac diceᵗ in causa materiali. Vel p subtractionem alimenti conuenientis. Et quātum ad hoc dicit Sco. ꝙ stante innocentia particulari, in aliquo potest accidere mors per subtractionem cibi. Ratio, quia paruulus in statu innocentiæ, non habuisset vsum mēbrorum, ideo nō potuisset sibi acquirere cibum, per potentiam ꝓpriam, & per consequens potuisset deficere. Sed stante innocentia vniuersali in omnibus, non fuisset talis defectus, quia parētes ꝓuidissent filiis, aliter fuissent nocētes, nec etiā adultus fuisset passus tales defectᵘ. Ab extrinseco, potest mors dupliciter accidere. s. vel propter dispositionem contrariam continentis, vel propter extrinsecam violētiam. Primo modo dupliciter, qa vno modo continens directe corrumpit cōtentū. i. prohibet illud quod est necessarium ad vitam, cuiusmodi est aqua, quæ prohibet inspiratiōnē, & respiratiōnē, & similiter terra. A prima, & secunda corruptione, stāte vniuersali innocētia, non fuissent mortui primi parētes, qa non exposuissent se periculis, ignis, & aquæ, nec terræ, & huiusmodi, aliter fuissent nocentes, nec ab aere, qa fuissent in paradiso, vbi ē aer tēperatissimus, & ēt quia omnia fuissent subiecta, amica, & proficua. Quantum ēt ad extrinsecam violentiā, quæ potest esse, vel

ab homine, vel ab angelo malo, vel ab animali, Non a quocumque animali, quia omnia animalia fuissent homini mitia, & amica vel saltem non inimica, nec ab angelo malo, quia deus conservasset eum, posset etiam illa accidere a malo homine, si non fuisset in innocentia universali, sed non accidisset, quia deus a nocente innocentem conservasset. De his omnibus ait Isid. in lib. de Tri. Si homo in paradiso innocenter viueret, nec ignis vreret, nec aqua mergeret, nec omnia quæ nocent morsibus impedirent illum.

¶Secunda difficultas, An in statu illo terra produxisset fructus, homini conuenientes, absque cultiuatione, similiter arbores, herbas, &c. Respondeo quod sic, quia antequam Adam peccaret, dixit deus. Producat terra herbam virentem, &c. Et sic semper fecisset, sed post ipsius peccatum, statim deus dixit, maledicta terra in opere tuo. In sudore vultus tui v.p.t. Hoc idem dicendum est de maledictionibus datis Euæ. Nam ante peccatum Adæ dixit deus, crescite & multiplicamini, & re.te. genuissent enim sine pudore, portasset mulier fetum sine labore, & peperisset sine dolore. Post peccatum vero dixit, multiplicabo erumnas tuas, & cō.t.in do.pa fi. & sub viri potestate eris, &c.

¶Tertia difficultas est, de digestione, dicendum quod in statu innocentię, fuisset digestio, & egestio, habebant enim vasa & instrumenta ad hoc, vt stomachum & huiusmodi, fuissent tamen ista sine labore, & fœtore, aut aliqua alia passione, & dicunt doctores quod in illo statu non fuisset sudor, nec cętera, quæ homini proueniunt ex debilitate, fuisset tamen huiusmodi egestio, quia competit naturæ humanæ, verum est tamen quod sine fœtore.

¶Quarta difficultas, an omnes tunc fuissent æquales in perfectione? respondent doctores, quod non, immo & in corpore, aliqui habuissent meliora naturalia, & in anima, habuissent aliqui maiorem scientiam in intellectu, & in affectu, maiorem bonitatem. Nullus tamen fuisset, aut corpore vitiatus, aut simpliciter ignarus, aut maliuolus.

¶Quinta difficultas, vtrum in illo statu filii procreati statim fuissent confirmati in iustitia. Respondet Sco. in.2.di. 20. Quod sicut si Adam primam tentationem vicisset, fuisset confirmatus, ita quod amplius peccare no

re non potuisset, mediãte cõfirmatione illa, & gratia Dei, sic filii postq̃ primam tẽtationem vicissent, ita fuissent in iustitia. confirmati, vt nunq̃ illã amisissent, nec peccasset, sed transfudisset ne Adã istam iustitiam in filios? Rñdet Sco. ꝙ non, cum sit donum super naturale, sed ex mæra liberalitate diuina esset data pli, sicut data fuit parenti, sed habuissent per patres illam iustitiã, vel per merita parentum? Respondet Sco. ꝙ non. Quod. n. congruit toti naturæ, non datur vni indiuiduo, mediante alio, vel per meritũ illius, sed singulis indiuiduis, singulæ appositæ fuissent originales iustitiæ.

¶Sexta difficultas. Vtrum in statu illo fuissent geniti soli electi, Respondet Sco. ꝙ sic. Omnis ordinate volens finẽ, Primo vult ipsum finem, Secũdo ea quæ sunt ad finem, secũdum ꝙ magis, & minus ipsi fini appropinquat. Sed deus ẽ huiusmodi, igitur vult primo seipsum. Secundo creaturã, quam elegit beatificare. Tertio vult sibi dare media ad habendam beatitudinem. s. gratiã, & merita, nec aspicit, nisi aspectu secundario, ꝙ iste electus ab isto, vel ab illo, vt puta reprobato vel electo homine generetur. Immo idem electus, qui in statu innocentiæ fuisset genitus ab electo, in pñsenti statu gignit a reprobo, & patet ꝙ hoc potest fieri, nam omnis ignis numero, qui gignitur ab vno igne, eq̃ ab alio potest generari. Sic Isaac qui genitus est sanctus ex Abraã sãctissimo viro, potuit gigni a Nerone crudelissimo viro, quia illud nutrimentũ quod in Abraam in semẽ est conuersum, potuit etiam in Nerone, ex quo patet ꝙ in statu illo soli electi fuissent saluati, patet vltra ꝙ soli, qui fuissent saluati, in illo statu, sunt modo, vel erunt saluati. patet qã aliter saluantur electi nunc, q̃ tunc fuissent. quia multi per martyrium, tunc autem nullum fuisset martyrium.

¶Septima difficultas. vtrum filii creuissent in corpore, & scientia, sicut & mõ. Respondet Sco. vbi supra. q. 3. ꝙ sic. & ꝙ fuissent primo nescii, & ꝙ nerui eorum non fuissent primo apti, ad motum progressiuũ, igitur &c. Et hæc de causa efficiente dicta sufficiant.

¶Secundo modo, si consideretur homo secundũ causam formalem, ipse erat immortalis secundum quosdam, quia

ll

anima rationalis est sufficiēs ad quietandum appetitū materiæ, si forma corporum cœlestium, propter suam nobilitatem, & perfectionem, ita satiat appetitū materiæ, vt non appetat aliam formā, quapropter dicitur in primo cœ. Q̄d materia corporum cœlestiū, ē incorruptibilis, quia forma illius propter sui perfectionē satiat eius appetitum, multomagis anima intellectiua, quę ē nobilior forma q̄ forma corporum cęlestium, sed contra; licet anima habuisset perfectum dominiū supra corpus, quantum ad hoc ꝙ potuisset moderari, & regulare omnes passiones, & regulare omnes naturales inclinationes. i. fomitem &c. non tamē quantū ad cōseruationem corporis propter nutritiuę debilitatē, & impuritatem alimenti. Et ꝑpter istam causam dicit Sco. in. 3. di. 16. Quod si Christus, (licet fuerit innocens, & magis q̄ Adam in statu innocentiæ) si nō esset mortuus morte violenta, senio defecisset, similiter Adam, si Deus non assumpsisset illum in cęlū, vt dictum ē supra, senio defecisset, & sic dico, ꝙ de se nō erat aīa apta conseruare corpus. Ad illud ꝙ dicunt de corporibus cœlestibus, dico quòd materia corporum cœlestiū, si haberet in se aliquam contrarietatem corruptiuam, sicut habet corpus humanum, forma illa non pręseruaret ea a corruptione, sed de se sunt incorruptibilia.

¶Tertio modo, si consideret homo, quātum ad causam finalem, mors est homini necessaria, præsupponendo casum Adæ. Nam stante innocentia, homo cōiunctus esset fini vltimo, absq; mortis sententia, (vt dictum est supra) nūc autem mori prius oportet, ⁊ animam a corpore separari, vt beatificetur, &c.

¶Quarto modo, si consideretur homo, quātum ad causam materialem, sic etiam est mortalis. Oē nāq; cōpositū ex contrariis, necessario est corruptibile. Ex primo cœli. Vnde dicit Sco. in. 2. di. 19. ꝙ corpus hominis, est corruptibile, ab intrinseco. Nō ꝑp actionem elemēti in eūm, vel ꝑpter aliquam qualitatem elementarem actiuam, vel passiuam, quia nec elemēta, nec eorum qualitates manent in mysto, vt ipse dicit in eodem. 2. d. 15. Contra Auic. & Com. Sed ꝑpter actionem vnius partis organice, in aliam partem cor-

rumpendo ipsam, vt corpus fiat indispositũ ad animationem. Hæc actio ponitur caloris naturalis, in humidum radicale, consumẽdo humidũ, ad cuius consumptionem, sequitur consumptio propria caloris, & per consequẽs animalis. Exemplum de igne, qui consumit oleum lampadis, quo consumpto, extinguitur ignis, qui ab illo oleo conseruabatur, & licet per sumptionem cibi, aliquãtulum restauretur de eo quod per calorem ipsum deperditur, non tamẽ potest tantum conuertere in naturam alimenti, quantum deperditur, etiam si habuisset vsum, & esum ligni vitæ. Et rationem assignat Sco. vbi supra, propter impuritatem alimenti, & debilitationem potentiæ nutritiuæ. Quum omne agens Phisicum in agendo repatiatur, & repatiendo debilitetur, ita tandem quod non potest amplius conuertere, nec resistere corrumpenti. Et dat Sco. Exemplum. Quod ponitur in primo de gene. c. 42. de aqua vino apposita. Nam vinum primo conuertit aquam in se, totiẽs autem potest poni aqua quod deficiet virtus vini vnde secũda vice minus operatur, quàm prima, & totiens potest apponi de aqua, quod tandẽ virtus vim non poterit conuertere. Immo totaliter deficeret, & hoc quantum ad digestiuam. Quantum autem ad alimentum, dicit Sco. vbi supra. 16. d. Quod quodlibet non habet generari ex quolibet, sicut ex termino, sed determinatũ ex determinato. Ideo ex alimento puriori, & meliori generatur caro melior, & ex sanguine puriori generatur caro solidior, & permanẽtior. Vnde ex alimento corrupto, & impuro, generatur caro valde fluida. Igitur ex parte aliméti, nõ fuisset ita perfecta restauratio sicut deperditio, & sic tãdem homines in illo statu senio defecissent, si prius deus non assumpsisset eos i paradisum, (vt dictum est supra.) Et sic in statu innocentiæ fuissent homines mortales, eo mõ quo declaratum ẽ; quid dicemus de isto statu misero, & miserabili? O infelices, qui spẽ in longitudine vitę ponitis, aspicite ad genus humanum, in ipso mundi primordio, licet enim per multa temporũ curricula superstites essent omnes, tã dẽ potestati mortis subiiciẽbantur. Vide in quinto geñ. vbi inuenies quod Adã vixit 930. annis, & mortuus est. Vixit

anima rationalis est sufficiēs ad quietandum appetitū materiæ, si forma corporum cœlestium, propter suam nobilitatem, & perfectionem, ita satiat appetitū materiæ, vt non appetat aliam formā, quapropter dicitur in primo cœ. Q᷑ materia corporum cœlestiū, ē incorruptibilis, quia forma illius propter sui perfectionē satiat eius appetitum, multo magis anima intellectiua, quę ē nobilior forma q̃ forma corporum cęlestium, sed contra, licet anima habuisset perfectum dominiū supra corpus, quantum ad hoc ꝙ potuisset moderari, & regulare omnes passiones, & regulare omnes naturales inclinationes .i. fomitem &c. non tamē quantū ad cōseruationem corporis propter nutritiuę debilitatē, & impuritatem alimenti. Et ꝓpter istam causam dicit Sco. in. 3. di. 16. Quod si Christus, (licet fuerit innocens, & magis q̃ Adam in statu innocentiæ) si nō esset mortuus morte violenta, senio defecisset, similiter Adam, si Deus non assumpsisset illum in cęlū, vt dictum ē supra, senio defecisset, & sic dico, ꝙ de se nō erat aīa apta conseruare corpus. Ad illud q᷑ q dicunt de corporibus cœlestibus, dico quòd materia corporum cœlestiū, si haberet in se aliquam contrarietatem corruptiuam, sicut habet corpus humanum, forma illa non pręseruaret ea a corruptione, sed de se sunt incorruptibilia.

¶Tertio modo, si consideret homo, quātum ad causam finalem, mors est homini necessaria, præsupponendo casum Adæ. Nam stante innocentia, homo cōiunctus esset fini vltimo, absq; mortis sententia, (vt dictum est supra) nūc autem mori prius oportet, ⁊ animam a corpore separari, vt beatificetur, &c.

¶Quarto modo, si consideretur homo, quātum ad causam materialem, sic etiam est mortalis. Oē nāq; cōpositū ex contrariis, necessario est corruptibile. Ex primo cœli. Vnde dicit Sco. in. 2. di. 19. ꝙ corpus hominis, est corruptibile, ab intrinseco. Nō ꝓp actionem elemēti in elm̄, vel ꝓpter aliquam qualitatem elementarem actiuam, vel passiuam, quia nec elemēta, nec eorum qualitates manent in mysto, vt ipse dicit in eodem. 2. di. 15. Contra Auic. & Com. Sed ꝓpter actionem vnius partis organice, in aliam partem cor-

rumpendo ipsam, vt corpus fiat indispositũ ad animationem. Hæc actio ponitur caloris naturalis, in humidum radicale, consumẽdo humidũ, ad cuius consumptionem, sequitur consumptio propria caloris, & per consequẽs animalis. Exemplum dẽ igne, qui consumit oleum lampadis, quo consumpto, extinguitur ignis, qui ab illo oleo conseruabatur, & licet per sumptionem cibi, aliquãtulum restauretur dẽ eo quod per calorem ipsum deperditur, non tamẽ potest tantum conuertere in naturam alimenti, quantum deperditur, etiam si habuisset vsum, & esum ligni vitæ. Et rationem assignat Sco. vbi supra, propter impuritatem alimenti, & debilitationem potentiæ nutritiuæ. Quum omne agens Phisicum in agendo repatiat, & repatiendo debilitetur, ita tandem ꝙ non potest amplius conuertere, nec resistere corrumpenti. Et dat Sco. Exemplum. Quod ponitur in primo de gene. c. 42. de aqua vino apposita. Nam vinum primo couuertit aquam in se, totiẽs autem potest poni aqua ꝙ deficiet virtus vini vnde secũda vice minus opẽratur, ꝗ̃ prima, & totiens potest apponi de aqua, ꝙ tandẽ virtus vim non poterit cõuertere. Immo totalr̃ deficeret, & hoc quantum ad digestiuam. Quantum autem ad alimentum, dicit Sco. vbi supra 16. d. Quod quodlibet non habet generari ex quolibet, sicut ex termino, sed determinatũ ex determinato. Ideo ex alimento puriori, & meliori generatur caro melior, & ex sanguine puriori generatur caro solidior, & permanẽtior. Vnde ex alimento corrupto, & impuro, generatr̃ caro valde fluida. Igitur ex parte alimẽti, nõ fuisset ita perfecta restauratio sicut deperditio, & sic tãdem homines in illo statu senio defecissent, si prius deus non assumpsisset eos i paradisum, (vt dictum ẽ supra.) Et sic in statu innocentiæ fuissent homines mortales, eo mõ quo declaratum ẽ, quid dicemus de isto statu misero, & miserabili? O infelices, qui spẽ in longitudine vitę ponitis, aspicite ad genus humanum, in ipso mundi primordio, licet enim per multa temporũ curricula superstites essent omnes, tã dẽ potestati mortis, subiiciẽbantur. Vide in quinto gen. vbi inuenies ꝙ Adã vixit 930. annis, & mortuus est. Vixit

Seth.912.& mortuus est. Enos 905.& mortuus ē. Chaim.910. & mortuus est. Malaleel.895. Iared.962.Enoch.906.Matusalem.969.Lamech.777.Noe.950. & mortuus est.Gen.9. O ergo magna confusio, anni nostri 70.sunt, si autem in potentatibus. 80. amplius anni eorum labor,& dolor, Ait ps.Et nunq̃ tamen mori credimus. Quid profuit senibus qui nūc sunt in inferno, quòd diu vixere, melius fuisset eis, si fuissent mortui statim post baptismū, similiter senibus qui nunc viuunt, qui forte propter habitus vitiorum damnabuntur, melius non fuissent,&c.

¶Possumus aliter contēplari causam materialem mortis, Nam mors dicitur a mordeo, es, qa taliter mordet, vt dicat Sen.ad Lucil.Mors est quę occidit, abscidit,& deuorat oīa, ē enim mors vltima linea rerum, quam quidem non deus creauit, ( vt quidā autumāt ) iuxta illud, Eccle.11.Mors & vita, a dño deo est.Quod est cōtra dictum Sapiē.1. Deus mortem non fecit, sed impii accerserunt eam. Sed Platonici asserunt, taliter causari, quia cū materia nō esset sufficiens recipere tot formas, ideo cum animæ simul create essent, dabat locum vna alteri mediante morte. Quod est contra Aristo.1.Phisi.Si reperitur vna materia,& vna forma reperitur, quæ sine materia persistere non potest. Aliqui aūt improportionem loci esse, siue aeris, Ideo volunt locū esse genus conseruatiuum, consulentes regionem hanc, illa salubriorē. Astrologi dicerēt, quia quilibet nascitur sub influentia alicuius planetæ, & vnus planeta habet maiorem periodū alio. Est enim periodus circulus cōstitut⁹ex principio cursus planetæ,& fine, sicut dicimus ꝙ sol facit suum periodum in vno anno, & luna in triginta diebus,& sic de cæteris. Homines autem qui erant ante diluuium, sub planetis faciētibus magnum periodum nascebantur, & ideo erant longioris vitæ.

¶Sed vtrum Adā in statu innocentię habuisset talem causam materialem suæ mortis? hoc est. Si Adam non peccante, posset corpus ipsius dissolui. Ad quod respondetur per Bonauenturam in.2.di. 19. ar. 2.q.1.ꝙ si illi ablatiui absoluti terminant hoc verbum posset, sic haberet veritatem prædicta locutio, ē enim sensus, quòd Adam dum existeret in

ſtatu innocentiæ, poſſe habebat vt corpus eius, nõ diſſolueretur, poſſunt tamen dicti ablatiui terminare actũ qui ẽ diſſolui, & ſic locutio eſt falſa, Eſt enim ſenſus, quòd Adam poſſet diſſolui, in ſtatu innocentiæ, ita ꝗ ſimul eſſet innocentia, & mortis, ſiue corruptionis pœna, & hoc ẽ impoſſibile, prouidente ordine diuinæ iuſtitiæ, quæ nullã inordinationem in vniuerſo ſuſtinet, nam pœna nõ ordinatur niſi per culpam, anima non peccante, impoſsibile fuiſſet corpus Adæ diſſolui.

¶ Sed vtrum iſta immortalitas eſſet a natura, an a gratia? Ad quod reſpõdetur, ſm Bona. vbi ſupra. ꝗ ſicut cum dicitur homo ẽ beatificabilis, duo tanguntur, aptitudo. ſ. & diſpoſitio. Aptitudo eſt a natura. Diſpoſitio eſt per gratiã, per quam ſufficiẽter diſponitur ad gloriam. Nec ſine iſta, poteſt ſufficere natura. ſic & in propoſito, homo dici poterat immortalis in ſtatu innocentię per naturam, quia a natura habebat aptitudinẽ, poterat enim dici immortalis p gratiã, quia a gratia habebat complexionem, quod euidẽter ſic patet.

¶ Tripliciter enim poteſt homini cõtingere mors, aut per elementorũ pugnationẽ, aut per humidi cõſumptionẽ (vt ſupra dixi.) aut per extrinſecã læſiõem, immortalitas igitur dicit priuationem huius triplicis modi moriendi. Habebat enim in ſtatu innocentię aptitudinem euadẽdi hoc triplex genus mortis, partim a natura, & partim a gratia, quãtum ad primum gen⁹ mortis, corpus erat valde bene complexionatũ, & aĩa de ſe incorruptibilis erat, q̃ illud corpus regebat, & conſeruabat, & ita idoneus erat prim⁹ hõ, ꝗ nũq̃ deficeret per elementorũ pugnã, ⁊ tñ illud nõ ſufficiebat. Hoc. n. poſſet aĩa peccatrix facere, ſi poneretur in cõſimili corpore. & ideo datũ fuit illi animæ, donum gratiæ, per quam poſſet corpori præſidere, & illud regere, & elementa quaſi in quadam amicitia cuſtodire, & hoc q̃diu, vellet ſuo auctori ſubiicere. Ecce ꝗ erat illa immortalitas partim a natura, & partim a gratia.

¶ Quo ad ſecundum genus moriendi, quod eſt per humidi conſumptionem vis nutritiua, potens erat ad conuertendum alimentum ſibi ſufficiens, & alimenta efficacem habebãt virtutem, ad nutriẽ

dum, ex quo homo idoneus erat, vt conseruaretur in eo si ne corruptione humidi radicalis, sed quia tale humidum paulatim consumi poterat, nec valebat reparari p quodcunq; alimentum, Ideo data erat virtus specialis, cuidam ligno, quod dicebatur lignũ vitæ, per cuius sumptionem, repararetur humidum radicale, & hoc quidem non erat ex conditione naturæ, sed ex beneficio conditoris ergo ꝛc.

¶Quo ad tertium genus moriendi, quod per extrinsecam lesionem, posset contingere, Adam fortis, & potẽs erat, ad repellendum nociua, sapiẽs, ꝛ diligens, ad præcauendũ, nec habebat nociua extrinseca, ꝛ ideo idoneitatẽ habebat, vt p nullius lesionem, incurreret mortem. verũtamen ꝙ bestię, ꝛ alia nõ ipsum lederent, hoc nõ erat a natura, sed a dei speciali prouidentia, quæ ita eũ custodiebat, vt sub pedibus ejus omnia subiacerent, & nõ cuperent ipsum offendere, & si cuperent non valerẽt, & sic patet, ꝙ immortalitas quãtũ ad aptitudinẽ erat a natura, & quantum ad complexionẽ erat a gratia.

¶Quæri etiam posset, An eadem esset immortalitas innocentiæ, per essentiam, cum immortalitate gloriæ, si homo stetisset. Respõdet̃ ßm Bona. vbi supra. qõ. 2. Quod sicut in statu innocentiæ, poterat homo peccare, & nõ peccare, sic anima poterat cõtinere corpus, & non cõtinere, & homo poterat mori, & non mori, qa vero in statu gloriæ impossibile est liberum arbitriũ peccare, impossibile est ẽt animã corpus deserere, ꝛ sicut ipsius liberi arbitrii potentia, in statu innocẽtiæ, & gloriæ, est eadem per essentiam, differens solum secũdum statum, & dispositiõem superadditam, sic illa potentia continuandi, & regendi corpus, quæ dicitur immortalitas, per essentiam, est eadem, differens solum dispositione superaddita, & sic patet solutio.

¶Si quis autẽ quæreret. Quare primi parentes tam diu viuebant. s. vltra qngentos, sexcentos, septingentos, octingẽtos, nonningẽtos annos, & tñ mortui sunt? sicut supra retulimus, Et ad hoc respõdetur, Quod fuit quinq; rationibus, Prima ex bonitate cõplexionis primorum parentum, fuerant enim a deo imediate formati, & per consequens optimæ complexionis, & sic ad lõ

giorem vitam dispositi, Secũdo ex modo viuendi, quia nõ ita laute viuebant, sed temperate. Tertia ex bonitate nutrimẽti, quia ante diluuium, terræ nascentia erant meliora, ꝙ post. Quarta ex scientia Adæ, qa formatus fuit ad perfectionem scientiæ, & ideo cognouit virtutes fructuum, & herbarũ, quæ faciunt ad conseruandam sanitatem, & vitã. Quinta, ex dispositione diuina, hoc ordinante, vt per longam hominum vitã, cito multiplicaretur genus humanũ, hee rationes sunt longioris vitæ, tamen mortem euadere nõ potuerũt practica vt scis.

CIRCA secundũ principale, vidẽdum est, de potestate mortis. Pono hanc quęstionẽ. An possit aliquo modo vitari? Et breuiter dico, ꝙ hoc posset eẽ quatuor modis scilicet, aut per

¶potentiam.
¶Scientiam.
¶Diuitias.
¶Sanctitatem.

¶Primo modo non potest vitari propter potentiam, probari põt hoc non melius quã hominum mundanorum potentiam, commemorando, & vt antiquos prætereamus, videndum est solum de his, qui post Christi aduentum potẽtes fuerunt, & tamen mortui sunt, & non simpliciter mortui, sed morte crudeli. Prim' fuit Iulius Cæsar potentissimus omniũ qui in vigore animi, non habuit parem, nec ante, nec post, tandem post multos triumphos in Senatus medio, 23. vulneribus confossus interiit. Post hunc Octauian' Augu. fœlicissimus cuius tempore natus est Christus, & totus orbis descriptus, sed qa eos solum intendo recitare, q iusto dei iudicio morte violenta interierunt. Ideo aliis ꝑtermissis, de hiis solum disseremus, &c. Tyberius Priuign' Octauiani, secũdum aliquos, licet in iuuentute fuerit strenuus Christianorũ defensor, Pilatum dãnauit in senectute (vt ait Horo.) ex mãsuetissimo principe, versus ẽ in seuissimam bestiam, tandem cum a Senatu, vt pro deo haberet impetrasset, graui morbo vel veneno interiit. Gaius Callicula, sceleratus, auarus, & libidinosus, ita vt duabus sororibus stuprum intulerit, a suis occiditur Senatorum concilio. Claudius nepos Tyberii tristis, & infirmus, quum Ty-

rio deberet succedere. Caius ei præfertur. Tādem ab Agrippa coniuge veneno interiit in fungis. Nero crudelissimus omnium,& hostis generis humani,ita q̄ vsq; hodie nomen pro quocunq; pessimo homine imponi soleat. Tandem a Senatu hostis pronunciatus, turpiter fugiēs seipsum interfecit quatuor miliaribus ab vrbe. Gabba de nobili styrpe Sulpitiorum sceleratissimus. Ocho,& Vitellius. hii tres, diuisis prouinciis imperare cupiētes in vno anno sese interfecerunt. Primus a militibus in foro. Secundus superatus a tertio seipsum peremit. Tertius a furore populi. Vespasianus dignissimus moritur ventris profluuio. Domitianus acerrimus persequutor Christianorum,& Iudeorum, occisus est a suis. Commodus ita infamis,& superb⁹ fuit, vt pellem Leonis sępe induens ostēderet se regem hominum, sicut leo bestiarum, occisus est, Helius pertinax occisus a Iuliano imperium ambiēte. Iulianus omnium pessimus auctoritate Senat⁹, priuatus imperio in Palatio occisus est, Antonius Caracalla impatiētissimus fuit, ita etiam libidinosus, vt nouercam suam duceret in vxorem. Hic occidit Papinianum magnum iurisconsultum, quia de hoc, ipsum reprehendebat, tandem occisus est. Bassianus Macrinus, qui Bassianum interfecit, fuit crudelis,& sanguinarius, nouarum mortium inuentor, tādem eodem modo ipse interiit. Alexander tumultu militari occidit. Varius Eliogabalus, filius supradicti Bassiani ex Semiramī ad cuius voluntatem fecit omnia turpia, tandem interficitur, ⁊ proiicitur in cloacam stercorariam, ⁊ cū eo mater, & sic breuiter omnes malo exitu perierunt. Sic etiam Maximianus, Gordianus, Philippus, Decius, Gall⁹, Valerianus, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Diocletianus, Galerius, Maxēti⁹, Constantinus,& Cōstans fratres, filii magni Constantini, sed degeneres. Valens Arrianus, Honorius, Martianus, Anastasius, Mauritius, Focas, Iustinianus, Arnulfus Corrosus est a pediculis, in quadam maxima infirmitate. Tādem exemplifica, de regibus, ducibus, de prælis nostri temporis. Quid plura? mors est potētissima omnium, cuius domino potentissimi subiungantur, vt Hierony. ad Helio. de

morte Neronis narrat.

¶Secundo mors vitari non poteſt propter ſcientiã, & ſapientiam, fuerunt plurimi ſapientes a principio mũdi, qui tam ſubtiliſsime rerum naturas inuenerũt, & in omni ſciẽtiarum genere claruerunt, tamen eorum ſcientia, eos non potuit a mortis eripere faucibus. Septem greciæ ſapientes Primo ponũtur, Tales Mileſi⁹ inuentor Vrſæ maioris, & naualis Aſtrologiæ. Primus de natura diſputauit, & animas immortales poſuit, fuit paup ob ſtudii amorem. De tribus gratias deo egit. Primo ꝙ homo (inquit) factus ſum, & nõ beſtia, Secundo græcus, ⁊ nõ Barbarus. Tertio homo, & nõ fœmina. Solon optimas leges Athenienſibus dedit, quas ab eis Romani acceperunt, dixitq; ꝙ lex eſt araneæ tela, dixit ꝙ tunc ciuitas recte regi poſſet, quando principes, & maiores, ſecundum legem vixerint. Chilon, hic iungendæ ſocietatis cauſa miſſus Corinthum, ſeniores populi ludentes inuenit, propter quod reuerſus eſt infecto negocio, & dixit ſe nolle gloriam Partanorũ hac maculari infamia, vt diceretur cum aleatorib⁹ contraxiſſe ſocietatem. Pittacus Mitelenus quidam operarius eius filium interfecit. Ciuibus ligatum illum mittentibus, ipſe eũ abſoluit dicens, Indulgentiam eſſe ſupplicio potiorem. Bias Aſianus, hic filias virgines captas, ad ſuos ſub fida cuſtodia cũ dote remiſit. Eleobolus, vel Cleobolus, Hic dixit magis amicorũ inuidiam, q̃ inimicorum inſidias fuge, hoc enim apertum, illud vero cælatum eſt malum. Periander fuit tempore Sedechiæ Regis Iuda. Pittagoras Samius pulcherrimus, & in omnibus dictis peritiſſimus, animam de corpore, in corpus tranſire opinatus eſt. Anatharſis ſapiẽtiſsimus, Hic cum a quodã vituperaretur, eo ꝙ ſcita eẽt (nam nullus ex ſcitis, ſapiens arbitrabatur) reſpõdit, mihi dedec⁹ patria eſt, tu vero patriæ. Anaxagoras deſiderio ſtudẽdi omnia reliquit, & dicenti ſibi, nonne tibi patriæ cura eſt? Reſpõdit immo mihi patriæ cura eſt, & ſumma quidem, & hæc dicẽs, digitum cœlum verſus extendit, tandem poſſeſsiones diruptas inueniens, dixit. Non eſſem ego ſaluus, niſi iſte periiſſent. Tandem in carcere moritur, quia dicebat ſolem, lapidem ignitum eſſe, quem athe-

nienses, pro deo adorabant. Empedocles arte canendi doctissimus, ita vt sua melodia homines furibundos temperaret, arbitratus animam esse immortalem, se se incendiis dedit. Parmenides in rupe caucasi montis consortia hominum fugiens. Primus Logicā inuenit, Archita Tharen. Hic dixit nulla capitalior bestia, q̄ voluptas corporis. Diogenes, de quo mira & stupenda leguntur. Crates auri pondus in mare proiecit. Plato de quo Aug. & Hiero. asserunt q̄ fuit omnium philosophorū maximus, nemo ita veritati fidei Catholice, conformatus est, vt ait Augu. 10. de ciu. dei, Quod in libris eius inuētum est Euangelium sancti Ioan. s. In principio erat verbum, & super pectus eius, in tūba fuit inuenta lamina aurea, in qua scriptum erat. Credo in Christum, nasciturum de virgine, passurum pro humano genere, & tertia die resurrecturū. Vide cōmen. super illo Boet. De disciplina Scolarium Platonis p. diui. &c. Plotinus Platonis discipulus, hic dixit animam in cœlestibus habitaturam, supra se non habere nisi deum, qui eā illuminat, sicut Sol Lunam. Apuleus Pla. discipulus dixit Nihil deo simili⁹, q̄ vir perfecte bonus, qui intātum cæteros homines antecellit, quantum ipse a diis immortalibus antecellitur. Demoste. Plat. disci. cōposuit fabulā de lupis, & pastoribus. Hermes Trimeg. Pla. di. Hic dixit, Deus est spera intellectualis, &c. Xenocrates Pla. di. Cōuertit Polemonē luxuriosum, totā nocte cum meretrice intactus permansit, & petentibus amicis vt solueret, sicut sposponderat, quia eum violare non poterat, illa respondit, de homine non de statua pactum fuit. Porphyrius qui fecit pręedicabilia Arist. De quo Hierony. dicit, q̄ erat prodigium, & miraculum in natura, com posuit circa .131. volumina librorū. Theophrastus ad cuius Scolā 2000. discipuli accedebant. circa. 300. librorum volumina cōposuit, Inuentor sectæ Stoicę, ob studii amorē omnia terrena contemnens, pauper est effectus, Socrates, Xenophon, Aristippus, Craton, Crisippus, craticus, Calisthenes, Demetrius, Democritus, Dionysius, Epicurus, Euripides, Heraclitus, Pindarus, Sophocles, Temistocles, Mellisi⁹. Et cæteri philosophi, in humanitatibus, vt

Virgilius Ouidius, Horatius, Laurentius Valla, Lucretius, Plinius, Iuuenalis, Claudianus, Salustius, Terentius Titus Liuius, Valerius Maxim⁹, Lactātius, Sibyllę, Medici, Canonistæ. Theologi, & cæteri multi. Vnde Esai.33. vbi est literatus, vbi verba legis ponderans, vbi doctor paruulorum, &c.

¶Tertio, Mors vitari nō potest propter diuitias. Discurre per diuersos, Extiterunt.n. multi q amplissimis diuitiis referti, neq; argento, neq; auro, neq; gemmis, neq; iocalib⁹, neq; lapidibus pręciosis, neq; cumulatissimis Thesauris, mortis vulnus declinare potuerūt, immo omnes diuitias eorū, alienis dimiserunt Iob, 27. Diues quum interierit, nihil secum afferet. Aperiet oculos suos, ⁊ nihil eueniet, & idē ibidem conclusit gemēdo sic inquiens. Solum mihi superest sepulchrum. & ps. Dormierunt. s. s. & nihil inuene. &c.

¶Quarto tandem. Nec propter sāctitatem, Mortui sunt enim Patriarchæ, & Prophetæ, Abrahā pater noster mortuus est, Apostoli, Martyres, Cōfessores, Virgines, Viduæ, Mortuus est sanctus sanctorū, Iesus Christus, verus de⁹, & homo. Mortua ē, & eius mater sanctissima, & gloriosa, totius mundi regina. Quis ergo non defleat, non ploret, non lachrymetur, quū certissime cognoscat crudelem mortē euadere nō posse, nec per potētiam (Replica) O mors crudelis, O mors amara, O mors tyrannica. Eccle.41. O mors crudelis, O mors q̄ amara est memoria tua, homini habenti pacem in diuitiis suis, viro quieto, cuius vię directę sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum, hęc illę. Amara inquā quia tu sociata separas, Amara quia filium rapis a patre, Amara quia a matre filiam, Amara quia vxorem rapis a viro, Amara quia amicū rapis ab amico, vicinum a vicino, Amara quia ab homine rapis, visum, auditū, &c. & omnibus huius mūdi delectationibus eum priuas. Hic habeas vnum caput deforme, & horrendum vnius mortui, ⁊ ostēde illud populo. Et clama, O cœci, & surdi, videte, & audite, iudicia magni dei, Quid in hac vita isto spectaculo horribilius? O vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima ꝓuiderent, ait Bernardus, hanc auctoritatem dicas in fine huius practicę. O caput vbi sunt

capilli tui flaui, tanta diligen
tia nutriti? vbi lucentes ocu-
li? Vbi decora facies? vbi tersa
frons? vbi rubicũda labia? vbi
mordaces dentes? vbi lingua
loquax? vbi palatum? vbi gut
tur? vbi cerebrum? vbi intelle
ctus agẽs? vbi intellect⁹ possi
bilis? vbi memoria? vbi volũ
tas? vbi altum & subtile inge
nium? vbi sensus communis?
vbi imaginatio? vbi excogita
tiua potentia? vbi anima tua
florida? & candens? vbi candi
dum pectus? vbi mollissimæ
manus? vbi deniq; corpus tuũ
egregie organizatũ? vbi sunt
illa in quibus cõfidebas? vbi
spes firma cordis tui? Quod
gaudium, quem fructum nũc
habes in hiis de quibus nunc
erubescis, cõfunderis, crucia-
ris, damnaris? vbi pulchritu-
do tua? vbi diuitiæ tuæ? aurũ,
& argentum possessiones, eq;
canes, vxor, filii, voluptates,
sẽsualitates carnis, sẽsuũ, &c.
Quot peccata cum sensibus
cõmisisti, ⁊ quantum potuisti
mereri, vbi ẽ nũc anima tua?
& vtinam salua esset, In quo
statu erat qñ recessit? quid co
gitabat? quo anxiabatur su-
dore? Quid tunc ei omnia mũ
dana, & vana profuerunt? qd
fecit quando egressa ẽ de cor
pore? Quid quando ante tri-
bunal tremendi iudicis appa
ruit? Quem adiutorem tunc
habuit? Quid quando sentẽ-
tia data est? quid modo qñ re
cordaris ꝙ in inferno nulla ẽ
redemptio. Quid faceres si re
dire possis ad corpus? quid ta
ces? Quare nõ loqueris? Qua-
re omnibus istis non respon
des? Loquere? Heu me miserã,
Hæc oĩa, mors amara, mors
rapax intulit, mors crudelissi
ma, his omnibus me priuauit
& condẽnauit. Et vt me vide
tis tam deformem, tam horri
bilẽ me dereliquit. Quod ⁊ si
militer mors ipsa de vobis fa
ciet, quum nemini parcat, iõ
conemini virtuose viuere, vt
corpore terre relicto, saltem
animã cœlo locare possitis.

CIRCA tertium
principale, vt ef-
ficacius memo-
riam mortis ha
beatis, contem-
plemini huiusmodi decursũ,
quoniam si mihi, & his quę re
tulimus credere non vultis,
credite saltem a quello Re de
Israel, quo nemo in Israel sa-
pientior, & ditior vnq̃ surre-
xit, quello dico qual non la-
scio cosa, che a gliocchi suoi
piacesse che non volesse expe
rimentare, tãto in delectatio
ni mondani, quanto in volu

ptati corporali. Et ecce ĩtronizato de Ebore grãdi, & coronato diademate, quo coronauerat, eum mater sua, Crida, in medio Israel, stomacato, & exacerbato, factus verę experientiæ testis, della vanita humana. Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas, qual bene ruminaua, qlla aurea bocca Chrisostomo, vena melliflua de sapientia, super Ioãnẽ dicendo, vanitas vanitatum &c. Hunc versiculum, si sapetent qui in potentia versantur, in parietibus suis omnibus, & in vestibus, scriberẽt O quanti in quęsta vita exaltati, & eleuati, sicut cedrus libani, & ad vn soffiare de vento, ad vn voltare d'occhio tã quã fumus, & vmbra euanuere. Vidi inquit, il vero speculatore della miseria nostra, impium exaltatum, & eleuatum, sicut cedros libani, trãsiui, (audi tu che pensi stare) vide ne cadas, transiui, passai dice, mossi il piede, voltai le spalle, ⁊ ecce non erat, cercai con gran studio, & cura, doue fosse, & non est inuẽtus locus eius. O miseria miserãda, in imagine pertransit homo, & frustra exaltatur, thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Exclama d'altra banda il propheta de Iudea, admirato, & stupefacto della vanita humana, & dice, vbi principes gentium, ⁊ qui dominant super bestias terræ, & perhodiremo praticãdo. Deh dime in che gloriare ti poi. Tu Niniue Rex Assyriorum, che bẽ che ad tẽpus tanq̃ cedrus extendisti ramos potentię tuæ, ⁊ hauendo conquistata l'Asia, la Scithia, ⁊ victo Zeroastro, non dimeno tanq̃ stirps inutilis al vltimo sagittæ ictu interiisti. In che te superbisci, tu rex Babilõis, superbe Balthasar, qui in croceis cogitãs ducere dies tuos, in conuiuiis, & luxu, ⁊ delitiis nocte a Dario, ⁊ Cyro, miserrime captus, iugulatus tanq̃ pecus expirasti. Et tu Cyre, Rex Persarum, in che gloriare ti poi, forse che'l gran fiume Gãges, in quadringentos, & sexaginta alueos comminuisti, per vindicarti del absorto milite, sed nõ te pudet miser, che vincto, & superato, per mano d'vna donzella, sanguinẽ quem auide sitisti, in vtre copiose bibis, & velut qui nõ nouit arma tractare, capite trũcaris? Ma che diro de te, O immenso, & alto cupresso, della terra, Alexandro magno, qui tanq̃ teribintus, extenderas circũquaq; ra

mos glorię tuæ, qual vittoria te potti mai far felice, qual regno valse mai farti immortale, cum sit, che in cœlo volebas ponere nidum tuum, nõ trouãdo loco in terra, che alla grandezza tua bastasse. Et ecce miser puluis, ⁊ cinis, che vna gocciola de veneno te extende, & tãquam cadauer pu tridum, te colloca sotto vno palmo dꝫ terreno. Heri regnãdo in solio excelso, & eleuato coronato de regal corona non ti satisfacia tutto il mundo ad dominare, ⁊ tutto l'auro, & argẽto, ad impire la tua cupidita, tutti racamati, ⁊ aurati pãni, quali la phrygia lauora, qual fa l'Egypto. Nõ bastaua alla tua pomposa sumptuosita. Heri ogni cibo regio, exquisito, & præparato, non satisfacea ad incitarti lo appetito, ad sedarti la sete, sed heu proh dolor, che hoggi in vna piccola, & angusta vrnula te vedo reducto, ⁊ collocato, & indumẽtum tuum Tinea & vermes, alli quali sei fatto cibo in sempiterno, O miseria miseranda. O hominũ infœlicissima calamitas. O vilissima conditio, puluis, & vmbra sumꝰ, qual miseria, & vilta, cognouerat quello potentissimo Rex Persarum Xerses, qual dimenticato che cõ la sua potentia, subuerterat montes, & cõstrauerat maria, non gloriãdosi del copiosissimo exercito, q̃ sub eo militabat, ma perscrutato subtilmẽte, quid sit homo, quia tanquam flos, qui mane orit, & vespere decidit, & arescit, contemplando vn giorno, in vertice mõtis, & vedendo passare la sua gẽte, quæ præ multitudine solem obũbrabat, rapto in consideratione della miseria humana, & quia velocius quã aquæ dilabimur, & quotidie morimur, exclamo, & disse, Omnes me vocãt regem tam fœlicissimi exercitꝰ, sum etenim, sed me fateor regem tã vilissimi pulueris, gia nel cor suo scolto a natiuitate fuerat, q̃llo infelice, & antiquo Eulogio, memento homo qa puluis es, & in puluerem reuerteris. Poco valse auditori mei, al grã Pompeo, (si Orosio credimus) hauersi sotto messo, vinti duoi Re, Orientali, quando da vno ad se inequale interemptus, quã vana sit mundi gloria, & fragilis hominum vita, sit testatus. Ma dimme che valse ad te o Cęsare hauere conquista ta la Gallia, l'Hispania, tutto l'Egypto, Pontho, & Britan-

nia, Iuba, & tutta l'Africa, cũ sit che da Bruto, & Cassio, viginti tribus plagis confossus expirasti? O miseria, O calamita humana, per quatordici anni, tenne il freno in bocca alli Romani il valoroso Hãnibale, signoreggiaua quasi tutta l'Italia. Et ecce che superato da Scipion, fugiens ne viuus a Romanis subiugaret, hausto veneni calice, ipse sibi, quã aliis gladio, propinauit mortẽ. Vbi tandem o vos oẽs Argolici duces, vbi Troiana pubes? Vbi Romana iuuẽtus? quo pius Aeneas? quo diues tellus? & Anchus, Addã & ipse duo verba, Eloquar in sapientia veri Salomonis, vbi sapientes huius mũdi? vbi legis doctores. Doue e quello grãde Platone, qui adeo præcipuus erat, & acumine disserẽdi, & diuina quadam, & homerica facultate loquẽdi, vt omnibus non hominis ingenio, sed delphico videretur oraculo istitutus, vbi Demosthenes, omnium græcorum oratorũ clarissimus, qui plus olei quã vini expendisse, dicit ac adeo studio ꝑditus, vt per tres menses sine intermissione studeret, abrasa enim capitis vt exeundi facultatem sibi præriperet. Vbi duo illa Romæ luminaria Catonem inq̃ Censorem, seu porcum, & vticensem. Quorum alterum, viuam virtutum imaginẽ, & veri sapiẽtis exemplar appellat Seneca, alterum dicit non minus fuisse necessarium nasci reip. q̃ Scipionem. Nam si ille armis cum hostibus, iste bellum gessit cũ moribus, vtpote optimus Orator, optimus Senator, optim⁹ Imperator? Vbi vero illa melliflue Romanæ eloquentiæ lingua, cœlestis facundiȩ virtus, arpinaticus Cicero? vbi Meonidis tuba? vbi Maronis fistula, quorum alter græciam musis decorat, Alter hesperiã Romanis mulcet cantibus? Vbi tandem tot grammatici, tot Poetæ, tot Philosophi, tot Theologi, tot sapientes huius mũdi? Respõda il Propheta, & dicat, transiit memoria eorum cum sonitu, vnus est sapiẽtis, & stulti interitus: Omnis nãq; caro fœnum, & omnis gloria eius tanq̃ flos fœni. O via inuia, & inaquosa, O munde immũde infœlice chi in te si cõfida, chi in te fige'il suo pede, perche tanq̃ in glacie, tanq̃ in lubrico camina, Hauea bẽ conosciuto li frutti tuoi, hauea experimẽtato le tuȩ fallacie, le tuȩ anxietati quello princi

pe de Peripatetici Aristotele, qui cum instaret capulo, ado mandato da suoi discepuli, chi gli stauano ditorno, che li lasciasse alcuna parola memorabile, se dice che fra suspiri & gemiti voltandosi intorno, exclamo, ⁊ disse. Humilis, miser, & nudus, in hunc mũdum intraui. Anxius vixi, cõturbatus inscius discedo. Il medemo bẽ testifico, quel gran poeta Mantuano, quando venuto ad mortem, recordandosi della fatiga grande, che hauia patuto, per hauere fama, gloria, & honore, in q̃sto mondo, in componere tãte opere, videlicet la Buccolica, la Georgica, & la Aeneida al vltimo trouãdosi le mani piene di vento, se lege che cõposse quelli versi. Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui, capras, rus, hostes, queq; labore graui. De capris pastis, de rure sato, hoste subacto, nec lac, nec segetes, spolia nulla tuli, non si trouaua all'ultimo, ne latte, ne biada, ne alcuna spoglia, nelle mani, O munde immunde. O gabbia de matti, O quanto e cieco & pazzo, &c. Practica tuo modo.

FINIS.

## FERIA SECVNDA post dñicam passionis.

## DE PERFECTA satisfactione.

QVAERETIS me & nõ inuenietis, Ioan. 7. Sẽtẽtia ẽ philosophi. 3. Ethi. Q𝔡 perfectũ ẽ, cui nihil deest. Nam vt habetur in glo. Extra de Baptismo cap. Maiores. Nihil reputatur factum, quũ aliquid superest ad agendum. Quod etiam habetur 38. di. c. Quæ ipsis etiam. 7. q. 1. c. Nihil, quum igitur in præcedenti hebdomada, tractatũ sit de duabus partib⁹ pœnitẽtiæ principalibus. s. contritione, & confessione, restat ad ipsius perfectionẽ, de alia tertia parte. s. satisfactiõe tractare, ad quam omnes partes pęnitentiæ in hac vita necessariæ requiruntur, dum homo est compos mentis suæ, ac liberi arbitrii. Hoc voluit dñs insinuare, cum dixit. Quæretis me, q. d. agite pœnitẽtiam, satisfacite deo, et ꝑximo, dũ tempus est merendi, ac demerendi

rendi, quia tẽpus erit in quo, quæretis me, & non inuenietis, igitur de satisfactione in generali tria intuemur, videlicet.

¶ Declarationem.

¶ Adimpletionem.

¶ Specificationem.

¶ Circa primum, pro declaratione, pono aliquas cõclusiones. Prima conclusio est. Q satisfactio ſm Sco. in. 4. di. 15. q. 1. ar. 1. est redditio voluntaria æquiualentis alias indebiti. Prima particula patet, qa non est ablata datio. Dicit. n. commẽsuratiõẽ ad aliquod præcedens correspondentẽ. voluntaria, patet, quia si esset inuoluntaria, non esset satisfactio, sed satis passio, nã dãnati non satisfaciunt, sed satis patiuntur, quia inuolũtariæ. Equiualentis, patet. quia hoc importat illa particula, satis. Hoc etiam requirit iustitia reddens satisfactionem ꝓ illo, cui correspõdet, alias indebiti, patet. quia si esset alias debitum, nõ satisfaceret pro isto, nam non esset correspõdens secũdum iustitiam isti, sed alii. Et infert Sco. ꝙ hæc diffinitio est cõmunis ad omnem satisfactionem fiendam deo, & hominibus, & in omni genere offensionis. Itẽ duplex est satisfactio. s. ſm culpã præteritam, & ſm culpam futuram. Satisfactio ſm culpã præteritam, est iniuriæ illatæ recompensatio. secũdum æquitatem iustitiæ, secundum vero culpam futuram, est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus additum non prębere, de pe. d. 3. c. Satisfactio. Sed Bonauen. in. 3. d. 16. dicit ꝙ satisfactio est duplex, videlicet, vt est recõciliatio, & sic omnes partes pœnitentiæ ordinãtur ad reconciliationem, & quęlibet illarũ potest dici satisfactio. Alio modo dicitur solutio pœnæ debitæ, & sic est pars vna pœnitentię, quæ ẽ assumptio, siue adimpletio pœnæ iniunctæ, vel indebitæ. Sed nota expositionem illius dictiõis alias indebiti. Dicitur enim, alias indebiti. i. ꝙ nullo modo, videlicet, nec per votum, aut ꝑceptum, ad illud obseruandũ obligetur, qm̃ si alias homo ad illud obligaretur, iam nõ esset satisfactio. V. G. Præcipitur ieiuniũ ab ecclesia seruandum, vt in quadragesima, vel quatuor temporibus. Si enim quadragesimmæ ieiuniũ, aut aliquod aliud ab ecclesia, ꝓ satisfactione tuorum peccatorum tibi imponeretur, nõ

esset vera satisfactio. quoniā ad illa omnino seruanda ex ecclesię præcepto teneris.

¶Secunda conclusio, Quod satisfactio isto modo quæ tamen totalis est, & nō diminuta, reconciliat satisfacientem ipsi, quē offendit, ſm Sco. vbi supra, ar. 5. Et ꝓbat, quia aut est implacabilis offensus, qđ est cōtra misericordiam, vel si est placabilis, per nihil magis, ꝙ per satisfactionem isto modo dictam placari potest, sed loquendo particulariter de deo, certum est, ꝙ ē placabilis, immo misericordia dn̄i ab ęterno, & vsq; in ęternum, super timentes eum, vide de pe. d. 1. c. Multiplex, c. Vide. c. Quia diuinitatis, & multa alia capitula ibi inuenies ad propositum, & pulcherrimos textus. Notandum tamen est ꝙ dicit Anselmus lib. 1. & 2. Cur deus homo. Quem sequitur Ricar. in. 4. di. 15. ꝙ homo per se non pōt satisfacere de peccato deo quem offendit. Tū primo, quia per peccatum aufertur honor deo debitus. Nihil autem æquiualens honori eius, potest a nobis sibi reddi. Tum secundo, quia peccatum mortale est infinitū malum, quia tantum est peccatū quantus est ille in quem fit, nihil autem a nobis potest sibi reddi, nisi bonum finitum, ergo non æquiualens. Tū tertio per illam particulam alias indebiti, quia quicquid obsequii deo impēdere possum⁹, & honoris, totum debitum est, ratione creationis, gubernationis, redemptionis, & huiusmodi. ergo nihil possum⁹ impendere sibi quod non sit debitum sibi, etiam ab innocente, & per consequēs alias debitum, quàm pro peccato, Et sic cōcludūt, ꝙ homo ex se non potest satisfacere nisi in virtute passionis Christi, illa enim passio in tantum acceptatur a diuina voluntate, & a beatissima trinitate, vt virtute eius, acceptetur satisfactio hominis. Quæ secūdum se accepta satisfactio esse nō posset. Hæc Sco. vbi supra. ar. 2. & ait. Quod de hoc possumus loqui dupliciter. s. secundum potentiam dei absolutam, & ordinatam. Primo modo dicit, quod posset deus dedisse peccatori attritionem tanquam disposinem cōgruam, & meritum de congruo ad gratiā, per quam motus eius fieret contritio, & sic per satisfactionem deleuisse peccatum, quia per actum illum reddentem deo, æqui-

ualens illi bono quod abstulit peccatum, posset etiam ille actus esse alias indebitus; qa licet deus posset velle nos obligare sibi, vt quicquid sumus, & possumus, teneamur deo, tamen ex maxima misericordia, nostram considerans fragilitatem, & difficultatem ad bonum, noluit regulariter obligare, nisi ad decalogum, & ita potuisset tunc ordinasse, obligare hominem ad decalogum, xpo nō incarnato. Posset ergo tūc homo aliqua opera supererogationis exercere, quę alias sibi essent indebita, & tūc saluaretur tota ratio satisfactionis.

¶ Pręterea, posibile fuit verbum non fuisse incarnatum, nec passum, & cum hoc posibile fuisset deum produxisse prædestinatum ad beatitudinem, & iuste, non tamē excludendo misericordiam, ergo posibile fuisset, pęnitentem tunc sibi satisfecisse. Confirmatur per Augu. 13. de Trin. c. 10. Fuit quidē, & alius modus nostræ redemptionis posibilis. s. q̄ per pasionem verbi, licet nullus congruentior. Itē pasio Christi non delet culpam nostrā, nisi vt causa meritoria, & per consequens, vt causa secunda, quę non est de essentia rei, immo reducitur, ad genus causæ efficiētis, sed quicquid potest deus per causam secundam efficiētem, potest immediate, ergo sine passione christi posset ordinate remittere culpam.

¶ Item data fuit summa gr̄a xpo sine merito pasiōis ei᷒. ergo posset deus eam dare alteri de potentia absoluta. Loquendo autem secundo modo. s. de potentia dei ordinata, dicit Sco. Quod deus non disposuit alicui peccatori dare gratiam primā, nisi in merito pasionis Christi, qui erat sine peccato, quia non disposuit recōciliare sibi inimicū, nisi per obsequium magis gratum, q̄ offensa eius erat sibi displicens, & tale obsequium est pasio Christi vel meritū eius, & sicut disposuit nō dare gratiam peccatori sine passione christi, sine qua gratia, nulla pōt esse satisfactio omnino, quia nec ęquiualens, aliquo mō, nec simpliciter, nec in diuina acceptatione. ideo multomagis, de potentia ordinata non est posibile satisfieri, deo, de peccato nisi in virtute pasionis Christi. vnde August. in Enchi. Nec antiquorum quicunq; iustorum præter christi fidem, salutem

potuit inuenire, homo enim per se deo non potest æqualẽ compensationem repẽdere, nec ab eo exigere, si fecerit qđ poterit, plus ab eo non requiritur, hæc, ille.

¶ Tertia cõclusio est, an peccator possit satisfacere đ vno peccato, & non de alio? Dicit Sco. vbi supra. ar. 5. Quod satisfactio respicit quatuor. s. Deum, ecclesiam, proximum, & seipsum. Vt respicit deũ, includit cõtritionem, vt ecclesiam, confessionem, vt proximũ, restitutionẽ, vt seipsum, carnis macerationem, orationem, vel aliam pęnitentiam, Quo ad ecclesiam satisfacim⁹ confessione, quum præcipit confiteri semel in anno, vt in ca. Omnis vtri. se. Et glosator ibidem dicit, Melius est dicere pœnitentiam esse ex quadã vniuersali traditiõe ecclesiæ, quam ex Nouo, & Veteri testamentis, quod improbat. Sco. in. 4. d. 17. q. 1. arti. 1. Quo ad se ipsum, satisfacit p carnis macerationem, & in actibus pœnalibus, passiõibus sue. Primo potest aliquis conteri de vno peccato actualiter, licet non conteratur de alio peccato actualiter, sed solũ habitualiter. In voto, & proposito, qa sicut non est necessarium intellectum simul considerare hoc, & illud peccatum, ita nõ est necessarium voluntatem simul pœnitere actualiter, de hoc peccato, & de illo. Similiter secundo modo, nõ potest peccator satisfacere de vno peccato in confessione alio retento, nisi hoc esset ex obliuiõe. Tertio modo, si potest satisfacere sine restitutione. Hoc plenius habetur in quarta feria sequenti. Quarto modo. Potest quis per ieiunium, orationẽ, peregrinatiõem, & ĩ huiusmodi actibus pœnalibus. vt habetur in hac sequenti conclusione.

¶ Quarta conclusio, est ſm Sco. vbi supra, ar. 3. di. Quod hæc satisfactio quo ad se, magis consistit in actibus pœnalibus, vel passionibus voluntariis, q̃ in aliis actibus bonis, nõ pœnalibus. Licet quãdoq; posset per actum bonum nõ pœnalem satisfieri, quia posset deus actum magnum charitatis acceptare, ꝓ punitiõe debita vni culpæ, licet enim non sit propria punitio, est tamen maius bonum, & magis deo reddens honorem: q̃ ista quæ esset propria illius punitio. Sed regulariter, sicut culpa ordinatur per pœnam, & per aliquod aliud magis bo-

num quam sit culpa, ita satisfactio isto modo consistit in actionibus, vel passionibus, habentibus rationem pœnę, & hoc est quod dicit August. de vera & falsa pœni. Et ponitur. di. 6. c. 1. Sunt digni fruct⁹ virtutum, qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia. n. grauiores fruct⁹ postulat, vt dolore, & gemitibus, mortu⁹ impetret vitam. Isti aūt actus pœnales, vel passiões volūtariæ, in genere, reducuntur ad actum interiorem displicentiæ, vel passionem tristitiæ & ad actum exteriorem confitēdi proprium peccatū, quod est valde pœnale, vel passionem concomitantem. s. verecundiam, & ad actum simpliciter exteriorem, vel passionem. s. macerando carnem, & omnis talis maceratio, dicit contineri vel reduci ad ieiunium, vel eleuando mentem in deum, & hoc fit per orationem, vel temporalia sua erogando, & hoc fit per elemosynam. Hæc Sco ad literam. Hęc autem quæ dicta sunt supra, intelligūtur de satisfactione large sūpta. Sed si loquamur de satisfactione stricte sumpta, dicit Sco. vbi sup. Qd' satisfactio stricte sumpta consistit in operatione exteriori, laboriosa, vel pœnali, voluntarie assumpta, vel tollerata, ad puniendum peccatum cōmissum a se, & ad placandam diuinam offensam, & concludit Sco. Quod peccatis in genere, distinctis in tria mēbra. s. in peccatum carnis, concupiscentiæ oculorum, & superbiæ vitæ. Ioan. primę. 2. Correspondent de congruo proprię satisfactiões in genere. s. peccato carnis ieiuniū, & vniuersaliter quæcūq; maceratio carnis, magis ordinatur ad reprimendum tale peccatū carnis, & sub isto comprehendēdo vigilias, peregrinationes, asperitatem vestium, nuditatem, vel discalciationē, & generaliter quęcunq; laborem fatigantem. Peccato superbię, & cęteris spiritualibus, magis appropriate correspōdet oratio, quæ & humiliat spiritum deo, & cōtra peccata spiritualia roborat. Peccato autē circa temporalia, vt auaritiæ, cupiditati, rapinę, furto, & huiusmodi correspondet erogatio elemosynarū, & ratio istorum est, propter maiorē correspondentiam pęnæ ad culpam. Quia per quæ peccat q̄s per hæc puniri debet. Sapientiæ. 11. Hoc dictum est de correspondētia in generali, & de

congruo. Sed de necessario, & de congruo in casibus specialibus non est sic. Nam alicui potest non competere vnum istorum operum pœnalium, qui tamen peccauit peccato, cui de congruo correspōdet talis pœna, vel satisfactio, vt pauperi qui furatus est, nō cōpetit dare elemosynam, & sic de aliis casibus, & tūc si sic cōtritio non sufficiat, nō debet pct̄m omnino manere, inultum. Tunc discretus cōfessor imponat sibi aliam pęnitētiā, non nimis sibi disconuenientem, sed quæ magis sibi cōuenit, & quā forte melius implebit, vtpote pauper nec potest ieiunare, nec orare, sed oportet pro victu necessario, continuo laborare. Quia ergo ipse labor est sibi ieiuniū continuum, & cōtinua carnis maceratio. Tantum modo inducendus est, vt illum laborem in remissionem subeat peccatorum, intendens illū ad hūc finem referre, saltem quousq; occurrat sibi oportūitas soluendi aliquam aliam satisfactionē, Et aliqua alia possunt ei ita tēperate imponi vt sint sibi possibilia. Cōsimiliter dices, qui lapsus est in peccatū carnis. Si est adeo delicatus: ꝙ non velit ieiunare, nec aliā macerationem notabilē subire, vel pręsumitur, ꝙ si sibi imponeret, cito abiiceret, & sic peccaret nouo peccato, inducēdus est ad orationem, ⁊ elemosynam elargiendā, & illud sibi imponendum quod libētius recipit. Et creditur perseuerātius adimplere, vel si nullam pœnitentiam vult recipere, dicit tantum sibi displicere commisisse peccatum. Et firmum ꝓpositū habet nō recidiuandi, absoluendus est, nec est reiiciēdus, ne cadat in desperationem, & nuncianda est ei pœnitentia, quę pro peccato esset imponenda, & fienda, & ꝙ eam in se, vel æquiualentem absq; excusatione studeat adimplere, alioquin soluet ad plenū in purgatorio. Hæc enim sententia satis consonat illi prophetiæ, Esai. 42. de Christo. quam Matth. 12. recitat. Arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet. Arundo quassata, ē peccator quassatus tentationibus, & peccatis. Lignum fumigans est, cor nimis humidū ex peccatis, tamen aliquid habens de igne charitatis, hic extinguitur. si per duritiam sacerdotis ad nimis difficile obliget. sed non extinguitur, si pręđicat sibi, ꝙ

oportet eum hic vel alibi, eã soluere, & ꝙ studeat hic tantã pœnam soluere, quanta pro peccatis debeť ne alibi acrior exigatur. Hęc Sco. ad literam & ponitur ēt. 32.q.5.c. Paulus.
¶Quinta cõclusio est. Quod vnus pót satisfacere pro alio, de hoc tamen dicit Ricar. in 4.di.20. Et Sco. ibidem, quod duplex est satisfactionis effectus, vnus est excisio causæ peccatorum sequentium, & quantum ad hoc vnus nõ potest satisfacere pro alio, quia per ieiunium vnius, alterius caro nõ domatur. Alia est solutio debiti peccatorum prę cedentium, & quo ad hunc effectum distinguẽdũ est, quia si vnus est per se impotẽs ali⁹ pro eo potest satisfacere, si ẽ in charitate, si potens est, tũc oportet ꝙ per semetipsum satisfaciat, nec alterius satisfactio sibi prodesset, nisi animũ paratum habeat ad satisfaciẽdum, pro se (facultate existente) sicut sibi fuit impositum a sacerdote, quia ad hoc teneť, vt in cap. Omnis, de pe. & re. Necesse est enim, vt pęnitens recognoscat peccatum suũ, per aliquem actũ satisfactionis, de pe. di. 1. c. Non sufficit. Hic practica de satisfactionibus, quæ fieri possunt ꝑ hiis qui sunt in purgatorio, quas illi dimiserunt hæredibus.

CIRCA secundũ principale. Quærunt aliqui, an oporteat satisfactionem esse in gratia. idest an satisfactio facta extra charitatem, valeat? de hoc fuerunt diuersæ opiniones. Quidam dicunt, vt Ricar. in. 4. di. 15. Quod omnino non valet pœnitentia, & satisfactio in mortali peccato facta, & ꝙ oportet eã reiterare. Concordant Guliel. Alex. S. Tho. & Durandus ait. quod in satisfactionibus quę relinquũt post se aliquem effectum, sicut ex ieiunio relinquitur corporis maceratio, ex elemosynis, substantiæ diminutio, & huiusmodi. In his igitur satisfactionibus nõ refert, an homo sit in gratia, vel nõ. Et si fiant in peccato mortali, non oportet vt reiterentur. Satisfactiones autem, quæ relinquũt aliquem effectum in satisfaciente, postq̃ actus trãsiit oportet ꝙ iterentur, sicut de orationibus, & similibus. Actus aũt interior. i. dolor de peccatis, qui totaliter trãsiit nullo modo viuificatur, sed oportet ꝙ iteretur. Et S. Bonauen. in. 4. d. 15. art. 1. qõ. 4. dicit.

Quod prima opinio est securior, secunda minus probabilis. Sco. vbi supra dicit, Neutram esse veram, & dicit quòd ista snia est nimis dura cõtra peccatores, & occasio maioris obstinatiõis, & deducit sic, si enim iste hodie est vere penitens, & humiliter recipiens satisfationem, puta ieiunium trium dierum, cras recidiuat in mortale peccatum, & de illo non pœnitens, secũdo die ieiunat, sicut fuit sibi impositum. Si dicas quòd illud ieiunium secundi diei, non est aliqua satisfactio exterior, magis occasio est inducendum istum iã lapsum vt tertio die non ieiunet, & per consequẽs ad nouum peccatum mortale, quia transgrediendo istam pœnam iniunctam a sacerdote, & receptã, videtur esse peccatum mortale, cum sit transgresio præcepti ecclesię, & vicarii Christi in illo actu.

¶ Hoc probat Sco. tali ratione, di. Si post lapsum & ante pœnitentiam nouam, nõ exequatur quis satisfactionem pristinam sibi impositam, peccat mortaliter nouo peccato, ergo si exequatur bene facit, quia actum obedientię facit, sed non facit illum actum obedientiæ, nisi inquantũ illud est sibi impositum, tanq̃ pars satisfactionis. Cõcludit ergo Sco. Q᷑ qui semel vere pœnitet, & recipit satisfactionem, vel pœnitentiam condignam, sibi impositam ab ecclesiã, claue non errante, quã tuncunq; postea recidiuet, anteqũ ipsam compleat, si eam cõpleat in mortali, nõ propter hoc tenetur eam reiterare, & addit Sco. tria notabilia.

¶ Primum ꝙ si impleat pœnitentiam in charitate, melius est: quia non tantũ soluit pœnam, sed meretur. Et hæc satisfactio est satisfactio simpliciter, quia reconcilians, & placans, quod bene nota.

¶ Secũdũ dictum. Si impleat eam voluntariæ, extra charitatem, soluit quidem pœnã, sed non meretur gratiã. Hæc quidem ẽ satisfactio, quia voluntaria redditio, sed nec reconcilians, nec placans. Et ex hoc dicto seqtur, ꝙ si magnã partem satisfactionis sibi im positæ expleuit in pcõ mortali, & post iterum pœnitet de peccato nouo, nõ est sibi iterato pœnitentia imponenda pro peccato de quo satisfecit licet extra charitatẽ, sed tantum de nouis peccatis, quæ fuerũt causa, ꝙ illa satisfactio fuerit mortua. Et si dicatur,

mortua est, ergo non est satisfactio, non sequitur, nisi quia non est satisfactio placans, nec reconcilians in amicitiam, & si iterum dicatur. ergo non satisfactio, nõ sequitur. Quia sufficit deo, ꝙ quis voluntarie soluat pœnam debitã ad punitionem peccati cõmissi. Et dat exemplum, Sco. in acti bus humanis. Si enim alicui offense in regem. correspondeat præcise secũdum legem abscisio manus, si isti etiã inuito abscinditur manus, satis patitur & in tãtum sufficit re gi, ꝙ ſm legem, & iustitiã, nõ debet ab eo pœnam vlteriorem exigere, & tamen non recipit eum in gratiam, vel amicitiam. Multomagis ergo posset sufficere pro punitiõe culpæ, si aliquis sibi pœnam debitam infligeret, licet non in gratia, vel in amicitia ipsi⁹ iudicis offensi.

¶Tertium dictum est, quod si ipsa pœnitentia ab eo extra charitatem exigitur, soluitur pœna, licet ipse nõ soluat, vt supra, sicut est de damnatis, & ex hoc dicto sequitur quod talis si propter nouum peccatum in quod recidiuat, damnaretur, anteꝗ compleuisset totam pœnam sibi impositã, puniretur in inferno temporaliter pœna correspondente illi, quæ non fuit hic soluta, & illa soluta post tẽpus aliquod, nõ puniretur amplius illa pœna, sicut & de veniali; quia moriens in peccato veniali simul cum mortali, non puniretur æternaliter pro veniali, & eodem modo est in ꝓposito. ex quo enim secundũ plenam iustitiam punitiuam, semel imposita est pœna temporalis isti, ꝓ peccato de quo vere pęnituit, nunꝗ isti pro illo peccato debebitur, nisi pęna temporalis, & illa soluta, non tenebitur amplius, hæc omnia Sco.

IN tertio principali, quo ad modum specificatiuum. Quem sacri Canones ꝓ satisfactione deo fienda ordinauerũt. Vnde in diuersis locis. Le. Cano. Diuersi casus põnũtur, in quibus, diuersis peccatis, diuerse assignãtur satisfactiones, ad quas anteꝗ deueniamus. Præsuppono vnum .s. Quod pro quolibet peccato mortali, debet imponi pœnitentia septennis. 33. 4. 2. Hoc ipsum, quomodo autem hoc debeat intelligi, Panno. in. c. Accepisti, de sponsa duorum. declarat, ꝙ debet in isto tem-

pore ſemel, vel bis, vel ter, ieiunare in hebdomada, ſecundum diſcretionem confeſſoris. Et facit quod notatur ĩ dicto cap. Hoc ipſum. Et ſic intellige omnia iura quæ pœnitentiam imponunt per numerum dierum, ſeu annorum, non ſpecificãdo modum, vt in. c. Accuſaſti, de accuſa. Videtur velle idem Panno. quum ferię ſolẽnes ſint, 2. 4. & 6. vt in c. pe. q. 3. Quod ſacerdos debet ĩponere, vt his dieb⁹ ſingulis hebdomatibus ieiunet. Et ſic ſatisfactũ eſt, niſi ex cauſa aliđ' diſpoſuerit ſacerdos, vt in. c. Deus qui. De pœnitentiis, & re. Et in. c. Quem pœnitet de pe. di. 2. Vnde cum hodie ſint arbitrariæ, dicit Hoſtien. Quod debet ſacerdos in pœnitẽtia imponenda, attendere quod expediat ad ſalutem peccatoris, etiã imponendo vnum ſolum pater noſter. facit cap. Alligant. 26. q. 2. Sequitur Panno. in dicto ca. Deus qui, vbi eſt bon⁹ textus, vide ibi.

¶Hoc ſuppoſito, dico ꝙ canones pœnitentiales breuitatis cauſa viginti ſunt ꝑ nũc.

¶Primus habetur. 82. di. cap. Presbyter vbi datur cuilibet presbytero fornicatori, vel committenti quodcũꝗ peccatum, quod inducit depoſitionem, pœnitentia. x. ann. in q. bus primis tribus menſibus, debet ieiunare ĩ pane, & aqua tantum, exceptis dominicis, & feſtis præcipuis, in quibus poteſt recreari modico vino, & piſciculis, & liguminibus, (incluſus tamen ſtando) ſine carne, & ſanguine, ouis, & caſeis, ſacco indut⁹ humi adhereat, die ac nocte, miſericordiam dei omnipotẽtis imploret, finitis tribus mẽſib⁹ cõtinuis exeat, Tũ in publicũ nõ ꝓcedat, ne grex fidelis in eo ſcãdalum patiatur, nec enim debet ſacerdos publice pœnitere, ſicut Laicus, poſtea aliquãtiſper viribus reſumptis, vnum annũ cum dimidio in pane & aqua expleat, exceptis dñicis diebus, & præcipuis feſtiuitatibus. In quibus vino & ſanguine, ouis & caſeo iuxta canonicam mẽſuram vti poterit, finito primo anno, & dimidio, corporis & ſanguinis dñi, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat, pſalmos cũ fratrib⁹ in choro vltimus canat, ad cornu altaris non accedat, poſtea debet ieiunare in pane & aqua tres ferias. ſ. 2. 4. 6. vſꝙ ad ſeptimũ annum, niſi ſecundam feriam velit redimere vno pſalterio, vł

denario in pauperē. Poſt tres ſequētes annos, feria. 6. in pane, & aqua ieiunet, nulla interueniente ſubuentione, vel redemptione. Quidam intelligunt adulterium, vel inceſtum ſolum, ſed tu dic, ꝙ etiā in fornicatione.

¶ Secundus ponitur. 30. q. 1. c. ſi quis ſacerdos, & cap. Nō debet. vbi datur pœnitentia. 12. anno. pręsbytero qui cognouit filiam ſpiritualem, etiam quam audiuit in confeſſione, & ſi eſt publicū, vel ſi eſt Epiſcopus. 15. annis pœniteat. Et mulier debet omnia pauperibus erogare, & in monaſterio perpetuo deo ſeruire.

¶ Tertius ponitur in. c. Accepiſti, de ſponſa duorum. vbi contrahenti per verba de pręſenti, cum aliqua, alii deſponſata, imponitur, ꝙ ieiunet in pane & aqua. 40. diebus, & ſeptem annis ſequentibus pœniteat.

¶ Quartus ponitur in. c. De filia. & in. c. Deuotam. 27. q. 1. vbi peccāti cum moniali, vel religioſa, iniūgitur pœnitentia. 10. annorum, & etiam conſentienti.

¶ Quintus ponitur in cap. Si quis cum duabus, & in cap. Si quis cum matre. 33. q. vlti. Q. ſi quis ignoranter, duas ſorores, matrem, neptem, amitā, ſiliam, cognouerit. Imponitur pœnitētia ſeptem annorū, ſi ſcienter priuatur perpetuo coniugio.

¶ Sextus eſt, in c. Clerico. De exceſ. prælat. vbi clerico contra naturam peccanti, perpetua pęnitentia imponitur, detruſus in monaſterio. laicus vero vſq; ad dignam ſatisfactionem imponitur ſeparatio a cætu fidelium.

¶ Septimus eſt in. c. Hoc ipm 33. q. 2. vbi inceſtuoſo, vel peccanti cum beſtiis, datur pęnitentia pluſq; ſeptē annorum.

¶ Octauus eſt, in. c. Admonere, vbi vxoricide, datur pęnitentia aſpera, ⁊ perpetua. ſ. ne vinum, vel ſiceram bibat, carnes nunq̄ comędat, niſi in paſcha, & natiuitate dn̄i, in pane, & aqua, & ſale viuat, ieiuniis, & orationibus intentus, vel intret monaſterium.

¶ Nonus eſt, in. c. Latorem. 33. q. 3. vbi matricidæ eadē quaſi pęnitentia, quæ vxoricidæ, niſi ꝙ huius eſt ſeptennis.

¶ Decimus eſt, in. c. 2. de pe. & re. vbi interficienti præsbyterum datur pęnitentia. 12. ann.

¶ Vndecimus eſt in. c. Accuſaſti de accuſa. vbi accuſanti iniuſte aliquem ad mortē, ſi occiſus fuerit, datur pęnitentia

40. dierum, in pane, & aqua, & septem annis pœniteat. Si vero membrum perdiderit tribus annis.

¶ Duodecimus est in. c. Quicunq. 6. q. 1. vbi periuro datur pœnitentia ieiunii, 40. dieb⁹, in pane, & aqua, & septem annis pœniteat. Idem de eo qui alium inducit, cōsulit, vel cogit, & si erat seruus, vel dñs, tribus quadragesimis, & legitimis trib⁹ feriis. s. 2. 4. 6. in pane & aqua ieiunet. c. Qui cōpulsus. 22. q. 5.

¶ Tertiusdecimus est in. c. Vt mensuræ, de empt. & ven. vbi 30. dierum in pane, & aqua ieiunium datur falsanti mensuras, sed grauior datur pœnitentia falsario literarum apostolicarum, in. c. Dura. et in. c. Ad falsariorum. Et in. c. Ad audientiam. De crimine fal. & in c. Nouimus. De verb. signi.

¶ Quartusdecimus, est in ca. de his vero. 33. q. 2. Et in ca. Si quis de pe. di. 5. Vbi dimittenti pœnitentiam sollemnem, datur pęnitentia decem ann. & exhibitio Eucharistiæ in morte tantum.

¶ Quintusdecimus, est in. c. p ignorantiam. de con. di. 1. vbi presbytero, qui clericū mortuum inuoluit in pallea altaris, datur pęnitentia decē annorum, & quinq mensiū, Diacono vero trium annorum cum dimidio.

¶ Sextusdecimus, est in ca. de viro. 12. q. 2. Vbi committenti sacrilegium, datur pęnitentia 7. ann. Ita q in tribus primis, carnes non comedat, nec vinū bibat, nisi in pascha, & natali dñi. In aliis quatuor ann. tribus feriis, a carnibus, & vino, abstineat, comburens tamē ecclesiam 15. annis pęnitere debet, & resarcire. c. Si quis ecclesiam. 17. q. 4.

¶ Decimusseptimus, est in. c. Statuimus. vbi publice blasphemantibus deum, vel sanctos, datur pnīa, de qua dicemus in serm. de blasphemia.

¶ XVIII. est in cap. Omnis de pe. & re. vbi reuelanti confessionem, vltra mortale, datur pęnitētia, q debet retrudi in arcto monasterio, & deponi.

¶ XIX, est in ca. Si quis dederit. 24. q. 1. vbi dans cōmunionem hęretico, vel ab eo accipiens, & nescit hoc prohibitū esse ab ecclesia, debet pęnitere vno anno. Si sciens. x. ann. Item qui permittit hęreticū celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris. 40. diebus pęniteat, si scienter, p annum. Qui autem pro eius irreuerentia, & dānatione ec

clesiæ.x.an. Qui autem trãsierit ad hereticos, vel alios ad hęc induxerit.12.an.pęniteat. ¶Sunt, & multi alii canones in quibus pnia.7.ann.imponitur. Aliquando minor, quos breuitatis causa pertranseo, quia ex quo regula est, ꝙ pro quolibet mortali sit pęnitentia.7.an.non est necessarium, eos exprimere. Ioã.9.c. Venit nox in qua nemo potest operari. Recitat frater Bernar. de Bust. ꝙ narrauit sibi quidã frater noster, ꝙ Mantuę in quodam pulchro palatio non poterat habitari, vnde quidam iuuenes Papienses, armigeri, & camerarii Marchionis, quorum vnus hoc retulit. cum armis illuc perrexerũt, sed propter strepitũ, & lapides iactatos, non potuerunt stare, nec videbant, quis iactabat, deinde accessit quidam ciauattinus, qui accẽso magno igne in quadam camera sotulares aptabat, media autem nocte, audiuit magnũ strepitum. Et deinde vidit venire tres sericis vestitos, qui ad ignem secum illo posuerunt, nihil dicentes, sed sedẽtes, postea perseuerante illo in suẽdo, vnus ex illis surrexit, & stãs ante illum pro chiuus, aspiciebat illum, quomodo bene sueret. Ille autem non desistẽs ab incepto, sed intrepidans surrexit, ille ciauattimus, & cum illis cepit loqui, sed loquelam illorum ille pauper nõ intelligebat. Tandem animum sumens rogauit eos, vt dicerẽt, q essent. Qui dixerũt, ꝙ erant tres marchiones illius terræ, qui pniam faciebãt in illo palatio, sed si ille promittebat ire pro eis quibusdam vicib⁹ ad quandam ecclesiam. S. Mariæ campestrem extra ciuitatem, ⁊ hoc nudis pedibus, statim intrarẽt paradisum, quo ꝓmisso, statim disparuerunt. Et amplius ibi terremot⁹ nõ fuit. In territorio Ipporegiæ .8. Nouẽbris 1487. Quidam q fuerat interfect⁹ ab hostibus, apparuit bis vxori suæ, & tertia vice apparuit cum candela in manu, ⁊ interrogatus ab ea, quid facere vellet de illa candela. Respondit, ista est cãdela, quam posuisti ante imaginem virginis Marię, in ecclesia maiori pro aĩa mea. Postea dixit, fac aliquid boni ꝓ me. Ego enim sum in purgatorio, & quia non faciebam elemosynas, pro anima patris mei, ipse vsq nunc mansit in purgatorio. sed modo est liberatus, qa deus dedit sibi omnia mea bona quæ feci pro me, &

voluit ꝙ eēnt ꝑ anima illius. Ego autem nunc remaneo in purgatorio. Dicas ergo filiis meis, ꝙ bene faciant, pro me alias eis eueniet, sicut & mihi euenit. Et in signum huius. Dic eis ꝙ crepuit eis bos, & vas plenum vino effusum est, quia non recordātur de me. Et his dictis disparuit, Illa vero omnia implēs, amplius nō vidit eum. Legitur in Cronicis fratrum minorum, & fuit in prouincia marchiæ, ꝙ quidā magnus peccator mortuꝰ fuit, sed in infirmitate fuit cōfessus, cum magna peccatorū suorum contritione, cui confessor pro satisfactione imposuit, vt diceret quædam psalteria, & aliquibus diebus ieiunaret, ac faceret nonnullas disciplinas. Quum guardianus nostri loci illum visitaret, & quæreret quomodo se haberet. Rñdit, Gratias ago deo, qa sine pœnitētia nō morior, sed de hoc doleo, ꝙ pęnitentiam iniunctam implere non valeo. Tunc guardianus confortauit eū dicens. Ne timeas fili. Ego enim pro te faciam satisfacere, statimq; abiens vocatis fratribus suis, rem exposuit, eosq; ad charitatem hortatus est, qui libenter pœnitētiam cum ipso guardiano facere ceperunt. Tunc ipse guardianus ad infirmum rediēs dixit, ex quo fili tua pęnitentia a me, & fratribus meis pro te incepta, cito perficietur, Perge securus, quia a pœnis purgatorii liberaberis. Postea apparuit fratribus pro se orantibus, di. Gratias vobis ago, omnibus fratribus, quia veram & satisfactiuam pęnitentiam a vobis pro me factam, deus acceptauit, Ideo liberatus a purgatorio, cœlū petā.

FINIS.

## FERIA TERTIA POST dominicam passionis.

## DE PESSIMO VITIO detractionis.

MVRMVr multus erat de eo i turba. Io. 7. Quemadmodum aliqui canes adeo sunt immūdi, vt semper turpioribus vescātur, & resumunt vomitum, & omnem immunditiam comędunt, & sunt proditores, quia omnibus blandientes, insidiā

tur, vt mordeant, eos retro. Ita Mystice canes immundi sunt detractores, quorum lingua ad turpia proximorum ꝓferenda semper prompta est, blandiuntur in facie, & retro mordent, & sæpe replicãt mala, quæ pandunt. Signãtur autem 4. Re. 9. per canes qui comederunt Iezabel qui interpretatur sterquiliniũ, quia q ibi comedunt vescuntur sem per immundis, non enim detractores narrant bona quæ vident, sed solum seruãt turpia quæ proferant, sicut faciebãt iudei redemptori nostro in lingua garrientes, dicebãt enim quidã, quia bonus est, alii autẽ non, sed seducit turbas, & sic murmur mult⁹ erat de eo in turba, ideo ꝺ ipsa pestifera detractiõe loquuturi, tria elucidabimus videlicet.

¶ Primo prohibitionem.

¶ Secundo specificationem.

¶ Tertio punitionem.

¶ De primo notandum est, ꝙ hoc pessimum vitium, triplici lege prohibetur. s. diuinali, naturali, & humanali. De prima dico, ꝙ lex diuina est omne illud quod continetur in Nouo, & Veteri testamentis, ꝭm Sco. in. 4. di. 17. contra Gratianum q dixit, quod omnia talia sunt de lege naturæ, vide supra in serm. 1 de confess. Lex autem diuina quantum ad præcepta moralia, quæ cõtinentur in decem præceptis decalogi, vt habetur Exo. 20. Et Leui. 19. obligat sub pœna peccati mortalis, ꝭm Augu. in. 1. de lib. arb. Vnde ad Ro. 13. & ad Gala. 5. di. (Quod cũ plenitudo legis, sit dilectio, vel in dilectione cõsistat) omnia quæ ad dilectionem pertinẽt proximi, sub hoc continẽtur præcepto. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Deus igitur Exo. 20. hoc præcepit dicens, non loqueris contra ꝓximum tuum falsum testimonium, in quo præcepto ꝭm glo. & alios doct. prohibetur etiam detractio, & mendaciũ. Item Leu. 19. surdo non detrahes, nec coram cœco pones offendiculum. Glo. surdo maledicit qui absenti detrahit. Item prouer. 24. Time deum fili mi. Et cum detractoribus non commiscearis, quia cito veniet perditio eorũ. Glo. in hoc specialiter vitio quasi totum genus humanum periclitatur Iac. 4. Nolite detrahere alterutrũ fratres mei, qui detrahit fratri, detrahit legi, ille. Ratio autẽ huius prohibitionis posset assignari. Quũ enim deus ita stricte ꝓhibeat,

ne quis lędat proximũ vt dictum est, supra, Hoc in his maxime prohibetur, de quibus raro vel nunq̄ integra potest satisfactio fieri, & hoc maxime accidit in lesione famæ. Quod patet, Nam si in potestate volũtatis nõ est, vt act⁹ positus in esse, sit ordinatus, vel nõ, licet in potestate sua sit vt antequam ponatur in esse, ponatur, vel non ponatur, secundum Sco. in. 1. dist. 1. qõ. 2. arti. 3. Et hoc loquendo de actibus elicitis ab ipsa voluntate. Quanto magis nõ est in voluntate eius, vt actus alterius potentiæ (puta linguę) postq̄ positus est in esse, sit ordinatus, vel non ordinatus? licet in potestate sua sit, vt anteq̄ ponatur in esse, non ponatur, vel ponatur. Patet tum quia solus actus voluntatis potest dici bonus, vel malus per se. Actus vero aliarũ potentiarum participatiue secundum Sco. q. vlt. prolo. Tũ etiam quia volat irremediabile verbum. Quum emiserit aliquis sermonem, non resumit amplius Ouid. Linguę simile nõ est vltra narrabile quicq̄. Et Orati⁹, nescit vox missa reuerti, Quũ igitur postq̄ emissa est murmuratio, nõ potest amplius reuocari, ideo periculosa est, & prohibita.

¶ Secundo probatur lege naturali, & accipio argumẽtum Sco. in. 4. di. 27. qõ. 2. qui dicit sic. Lex naturæ, de charitatẽ fraterna exprimitur. Matth. 7. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, vos facite illis. Hęc est enim lex, & ꝓphetæ. Hoc idem Luc. 6. Quæ præpositio debet sic intelligi .i. quæ debetis secundum rectam rationem velle. Et hoc modo intelligitur illa propositio Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. i. sicut recta ratione debes diligere te ipsum: sic & proximũ tuum. Sed quilibet secũdum rectam rationem debet diligere famam propriam, ergo & famam proximi. Minor ꝓbat Sco. auctoritate, & ratiõe, Primo auctoritate, ecclesi. 41. Curam habe de bono nomine. (Et quare?) subdit. Hoc enim magis permanebit tibi, q̄ mille thesauri præciosi, & magni, nam bonum nomẽ permanebit in æternum. Et prouerbi. 22. Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multę. Ratione sic. Quilibet secundum rectam rationem debet velle sibi vitam ciuilem, sed bona fama est quædam vita ciuilis, quæ tollitur per ablationem

famę

ergo debet sibi velle bonam famam, ergo ⁊ proximo sicut & sibi, minor probatur, quia in hoc ait Sco. aliquis viuit vita ciuili, ⁊ ꝙ idoneus est ad actus aliquos competentes sibi, in illa ciuitate. Sicut. n. viuens vita naturali, ad actus idoneus, est ⁊ operationes cōpetentes vitę naturali, sed fama amissa per detractionem priuatur homo habilitate ad tales actus, quia amisit statũ dignitatis illæsæ. s. habilitatē ad actus quibus alias dignus erat, hæc Sco. Et ideo ꝑm Cano. Infamis, nec procurator, nec aduocatus eē potest. 3. q. 7. c. 1. Item nec accusator, nec testis. 3. q 4. ca. Nulli, sed dices ꝙ hoc intelligitur de infamia iuris, quę ꝑm leges incurritur per sententiam facti quæ a crimine prouenit. Ita ꝙ crimen sit proxima causa infamiæ, & hoc quando tota ciuitas, vel vicini, vel maior pars accla mat aliquid, vel ē cōis loquutio, ex verisimilibus cōiecturis surgens, vt in ca. si duo. 35. q. 6. Hoc inquã modo incurritur infamia, quæ repellit a dignitatibus. Quia vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debent. de re. iu. lib. 6. Non autem intelligitur, si qs de aliquo murmurauerit &c. Respōdeo, ꝙ hoc verum est, quo ad forum iudiciale, quia tali modo infamis nō admittetur ad dignitates de iure, & agens contra ipsũ in iudicio, poterit facere vt omni careat dignitate. Sed dic mihi, si aliquis infamat aliquem de aliquo enormi (nam secundum criminum qualitatem sic distinguendũ est) ita ꝙ suis verbis efficaciter dictis. oēs credent, licet hoc non deducat in iudicium, tamen impediat ne iste a Principe, vel a Senatu, ad officia assumatur, tanꝗ indignus, quoniam fidē quã de eo habebant amiserunt. Hoc idē dic de mercatore, de iuuene, de puella nubili, & sic de omnibus statib⁹, Ideo ad propositum eorum, quæ supradicta sunt, dicit ꝙ detractio & infamatio, æqparatur homicidio. Vnde Alexander papa. 6. q. 1. ca. Sũma iniquitas est detrahere. quia omnis qui detrahit fratri suo homicida est. Ratio ꝑm Brixiēsem, super verbo detrahit, qa detractor quantum in se est, priuat animam (quæ est melior pars hominis) vita sua, quæ est bona fama. Hoc idem. 11. qõ. 3. c. Nemo. Item in Epistola Clemē. de pe. di. 1. ca. Homicidiorum. Tria genera dicebat esse B. Pe

rius, & pœnam eorum parem. Qui occidit, qui odit, & qui detrahit, pariter homicida ē, Et.c. sequenti. Hiero. in instit. idem affirmat. Ecce ꝙ doc. æquparant vitam ciuilem quæ ē bona fama, vitæ corporali, & sicut lex naturalis prohibet homicidium corporis, sic & animæ, & si quilibet tenetur velle sibi ista, per arg. Sco. ergo & proximo. Paulus autem Apostolus verberibus, & plagis, præfert bonam famā, immo & morti, di. primę, Cor. 9. bonum est mihi magis mori, ꝙ vt quis gloriam meam euacuet, hæc illæ. Idcirco melius esset homini, & mulieri cuiusque status, amittere omnem mundi substātiam, etiam corporalem vitam, q̄ famā, quia multo grauius fertur. si quis honore priuetur, q̄ si ei bona sua auferant Arist. in lib. Ico. Tullius. 2. de Orat. Bona extimatio diuitiis pest, &c. Quid enim faciet in hoc mundo ille, vel illa, qui non potest palam conuersari, propter infamiam, & dum omnes illum digito ostendunt. Nimirum solerti studio, & ingenti sollicitudine antiqui famam acquirere conabantur, & acquisitā conseruare, nam & diuitiis, & corporali vitæ, omnibusque mundi rebus, eā pręferebant, ita, vt Augu. eos reprehēdat, 5. de ciui. dei. c. 13. Quoniā huius mundanæ gloriæ, ita auidi erāt, ꝙ honoris gratia, laudis, & glorię, ita consuluerūt patriæ, in qua ipsam gloriam requirebant, salutem eius saluti suæ preponere non dubitauerunt, ille. Pro hac igitur acquirenda, omnes pro viribus laborant, etenim si p omnes artes, & exercitia discurreres inuenies, ꝙ etiā cum lucro gloria q̄ritur, dū omnes laudari cupiāt, ideo maximū malum ē detractoribus alienam vitam deturpare, fama enim est corona papę. Ideo si ei auferretur, bonum esset illi magis mori, ait Apostolus, Corona Regum, Imperatorū, discurre conditiones hominum, & mulierum, & dignitates, & officia replicando, quā si amiserit &c. Ait enim quidā poe. Quem semel horrendis maculis infamia nigrat. Ad bene tergendum, multa laborat acqua.

¶ Tertio, prohibetur lege humana. ff. de Iusti. & iu. l. Iustitia. Primum preceptum est alterum non ledere, pręsertim in bonis animæ, vt est fama. Preterea cap. Clericus. 20. d. & c. Ex merito. 46. di. Et. c. detra-

ctores 6.q.1.Hic autem inferē da est practica notabilis, ꝙ videlicet vnusquisq; cauere debet, ne mala vita det aliis occasionē murmurandi.2.q.1.c. Nolo enim.q 3.c.Nō sunt &c.

CIRCA secundū principale: multis modis habet vt colligit a doc. maxime ab Alex. de Ales.2.parte, in tractatu dꝫ detractione.

¶Primo cū quis secreta peccata proximi publice reuelat contra Euangelium, Matt.18. Si peccauerit in te,&c.

¶Secundo fingendo de proximo mala, quæ non fecit.

¶Tertio inuētiuos Libellos facere in infamiā alicuius personæ, familiæ, religionis,& huiusmodi componēdo, & quo modo tales teneantur ad restitutionem dicetur in parte sequenti.

¶Quarto, occultando, & est quādo homo malitiose tacet bonum proximi, vbi & quando tacere non debet, & nota ꝙ qn̄ scis de aliqua persona ꝙ est bona,& virtuosa, & clare perpendis, ꝙ si illam bonitatem manifestas, præsertim requisitus, ꝙ inde ꝓueniet vtilitas illius, vel reipublice, ꝛc. & honor dei,& tamen malitiose taces grauiter peccas, vnde. Greg. Grauis rapacitas est cū veram alterius gloriam, & si mendacio non corrumpis, silentio præteris, hæc ille. Ex hac autem conclusione, aliæ tres correlariæ inferuntur.

¶Prima ē.S.Tho.2.2.q.70. ar.1.Quod si inquiratur testimonium alicuius, ad liberandū hominem ab iniusta morte a quacunq; pœna, vel infamia, vel aliquo iniquo dāno, tenetur ad testificādum, etiā si requireretur ab alio, q̄ a superiore, qđ si non fecerit peccat. Et subdit, ꝙ etiam si non requireretur tenetur facere, quod in se est, vt veritatem denunciet ei qui potest prodesse.ꝑs.Eripite pauperem,& ægenum, dꝫ manu peccatoris liberate.Hæc.S. Tho.Hoc idē hr̄.11.q.3.c.Quisquis.Et.c.1.de crimi.fal. Augu. ad casulanū. Qui veritatem occultat, qui prodit, & qui mēdaciū dicit, reus est vterq;, ille. Et Sco.in 4.di.15.q.2.dicit.Quod quum quis requisitꝰ in iudicio, vbi res furto sublata est, vel alias iniuste detenta posset sententialiter restitui dn̄o, & talem veritatem dicendo, nō immi net periculum sui status, neq; ꝓpriæ personæ, talis non manifestando, nō solum peccat,

ſed omne damnum quod ſequitur læſo ſatisfacere tenet. & ſi ſic verum eſt de re temporali, quanto magis de fama?

¶Secunda cõcluſio eſt, ꝙ cõſuetudo, quæ obſeruatur, vt fiant èxcommunicationes, ꝓ furtis, & huiuſmodi, non eſt laudanda, licet prælati leſis hoc negare non poſsint, ipſi tamen male faciunt, quia illa queant animas, & nihilominus ſine excõicatione reuelare tenẽtur. O notarii qui præcio, aut amicitia abſconditis teſtamẽta, inſtrumenta mercationum, & quæcũq;, & eſtis cauſa multorum malorũ, mementote ꝙ tenemini ad omne damnum, & ita hora mortis reddetis rationem.

¶Quinto, committitur negãdo, vt ſi quis dicat aliquem eſſe virtuoſum, tu tamen negas eum eſſe talem, liuor excellẽtiam propriam ſemper cogitãs, obſcurat alienam, de hoc loquitur glo. in c. Homicidiorum. de pe. di. I. Detrahere eſt bona alicui q̃ ſunt a deo collata negare, vel inuertere, vt quis dicat, ſapientem ſapientiam non habere, caſtum caſtitatem non habere, hęc glo. De huiuſmodi multi inueniuntur, qui. cum de aliquo dicitur aliquid boni dicunt, O ille non facit medietatem illius quod tenetur, vel dicũt, nõ eſt verum, ꝙ ſit bonus, vel doctus, & huiuſmodi ſicut tu dicis Cioche luce, non e oro, Hii maledicti detractores veſpis aſsimilantur, quę mel nullo modo conficere poſſunt, nec ſciunt, ſed mel ab apibus iam confectum deuorant, ſic iſti neſciunt, vel nolunt cõficere bonum, & ab aliis bonũ factum negando deuorant.

¶Sexto peruertendo, ſeu deprauando, & eſt quum detractor alterius bonum, in malũ conuertit, puta dicendo, ꝙ illud nõ fuit bonum, quia multa mala ex illo ſecuta ſũt, vel ſi non põt conuertere in malum, conuertit in malam intẽtionem facientis, & dicit, ꝙ fecit tale bonũ, vel propter vanam gloriam, vel vt haberet, tale officium, o per hauer piu credito, o per fare meglio gli fatti ſuoi. Si remittit iniurias, dicunt ꝙ ex puſillanimitate, ſi ieiunat, & dat elemoſynam, dicunt ꝙ intentio iſtius non ſit verſus deum, de hiis loquitur Glo. de pœ. di. I. c. Homicidiorũ, di. vel ea q̃ bono zelo fiunt, inuertẽdo aſſerat malo zelo, vel ſpũ fieri. Sicut ſcribæ Chriſto dicebant, Eiicere in Beelzebub, dęmonia, illæ.

¶Septimo, fingendo, fingũt enim voce, vultu, verbis, atq; suspiriis, ex charitate referre, infamationes proximorum, quum totus ex inuidia procedat. vt ait Bernar. super cãti. sermone 24.

¶Octauo, prouocãdo. Simulant nãq; se velle proximum defendere, & excusare, dicunt enim Talia dicuntur de tali, sed melius est non credere, & ista dicunt, vt alios ꝓuocent ad credendum, & dicendum, interdum etiam laudant aliquem de aliquo, vltra veritatem, & maxime coram inimicis eius, vt eos magis prouocent ad infamandum illum. Quũ enim inimicus nequeat eũ æquo pati animo, & ꝙ suus emulus laudeť de virtutibus, quas habet, quia dicit eas esse vitia, multo minus de his quas non habet.

¶Nono ampliando, & palliãdo, suas detractiões, incipiũt enim primo laudare auditores, de his quæ in aliis damnare volunt, vt eos magis incitent ad credendum. Deinde simulãt se ex zelo charitatis, vel veritatis, & iustitiæ dicere, & sic isti maledicti detractores, vel inuidia ducti, vel quia cum aliquorum iactura laudari volunt, famam proximi lacerãt. Vnde Hierony. in quadam epistola, vilium sane hominum, & suam laudẽ quęrentium, est alios viles facere, quia alterius vituperatione, se laudari putãt, quia & si suo merito placere non possunt, videri volunt in comparatione peiorum, hęc ille. Qualiter autem iste detractiones sint mortale peccatum, & qualiter non. Nota secundum Alexã. vbi supra. f. 2. parte in tractatu de detractione. Et. S. Tho. 2.2.q.73. Quod tripliciter dicitur quis detractor.

¶Primo, formalr̃ tantum. Et est qñ dicit aliqua supradictorum, &c. quædã quæ de se nõ sunt infamatoria, tamẽ dicit ea intentiõne, vt infamet. Est peccatum mortale. ca. Cum voluntate. de sen. excommu.

¶Secundo modo materialiter tantum. & est qñ non aĩo infamandi, sed ex loquacitate, vel similiter, facit aliquod supradictorum, & tũc si talia de se infamant, sic mortaliter peccat. c. Sæpe contingit, &c. c. Hii qui. distin. 50. si vero non infamant, sicut cum quis dicit talis est magnus superbus, vel auarus, & huiusmodi, quę possunt esse mortale, & veniale, tunc non peccat mortaliter, si ex loquacitate hoc fa-

cit. Idem dicendũ, de hiis quę sunt modicæ importantiæ, & venialia, & si audientes scandalizantur malefaciunt, quia debebant in bonam partem interpretari, Idem ꝭm Sco. in 4. di. 15. q. 4 De eo q ex loquacitate dicit, se audiuisse aliq̃ infamatoria proximi, ⁊ ratio. Quia talis ex natura actus nõ aufert illi famam, similiter si ille cui dicit, habebat eum ꝓ scelerato.

❡Tertio modo, formaliter, ⁊ materialiter, quũ. s. talia sunt infamatoria proximi, & cum animo infamãdi, peccat mortaliter, & tenetur, vt infra declarabitur. Sic etiam diffinit detractio, ex dictis Alexan. de Ales. 2. par Et doct. S. Tho. 2. 2. q. 75. Detractio est denigratio famæ alteri⁹, per occulta verba, ab aliquo maligno prolata, vt prauus, & iniquus, quis habeatur.

SEQVITVR tertium principale (dimissis multis) quæ de hoc dici possũt, Grauiter enim a legibus puniuntur. Vide. 3 q. 4 c. Detractores vbi primo sunt eradicãdi, Secundo excluduntur ab attestatione, & accusatione. Duas tamẽ ponemus pęnas, Prima est ꝙ tenetur ad satisfactionem, aliter non potest saluari. Et quantum ad hoc, nota ꝭm Sco vbi supra. Quod tripliciter quis potest alium infamare.

❡Primo falsum crimen impo nendo. Hoc etiam dupliciter accidit. Primo malum a se inuentum narrando. secũdo auditum ab aliis dicẽdo. Primo modo tenetur simpliciter verbum retractare, & hoc ita publice. sicut sibi imposuit, alias non seruat iustitiam, in reddendo proximo, quod suum est. ff. de iu & iur l iustitia Et dicit Ray in sum. ꝙ eodẽ modo, quo dicit, debet retractare dicendo, ꝙ mentitus est. c. Inter sollicitudines, de purgacano Et hoc verũ, nisi ex tali publica retractatione, magis diffamaret infamatus. Non dicat ergo detractor, Ego de tali peccato infamaui talẽ, specificando peccatum, quia forte illi amplius non recordantur. sed debet dicere, Ego infamaui talem apud vos de quodam peccato, si de eo non habetis memoriam bonum est. si autem recordamini, sciatis quia ego illud inueni, & mentior per gulã, & dicit Sco. vbi supra, ꝙ quãuis magis teneaẽ quis famam suam, q̃ alienam,

seruare cęteris paribus, tamē detractor qui iniuste abstulit famam, magis tenetur illi restituere, quod iuste ei compe tit, & iniuste ei abstulit, quam iniustę propriam famā̄ seruare. Et dicunt Ray & Hosti. in sum. Quod nisi rationabilis causa obstet, tenet infamans ab infamato veniam postulare 14. q. 6. c. 1. & c. Quidam. 9 q. 1. Idem dic de libellis famosis. Secundo modo, Narrando quod ab aliis audiuit, non affirmando, tunc si ex leuitate, & non ex malignitate, nec animo infamandi, dicit, veniale videtur, cum humana lingua in lubrico sit posita, Iaco. 3. Hoc modo non tenetur ad restitutionem, ſm Sco. Nam rara fides ideo est, qa multi multa loquuntur. Ideo dicens se tantum audiuisse, non est graue pctm̄, nec illi aliqua restitutio accidit, & si illi qui audiunt firmiter concipiunt illum de quo est sermo criminosum esse, leues sunt, Qui n. cito credit leuis est corde. Ecclesi. 19. Nisi ex modo loquendi, vel dicendi, auferat ex natura actus in opinione aliorū famam ipsi, quia vel addidit, vel cum multa efficacia dixit vel animo infamandi.

¶ Secundo modo, infamat quis alium verum crimē imponēdo, nec seruatis debitis circunstantiis, puta ꝙ est occultum, manifestando, licet sit verum. Talis licet grauiter peccet, (ait Sco) Non tamen tenetur dicere, se falsum dixisse, quia mentiretur, quod q̄dem nō debet propter quod cūq; bonum reddēdum. Alii, vt in c. Super eo. De vsu. sed tenetur alio modo licito, sibi reddere famam, vt per huiusmodi verba, non credatis eū esse talem, male dixi, fatuę dixi. Verum est enim ꝙ male dixit, quia non seruato ordine iuris, & in publico illd', quod non est verum publicum. Et sic persuasio ista (non putetis eum malum) bona est. Quilibet præsumendus est bonus, donec probetur contrarium quia humana fragilitas, illū quem indignum esse non nouit, dignum debet extimare. Sed iste non ē probatus malus coram istis.

¶ Tertio modo infamat quis alterum, verum crimē, sed occultum, in publico tamen sibi impositum negando, quia in hoc negans notat imponētem de calumnia, dicit Sco. ꝙ non tenetur retractare negationem suam, qua negauit in publico, quā quis peccet, q̄a

mentitur. veritatem negando.& notando accusatorem de infamia impositionis falsi criminis,non tamen tenetur ad satisfactionem, nam cum accusator non seruauerit iustitiam,in denũciatione,quia proposuit corã iudice, quod proponendum non erat,ꝛ qđ probare non poterat, sibi im putari debet,ipse. n. fuit principalis causa suę infamatiõis, ad euitandum tamen mendaciũ in his accusatiõibus,dãda est rñsio iuristarũ videlicet, nego ꝑposita,vt proponunt, Hoc enim sine mendacio dici potest.quia proponuntur in publico,& vt publica, & non publicęꝓbanda,& addit Sco. in tali casu tutum ē, post huiusmodi abnegationem pęnitere. Quia bonarum mẽtium est,culpam timere, vbi culpa non est.c.ad eius.dist.5.Addit etiam Sco.ꝙ licet non teneatur quis confiteri in iudicio, crimen de quo nõdum est cõuinctus, qa posset eē tale per quod suspenderetur, & filii exhereditarentur, tenetur tamen,per aliqua sobria verba, restituere famam ei,quam abstulit indirecte, eum imputãdo de calumnia, puta.dicendo,nõ habeatis ipsum pro calumniatore,quia forte imponendo mihi hoc crimen,habuit bonam intẽtionem, vel credebat sic esse.O quis est ille qui infamiam quam alicui imposuit, bonam famam restituerit. O damnabiles personæ.O infęlices animę,est ne aliquis qui restituit bona alicuius,sic?sed famam nõ inuenitur vnus,qui sic restituerit.

❡Secũda punitio est, ꝙ de talibus diuina iustitia maximã vltionem facit.Et de hoc habemus exemplum illius monialis,quæ sancta videbatur, tamen post mortem eius, viderũt moniales sepulchrum eius ardere. Cõfessor petit ab abbatissa de vita illius ait.Qđ nihil aliud de ea sciret, nisi ꝙ frequenter de aliis detrahebat,tunc ait confessor. Certe propter hoc damnata est.Dicit Climacus ꝙ tãtum debet permitti, vt diabolus visibilis maneat in monasterio, sicut inuisibilis,& vocat detractorem diabolum visibilem. Exemplum illi⁹ religiosi, qui alium infamauit, & non poterat mori, licet ꝑ multos dies in extremis laborasset, quin prius restituerit famam. Figura.Gene.8.de arca.Emissus est coruus,& non est vltra reuersus,mansit enim ad cadauera mortuorum,Eccle.10.Si mor

deat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.ps. Sepulchrũ patẽs est.g.e.l.s.d.a.Idẽ.cuius male dictione os plenum est,amaritudine,& dolo, sub lingua eius labor,& dolor.O lingua maledicta, O lingua serpentina quot mala, quot maledictiones inde proueniunt?pratica tuo modo.

FINIS.

## FERIA. IIII. POST dñicam passionis.

## DE INTEGRA restitutione.

LOQuor vobis & non creditis, Ioan.x. Diuina clementia, bonitasque illa infinita,quę humanũ genus ad beatitudinem ordinauit, dedit ei omnia media ad hoc conuenientia, ac etiã (salua libertate arbitrii)amouit impedimenta.Videns nãq; ꝙ humana voluntas post lapsum irregulata, maximã spẽ in rebus tẽporalibus erat positura,(quæ tamẽ tantum diligi debẽt in ordine ad deũ, & ad salutis adminiculum,secũdum Sco.in.3.di.32.)ac per hoc disposita erat aliena rapere si posset, concupiscere si non posset,ordinauit leges,q̃ permittunt,& volunt,ꝙ vnusquisq; quod iusto titulo possidet,ĩ pace possideat, nec aliquis ab eo auferat, ne ꝓpter hoc iurgia,& dissentiões oriãtur,& vtriq; damnationis occasio sumatur, verum voluntas ipsa humana ab hiis caducis illecta intantum degrauata est, ꝙ spreto incõmutabili bono, acquisitis per phas, & nephas,bonis commutabilibus hereat, & ita inordinate, ꝙ non credit scripturæ, leges non timet,dei iudicia nõ formidat.Ideo deus,lex, & prædicator,quilibet,qui populis ne aliena rapiãt suadet, raptaque restituant, bene dicere potest, loquor vobis, & non creditis.De restitutione aũt, tria sunt declarãda,videlicet.

¶Obligatio.

¶Modificatio.

¶Specificatio.

¶Circa primum, videndum est,Primo,vtrum rerũ dominia sint distincta, vt dicatur, hoc meum,& illud tuum? qa hoc est fundamẽtum omnis

iustitiæ, in cõtractando rem alienã, & per consequens omnis iustitiæ, in restituendo eã, & quantum ad hoc Sco. in.4. di.15.qõ.2.ar.1. Ponit sex conclusiones.

¶Prima cóclusio est, Quod lege naturæ, vel diuina, non sunt rerũ distincta dominia, pro statu innocentiæ, immo tunc omnia erant cõmunia, & hoc probatur per illud decretorum, di.8.c.1. Sic, iurę naturæ, sunt omnia communia omnibus. Et adducit Augu. super Ioan.c.2.di. Quo iure defendis villas ecclesiæ, diuino, an humano? Vnde quisq; possidet, quod possidet nõne humana voluntate? Nam iure diuino domini est terra, & plenitudo eius. Iure ergo humano dicitur hæc domus mea ẽ, hæc villa mea est, hic seruus meus est, ille.12.q.1.c. Dilectissimis dicitur. Cõmunis vsus omnium quę sunt in hoc mũdo omnibus esse debuit.

¶Secunda conclusio est, q illud pręceptum legis naturę de habendo omnia communia reuocatũ est post lapsum, & hoc propter duo, tum quia cõmunitas omnium, esset cõtra pacificam conuersationẽ, cum malus, & cupid⁹ occuparet, vltra ea quę sibi essent necessaria, et inferẽdo violẽtiã, aliis, q vellẽt secũ eisdẽ cõib⁹ ad necessitatẽ vti, sicut legiẽ de Nẽbroth. Geñ.10. q erat robustus venator, coram domino. i. hominum oppressor. Fũ etiam quia esset contra necessariam sustentationem, quia fortiores bellatores priuarẽt alios ppriis bonis necessariis & ideo Aris. Poli. Quę nõ vult sint cõmunia omnia, multo melior est (ait Sco.) q politia Socratis, quẽ reprehendit de omnibus communibus, secũdum illum statum quem Philosophus inuenit in hoibus.

¶Tertia conclusio. Quod reuocato isto pręcepto legis naturæ, de habendo omnia cõmunia, & per consequens cõcessa licentia approprıandi, & distinguendi cõmunia, nõ fiebat actualis distinctio, per legem naturæ, nec per diuinã, sed aliqua lege positiua, fiebat prima distictio dominiorũ. An ergo illa distinctio sit iusta, oportet videre quomodo lex positiua, sit lex iusta.

¶Quarta conclusio, q lex positiua iuste requirit in legislatore prudentiam, & auctoritatem, Prudentiam, vt secundum rectam rationem practicam dictet, quid faciendum p communitate, auctoritatem,

quia dicitur lex a ligando, sed non quęcunque sententia prudentis ligat communitatem, nec aliquē si nulli præsideat, oportet ergo non solum habere prudentiam, sed auctoritatem, & sic lex talis positiua condita per talem, erit iusta, quomodo ergo auctoritas iusta habetur, quæ reqritur ad legem iustam: declarabitur.

¶Quinta conclusio est, quod est duplex principatus, vel auctoritas .s. paterna, & politica, & politica est duplex. s. in vna persona, vel in cōmunitate, & in pluribus. Prima: s. paterna iusta est, ex lege naturę, qua omnes filii tenentur parētibus obedire. Nec ista per legem aliquam mosaicā, vel Euangelicam ē reuocata, sed magis cōfirmata. Auctoritas vero politica, quæ est in vna, vel pluribus personis, potest esse iusta, ex cōmuni consensu, & electione ipsius communitatis, & talis auctoritas politica, vt patet iusta ē, quia iuste potest quis submittere se vni personæ, vel cōmunitati, in hiis quæ non sunt cōtra legem dei, in quibus melius potest dirigi per illū, cui se submittit, q̄ per seipsum, Habem⁹ ergo, quomodo poterat. condi lex positiua iusta, quia ab habente prudētiam, in se vel a consiliariis suis, & cum hoc habente auctoritatem iustā, aliquo dictorum modorum, & sic fit lex positiua iusta.

¶Ex hiis est sexta, conclusio, Quod prima distinctio dominiorum, potuit esse iusta a lege positiua iusta, siue lata a patre, siue principe, siue cōmunitate iuste regnante, vel regente in cōdēdis legibus. Et hoc mō probabile est factum fuisse. Nā vel post diluuiū, Noe filiis suis distinxit terras quas singuli occuparēt, pro se, vel filiis suis, & posteris, vel ipsi de cōmuni concordia, inter se diuiserunt, sicut legitur Gen. 13. de Abraam, & Loth. Quia Abraam dedit electionē ipsi Loth. quā partem vellet eligere, & ipse reliquam acciperet, vel lex aliqua promulgata est a patre, vel ab aliquo electo ab eis, in principem, vel a cōitate, vel cui ipsemet cōmunitas cōmisit istam auctoritatē, quę inquā lex, fuit; vel potuit esse, quod res tunc non occupata, esset primo occupantis, Et tunc postea diuiserunt se super faciem orbis terrarum, & vnus occupauit vnam plagā, & alius aliam. Hęc Sco. ad literam. Hoc modo dicere possumus, quod leges Ciuiles, & Cano

nicæ, quibus modo homines vtuntur, sunt iustæ, qbus conceditur ꝙ omnes qui aliquid iusto titulo posſident, ſuum proprium dicant, & eis auferentes reſtituere teneanť, ſub precepto peccati mortalis. Hiis ſuppoſitis. cõcludit Sco. vbi ſupra, ar. 3. Quod reſtitutio cadit ſub peccato, & contra faciẽs dãnabitur. Reſtitutio enim eſt, in priſtinum ſtatum repoſitio. L. reſtituere. ff. de verb. ſig. Reſtitutio eſt nõ ſolum pręſentiam rei prębere, ſed etiam poſſeſſorem facere. fructuſq̨ reddere, ⁊ probat ſic, ſicut enim auferre alienũ eſt peccatum mortale, cõtra præceptum diuinũ negatiuũ .ſ. non furtum facies. Exo. 20. Deut. 5. Leu. 19. Ita tenetur alienum reſtituere, & ideo ſicut neceſſarium eſt ſeruare pręcepta negatiua, ita non tenere aliena, inuito dño. Et per cõſequẽs, vel actu ſtatim reddere, vel ſaltem velle reddere, cũ fuerit oportunitas. ex hiis & aliis quæ dicit Sco. in. q. ſupradicta. patet reſtitutio fienda, &c. Et ille Senenſis. S. Bernar. de Chriſtiana re. ſerm. 38. Accipit alia motiua ad hoc ꝓbandum. Primo quum in pertractandis rebus alienis, quã diu res ſic tenẽtur, ſemper eſt actus, atq̨ reatus ipſius culpę. quum tamẽ in cæteris culpis trãſeat actus, & remaneat reatus, ſecundum eundem Sco. in. 4. di. 14. q. 1. & Auguſ in lib. de baptiſmo paruulorũ, ſemper eſt in ledẽdo proximum, qui rem alienam detinet, donec reſtituat, ſed homo ſemper tenetur non ledere proximum, ac per conſequens ſemper, & ſtatim ex ꝑcepti neceſſitate, reſtituere obligatur, tenetur nãq̨ ceſſare ab actu peccati, quum teneatur ponere ſe in tali ſtatu iuxta poſſe, ꝙ ſibi peccatum dimittatur. Vnde, ſicut tenens adulterã, nõ eſt capax pœnitentiæ. ſed irriſor (vt dictum eſt in ſerm. de contri.) Et ſi talis hoc modo ad pœnitentiam venit, peccatum addit peccato. hæc Sco. Et addit. S. Bern. ꝙ ſic obligatus ad reſtitutionem, ſemper ligatus manet, ſ̃m iudiciũ dei, & licet abſoluatur a ſacerdote: abſolutus nõ eſt in cœlis, quia clauis errauit, vt tactum eſt in ſermone de confeſ.

¶ Præterea dicit Sco. ꝙ reſtitutio hoc modo non eſt pars ſatiſfactionis, ꝓut ſatiſfactio eſt tertia pars pœnitentiæ, qa reſtitutio requiritur ad oẽm partem pœnitentiæ, ſiue actu ſiue voluntate. Satiſfactio au

tem quæ eſt tertia pars pœnitentiæ, non requiritur ante alias partes. Ideo reſtitutio ē pręambula ante cōfeſsionē, quia nō iniungitur a ſacerdote, ſed a lege diuina infertur. Hæc Sco. S. Ber. ait qđ cœcus eſt omnis ſacerdos, qui aliter quēcunq; abſoluit, & ad reſtituēdū impoſterū obligat eū, quum experientia pateat, ꝙ omni anno promittunt reſtituere & non obſeruant. Matt. 15. Si cę. cę. du. p. a. in fo. c. Addit etiam. S. Berna. Quod propoſitum reſtituendi, non ſufficit quū poſsit actu reſtituere, ſicut non ſufficit propoſitum contritionis, de futuro, qa ſemper in pcō actu manet. Addit ēt. S. Bernar. Quod licet ſit fide digna perſona, in hoc non eſt ei credēdum, qñ promittit de futuro reſtituere, & hoc propter multa pericula, & impedimēta, quæ inde perueniunt, circa temporalia, & ſi ei credendum eſſet, non debet tamē abſolui, donec conſtet, de reſtitutione in actu, & de facto cōpleta, aut cito cōplenda, vel per aliquam cautionē, ita ꝙ tam ſacerdos ſit ſecurus, q̄ ille cui fiēda eſt. Addit quoq;. S. Bern. ꝙ licet qñq; eccleſia ſuſtineat, ꝙ a teſtatore mādetur hęredi, reſtitutionem fieri. hoc tamen non ſufficit ad ſalutem, niſi rationabiliter, & probabiliter pręſumat, ꝙ melius poſsit per ipm̄ hęredem expleri, quia nec eccleſia, hoc approbat, nec docet, ſed tantum recipit minus perfectum, ab hominibus: qñ ab eis quod perfectum eſt habere non poteſt, ſic aliquando fecerunt aliqui ſapientes, quāuis nunc videant hoc eſſe ſimpl'r omittendum, ex quo obligatus ex periculo animæ ſuæ non liberatur, ſm̄ Augu. 14. q. 6 c. Si res. Dicit Ioan. Gerſon, in ſerm. in cœna dñi. Qđ maxime in quatuor vera ſatiſfactio vix fieri poteſt. Primo corruptio aliorum in moribus. Secundo iniuſtum bellū in temporalibus, iniuſte promotiones in ſpiritualibus, vnde oriuntur mortes tam temporales, quā ſpirituales. Tertio iniuſtæ patrocinationes, qui dolis, & aſtutiis, hęreditates aliorum tollit. O iudices, O aduocati, o procuratores erigite aures, O adultera quę legitimum filium priuas, & partem hæreditatis ſpuriodas, & adhuc periculoſior eſt diffamatio, quę vitę ciuilis debitam famam aufert, de quo ſuo loco diximus. Quarto pōpoſitas ſtatus, quæ ortum ha

bet a simonia, rapina, & vsura, vix enim potest cessio fieri, vt descédat quis a statu alto (quãuis damnatissimo) in bassum debitũ & tranquillũ.

¶ Supradicta etiam probari possunt per leges Canonicas, & per dictũ capitulum, si res. Ait Aug. si res aliena propter quam peccatum ẽ reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur, si autem veraciter agitur, reddi debet, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et Greg. de pe. di. 5. c. Falsas. Qui bona aliena iniuste detinet, cognoscat se veram pœnitẽtiam nõ posse peragere, per quam ad æternam vitã peruenire valeat, nisi bona q̃ iniuste abstulit, restituat. Idẽ 23. qõ. 8. c. Pessimum. Extra de vsu. c. Quantum, & 2. q. 2. cap. Omnes leges, tam eccle. quã vulgares, & publicę, p̃cipiunt vt omnia ablata restituantur ei, qui suis fuit rebus expoliatus. Et alibi. Inter omnes aũt grauissimę peccãt, qui legata ad pias causas non restituũt, vt tenẽtur, vel alio modo impediunt, contra quos terribilia tria consilia clamant. 13. q. 2. c. Qui oblationes, cum duobus capitulis sequentibus. Qui oblationes defunctorũ, aut negant ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquã pauperum necatores excõmunicẽtur, & hoc ex consilio Carthaginẽsi. Hoc idẽ duo consilia quæ sequuntur. s. Varense, & Agatense.

¶ Exẽplum, narrat Petrus Damianus de quodã nobili Abbate, qui videbatur modest⁹, & bonæ conditionis, hic successit cuidam in hęreditate, & inter cętera deuenit ad eũ possessio cuiusdam ecclesiæ. Tandẽ moritur Abbas. Quidã amicus eius pro eo orans, Vidit terrã apertam, & flãmã infernalẽ, & scalam in ea octo gradus habẽtẽ. In primo gradu erat Abbas ille. In secũdo q ei legauerat, & sic deinceps vsq; ad vltimum gradũ, erant enim oẽs illi 8. qui possessionẽ illam iniuste tenuerant, & aliis legauerant, Erat autẽ talis ordo, q qñ vnus de possidẽtibus moriebatur, descendebat ad primum gradum, & qui erat in primo ad secundum, & sic de aliis. Et sic ostẽditur quòd propter illam detentionem, damnati omnes illi erant, & in graduum descensione pœna augmẽtabatur, nec ignorãtia excusauit eos, quia crassa fuit, & humana. Narrat idem de quodam

infirmo ad mortem clamante, & vlulante, quia sex nummos a paupercula vidua acceperat, q verberabaẗ de manibus scõrũ Andreæ, & Gregorii, vt sibi videbaẗ, & ꝙ passus illa fecerat in laborando, vt a me requireret, tot (inqt) ict⁹ a scõrum manibus pertuli. O quot exẽpla, ac dei iudicia de hoc visa sunt ⁊ in hoc sęculo, & in futuro. Nã iusto dei iudicio multæ domus, & familię, sonno andate allo hospitale. Suba enim festinata non permanebit. Ait Salomõ. o aduocati, O procuratores, o iudices, qui causas iniustas defenditis, pauperesq́ decoriatis. Recordamini quot lachrymę viduę, ad maxilla descẽdũt, & exclamatio eius super deducẽtis eas, a maxilla ascendunt ad cœlum, & exauditor deus nõ delectabiẗ in illis. Eccle. 35. O notarii qui ignorantia, & malitia falsificatis, & occultatis cõtractus scripturas, & testamẽta, in pauperũ p̃iudiciũ, recordamini ꝙ obligati estis ad restitutionem, & al pũcto della morte vene auedereti. Recordemini qd Esa. 33. diciẗ, ve qui p̃datis, nõne & ipse deprędaberis; O mercatores q tot fraudibus, & mendaciis, alios decipitis, O ciues qui mutuatis, vinum, frumẽtum, & huiusmodi, ac ẽt nummos ad vsurã, plusq̃ iudei facitis, ad tẽpus venditis, accõmodatis, 50. & vultis ꝙ cõtractus dicat 60. O tu qui accõmodasti vnam salmã hordei, & sequẽti anno, quia ille pauper nõ potuit reddere, fecisti eum obligari, ad duas salmas, & sic tantum multiplicasti, ꝙ eum priuasti agello suo. O quot sunt hodie qui cum modico quod accommodãt, vel mutuant, faciunt de anno in annum tãtum multiplicare, quòd pauperes decoriant, auferunt eis domos, vineas, agros, & mittunt eos ad hospitale. O vos qui palatia, & pulchras domos ædificatis, & tamen lateres sunt de carnibus, & ossibus pauperum, cementum de sudore, & sanguine. Recordemini, ꝙ diciẗ Abacuch, 7. ve qui congregat auaritiam malã, domui suæ, quia lapis de pariete cadet, & clamabit. Et Esa. 5. Ve qui coniũgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? in aurib⁹ meis, hæc dicit dominus exercituum. Quid dicemus de hiis qui operariis, & famulis, nolunt soluere, le tengono in

tẽpo, gli ſtracciano, & mulieres quæ non ſatisfaciunt famulabus, filatricib⁹, & huiuſmodi, &c. Practica hic. Recordamini ꝙ de omnibus rationem reddetis. Vnde Iac. 5. ecce merces operariorũ veſtrorum, quę fraudata ẽ a vobis, clamat, & clamor eius in aurib⁹ domini ſabbaoth introiuit, hæc ille. Audite quęſo, qd de vobis dicat chriſt⁹ dei virtus, & ſapientia. Luc. 6. Veh vobis diuitibus, qui habetis cõſolationem veſtram, veh vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis, & Marc. 10. c. Filioli quã difficile eſt, confidẽtem in pecuniis, in regnum dei introire, facilius ẽ camelum per foramen acus tranſire, ꝗ diuitẽ intrare in regnum dei, ille. Caueatis, ergo ne decipiamini per diuitias veſtras, &c.

CIRCA ſecundũ principale. Nota quandam diſtinctiõem pulcherrimam de mente Sco. ar. 4. & in reſponſione argumẽtorum, quod ille qui tenetur reſtituere, aut põt, aut non poteſt. Si poteſt, aut ſine damno familiæ, & ſui ſtatus, aut cum dãno. Si primo modo, ſine dubio tenetur reſtituere, ꝗ citius poterit, ſine præiudicio famæ propriæ. Si autem poteſt, & non ſine piudicio, & magno damno, & deſtructione familiæ ſuæ, & ſui ſtatus. Puta obligatus erit doctor legis, oporteret eum vendere libros, veſtes, & huiuſmodi, quibus lucrabatur, vel artifex, quem vendere oportet inſtrumenta, & ſic nõ poterit exercere artem, qua viuebat, & huiuſmodi, in tali caſu ſm Sco. & Ioã. de Neapo. & Archi. Flo. Petat, vel petere faciat remiſsionẽ, & ſi creditor libere remittit, aut in parte, aut in toto, debitor eſt ſolutus. Notãter dixi libere, quia tales remiſsiones non valẽt, ſi fiant ex metu, vel verecundia, vel mendacio, mentiẽtes ſe non poſſe, vel oñdẽtes eſſe paruam quantitatem, & erit magna, vel ſi fiat cũ pacto cogente, vt de centum ſi vis decẽ, aliter nihil habebis, & huiuſmodi, nõ dicitur libera remiſsio. Ideo ſimilibus remotis, quæ faciunt remiſsionem non liberam, ſi petenti remittitur, amplius non tenetur. Si autem remiſsionem impetrare nõ poteſt, debet per ſe, vel per alium, petere dilationem, & ſic paulatim ſoluere, ſi autem nec dilationẽ poteſt impetrare, diſtinguo ꝯ neceſ

ſitate

cessitate.s.extrema, & nō extrema, si ambo nō sunt in extrema necessitate, sed aliqd habēt. Tunc aūt creditor est ita egens sicut debitor, aūt potētior, & melius potest trāsire, si creditor est ita pauper. sicut debitor, tunc tenetur, ꝙ primum restituere, etiam cu aliquo suo incōmodo; quia locupletari nemini licet cum iactura alterius, de re.iu. li.6 Si autem creditor est ditior, & potentior, & non vult facere remissionem, nec dilationem, tunc secundum supradictos doc. creditor ille irrationabiliter agit. Ad hoc doctor subti. Sco. declarat dicens, in loco pallegato ista verba formalr. qđ creditor debet velle nō sibi fieri restitutionē, quū esset in diffamationē restituētis, quia magis debet velle famam proximi, ꝙ illud modicum commodum suū statim. Et consimiliter debet magis velle ꝙ vitetur magnū incōmodum restituētis proximi, ꝙ modicum incōmodum suū, vel nullum in illa modica dilatione. Si autem creditor est in extrema necessitate, & debitor non, sed habet aliquid, tenetur statim restituere, qa res illa est creditoris, duplici iure. s. iure politico, quo in extrema necessitate oīa sunt communia; & ēt lege humana, qua iuste rē possidet, & ille iniuste ab eo abstulit, si vero debitor est in extrema necessitate, ⁊ creditor habet aliquid, tunc creditur; dum ē in illa impotentia ꝙ res ista fit detinentis (ait Sco.) iure politico, quo in extrema necessitate ars ad prouidēdum sustentationi naturæ, & via omnib⁹ ī extrema necessitate detentis est concessa, vt in cap. Exiit qui seminat. de verb. signi. Vnde Arist. 2. poli. Nemo ad impossibile manū mittit, & .14.q.6.c. Si res, ⁊ extra de re. iu. lib.6. Ad impossibile nulla est potentia. Et in 6. de re. iu. Ad impossibile nemo tenet, & inanis est actio creditoris, quā excludit inopia debitoris. Et ex hoc pessime faciunt qui ponunt, & faciunt ponere debitores in carcere, quando sunt impotentes, con tanto dāno suo, & familiæ, & faciunt cedere bonis. O quot sunt hodie de istis, ⁊ quot voces ad cœlum ascendunt pauperum debitorum inopum, dicit ergo Sco. Si autem ambo. s. creditor, & debitor sint in extrema necessitate, si pri⁹ deuenit creditor ad illam, debet sibi restitui, duplici iure.

Tū quia pri⁹ suū, tum quia iā ex ista necessitate factum est suum. Si vero prius deuenit debitor non tenetur dño, ad istam necessitatem deuenienti postea, quia cessauit dominium eius in re ista, & factum ē alterius iure Politico, si autem ambo sic deuenerunt, dico ꝙ debet reddi dño, qm̄ nūquā cecidit a dominio. Et si arguas ꝙ magis debet qlibet diligere seipsum, quam proximum, & per consequens magis vitam corporalem suam, quam proximi, & per consequens istam rem simpliciter necessariā sibi magis retinere q̄ dare proximo. Respōdet Sco. Quod magis tenetur diligere vitā suam ordinate, vt est dirigibilis ad vitam æternam, & ita magis cōseruationem iustam vitæ suæ, q̄ cōseruationem iustam vitæ proximi. Et dat exemplum Sco. Sicut enim magis debet latro sustinere suspendium, q̄ occidere suspendentē, vt euadat. Cuius ratio ē, dicit Sco. quia dilectio vitæ corporalis iniuste custodite, nō est dilectio ordinata, quia non est ad dilectionem aīæ, nec dei, Istius autem detinentis in casu vltimo custoditio vitæ de re aliena est iniusta, & cum hoc est etiam homicidā, quia iniuste occidit alium, qui subtrahit sibi necessarium quod sibi debetur. Et infert Sco. ꝙ debitor ille. Si post extremā necessitatē, deueniet ad pinguiorem fortunam, tenetur reddere equiualens, verisimile est enim, ꝙ fuerit aliqd pertinens ad victum, & per consequens iuste consumptum. Hæc formalr̄ Sco. Postq̄ autē visum est de necessitate, vidēda sunt plura. s.

¶Quis.

¶Quid.

¶Cui.

¶Perquem.

¶Quando.

¶De primo ponuntur tres versus. Quilibet insolidū reddat prius iniuriato, iussio, cōsilium, consensus, palpo, recursus, Participās, mutus, nō obstās, nō manifestās. Quorū snīa stat in hac maxima. Dicit Sco. ꝙ quicūq; abstulerit, vel detinet alienum, tenetur restituere. Auferre autē potest, vt causa superior. s. precipiendo, vel vt proxima immediate auferendo, vel vt causa coadiuuans, vt socius in auferendo, vel vt inducens, si consulit, vel fauet, vel adulatur, tali consilio, fauore, vel adulatione, propter quam, fit abla-

tio, aut fine qua non fieret. Confimiliter de detinente, q immediate detinet positiue, vel priuatiue.vt.s. quia nõ facit restitui, quum hoc ei competeret ex officio, vel auxiliũ, vel fauorem prębendo, vt si requisit⁹ in iudicio tacet, vbi posset sententialiter restitui res dño suo. Et tamen dicendo veritatem nõ imminet ei periculum status, vel personę. Vnde breuiter omnis obligatio ad restitutionẽ reducit̃ ad auferre, vel detinere, ⁊ hoc vel vt causa principalis, vel ꝓxima, vel coadiuuans, vel inducens, vel non impediens, qñ esset ad bonum reip. & fine periculo personæ, impedire posset. Et hæc oia ex quo reducuntur ad consensum efficacẽ, verum, vel interpretatiuum. Probãtur per illud. 2. q.1. Notum sit, vbi dicitur, ꝙ facientem, & consentiẽtem, pari pœna lex constringit, Et hoc accipitur ex dicto Pauli, Ad Ro.2.d. Non solum qui talia agunt, sed qui consentiũt faciẽtibus. Istorum omnium quilibet tenetur ad restitutionem insolidum. sed vno restituente, omnes alii liberantur a debito, in comparatiõe ad illum dãnificatum, tñ alii tenentur pro rata portionis, q̃ eos contingit, illi qui pro omnibus satisfecit.

¶De secundo.s. Quid. Dicit Sco. ꝙ non solum tenetur q̃s ad restituendum rem ablatã, vel vsum rei. sed ẽt ad interesse, & fructum perceptũ, de re si res erat fructifera, sed non fructum qui prouenit ex industria eius qui vtitur illa re.

¶Tertio cui. Respondet Sco. Quod dãnificato, si tñ sit possibile. Possibile inquam, vt si nouit eum, & si habeat eum ꝓsentem, vel habere potest, vt sibi mittatur sine maiori incommodo, q̃ illud quod mittendum est, esset vtile ei cui mittitur, & intelligo de ipso, vel aliquibus eius propinqs, si mortnus est, vel si absens ẽ, quia præsumitur lege naturę, ꝙ ille magis velit restitutionem fieri suis propinquis, Et ideo in duobus casibus, non tenetur restituere.

¶ Primo modo si nescit̃ cui, vel scito cui tamen mortuo, nesciunt̃ ꝓpinqui, & ideo nec illi nec suis.

¶Secũdo si maiores sumpt⁹ essent ponendi in mittendo, q̃ illud valeat, illi cui mittitur. & in istis casibus, si quæras. Cui dicit Sco. quòd pauperibus, vice illius, quia cui non potest temporaliter red

di, redditur spiritualiter, redditio spiritualis, fit maxime reddẽdo pauperibus pro illo, hæc Sco.

¶Quarto, per quẽ.s.per manus cuius debet reddi pauperibus? Dicit.S.Tho. di.15. soluendo tertium argumentum ꝙ talis redditio debet fieri p manũ cõfessoris, vel alicui⁹ de cui⁹ fidelitate credat. Sco. aũt dicit. Ego nõ inueni, quis necessario determinatus sit mediator, in distribuendo ista pauperibus. Mihi videtur (dicit Sco.) ꝙ per seipsum, consilio tamen alicuius boni viri, potest illud distribuere pauperibus, quia tali mediatori posset dare, vt restitueret de cuius fidelitate præsumeret, & tamẽ iste sibi ipsi applicaret, vel aliis vsibus ꝗ deberet. Vnde vbi lex diuina, vel ecclesi. non ligat personam, sequẽda est lex naturalis, vel ratio naturalis. illa autem dictat magis, ꝙ persona quæ tenetur restituat pauperibus, per seipsam ꝗ per aliam, licet non excludẽdo consiliũ alterius boni viri, sed includẽdo.

¶Quinto est, Qñ. Respõdet Sco. ⁊ dicit, ꝙ nõ licet aliquo tẽpore detinere alienũ, inuito dño.i. nolente & secũdum rectam rationem nolle debẽte. Et per consequens regulariter restitutio est statim faciẽda, & probat Sco. di. Sicut statim cessandũ ẽ ab actu cuiuscũq; pcti mortalis, nõ tm̃ exteriori, sed interiori sic statim restituẽdũ ẽ alienũ, nisi in aliqb⁹ casibus, in qbus licet differre restitutionẽ exteriorẽ, posita tñ iã interiori.s. voluntate restituẽdi cũ occurrerẽt circunstãtiæ oportunæ, &c.

¶In primo casu debet velle quilibet rationabiliter restitutionem detineri, & sibi nõ fieri, tunc quando est in præiudiciũ cõitatis, vel ipsius recipientis restitutionẽ, quia debet velle bonũ suũ bonum cõe, ⁊ ita dilationẽ aliqualem illius restitutiõis boni vtilis, vt seruetur maius bonum.

¶Secundo, debet velle non fieri restitutionem tunc qñ esset in diffamationẽ restituentis, quia debet magis velle famam proximi, ꝗ illud modicum commodum suũ statim.

¶Tertio, Debet magis velle ꝙ vitetur magnum incõmodum restituentis proximi, ꝗ modicum incõmodum suũ, vel nullum in illa modica dilatione restituentis.

¶Cõcludit ex his Sco. Quod qñ esset restitutio dãnosa rei pub. vel ei, cui fit, vel diffam

tiua restituētis, vel nimis notabiliter damnosa, non tenet ad statim restituendū, sed sufficit ꝙ statim ex affectu restituat, & actu restituat cessantibus inconuenientibus, restituētis, vt dictum est supra hæc Sco.

¶Possunt etiam reduci multi alii casus, a prædictis, vnus specialiter ē qui potest reduci ad quis. s. qñ ablatio fuit occulta, tunc non tenetur ablator se prodere, nec per consequens per seipsum restituere, sed per aliam personam secretam, & fidelem, & expedit ꝙ ꝑ confessorem, quia sibi est crimen detectum in confessione. Et de eius fidelitate, ꝙ restituet fidei suæ commissum satis debet credi Potest dicit Sco. differri restitutio, quousque voluntas talis personæ, vel oportunitas habeat, Alius est etiā casus, qñ quis non potest reddere, qui posset reduci, ad quis. Qñ enim est impotens, pro tunc nō tenetur, tenetur postq̄ puenerit ad pinguiorem fortunam, quia illa actio non expirat per inopiā debitoris, sed sopitur. Vnde illud, inanis est actio quā inopia dbitoris excludit, sed vis agēdi manet, sicut obligatio ni debitorē licet sopita, hæc oīa supradicta a Sco. vbi sup.

TERTIVM principale. s. specificatio, licet sine quasi innumeri casus, in quibus teneātur oēs restituere, & satisfacere, tamen vt potui collegi aliquos, ex diuersis doctoribus, & hic inferius subnectimus.

¶Primo recipiens pecuniam ne alterum accuset, turpiter recipit, & tenetur ad restitutionem de bono consilio.

¶Omnes administratores de mala administratione, tenentur satisfacere. Inno. extra de pigno. c. ex presentium.

¶Omnis aduocatus qui per negligentiam, & imprudētiā suam, amisit causam, tenetur ad resti. L. Idem iuris. ff. ad L. Aquiliam.

¶Recipiens rem ecclesię sine obseruatione sollēnitatis, tenetur eam restituere.

¶Appellans pro causæ differende moræ, & animo aggrauandi aduersarium, & in notabile detrimentū proximo, tenetur ad restitutionem. 2. q. 6. c. Quicunq;.

¶Clericus prebendatus habens de patrimonio, vel aliūde. conuertens redditus beneficii, in vsus inhonestos, te

netur ad restitutionem. Panor.in.c.Quum ſm de prębē. 12.q.4.c.1.&.2.

¶ Donatum ab eo qui non poteſt donare, tenetur ad restitutio. Et ſunt. 23 qui donare non poſſunt. Et loquimur de donatione ſimplici. Illi qui non poſſunt donare vide in ſumma Angelica, titulo Donatio.

¶ Clericus exiſtens in peccato mortali, & notorio, tenet̃ reſtituere fructus beneficii.

¶ Clericus non dicẽs officiũ, tenetur reſtituere fructus.c.1. de celebratione miſſarum.

¶ Carcerãs aliquem iniuſte, ſiue ſcit, ſiue non, tenetur ad reſti.14.q.5.c.Pœnale.

¶ Dans cauſam damno proximi, & ipſe eſt cauſa inductiua alicuius effectus ſufficienter, & efficaciter vltra peccatum, tenetur ad reſtitutionem.

¶ Comedẽs rem furatam ſciẽter, & non eſt in extrema neceſsitate, & res furata non eſt tranſacta in dominium furis, tenetur ad reſtitutionem.

¶ Cõmodans aliquid, & ante tempus reuocans, tenetur de damno.

¶ Cõmodans rem vitioſam tenetur de damno proximi, maxime quando ſcienter.

¶ Conſentiens expreſſo conſenſu in aliquo furto, vel malo, tenetur ad reſtitutionem.

¶ Conſulens alicui damnum alterius, nec erat facturus ſine conſilio tenetur. immo ſi erat facturus, & opere conſulens, ei tenetur.

¶ Faciens contractum illicitũm, vel vſurarium, & huiuſmodi, tenetur etiam fructus reſtituere.

¶ Emens, vel vẽdens malitioſe rem vitioſam, vel rem bonã iniuſto prcieo, vel plus debito.te.ad reſti.

¶ Emens ſcienter rem raptã, vel furatam, ſiue ſit primus, vel ſecundus, vel quicũq; alius vſq; in infinitũ, qui emit: qm̃ idem iuris eſt, ac ſi primus eſſet, tenetur ad reſtitutionem .ff.de mino .l. ſed vbi.

¶ Fugere facere detentum in carcere pro debito, valẽtem ſoluere, tenetur ad reſtit. ſm Do. Ioannem de Platea.in .l. Quotiẽs.C.de exac.tribu.

¶ Vtens re cõmodata vel, re depoſita ad alium vſum, dicitur fur, & tenetur ad reſtitu.

¶ Omnes participãtes in furto, puta cooperantes in verbo, opere, ope, & ſigno, iuſsione, ſeu mandato, conſilio, cõſenſu expſſo., Audiens aliquẽ ſuo nomine intuliſſe damnũ proximo, habet ratum, palpã

do, vel adulando, tenēdo e subtilem, strēnuum, & huiuſmodi Recurſu, receptatione, rerum furatarū, participatione. ſ. rei furatæ, comœdendo, recipiendo. Item non obuiando, qñ poſſet Non manifeſtādo, qñ ſi requiſitus in iudicio, omnes iſti, tenentur ad reſtitutionem.

¶ Omnes homicidiarii tenentur ad ſatisfactionem. Vide Sco. in. 4. di. 15.

¶ Omnes impedientes alios, ne opera ſua exequantur, te. ad reſtitutionem.

¶ Omnes incendiarii. t ad re.

¶ Rapientes bona illorum, q patiuntur incendium, te. a. r.

¶ Inueniētes res alienas quæ ſunt in dñio dñi ſui, & ſciens dominum te. ad reſtitutionē.

¶ Iudices non iudicātes cauſas alienas, vel propter metū & huiuſmodi. te. ad reſtitu.

¶ Litigantes tenētur ad reſtitutionem expenſarum, & dānorum partis aduerſę, ſi ſciebāt iniuſtam cauſam fauere.

¶ Mulier quæ nō eſt publica meretrix, tenetur ad reſtitutionem illorum quæ ſibi data ſunt pro precio.

¶ Omnes tenētur de damno dato proximo ſuo ex ſua culpa ad reſtitutionem.

¶ Omnes ludentes maxime cum fraude, & deceptione; & cum illis qui nō poſſunt alienare, te. ad reſti.

¶ Omnes acquirentes in peccato puta fornicatione, Sodomia, &c. te. ad reſti.

¶ Omnis hypocrita qui ſub forma boni chriſtiani, elemoſynas acquirit, tenet ad reſti.

¶ Venatores cōculcantes cāpos, quorum canes occidūt gallinas, tenentur ad reſtitu.

¶ Vſufructuarius non præſtans cautionem, a principio tene. ad reſtitutionem.

¶ Omnis vſurarius tenetur non ſolum reſtituere res ſed & fructus.

¶ Aduocati, procuratores, iudices, ſtatuarii, & alii quorum patrocinio, & fauore, ſcienter in iudicio, vel extra iudiciū vſuræ exiguntur, te. ad reſti.

¶ Dñi terrarum qui permittunt commorari vſurarios in eorum terris, & non cogunt eos, vt reſtituāt, tenentur ad idem ſm aliquos.

¶ Socii, tutores, factores, & huiuſmodi qui ad vſurā dant vel vſuras exigūt pro aliis, ꝙ ſi apud eos reſidet principalis auctoritas mutuādi, ſic tenentur inſolidum, ſi illi pro qbus dederunt nō reſtituāt.

¶ Emētes pignora perdita ab vſurariis, tenētur reſtituere,

sicut ementes rupta.

Inducentes mulieres, vel pueros, subtrahēdo eos qualitercunq;, siue blāditiis, siue minis, tenētur restituere, nō solum subtractos, sed etiam omne lucrum quod habuissent ab eis.

Falsantes scripturas siue destruentes eas, tenentur de oi damno dato proximo.

Occultantes scripturas nō solum peccāt mortaliter, sed qñ requisiti malitiose tacent te. ad restitu.

Scribentes literas aliis, propter quas inferunt damnum, & hoc malitiose, si sequatur damnum, siue impedimentū, ne lucrentur alii, te. ad restit.

Nolentes reuelare rem furatam, & requisiti in iudicio tacent, nec immineret periculum, te. ad restitu.

Stuprans virginem, seducendo, & decipiendo eam, tenetur dotare eam, ⁊ accipere in vxorem, si pater voluerit.

Hæres tenet restituere omnes vsuras illius, cuius est hęres, in q̄tū hęreditas sufficit.

In istis supradictis casibus & in innumeris aliis quos breuitatis causa pertranseo ē fiēda restitutio, & si nō fit, & potest fieri, peccat mortaliter, & est in statu damnationis, & si moritur, in tali statu dānabit.

Audite ergo exemplum mirabile, in Cronicis fratrū minorum habetur, ꝙ dum quidam frater Guilielmus prædicator, vir deuotus, & bonus, in oratione pernoctaret, raptus est ad vidēdam pœnam damnatorum. Et inter alios vidit hominem quendam, in imo profundi, & in magna flāma sepultum, & iacebat supinus. De ventre eius procedebat arbor ingens, cuius in ramis multi erant suspensi, & a sulphurea flamma ascendente, torquebantur. Intellexit aūt frater ille, ꝙ ille erat principium vnius generationis, ⁊ omnes qui erāt in ramis, erāt filii, nepotes, & alii successores omnes aūt damnati erāt, quia de vsura & aliis male acq̄sitis in hac vita vixerāt, super omnes autem ille infœlix torquebatur.

Legitur de quodā alio vsurario, duos filios habente, infirmatur ad mortem, confessor suadet vt restituat, ait nō possum, quia si superuixero oportebit me mendicare, & etiam filii ibunt ad hospitale, filii autem suadent dicentes. Non curetis de nobis, ille respondit, tacete stulti, quia magis volo manere in miseri,

cordia dei quam hominum, quia sunt inhumani; moritur sine pœnitentia, vnus ex filiis hortatur fratrem, vt restituat, dicens ne ꝛ nos cũ patre damnemur, respõdit, si pater meus fecit vsuras suum ẽ damnum, ego vero non feci, ego de portiõe mea volo gaudere. Alter certis certa restituens, alia autem pauperibus erogans, tandem religionem intrauit. Post aliquod temp⁹ moritur ille qui remansit in sæculo. Monachus orat pro eo, vidit terram apertam ꝛ in profundo ignem copiosum, in quo pater suus erat, ꝛ alius filius super eũ, cui pater maledicebat, eo quia vt eum diuitẽ relinqueret dãnatus erat, & fili⁹ maledicebat patri, &c. Tunc ille deo gratias egit &c. Rogo ergo, vt omnes vos ita non maneatis, nec a maligno vos spiritu decipi sinatis; in hoc enim tota vis salutis consistit. Sine enim restitutione impossibile est, hominem saluari, vt dictum est, & ideo diabolus hominem excœcat, & in tali præcipitio ponit. Recordemini quæso illius saluberrimi documentum saluatoris nostri, Matth. 16. Quid enim prodest homini, &c. Et prouer. 11. Non proderunt diuitiæ in die vltiõis, & primæ ad Thi. 6. Diuitibus huius sæculi precipe. Superbe non sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Non enim ꝓpter diuitias sunt apud deum electi, ille.

FINIS.

## FERIA V. POST dñicam passionis.

## DE CONVERSIONE Mariæ Magdalene.

REMITtũtur tibi pecca ta tua. Luc. 7. Aureã & preciosã sentẽtiã habemus a doctorib⁹ sanctis, Quod quanto magis anima supernaturalia degustat, tanto magis terrena, & carnalia contemnit, nimirũ quum ipã sit tãtę nobilitatis, ꝙ sine gaudio, & dulcedine, manere nõ possit, a duabus viis consolari posse euidẽter apparet, vel s. a supernis spiritualib⁹, & diuinis, vel ab inferioribus terrenis, & carnalibus. Quæ duo sic se habent, vt inter se con-

traria existant, vt qui in vna parte velit delectari, ab alia recedere sit necesse, quia terrena & superna sunt obiecta diuersa, & diuersimode potẽtias mouentia, & quietantia, Et sic potentia quę vult quietari, & consolari in supernis non potest consolari in terrenis, nec econtra. Hæc patent, per exemplũ illius sanctę peccatricis Magdalenæ, quæ quãuis diues, nobilis, delitiosa, iuuenis, & pulcherrima, carnalibusq́ꝫ, mundi delitiis dedita, gustata tamen suauitatis dulcedine spiritus, & prædicatione, & verbis Christi, eius cor inflammãtibus, omnia despiciens, conuersa est ad deum, ac in eo perfectissime delectata, & quicquid amore sæculi amiserat, amore Iesu Christi recuperauit. Quum dictum fuit, remittuntur tibi peccata tua. Et quia eius conuersio est maximum exemplum manifestatiuũ misericordię dei, vt omnes peccatores, & peccatrices, cum efficaci fiducia ad ipsius infinitæ misericordiæ tronum accedãt, & gratiã inueniant, & misericordiam consequant in auxilio oportuno. Tres ipsius status nobis contemplandi proponunt. s.

¶Auersionis.

¶Conuersionis.

¶Exaltationis.

¶Circa primum. Primus status notatur ibi mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix, nam peccatum ẽ auersio a deo, vt ait Sco. in. 2. di. 35 Q*d* fit, vt dicit Anselmus. *d* con. vir. Propter carentiam iusticiæ, & rectitudinis, quę deberet in esse actibus, & operatiõibus. s̃m Sco. vbi supra. Pro declaratione primæ partis, sunt duo videnda, scilicet.

¶Primo quomõ anima auertatur a deo. ¶Secundo, quæ fuerint causę huius auersiõis in Magdalena. pro primo sup. ꝙ voluntas creata de se non est recta, vt declarat subtiliter Sco. in. 1. dis. 44. Et ex hoc sequitur, ꝙ ipsa non ẽ impeccabilis per naturã, s̃m Sco. i. 2. di. 23. Dicit enim ibi, ꝙ quum voluntas creata possit appetere proprium commodum, & non recte illud appetere, (non appetere, & recte appetere, non coniunguntur, necessario in ipsa, sed possũt ad inuicem separari) sequitur q potest non recte appetere, & sic peccare, & per consequens de se non est recta. Præterea quũ voluntas, nõ sit sua regula, nec regulæ suæ necessario conformis, potest a rectitud

ne deficere, ergo de se non ē recta. Præterea quum voluntas habeat pro obiecto bonū indifferens, ad bonum verū, & apparens. Quum etiam in appetendo non possit quietari, nec satiari, nisi in obiecto infinito, & vero bono, (quod quidem non habet p̄sens, & per consequens nō tēdit actualiter in illud) talis voluntas potest appetere aliqd non in ordine ad illud, vel tendere ad bonum apparens, quum nō sit immobilitata in illo infinito, & summo bono, & vero, (Hoc quippe experiētia quotidiana docet, ꝙ volūtas creata magis tendat in bonum apparēs, q̄ in verum bonum) sequitur ꝙ potest peccare, & per consequens non est de se recta.

¶ Secundo suppo. Quod ad hoc, vt volūtas sit recta, oportet vt conformetur regulę superiori. Dicit enim Sco. in. 2. di. 35. ꝙ agens inferius tenetur conformare se in agendo agēti superiori, quia si in potestate eius sit, conformare se illi, & non conformare, non conformari illi est peccatū, ideo loquendo de peccato, siue cōtra legem diuinam, siue contra legem humanam, aliquid dicitur peccatū, quia peccās potuit concordari legi superioris agentis, & discordauit. Iste igitur actus qui in potestate discordantis, & per hoc voluntarius, non est formaliter peccatum, si ille esset conformis regulæ superiori. ergo in illo actu, præcisa ratio peccati est priuatio illius cōcordiæ, hęc Sco. Et sic patet quid sit auersio. Nā ſm Sco. in. 2. di. 35. Voluntas libera quæ est debitrix vt omnem actum suū eliciat, & etiam imperet intellectui, & aliis potentiis cōformiter agere regulæ superiori. s. ſm diuinū p̄ceptū (ꝙ in sacra scriptura exprimit) Ideo quādo agit discorditer ab illa regula, caret iustitia actuali debita, huiusmodi ē conformitas, quæ deberet in esse actui, & non in est. Et hæc carentia in quātum est actus voluntatis deficientis, est formaliter peccatum actuale, & auersio a deo. Hæc Sco. Et adducit auctoritatem Augus. in lib. de duabus animabus, peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & cœlestiū inobedientia mādatorum, per hoc quod dicit est volūtas patet ꝙ peccatum imputatur volūtati, quia totum ē in potestate eius, per hoc ꝙ dicit vetitū,

signat discordiam a regula superiori, ideo subdit, & cœlestium inob.man. Concordat Amb.in li.de para.& ponitur a magro in.2.d.35.s. Pcm est cęlestiũ trãsgressio mãdatorũ.

¶ Tertio supp. ꝙ ista auersio potest dupl'r fieri ßm Scot. s. formaliter, & virtualiter, formal'r adhuc dupliciter. s. contrarię, & negatiuæ. Primo modo. s. formaliter contrariæ, est quando non solum non vult finem vltimum, nec ipsum diligit, sed ponit eius oppositũ. s. eum odit. Formaliter negatiuę est, qñ nõ vult quum deberet velle, ⁊ nõ diligit eum, quum deberet diligere. Et tale non velle, seu nõ diligere, est omittere illud pręceptum diuinum. s. diliges dñm deum tuum. Virtualiter aũt fit, quãdo aliquid est necessarium ad consequendum aliquem finẽ, volũtas auersa ab illo, in hoc virtualiter a fine auertit sicut intell's negãs cõcl'onẽ virtualiter auertitur a principio. Et hoc secũdo mõ, nihil aliud ẽ auersio, nisi inordinatio volũtatis, circa aliquid ordinatũ ad finem, ex pręcepto diuino. Circa qd deberet ordinari.

¶ Hiis ꝑsup. cõcludo, ꝙ auersio ẽ nõ cõformare volũtatẽ regulæ superiori, vel odiẽdo deum, vel non diligendo, vel eius mandata non implẽdo, secũdum duplicẽ modum superius declaratum. Quibus modis voluntas auertens se adeo, necessario ad creaturã conuertitur, & postea sequit ꝙ terrena intẽse diligit, se cõdelectando potentiis sensitiuis, cum quibus maximã colligantiã habet, ßm Sco. & sequtur earum irregularitatem, & brutales affectiones., & elicit imperatas, operationes, cõtra determinationẽ diuinæ volũtatis. Hoc inquam modo infęlix aĩa diuiditur a deo, fugit a deo, & ab eo elongatur, & terga ei vertit, ac per hoc amittit oẽm bonum, & hic est status infœlicissimæ animæ peccatricis. Hiere.17. Dñe oẽs qui te derelinquũt confundẽtur, recedentes a te in terra scribẽtur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. O infœlix anima. O miserrima creatura non vides statum miserabilem in quo manes? dum es in mortali peccato, auersa es, a creatore tuo, & inimica facta es agni illius bñdicti, ⁊ immaculati, q vt te deo vniret, & coniungeret (ait Sco in.3. dis.19.) talia, & tanta fecit, iter longũ ⁊ laboriosum, ⁊ periculosum,

arripuit, non pepercit expensis, vtpote qui suum effudit p̄ ciosissimum sanguinem. O ingrate peccator, O infœlix anima, quæ non curas tantū bonum amittere, tāto te dono priuare, & tanti meriti te reddere indignum, donum illud mirabile quod tibi acquisiuit Iesus Christus, tanto sudore, tanto labore, ac sanguinis effusione. Donauitq; in baptismo, & pœnitētia. s. gratia quæ quidem ornat animam, vt quidē lapis præciosus, quo redimita, & ornata, redditur amabilis, grataque altissimo deo, & ab eo acceptatur, Quo modo inquam: hæc gratia expellatur per peccatum, & hoc demeritorie, licet non formaliter. O infœlix status auersionis. Profecto deberet homo potius mortē eligere, immo in æterno igne perpetuo retrudi, q̄ in hoc auersionis statu permanere, quum peccatū sit maxima pœna naturæ intellectualis. Declaratis omnibus supradictis, apparet Mariæ Magdalenæ infœlicissimus auersionis status. Nimirum q; ipsa auersa sit adeo cōtrarię, negatiue, & virtualiter, & per consequēs conuersa ad creaturam, ex ipsius vitę decursu, luculenter apparet Monstrat quoq; Euangelista Luc. 7. veritatem quādo dicit, q; mulier erat in ciuitate peccatrix &c. & vlt. c. dicitur q; de ea dominus septem eiecit dæmonia, per quæ vniuersa vitia designantur. Hoc idem ipsius lachrymæ, pœnitētia, & sanctorū dicta, aperte demonstrant, Erat quippe famosa peccatrix s̄m Greg. Hiero. Chriso. Non est autem credendum, q; fuerit meretrix publica, & q; nobilis, & diues esset pro mercede, nephario prostituta operi. Nec etiam est vera illa opinio quæ dicit. Quod fuit desponsata Ioanni, qui cum in nuptiis esset vocat᷑ a christo, illa desperans effecta est publica meretrix. Hoc inquā credēdum nō est. Tum quia illa dí ues, & nobilis pauperem, & ignobilem non accepisset in sponsum, Tum quia nō est aliquo modo credēdum, q; benignissimus Iesus qui venerat saluare quod perierat, vocando vnū ad salutē, alteri fuisset occasio dānatiōis, sed potius vtrunq; conuertisset. Est ergo opinio vera s̄m prędictos doctores, q; Maria Magdale. in propria domo, delitiis, ocio, ornatibus, & lasciuiis vacans vsq; ad conuersionem, oē tp̄s voluptatibus exposuit...

❡Nūc aūt intuēdum est, quæ fuerint causæ quibus ipsa tanto tempore in ipso auersiōis statu permanserit. Et dico ꝙ quatuor causæ fuerunt.

❡Prima fuit nobilitas, ꝓpter quam nemo eam reprehēdere audebat; Et etiam quia nobilis, & potens, de consilio inferiorum nihil curabat. Aris. 6. Poli. Prçeminentes nihil cūrant. Grego. in pasto. Et ponitur. 83. d. c. Nemo tam in ecclesia nocet, q̄ vir peruerse agēs, nomen vel ordinē dignitatis habet, delinquentem nanq; eum redarguere nullus prçsumit, hæc, illæ.

❡Secunda fuit affluentia diuitiarum, & prosperitas, voluptas, & vbertas, quibus omnibus abutebatur, comedēdo, bibendo, &c. Ocio etiam vacando, Ideo Frāciscus Petrarcha, ait. La gola el sonno, & lo ciose piume Hanno dal mundo ogni virtu sbandita. Et e dal corso suo quasi smarrita, Nostra natura vēta dal costume, Ezech 16. Hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuæ, saturitas panis, abundātia ⁊ ociū.

❡Tertia fuit libertas. O filies in libertate? patre si, Habes patrē, vel matrē, tutorē, &c? Patre non. O pouerello tu es in grande periculo in magno discrimine, tu stai per rūperti il collo. Et nota ſm Augusti. Quatuor sunt custodiæ mulieris, quibus iuuatur, vt honeste viuat. Prima est timor dei. Prouer. vlt. mulier timēs deum, ipsa laudabitur. Secunda, Timor legū, adulteras punientium, sed hoc hodie non seruatur, quia oporteret punire & adulteros, & quia tanti sunt, ꝙ si omnes punirētur pauci remanerent. ergo &c. Tertia est societas viri, quia propter societatem, & magnā familiaritatem, maxime vbi non decet. Practica, &c. Quarta timor, & verecundia viri, Vnde Hiero. Tenera res est in fœminis fama pudicitiæ, & quasi flos pulcherrimus, citò ad leuem marcescit aurā, maxime vbi ętas consentit ad vitium, & maritalis deest auctoritas, cuius vmbra tutamē est vxoris, i.e. O mulier recordare ꝙ fama pudicitiæ, est sicut speculum, quod solo etiā flatu, fędatꝰ, itaq; Magdalena, nec deum, nec leges timēs, atq; in libertate sua existens, ac sine viro, omni impudicitiæ operam dabat. Erat enim nemini subiecta. Nam Lazarꝰ eius frater militiæ vacabat. Martha vero soror sua Bethanię morabatur. Ipsa autē in Magda-

lo oppido, quod ei⁹ dominio subiectum erat a quo ipsa Magdalena nominata est.

¶Quarta causa fuit pulchritudo, erat enim formosa nimis, naturaliter, & pulchritudinem illam ornatu vano, & inhonesto ampliabat. Hęc autem pulchritudo, vbi nō est timor dei, sed vanitas ornat⁹ gestus impudici, &c. Est causa potissima ruinę mulierum. Nam mulier pulchra cito adamatur, difficile ē custodire quam multi diligunt. Prouer. vlt. Fallax species, & vana est pulchritudo. Vnde Franc. Petrar. E la concordia che e si rara al mondo. Con summa pudicitia alma beltade. Iuue. Rara est concordia formæ atq̧ pudicitię Oui. Lis est cum forma magna pudicitiæ Prouer. 11. Circulus aureus in narib⁹ suis, pulchra mulier & fatua. Hiero. ad fur. Ornatus iste nō dn̄i est velamen, sed antichristi, lingua personat castitatē, & totum corp⁹ pręfert impudicitiam Idem ad sacras virgines: Propheticus sermo non proferatur de vobis: filiæ eorū cōpositæ. circūornatæ vt similitudo tēpli.

De secundo principalį ꝗ de statu cōuersionis Magdalenæ, qui notatur in euangelio, & tria requiruntur ad conuersionē perfectam, scilicet.

¶Primū, gratia dei gratis data, ibi, vt cognouit. Ecce diuina inspiratio.

¶Secundum, libe. arbit. ibi. Stans retro sec⁹ pedes dn̄i.

¶Tertium, gratia dei gra. fac. ibi, remittunť tibi pcā tua.

¶Circa primum. nota. Quod de conuersione, & iustificatione impii, possumus loqui dupliciter. Primo secundum potentiam dei absolutam, Et s̄m hoc deus pōt esse causa totalis iustificationis impii, eo ꝙ non repugnat sibi acceptare hominem sine meritis, vel impium ad vitam æternam. Hoc elicitur a Sco. in. 1. di. 17. Si autem loquamur de potētia ordinata sic deus præuenit liberum arbitrium, cōtra errorē Pelagii, qui dixit ꝙ homo sine gratia dei, potest a peccato resurgere, ideo Magister sētē. in. 4. di. 19. dicit quod solus deus mundat a culpa, ⁊ Aug. si sua volūtate præsumat peccator mundari: non pōt, nec ex corde compugnitur. Quia Petr⁹ nisi respexisset dn̄s nūq̄ de peccato dolens amare fleuisset, &c. Et ratio posset assignare a Sco. quia de lege cōi.

Nunq̃ iustificatur impius, nisi conferatur sibi gratia. Et ne sermo nimis in longum protrahatur, a proposito diuertẽdo, de hac materia fiet sermo specialis. Pro nunc notandũ ꝺm Aug. in lib. de eccle. dogma. conuersionis peccatoris, talis est ordo. Primo. n. deus prçuenit, vel cõmuni influentia, vel regula fidei, vel bonis inspirationibus, quia nũquã peccatores vocare diuina misericordia cessat. Apoc. 3. Ego sto ad hostium, & pulso Secũdo, liberum arbitrium assentit, & aperit hostium cordis. Tertio, sequitur diuini muneris infusio. & gratia gratum faciẽs, quę omnia perficit, Ideo Augu. vbi sup. Mouet ad quãdam salutẽ libertas. ar. sed vocante prius deo, & inuitante ad salutẽ, Hoc modo puto factam fuisse cõuersionẽ illam fœlicẽ Magdalenę. Prius nãq; diuina eam clementia præuẽnit, q̃a ad p̃dicationem xp̃i veniens (vt statim dicetur) ipse christus tetigit illi⁹ cor. Secũdo sequutus fuit lib. ar. assensus. Tertio gratiæ infusio, sed iam huius conuersionis modum & ordinem videamus.

¶Sanctus Bernar. in serm. de gratia, dicit. Quod prædicante Iesu in Hierusalẽ, Martha ad prædicationem quotidie pergebat, ⁊ dolẽs de perditione suæ sororis Magdalenæ eã rogabat, vt secum ad prędicationẽ veniret, quam illa contẽnens vsq; post tertiam in lecto iacebat, Martha vero nullo labore fessa a prędicatione rediens referebat Magdalenę de doctrina Iesu mellissua, de facundia, de incredibili aspectus pulchritudine, eo quod eẽt speciosus forma prę filiis hominum. Tãdẽ victa importunis prçcibus sororis, ad prędicationẽ iuit. Vanitatib⁹ ornata, cum copia ancillarum, meretricia fronte, circũquaq; prospiciẽs, intenta erat ad capiendas animas. Iam vero Iesus sermonẽ cęperat. Intrat tẽplũ magno fastu, ponit se in loco aliquantulum eminenti, vt iuuenes circunquaq; positos facilius videret, & ab eis videretur, videns autem eam benedictus Iesus, & considerans illius animæ perditio nem, & aliarum quas ipsa cadere faciebat, tactus dolore cordis intrinseco, & nimio charitatis, & amoris incẽdio, aperiens delicatissima brachia, oculos cęlum versus intendit, tanquã si aliquod magnum miraculum esset facturus, sicut in resuscitatione La

zari fecit,& voce magna clamauit. O pater æternæ, O infinita clementia, O immensa pietas, ad quid misisti me, in hanc vallem miseriæ,& luctus, ad assumendam naturam, & carnẽ istam passibilẽ,& mortalem,& ad tollerandas in ea, passiones, pœnas, afflictiones & dolores, nonne pro anima rationali? Nonne quia vis oẽs homines saluos fieri? Nonne quia non est voluntatis tuæ mors impii, sed magis, vt conuertatur & viuat? O igitur clementissimæ deus, vbinam.33. annorum peregrinatio? vbi sudores? vbi ieiunia, vbi tot passiones tolleratæ, vbi ẽ fructus tantorum laborum? ecce ista impudicissima fœmina, suis põpis,& vanitatibus, animas de manibus meis conatur eripere,& secum eas ad perpetuam trahere damnationẽ. At vero dulcissimus Iesus ad eam se vertens, cor ipsius diuersis cœpit vulnerare sagittis de miserabili autem statu auersiõis loqui cœpit. Et qualiter per peccatum anima decorem suum mirabilem amittit, efficitur dei inimica, & serua diaboli. O miserabilis anima, nescis, ꝙ qui facit peccatum, seruus est peccati, prastica. Vertensq; se ad eam magno feruore dixit. O infœlix anima, aspice nunc, ad te clamo, ad quid huc venisti? Non sufficit tibi ꝙ tot, & tanta per ciuitatem, per plateas, ac domos commisisti, etiam vis tẽplum dei prophanare,& eius verbum,& prædicationẽ confundere? Vide misera, ꝗ vilis facta es in cõspectu dei, & angelorum, qui te dereliquerũt omnino, Vide quã deformis facta est anima tua, profecto denigrata est. facies eius sup carbones ignis infernalis, vide misera ꝙ non solum diffamata es in hoc mundo, ꝓphanasti dignitatem prosapiæ,& dignitatis tuæ, denigrasti nomẽ, stirpis tuæ,& omniũ tuorum,& non solum tu, verum etiam omnes tui propter scelera tua infames sunt, ac digito ostenduntur, & quod peius est deleta es de libro viuẽtiũ, deputata es cum his qui sunt in inferno, qm̃ offendisti deũ creatorem tuum. Ad hæc Magdalena cœpit aliquantulum excitari & in eum attẽte aspicere. Volẽs eam benignus Iesus omnino conuertere, validioribus clamoribus clamãdo, ait, O crudelis, o traditrix anima, vide o mulierum infœlicissima, in quot periculis permanes, tanto tempore iram

dei prouocasti, qui tam benigne te expectauit. vide ꝙ clementia diuina ad pœnitētiā te inuitat, secundum autē duritiam tuam, & cor impœnitens tuū, thesaurizas tibi irā in die iræ, &c. Vide pauperrima, ne statim sententiam fulminet deus, & ne sulphureus ignis Sodomorum, ⁊ Gomorreorum super te descēdat. Time miserrima ne te terra deglutiat. Time ne inferni chaos te statim absorbeat i æternam prædam. Heu heu misera, quomō te excęcauit malicia tua, & non intelligis secreta dei, non eius iudicia? Nō vides ꝙ mundus transit, & concupiscentia eius? Non vides ꝙ te decipit? ꝙ morieris velis nolis, ⁊ forte citius quā tu credis. Deficient pulchritudo, facultas, lasciuia, carnalitates, & dissolutiones, quibus totā regionem fœdasti, & eius fœtor vsq; ad cœlum ascendit. Non vides ꝙ caro tua & corpus tuum delicatū, quod lasciuiis, & diabolo dedicasti erit cito cibus vermiū, ⁊ scorpionum, anima vero deputabitur incendiis sempiternis, pro qua certe nimis doleo. Non te iuuabunt fortuna, nō diuitiæ, non pulchritudo, nō fortitudo, nō consanguinei, non amici, non iuuenes lasciui, quorum animas ad æterna supplicia tu iniquę trahis. O si scires quid mō cogitent de te angeli, quid dæmones, quid mundi homines. O misera, & miserabilis, o esca diaboli, o rhete Satanæ, Quid facies in hora mortis, quum teterrima mōstra videbis, quis te tunc iuuabit, quis tui miserebitur? forte lasciuiæ, forte voluptates, forte superbia, forte vanagloria, O miserrima quid cogitas, nescis ꝙ oīa mēbra tua quibus tot oblectamenta dedisti, singula singulas pœnas patient, & torquebuntur? &c. Hęc & similia magno charitatis feruore ꝓclamante dn̄o Iesu. Illa tacta est fortiter in corde, & non ferēs validos ictus illarum vocū, verborūq; efficaciam, ⁊ vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus pertingentium, facta est pallida, & quasi exanimis existens, oculos leuare non audens, demisso vultu, cœpit lachrymas, & singultus emittere. Et vt dicit Bernardus, cœpit etiam proiicere vestimenta, erat tamen corde compūcta. Hoc autem cognoscēs benignissimus Iesus, vt illā animam lucraretur, & vt omnibus peccatoribus vsq; ad finē

mundi exemplum esset pœnitentiæ, in tantum feruorem exarsit, q ab oculis eius, & facie radii solis igniti exire videbātur, & totus liquefactus lachrymabatur, & tanto feruore prædicabat, q omnes qui aderāt in stuporem maximū vertebantur, & propter spectaculum illud nouum, & insolitum, & propter præsentiā illius mulieris, ac verba ad eā directa, prorumpebāt omnes in lachrymas. O si possemus videre filium dei prędicantē, & peccatricem illam conuertentem, & lachrymantem, et nos omnes conuerteremur, & dimitteremus oīa vana, &c.

¶Postea Iesus benedictus sicut ante cęperat acriter contra ipsam loqui, cępit postea eam dulcius alloqui, & expādens delicatissima brachia in modum crucis, voce suaui & amena totus feruens dixit, Ha anima mea pro cuius amore deus homo factus est, licet cum amatoribus mundi fornicata fueris, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te, redi ad cor tuum, reuertere ad me, quia te patienter expecto, dulcissime inuito, clemētissime suscipio, veni nō erubescas, ne timeas, quia nō veni vocare iustos, sed peccatores, vulgo dicitur. Hiere. 3. Si dimiserit &c. Leua ergo oculos tuos in directum, & considera dignitatem tuam, dona naturalia, quia ad beatitudinem ordinata es, & pro ea cōsequenda omnia auxilia accepisti, & vide nunc vbi prostrata sis in tanta infamia, & vituperio, apud deū, & homines, vulnerasti naturalia auxilia; perdidisti fidem, deleta es de libro viuentium. l. o. t. in. d. & vi. vbi ꝓstrata sis inimica dei serua diaboli, &c. Practica hic semper replicando, leua oculos tuos in di. & vi. vbi. n. pro. sis Hęc gratia, est diuina misęricordia præueniens, & secūdo loco, li. ar. assensus per ea quæ dicta sunt &c.

¶De inde gratia gra. fa. ad pedes domini consequuta est. Completo sermone concito gressu, plorando, & lachrymādo, petit domum, neminem vocans, neminem expectans, neminem per viam salutans, nec salutantibus respondēs; dimissisq; pomparū vestibus, & aliis ornamētis, sparso crine, nigra & obscura veste induta, & clauso hostio ab intus, de cibo nil cogitat, sed accipiens omnia ornamēta, vestes, & monilia, &c. de omnibus facit cumulum, & eiulās,

plorans, facit planctum magnum, quemadmodum facit mater plorās mortuum filiū suum vnicum & dilectum. Dicebat enim, o maledicta vestimenta, o execrabiles vestes, O perdita monilia, vos estis cōfusio mea, opprobriū meū infamia mea, vituperiū meū, dānatio mea, ruina animæ, & corporis mei. vtinam nunq̄ fuissetis, vtinam nunquā vos habuissem, nec vidissem, vtinam potius essem mortua, q̄ vos habuissem, vtinā ambos oculos pdidissem, pereat dies illa, quādo vos habui, nec cōputetur in mensibus anni, p vos. n. inimica sum altissimi dei, per vos offendi deū meū, creatorē meum, per vos infamis sum, per vos reprobata, per vos damnata. O quā infœlices sunt mente captæ, & cæcę, illę q̄ vos sequūtur, vobis credunt, per vos decipiūtur, ex quo propter vos ad statū in quo nunc sum deducunt, velint nolint, & earum extrema gaudii, luct⁹ & lachrymæ comitantur. Postea iungens ambas manus, & digitis digitos interponens, fortiter plorans di. Heu heu me miserā, O infœlix Magdalena, quid facies modo, nunq̄ ad hoc venire putasti, hæc non credebas, melius profecto eēt si nata non fuisses, vel tunc parua defuncta, Quā cōminationē hoc mane audisti? voces illas terribiles, sed profecto tādē vidisti eum blādum, amenū, suauem, & mitem, te dulciter, & cordialiter inuitātem, Ibo igitur ad eum, & si forte inueniam gratiam in oculis eius, sed quis mecum veniet? quis mihi iter pbebit, quis aditū? Et si forte (vt mereor) me repellet vbi me tunc inueniam, Ibo tamen, quia dixit, q̄ non venit vocare iustos, sed peccatores, Proiiciam me ad pedes eius, nec inde surgam, nisi aut mortua, aut a peccatis oībus liberata. Hæc & similia secum voluens. Cumulo illi tādem ignem apposuit, & sic nigris induta vestib⁹, sparso crine, tota lachrymis madefacta, accepto alabastro vnguēti preciosi (quia viderat illū in prædicādo fatigatum & afflictū) magno feruore domū sola egreditur. Quærit ergo sollicite vbinam requiescit ꝑpheta ille qui hoc mane prędicauit, Et comperto, q̄ erat in domo Symonis leprosi, sic sola, & nullo signo facto ad hostium, sed aperto dimisso, magno timore, & tremore, q̄rula, & flebilis petit domū Sy-

monis, applicataque intrauit, & videns Iesum stantem ad mensam, cum multis, & eam in ingressu aspicientem, in grato illius conspectu, visus est sibi gladius fixus in corde, Timebat enim ne illam expelleret, currẽs autem cito, magno gemitu, & lachrymarum effusione procidit in terrã retro secus pedes dñi, & illos aspiciẽs stringebat manibus, osculabatur, rigabat lachrymis, crine tergebat, & vngebat vnguento. Ideo Greg. in Homi. Cogitanti mihi de Mariç pœnitentia, &c. O infœlix fœmina vana, si imitata es Mariam errantem, imitare Magdalenã pœnitentem, & correptã. Spechiati in costei, cuius miranda conuersio toti est humanæ naturæ prodigiosum exẽplum, & fortasis alteram nõ inuenies, quç ita delitiis dedita fuerit, & tãta commoditate peccandi. Et tamen in ictu oculi (vt ita loquar) facta est mutatio dextere excelsi .i. ea. Quare non expergisceris, o infœlix anima? quare adhuc in peccatis dormitas? O certe mirabilis duritia, ad quã cõfringendam leues sunt tam grandes mallei. O insensibilis torpor, ad quem excitãdum obtusi sunt tam acuti aculei, Nimirum qui nõ expergiscitur, qui non tremit ad tantum tonitruum, nõ dormit, sed mortuus est. O arbor infructuosa, vbi sunt fructus tui, vtique spinç pungentes, & amara peccata. O lignum aridum, & inutile, æterni ignibus deputandum. Quid tunc expectas lachrymari, ac pœnitere quum pœnitentia nõ recipietur, cũ emendatio nõ pręmiabitur? Quũ lachrymæ nil iuuabũt? Ergo deducant oculi tui lachrymas per diem & noctẽ, non ta. p. o. t. Ecce habes exẽplum illius sanctæ peccatricis, curre quæso mentis intuitu ad domũ Symonis leprosi, & videbis mira, & miranda quæ a sçculo non sunt audita, videbis exemplum ad mũdum contemnendum, redeũdi ad deum, dimittendi peccata, & pręclarum exemplum infinitæ misericordiæ sũmi dei, Videbis inquã illam sanctam peccatricem nigris vestibus indutam, pallidam, afflictam, sparso crine, in terra prostratam, retro secus pedes dñi Iesu, abluendo lachrymis, abstergendo capillis, osculãdo illos sacratissimos pedes valde sollicitã. Sed super omnia considera amaritudinem cordis, suspiria, & singultus, erat

enim abundans dolor in corde suo, pro peccatis suis, quē lachrymis ondebat. Tot nanque lachrymas fudit, vt ad lauandos tam magnos pedes domini Iesu, sufficerent, & licet vero nihil diceret, tñ corde suo loquebatur ad dñm dicens. O pastor animarum. O spes vnica salutis meæ, miserere mei. Ego enim sum illa infœlix, & perdita peccatrix, quæ te tantum offendi. Ego sum illa quæ malis exemplis, & pessimis factis multorū animas illaqueaui, Ego sum illa quæ magis mundū, q̃ te deum dilexi, Heu me miserā, Heu me dolētem, Heu heu quis scit si cōuertatur & ignoscat deus? Si me a se piiciet? Si lachrymæ istæ sint cassę, & pœnitentia sera? Heu quia peccaui super numerum arenæ maris, Stellarum cœli, & guttas aquarū. Heu me quia peccaui, iniuste egi, iniquitatē feci, Sed tu pius & misericors indulge mihi. O Iesu mi dulcissime, miserere quæso dum tempus est miserendi, ne me damnes in tēpore iudicandi. O suauissime Iesu, ecce pedes tuos teneo q̄ me peregrināndo quæsierunt, ecce quod inuenisti, ne quæso iterum me amittas. O mansuetissime Iesu. O fili dei clementissime suscipe pœnitentem, consolare lachrymantē, ad te veni, ad te confugi, luporum rabiem fugiens, ad te perueni pastorē fidelissimū, ad te totis visceribus clamo miserere mei peccatricis, scio equidem q̄ hæc fuit causa tuę peregrinationis laboriosę, sudoris tui, lachrymarum, pœnarum, vt miseras animas, de potestate eriperes tenebrarū, ecce me omnium infœlicissimam, peccatis omnibus plenam, pro me tamen sicut pro aliis venisti, immo plus quia omnibus peior sum, ac p̄ hoc laborum tuorum, & peregrinationis, maior mihi pars debetur, quia super omnes mūdi homines, ac mulieres deliqui. Miserere ergo mei. O redēptor optime, quæso ne dimittas me, ne me derelinquas domine dulcissimę, non me cacciare via o vnica speranza della humana generatione, quippe recedens a te desperata sum. Doleo supra modum, q̄ te offendi, certe crepat mihi cor, & sum in extremis angustiis constituta, parata sum pœnitētiam agere. Nimirum mi dulcissime dñe, si possibile foret, vellē recuperare tempus, in quo tantum diuinam maiestatē offendi, ad pondus

ſanguinis, ita ꝙ ſicut oculis deum offendi, vellem ambos perdere, lingua maledicta offédi, vellem vt funditus erue retur, diſcurre de manib⁹ &c. ac de omnibus membris, & dꝫ toto corpore, vt illud æternis traderetur incendiis. Cœterum commẽdo tibi animā meam infœliciſsimā pro qua in hunc mundum veniſti. De hoc ſolum deprecor ineffabilem clementiam tuam, vt dimittas omnia peccata mea, poſtea ſi retrudar in inferno ero contenta, tantum ſciam ꝙ mihi pepercisti. Talia & ſingula, dicere poterit in corde ſuo Magdalena. Cuius cordis contritionem aſpiciẽs Ieſus, eam alloqui cœpit, blande, & ſuauiter, & diuinis eam oculis aſpiciens dixit. Remittuntur tibi peccata tua. O verbũ ſuauiſsimum. O fœliciſsima fœmina magnum theſaurum hodie inueniſti, cogita quale tũc gaudium in cor ipſius intrauit. Et ſic deinceps relictis ſęculi pompis, ⁊ vanitatibus, ſemper ſequuta eſt dñm, ſemperq; ad eius pedes ꝓiiciebat ſe. Hic habes modum prædicandi, exhortando ad pœnitentiam & ad ſpem miſericordiæ dei, exemplo Magdalenę. & qualiter guſtato ſpiritu de ſipit omnis caro, &cę. Illa igitꝰ capite inclinato, vt creditur, iunctis manibus, benedictionem chriſti accipiẽs, gaudio plena ad domum eſt reuerſa.

CIRCA tertium principale, quia ſermo nimis, In longum eſt protractus breuiter aliqua dicā. Quod benignus Ieſus, vt omnibus oſtẽderet, qualiter peccatores libenter recipit, & eis aperit viſcera miſericordię ſuę, Magdalenæ ſic conuerſæ, tantam familiaritatem, & tantum amorem oſtẽdit. vt proculdubio, vbi abundauit delictum, ſuperabũdauit, & gratia. Nempe cũ eſſet perfectiſsimus in omnib⁹ virtutibus, quia non ad menſuram gratiæ ſpiritũ accepit. ꝗ ad verum requiruntur amorẽ ei (a qua multũ dilect⁹ fuerat, ſicut enim textus Euangelicus habet) debitas rependerat amoris vices. Primo quidem ab omnibus eam culpis abſq; pœnitentia ſolutam dimiſit. Secundo excuſauit eam apud Phariſeum, oſtendens omnia illius obſequia. i. pedũ ablutionem, eorundem oſcula, Vnctioneq; valde ſibi gratã fuiſſe. Tertio excuſauit eã apud Martham, oſtendẽs gra

tam sibi esse, vt ad pedes eius maneret, fecit eam sociā matris suæ, & gratissimam hospitam, quam quidem in omnibus angustiis, dolorib⁹, & pœnis tempore passionis filii, fideliter sociauit &c. practica hic. Quarto. Primo illi apparuit post resurrectionem quā alicui alteri apostolorum.

Quinto, fecit eam apostolam suam, & suæ fidei prędicantē, Marsilienses cum suo principe ad fidem conuertit, similiter & aquenses, stupendum erat videre mulierem formosam, eloquentem, & facundā fidem Christi feruentissimę p̄dicare. Et quid mirum? Quū labia illi⁹, benedictos Iesu pedes non tantum viui sed etiā mortui, tā dulciter suauiterque fuerant osculata, & illa apud eosdē didicerat normā prędicandi, formā, atq; doctrinam. Sexto per. 30. annos in mōte quodam vbi nec aquarum erant fluenta, nec herbarum, arborūq; solatia, per angelos est nutrita, a quibus ēt septies in die, videlicet in horis canonicis, in ęthera leuabatur, audiebatq; corporeis auribus cœlestium agminum mellifluos cantus, Ideo p̄s. Secundum multitudinem dolorum &c. Demum in die resurrectionis, accepto a beato Maximino dominico corpore, quam ipse duobus cubitis eleuatam inuenit, tandem in æternis gaudiis est recepta, Ecce qualiter Magdalena de statu infœlicissimo auersiōis suę, cōuersa est perfectissimę, ad quam inuitandam omnes exhortor, vt tandem ad fœlicissima gaudia cum ipsa fœliciter perducamur.

FINIS.

## FERIA SEXTA POST dominicam passionis.

## DE SANCTO IOSEPH.

ASCENdit sup̄ Cherubin, & volauit super pennas ventorum., p̄s. 17. Sicut tenens agrum alicuius dn̄i in feudum, semper dn̄o illi respondere debet de nascētibus in agro primitiis, sic spiritualiter, nos tenemus animam nostram in feudum. Gen̄ 2. Inspirauit deus homini animam viuentem, & vltra hanc possessionem animę, ēt

ab ipso accepimus semina verbi, & doctrinam eius, quæ si in agro animæ seminata rigent, & cultiuetur operibus bonis, nascentur virtutum fructus preciosi, Ideo de his vult dñs habere partem. s. gratiarum actionem. Hoc Mystice signatum fuit. Gen. 47. Tempore famis, Ioseph possessiones omnium regi ægypti obligauit, prouidendo omnibus de cibo, ne periclitarentur. Verũtamen possessiões prædictas relinquebat in feudũ, hoc pacto, vt accepto semine, redderẽt ei quitam partem seminũ nascentium, ita spiritualiter, tempore quo in ægypto, hoc est in hoc mundo, peccato parentum, omnes fame periclitabamur, veniens iste Ioseph cum pane angelorum. i. Christo, refecit nos, per quem habuimus semen Euangelii. Iõ debemus dare q̃tã partem. i. gratiarũ acti. applica vt scis.

¶De isto ergo Sãctissimo Ioseph. vna sola conclusio vidẽda est. Videlicet ꝙ sicut ordo Seraphicus diuersis proprietatibus ornatur. sic. S. Ioseph, diuersis virtutibus decorat. Ideo de ipso dicere possumꝰ illud ps. 17. Ascẽdit super cherubin, & volauit super pẽnas ventorum.

¶Quãuis deus voluntate antecedenti omnes elegerit ad gloriam, tñ diuersimode, qa secundum merita datur gratia, quæ est mensura gloriæ, sed quia nescitur quantũ accipiatur meritum, ideo nescitur certitudinaliter, quanta gloria huius, & illius sancti sit ergo de sanctitate Ioseph, loquẽdo, ego nescio nec per reuelationem, nec naturaliter, quia non datur gloria secundum gradus nobiles naturales, sed per coniecturam, quia de similibus idem est iudicium. Da exẽplum tuo modo. sic de Ioseph, in quo inuenio easdẽ proprietates, quas contemplor in Seraphin.

¶Prima est, quia Seraphin naturaliter sunt, & constituũt primũ chorũ angelorũ oĩum, hic nõ dic diuisionẽ angelorũ quo ad Hierarchias, & quo ad ordines, oẽs angeli duos habebãt status. s. naturalem, & gratialem. Quo ad primũ non erant distincti nomine, licet naturaliter aliq digniores aliis, In statu autem gratię diuisi sunt, & officio, & nomine, vt homo dicit sacerdos diaconus, &c. Et sicut omnia animalia sunt eiusdem generis, tamen vnũ altero nobiliꝰ respectu operationis, etiam

homines sunt eiusdẽ speciei, tamen vnus altero rationabilior, & dignior respectu officii. Hic autẽ improbatur opinio Thomæ, qui posuit Angelos non differre spẽ. Et vnum Angelum constituere vnam speciem, & nõ plures angelos sub vna specie. Sco. vero dicit, ꝙ sub vna specie sunt plures angeli, in quolibe. q. 3. vide ibi quomodo. Post gratiã autem appellati sunt pluribꝰ nominibus. Quo autem ad essentiã, vnus altero perfectior erat, & secundum excellentiã naturę, sic fuit data a deo gratia, & quia in prelio magis dimicauerunt Aliqui, & per cõsequens, &c.

¶ Secunda proprietas est gratialis, in statu gratię, fuerunt, & sunt de primis angelorum, sicut iter animas, anima christi, & Mariæ virginis. Cum autem secũdum opinionem cõmunem doctorum fidelium, de omni choro, aliqui ceciderunt cum Lucifero, ideo animæ rationales debent restaurare, &c. Ille ergo homo sedet ad talem ordinem Seraphin, si proprietates Seraphin, habuerit, quod reperio fuisse ꝺ Sctõ Ioseph. Et primo ipsum fuisse de nobilitate generosissima temporali, siue naturali, ita ꝙ tota nobilitas iudeorũ fuit collata in eo, & summa generositas. Nam ſm Euangelium Matt. Ioseph insimul cum Maria, descenderunt de semine patriarchali, a 14. Patriarchis, quorũ primus fuit Abraham, a quo quadraginta & vna generationes descẽderũt, etiam a 14. ducibus, & a 14. regibus, vt patet Matt. 1. Itẽ descendit a semine prophetali, maxime Dauid, qui fuit eximius prophetarum, vt dicũt Theolo. in. 1. d. 2. Patet etiam Matt. 1. Et descendit ex semine sacerdotali. s. de tribu Leui, vt declarat Alber. Mag. super missus est, quia solum tribus regia. s. Iuda, & sacerdotalis. s. Leuitica, iungebantur simul in matrimonio. Descendit etiã ex semine Aaron, quia Anna mater Marię, fuit ex stirpe Aarõ summi sacerdotis, vt inquit Damasc. li. 4. Et Lira. supra Luc. Et Grego. in. 22. Moralium. Et Matt. 1. describens nobilitatem originis Mariæ, & genealogiam suam vsꝗ ab Adam protraxit. d. Si vis nubere nube. s. pari, ergo, &c. ſm autem doc. Nobilitas secundum carnem, nõ solum quo ad mundi gloriam est, sed virtutum adiuuamentum, quãuis sola ipsa nõ cogat, nec ad

bonum, nec ad malum. Vnde dicit Alber. Mag. vbi supra, ꝙ tanto quis est detestabilis in malo operando, quanto nobilior, & ideo leges plerunq; magis puniũt nobiles quam ignobiles. l. 1. ff. Si quis in ius voc. non ve. Et ex hoc habeo ꝙ nobilitas carnis sine nobilitate mentis, non laudatur; sed vituperatur. Econtra aũt nobilitas mentis, maxime inter naturam propriam, vt innuit textus, in ca. Nunquã. 56. d. tamen nobilitas carnis est quasi radix, ⁊ innatum fundamentũ virtuosę operationis, ita vt facili⁹ operent nobiles, & Ioseph cũ esset nobilis, & natura, ⁊ moribus, ideo bene poterat optime operari, Et si instes, quare tam nobilis? cũ fuerit faber lignari⁹, & paup? Respondit Io. Chriso. in natiuitate virginis, consideratione prima. ꝙ primo fuit, vt vitium vitaret. secũdum illud ps. Labores manuum tuarũ, quia mãducabis, etiam dicit Io. Chriso. de Maria Virgine, Panem ociosa non comedit, sed quæsiuit lanam, & linum, & operata ẽ cõsilio Ma. suarũ ideo subinfert ibidem illud. Prouer. vlti. nobilis in portis vir eius, debuit etiã esse faber, vt sic esset conformis deo. De quo dicitur, Tu fabricatus es Auroram, & solem. Item nullum exercitiũ isto expeditius conueniebat ei. Primo quia Christus nascitur⁹ erat in diuersorio, vbi per dies. xl. stete runt, ita vt si oportebat facere cũnam, vel aliquale reductum, de viminibus, siue alio modo ꝓ defensione pueri Iesu. Itẽ cum essent in ægypto, nullum aptius exercitium cõueniens erat pro victu acquirendo, dic alia tuo modo. Itẽ quanto nobilitas sanguinis ẽ antiquior, tanto est nobilior applica. Et dic figurã Geñ. 37. Ioseph vidit in somnis, & dixit fratribus suis, putabã vos ligare manipulos in agro, & surgere manipulum meum, ⁊ stare, vestros autem manipulos adorare meũ. Ita in agro Ecclesiæ omnes adorant christum, qui fuit manipulus Ioseph. Quia Ioseph habuit eũ in manibus. Item dixit ꝙ videbat solem, & lunam, & stellas vndecim adorare eum, Christus est sol, Maria Luna, qui adorabãt Ioseph, qa erãt subditi ei, stellę vndecim, sũt apostoli. Item dicitur ꝙ iste Ioseph congregauit granum, per quod significatur christ⁹ dominus noster, ista supradicta applica.

¶Quo autem ad secundam ꝓ
prietatem.s. status gratię. Di-
co ꝙ sicut Seraphin prędesti-
nati,& electi fuerunt,vt eẽnt
primi in statu gratiæ, Sic Io-
seph. Dic ꝙ qñ fuit prędestina
tus Christus esse filius dei, &
Maria. Sic Ioseph cõsequẽter,
vide Scõ.in.3.di.7.Et per con-
sequẽs sicut christus fuit ꝑde
stinatus ad dexterã pr̃is,& Ma
ria super choros Angelorũ,
sic Ioseph ĩ choro Seraphin,
vt maritus siue spõsus nõ ni-
mis distaret a sua spõsa. Hoc
patet per exemplum ordinis
obseruati cohortis regũ. Spõ
sus enim filiæ regis apud spõ
sam in conuiuio stabit. Nec
credendum est ꝙ dabit eam
sponso rustico. Sed primo in
suo regno. Et cum nuptiæ Sa
lomonis celebrabantur pari
ter ad mensam spõsus, & spõ-
sa sedebant &c. Sic deus bene
dictus,&c. Hic modo recita ra
tionem,siue coniecturationẽ
gratitudinis. Si enim gratitu-
do. In homine laudatur,ita ꝙ
rusticus a natura, si est grat⁹,
reputatur nobilis, & econtra
quãto magis possumus dice-
re de Ioseph. Cũ ergo Ioseph
magis seruiuit Christo post
Mariam quid dicemus de re-
muneratione eius? vere ergo
ascendit super Cherubin &c.

QVANTVM ad
secũdam partẽ,
differemus ali-
quas proprieta
tes Seraphin.

¶Primo dico,ꝙ deuicto cer-
tamine cũ Lucifero,& suis se-
quacibus,dixit de⁹,aliqui mi-
hi ministrabunt,aliqui homi
nibus. Dic modo quomõ an-
geli mittũtur,vide Theo. ma-
xime Sco.in.2.dis.11. Seraphin
ergo nunq̃ mittuntur, nisi in
aliquo misterio speciali,vt in
annũciatione, missus fuit Ga
briel,qui vt creditur, ẽ de or-
dine siue choro Seraphin,sẽ-
per ergo Seraphin assistũt an
te deum sibi ministrantes, ac
inferioribus angelis dei iudi-
cia reuelantes. Ideo dicit Dio
ny. Positi sũt in vestibulo dei.
¶Secundo dico ꝙ clarius vi
dent deũ, quia dãtur gradus
in fruitione,scd̃m gradus cha
ritatis,& gratiæ. Sco.in.4. dis.
49.& cum obiectũ illud sit vo
luntarium, ideo secundũ ma
iora,& minora merita datur
Seraphin ergo habuerũt ma-
iora merita,quia maiorẽ amo
rẽ. Sic ergo ꝺ Ioseph sanctissi
mo dicere possumus, primo
quo administrationem, dicit
sanctus Tho. in.3. parte.su.q.
27.arg.4. ꝙ quotiescunq; deus
elegit aliquem ad aliqꝺ opus

mirabile, facit illum dignum tali opere. Cum ergo deus ꝓuidisset ab æterno ꝙ Ioseph futurus erat custos, ac administrator nō solum virginis, sed filii dei. In quo denotatur sua magna sanctitas, ergo ꝛc. Vnde immaginor ꝙ de⁹ respexit ab oriēte vsq; ad occidētē, & non inuenit aptiorē in tali opere Ioseph. Si enim rex volens coniungere filiam suam matrimonio, eligit primū in suo regno, quid de Ioseph, cū debet eē paritas in matrimonio, non solum temporis, siue nobilitatis, sed etiam morū. Considera ꝙ Ioseph erat plenus sāctitate, Sicut enim spōsa, virgo purissima erat, sic Ioseph. Vnde dicit Ioā. Gerson, ꝙ sicut virginē decuit eā puritate nitere, ſm Anselmū, qua maior &c. Sic Ioseph. Et sicut vterq; regali progenie renitebat, sic sanctitate, licet alio, & alio modo. Si enim deus ꝓuidens Ioannē præcursorem filii sui, sanctificauit in vtero, quid de Ioseph? Et si quis nollet huic opinioi acquiescere, dicamus saltem ipsum pudore virginitatis decoratū fuisse. Si enim christus noluit nisi virgini in cruce, &c quid dicemus de Ioseph? maxime cū tunc iunior eet. Ideo nutrix dicitur. Ioā. Ger. ait corrupto nunq̄ fuerat socianda puella. Quæ grādeua fuit soli cōmissa Ioāni. Et licet hominib⁹ luxuriosis, hoc videatur impossibile: s. ꝙ vir ꝛ vxor sint simul sine cōmixtione. Nōne habes de sancto Elzeario qui in vltimo legendæ suç, dicit ꝙ sicut vxorem virginē accepit, sic reliquit. Dicit ēt sanctus Bona. se habuisse a libris Iudæorū, ipsam virginē fuisse talis aspectus, vt ēt carnalis homo ad pudicitiā induceret. Et si quis dicat. Oh voluit eam dimittere. Dicunt Orig. & Chriso. ꝙ non ex suspitione, sed quia reputabat se indignum. Nam a facie virginis egrediebatur q̄dam splendor, ideo indignus videbat. Sicut legit de Petro videte miraculū captionis piscium, dixit, Exi a me dñe, q̄a hō peccator sum. Luc 9. Et ideo angelus apparuit in sōnis Ioseph. d. Noli timere &c. Quo ergo ad hāc ꝓprietatē, dico ꝙ digne deputatus fuit ad custodiā, siue administrationem Iesu. O quæ dignitas ista ē, tāto dño, ac dñę, administrare, qs posset existimare, q̄ta affectione, ac teneritudine, admistrabat infantulo Iesu, dū in vestibulo pauprimo cresceret. Sic in itinere fugiēs in ægyptum

O administratio dignissima. Si enim Elisabeth, & Ioannes in vtero eius, ex pręsentia sal uatoris prophetabant, quid de Ioseph? cum toties in brachiis habuerit filiũ dei. O quę suauitas cordialis erat illa, quando Ioseph audiebat de voce sponsæ. d. Ioseph, sponsę mi, adiuua me. Sic multo magis quando audiebat vocem dilectissimi filii, pater mi charissimę adiuua me. O miranda prorsus Ioseph sublimitas tua. O dignitas incõparabilis, vt ille cui omne genu flectitur, sit tibi subditus. Si enim ex consortio bonorum, bonus melior efficitur quid de Ioseph? vere. ergo ascendit super cherubin, &c. ¶ Quo ad secundam cõditione, dixi q̃ Seraphin limpidius essentiam diuinam vident: sic Ioseph pręcæteris sanctis patriarchis, prophetis, martyribus, apostolis. Vidit pfectius, ac diuti⁹, patriarchę, prophetæ viderũt in spiritu, Ioseph autem facie ad faciem. Ioannes Baptista digito ostendit, Ioseph autẽ manu palpauit. Apli eũ viderunt per trieniũ & minus, & vt in plurib⁹ moestum, tristem, fatigatum. Ioseph autem blandũ, dulcem, Paulus vidit in raptu, & in intellectu Stephanus, Ioseph autẽ propriis oculis. Si ergo Christus dixit discipulis, beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis, quid de Ioseph dicere poterimus? Certe nullus fuit ita beatus in hoc sęculo sicut ipse. cũ per triginta annos ꝛc. Si enim Ioan. Euangelista requescens supra pectus dñi, per parum tẽpus, tot & tanta &c. Quid de Ioseph? Et si beatus Ruffinus socius Beati Francisci videns beatam Virginem extra se fuit. O Ioseph quale gaudium habuisti, quãdo in nocte Natiuitatis domini, &c. O suauitas immensa sentire se vocari pater ab illo, qui erat filius dei, ac sibi in mensa seruire. O vtinã, & ego, &c. Sic qñ videbat se in artificio adiuuari, sed quid dicam de illa inextimabili lætitia, quãdo toties eum cũ summa reuerentia amplexabaᵗ in brachiis, ꝛ osculabatur nõ semel tantum, sed toties. o quoties accepit ex gremio matris. Quare o Ioseph poteras tantam lætitiam sustinere? Si. n. sanctus Franciscus, loquẽs cũ sancta Clara de diuinis, tanta lux apparuit, quid agebas, o Ioseph quãdo videbas in nocte sponsam tuam a terra eleuatã, multitudine Angelorũ

circundatam, maximo splendore, Credo vere ꝙ & tu, &c. Si enim sancta Cecilia sponso suo feroci tot consolationes impetrauit, qui tũ prius amore vitioso, &c. Quid de Ioseph? Si Petrus in transfiguratione, dixit dñe bonum est &c. Si enim ex contactu fimbriȩ vestimenti, mulier illa sanata est, quid tu tangẽs illas sanctissimas carnes, os, oculos? Si cœcus ex luto, & saliua Christi. quid de Ioseph, posset dici? Vere igitur o Ioseph ascendisti super Cherubin, & volasti super pennas ventorum.

¶De isto sãcto Ioseph potest dici illud. Fecit tibi nomẽ grãde iuxta nomen magnorum q̃ sunt in terra, sc͠di. Re. 7. Posito ꝙ verum fuerit matrimonium inter Ioseph, & Mariam ꝭm doct. & fuit cõgruum virgini, ne videretur infamis. Maluit enim dñs aliquos de suo ortu, q̃ de matris pudore dubitare. Alia ratio, vt eẽt in obsequium Virgini, & puero in ægyptum eunti, & redeunti. Alia ratio, vt per generationẽ Ioseph, origo Mariæ monstraretur, & ne lapidaret a Iudeis, vt adultera. Tertio, vt supra, vt in ægyptum fugiens haberet solatium mariti. Martyr Ignatius quartam addidit, vt partus inquit eius celaretur diabolo.

¶Sed quomodo cõtraxit matrimoniũ ex quo vouerat virginitatem? Respondeĩ ꝭm Ricar. d. 30. 4. ar. 2. ꝙ virgo Maria vouerat virginitatem sub cõditiõe. s. nisi deus aliter dispōneret. Vnde Greg. vbi est certitudo simpliciter, ꝙ nunquã ponetur in effectũ, in nullo prȩiudicat voto castitatis cõtractus matrimonii, sed hic fuit talis certitudo, habetur enim Matt. 1. ꝙ Angel⁹ instruxit Ioseph. Noli timere accipere Mariam cõiugem tuã, ipsa etiã fuit certitudinaliter edocta, noli timere accipere Ioseph, virum iustum, in coniugem, & hoc per visionem Angelicam. Hoc matrimonium fuit omni sanctitate decoratum. Nam firmissime tenẽdũ est, ꝙ iste. S. Ioseph fuerit virgo purissimus, non enim erat credibile ꝙ tanta virgo fuerit desponsata viro non virgini. Nicolaus adducit aliã rationem, quia cũ Christus in passione matrem suam tantũ virgini, cõmẽdauit, non est probabile ꝙ ante cõceptum, dũ adhuc esset tenella, & iuuencula, traderetur alicui nisi virgini custodienda, vt supra di

ximus fabro fuit desponsata Beata Maria, vt dicit Chriso. Quoniam Christus ecclesiæ sponsus, omnium salutē hominum operatus ē per lignū Crucis, ille.

¶Nunc vidēdum est de eius singulari sanctitate. Nota primo ꝙ bonum principaliter ē bonum, quia a diuina volūtate volitum, & non ideo volitum, quia bonum, ⁊ ratio est, quia oē ens aliud a deo, quantum ad esse obiectum intellectus diuini, totaliter depēdet ab actu eiusdē intellectus: & sic oē ens quantum ad bonitatē realē, quæ ē secundum esse existētie ē primo a voluntate diuina, & merito Iac. in sua cano. ait, omne datum optimum, & donum perfectū &c. Secundo notādum ꝙ deus diligit non secūdum naturarū nobilitatē, qa voluit aliquā naturam summā habere gloriā. videlicet naturam assumptā a verbo, quæ tñ est minor angelis. Similiter beatam Mariam exaltari sup omnes choros angelorum. Tertio sancti tas alicuius consistit in actib⁹ virtuosis, & meritoriis vitæ æternæ, in illis se exercendo, Ille vero beatior ē qui habet maiora merita, & hoc nō potest sciri via naturali, sed ex reuelatione diuinæ voluntatis, nam ratio meriti stat in acceptatione diuinæ voluntatis, quia meritum, ideo est qa acceptum, & tantum est meritum, quantum acceptatum, ⁊ ista acceptatio non potest sciri nisi ex reuelatiobe, aut per coniecturas, & per rationes congruentes, sic possumus dicere de sancto Ioseph, per cōiecturas concludere possum⁹ ꝙ sit magnus sanct⁹, & de maioribus, & singularibus, q sint in paradiso, excepta beata virginę, quæ nō habet parem in vita illa beata. Et ꝙ beatus Ioseph, sit singularis sanctitatis probatur multipliciter, videlicet ratione.

¶Primo, electionis.

¶Secundo Prędestinationis.

¶Tertio, Propinquitatis.

¶De primo suppono, ꝙ electio proprię est actus voluntatis elicitus, respectu alicui⁹ ordinati ad aliquem finem, ⁊ licet voluntas diuina, quicquid eligit, eligit pp se, tāquā vltimum finē, tamē eligit aliquid ordinando ad aliud, videlicet ad finem, qui dicitur finis sub fine principali, sicut vult hominem baptizari, Primo vt det illi gratiam. Scdo, vt mediante gratia viuat sibi eū gratuite, & vltimo vt beatificetur

tificetur in ipso deo tanq̃ in fine principaliter,& simpliciter primo. Præterea quāto aliquid ordinatur ad aliquem finem valde nobilem,& perfectū,& nobiliori, & perfectiori modo attingendum,tanto illud ordinatum est excellentius, & etiam tanto finis magis appreciatur,& amaī, Exēplum, volens deus reparare, hominem lapsum,elegit non qualecunq; medium, sed nobilissimum, & excellentissimum, videlicet filium suum incarnari , propter salutem humani generis, quā summo pere apprçciauit,Et obsequiū christi,fuit magis deo gratū, quam offensa totius humani generis fuerit sibi displicens, & per cōsequens animæ christi fuit cōmunicata,sūma gratia, & charitas, & sic summa gloria.

¶ Nunc autem videamus ad q̃d fuit electus beat⁹ Ioseph, certe nō ad vile officium, sed vt esset sponsus tantę virginis,& pater putatiu⁹ talis pueri. Si enim in omni matrimonio confertur gratia, nisi ad sit impedimentum,cum sit sacramentum ecclesiæ, quanta gratia fuit communicata animæ Ioseph,quando fuit constitutus sponsus tantæ virginis? vbi fuit verum matrimonium. Sed qualis ætatis fuerit Beatus Ioseph? dicit Io. Gers. q̄ fuit iuuenis,⁊ pulcherrim⁹ corpore,& singularis gratiæ, & hoc vt præstaret obsequiū Bea. virgini,& puero eunti,& redeunti,ex ægypto. Tum q͡a Esai.62. Habetur,habitabit iuuenis cum virgine, & gaudebit sponsus super sponsam. dicit Glos. Interli. habitabit iuuenis. idest Ioseph cum virgine Maria, tantam spiritus sanctus gratiam virginitatis in Maria redundabat, q̄ nullus aspiciens eam potuit concupiscere,vt ait Bea. Bona. in 3.d.3. q̄ quāuis esset pulcherrima,a nullo tamē viro potuit concupisci, nec eius aspectus vrebat,aut inflāmabat ad cōcupiscentiam,sed potius omnem concupiscētiam in aliis aspectibus extinguebat.

¶ Vide quanta gratia fuit collata Bea. Ioseph in isto matrimonio,per illam istoriā, desponsationis eius, nam de loco sanctuarii,cunctis audientibus, cum pontifex ad consulendum dn̄m accessisset ad sanctuarium, veste sacerdotali indut⁹, vox insonuit dicēs. Quicūq; de domo Dauid, nuptui habilis sine coniuge eēt, singuli virgas ad altare defer-

rent, & cuiuscunq; virgula ger minasset, & in cacumine eius scdm Esaiæ vaticiniũ.S.S. in columbæ spẽ sedisset, ipse esset cui Maria desposari deberet. Erat autem Ioseph sine coniuge, qui solus subtraxit virgulam, Et hoc (vt dicunt quidam) ex humilitate, & castitate, quia cum esset iustus, reputabat se indignum sponsum fieri tante virginis, & cũ Pontifex iterum dñm consuluisset, eo ꝙ nihil, in aliis virgis apparuisset, responsum accepit, ꝙ solus ille virgam nõ obtulit, cui virgo desponsanda erat, & Ioseph ex pręcepto Pontificis attulit virgam ad altare, quæ statim floruit, & in eius cacumine colũba veniens de cœlo, cõsedit, & tũc despõsauit illam, & statim repleti fuerunt spiritus sancti flamine. Si ergo deus cõtulit tantam gratiam Bea. virgi. super omnes sãctos & angelos, eligendo Ioseph, sponsum tãtæ virgini, ei contulit tãtam gratiam, quantam forsan nõ contulit Patriarchis, & Prophetis. Si enim rex haberet vnicam filiã dilectam, & præ omnibus electam, & vellet ei præparare idoneum spõsum omnino faceret, q̃to magis de Ioseph, vt supra, vnde credendũ, ꝙ voluit deus ipsũm esse, de sanctioribus, & sublimioribus, toti⁹ machinæ mũdialis. Ecce quomõ fuit singulariter electus.

¶Secundo, ratione prædestinationis, Vnde nota. primo ꝙ cum prædestinatio sit ordinatio alicuius creaturę rationalis ad gloriam, ille est simpliciter sanctior, qui ad maiorem gratiam, & per cõsequẽs ad maiorem gloriam est electus, & prædestinatus, qa omne volitum a diuina voluntate, voluntatę beneplaciti sẽper adimpletur, & nunq̃ impediri potest, & volens finem efficaciter, necessario vult omnia ordinata ad illum finem, secundo volens ordinate finem, vult prius immediatiora fini. Tertio ꝙ nulla creatura ex perfectione sua naturali est magis immediata fini q̃ alia, quia beatitudo confertur, tanq̃ præmium pro meritis, eius quem deus acceptat tanq̃ dignum tali pręmio, & licet via naturali non possumus cognoscere quæ sit immediatior, & propinquior vltimo fini, tamen ex diuina reuelatiõe hoc scire possumus, & ex multis probabilibus cõiecturis, sic de sancto Ioseph; dicere possumus, ꝙ sit de im-

mediatioribꝰ vltimo fini electus, & per cōsequens, ad maiorem gratiam, ⁊ gloriam. vnde natura humana assumēda a verbo fuit ab æterno ordinata, & prædestinata ad summam gloriam, & sic fuit immediatissima vltimo fini, ita ꝙ nulla alia creatura fuit sibi æqualis, ex quo voluit illā suppositari supposito diuino. Dico etiam ꝙ mater Dei post naturam assumptā, fuit prima in prædestinatione, & per consequēs prima in abūdanti gratia, quia fuit prædestinata mater vera filii dei, merito ergo fuit, & est secunda persona post christum in gloria.

¶ Quid ergo concludam de Sancto Ioseph? qui non tantū fuit prædestinatus ad gloriam simpliciter, sed vt esset verus maritus, & sponsus tantę matris, & vt esset sibi in adiutorium, solatiūq; omnino spirituale, & vt esset sibi tāto amore, & charitate coniūctꝰ, & fidelitate, certe audeo dicere, ꝙ dn̄s ad tantam gratiam, & gloriam prędestinauit, post christum, & B. Virg. super omnes alios sanctos, ꝙ nunquā linguis exprimi posset. Hic da exemplum de vno imperatore, qui si haberet vnicam filiā coniunctam alicui sposo nobili, ꝙ in cœna vellet illū sponsum post filiam collocari. sic de Bea. Ioseph, qui fuit inter omnes sanctos ad maximam gratiam & gloriam prædestinatus, vt supra diximus.

¶ Sed quare Euāgelistæ parū loquuntur de isto? sed quæro a te an mater dn̄i fuerit super omnes sanctos prædestitatā, etiam in omnibus virtutibꝰ? dices ꝙ sic. Et quare Euangeliste, parū loquuntur de ipsā, ⁊ quid de virtutibus eius scripserūt? certe parum, quia dona illius erant ineffabilia, & si scribere voluissent, totus mūdus non potuisset capere, sed reliquerunt sequentibus sanctis, solum dixerūt ꝙ peperit filium dei, ad quod sequūtur tot sua innumerabilia merita quæ sancti postea scripserūt, Ita de sancto Ioseph, duo inuenio, ꝙ erat vir iustus & virtutibus plenus, vt ait Hiero. Hoc tibi parum videtur? Inuenio ꝙ fuit verus maritus, ⁊ sponsus matris filii dei, certe in isto virtualiter, & eminenter continētur ineffabilia dona, & priuilegia, Nam cum audio Ioseph sponsum matris Dei, & verum maritum, obstupescūt omnia membra mea.

¶ Scis quid scriptum fuit, su-

per sepulchrum regis Caroli, nam scripserunt galli, tãtum vnum verbum. s. el bon Re. Quia illud verbũ plus includebat virtualiter, q̃ si scripsissent magnum librum. Quid enim altius possum intelligere de Ioseph, cũ intelligo, illũ sponsum tantę virginis, plus cõtinet hoc, q̃ si oẽs libri mũdi pleni essent virtutibus singularib⁹ ipsi⁹ Ioseph. O dices, certe Ioãnes Baptista fuit singularis & sanctior, quare scriptura d illo dicit, inter natos mulierum nõ surrexit maior IoãneBap. Sed audi Hierony, ibi, nõ cæteris ꝓphetis, & Patriarchis, cunctisq; hoib⁹ ꝑtulit, sed Ioãni cęteros coequauit, ille. Ex quo arguitur etiã ꝙ Ioãnes maior esset virgine Maria. quod non tenetur. Dominus autem parum matrẽ suã publice laudauit verbis, sed operibus super omnes. sic de Bea. Ioseph.

¶Tertio ratione propinquitatis, & sup. aliqua, Primo ꝙ ẽ propinquitas essentiarum ad vnum primum, a quo appropinquans depẽdet vt mẽsuratum a mensura quidditatiua, & essentiali, & hoc mõ dicimus, ꝙ illa natura, quæ magis appropinquat essentiæ diuinæ est perfectior, & excellentior, & de hoc nolo loqui; quia hoc modo angeli fuerũt ꝓpinquiores, & forte alii homines ipso Ioseph. Alia est ꝓpinquitas ꝯm perfectiões attributales, & sic ille magis appropinquat, qui sapientior ẽ, clementior, & iustior, & huiusmodi, & quanto istæ operatiões gratuite acceptæ sũt, tanto sunt perfectiores, & ꝓpinquiores. Item habens intẽsiorem charitatem, & perfectum vsum liberi arbitrii, perfectiori modo operatur, cum principaliter meritũ attendatur quantum a charitate procedit, sed. S. Ioseph habuit singularem gratiã, & sanctitatem, quia habuit perfectum liberum arbitrium, debemus credere ꝙ sicut B. Maria semper habuit perfectum vsum lib. arbi. etiam in vtero matris, vt tenẽt. s. Bernar. & Albertus Mag. super Missus est, & alii sancti, & Ioã. Baptista q exultauit in vtero matris, qñ virgo salutauit Elisabeth, sic firmiter credere debemus de sancto Ioseph, electo ad tam altum, & sublime misterium Item habuit prę oculis speculum illud B. S. Mariam in qua omnes virtutes fulserunt, quę fuit forma rectissimę vitę ipsi sponso suo, & eum ad sancta

desideria accendebat, & dico ꝙ B. Maria magis procurauit salutem sponsi sui, ꝙ̃ forte alterius, & ratio ē in promptu, quia ex charitate quam habebat, tenebatur magis diligere sponsum suum, quā aliquē alium. Sciebat enim hoc sanctum matrimonium institutum fuisse in figuram matrimonii supercœlestis, ideo toto corde, & totis visceribꝰ rogabat pro salute, ⁊ sanctitate sponsi sui, & tāto amplius, qa sciebat ipsum esse iustum, & omni virtute decoratum. Si non est meritum quod non transeat per manus Mariæ in hoc mundo, quid credis meruerit suo sponso Ioseph? credo ꝙ ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Sed dices, quare voluit eam dimittere? vt patet Matt. 1. Dico ꝙ ī hoc maxime meruit, humiliando se, dicit Glo. Iustus inqt erat, per fidem qua credebat christum de virgine nasciturum. Vnde voluit se humiliare ante tantam gratiam. Et secundum Origen. quia indignum se existimabat, vt sup. diximus.

CIRCA tertiam partē intuemur alias conditiōes Seraphin. Est enim vna propositio non solum Aristo. veram etiam Diony. de cælesti Hiera. ꝙ perfectiones dispersæ in inferioribus, collectæ sunt in superioribus. exēplifica de homine respectu brutorum, ait enim Grego. super illo Euangelio ascensionis, prędicate Euangeliū omni creaturæ, per omnem creaturam ītelligitur homo, quo ad primam cōditionem, huius tertiæ partis, est sciendum ꝙ in ipsis Seraphin continentur omnes perfectiones inferiorum angelorum, sicut inter virtutes Theologales, charitas est perfectior fide, & spe, charitas autem appropriatur Seraphin, quia amore ardentes. Nam Seraphin illuminati a deo, cæteros illumināt ostēdēdo seipsos aliis. Sic Ioseph cōtinet proprietates, patriarcharum, Prophetarum, Et primo Ade, quia Adā primo fuit dn̄s totiꝰ mundi, quare ps. ait, Omnia subiecisti, &c. Secūdo imposuit nomina rebus, Ioseph autem imposuit nomen dn̄o mundi. s. in circuncisiōe, & habuit dn̄ium super dominum dn̄orum, Adam etiā habuit Iustitiam Originalē, Ioseph autem fuit sanctificatus in vtero, immo sicut dicit q̄dam doctor, ipse fuit sine pec

cato Originali conceptus, vt esset similitudo inter sposam, & sponsum. Noe habuit Aram arcæ Diluuii, Ioseph habuit arcam gratiarum Christi, & virginis. Dauid fuit caput populi Israel, Ioseph aũt fuit caput filii dei. Moyses eripuit populum de manu Pharaonis. Ioseph Christum liberauit dẽ manu Herodis, fugiẽs in Egyptum nocte, Et sic compara illum antiquis patribus, si vis etiam illum comparare sanctis noui testamenti, vt Petro qui habuit curam Ecclesiæ, Paulo qui fuit vas electionis. Ioseph autem habuit dominium super illũ qui dedit eis talem perfectionem, Et habebat clauẽ thesauri Christi, & Mariæ, quid ergo? iste est Ioseph qui tantam inuenit gratiam, in cõspectu Pharaonis, ita vt illum cõstitueret principem super vniuersam terrã ægypti, tulit annulum de manu sua & dedit eum in manu eius, vestiuitq; eum stolla bissina, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suũ, clamante præcone, vt ante ipsum omnes genu flecterẽt. Cui dixit rex, absq; tuo imperio nõ mouebit quisquam manũ, aut pedẽ, in omni terra ægypti, & vocauit eũ saluatorẽ mũdi Mystice, Annulus ẽ sua spõsa virgo Maria, stolla vero bissina ẽ virginitas, torques est charitas, siue gratia, maxime inter Mariã & Ioseph, quia erat amor indicibilis inter eos, & non est mirum. si huic sanctissimo Ioseph, voluit deus, vt omnes obedirent, quia & christus ei obediuit. Si enim virgo Maria cum appropinquaret morti, petiit gratiam a filio suo, vt omnes apostoli adeẽnt propter suã consolationem, quid de Ioseph? qui habuit in sua infirmitate christum, & Mariam. Credo enim q asidue ac dulcissime ei seruiebãt Christus, & B. Maria cõsolantes ipsum, Considera o peccator, si cum infirmaris, magna cõsolatio tibi est, quando filius tuus, siue vxor præsens est, quid de Ioseph? Poterat enim dicere verba Esaie, Nunc lætus morior, quia merui videre faciẽ tuam. Cum autem Ioseph, esset in transitu, dixit Iesus. Vade pater mi alacriter, & porta bonum nouum sanctis patribus, quia infra parum temp⁹ veniam ad vos, & emisso spiritu, præcepit angelis dei, Subuenite sãcti dei occurrite angeli. Anima igit eius in sinũ

Abrahæ cum magno honore delata est, in resurrectiõe autem Christi, cum surrexissent multa corpora, surrexit & Ioseph. Vnde prædicans sãctus Bernardi. in loco Paduę ꝙ Ioseph esset in paradiso in corpore & anima, apparuit super caput eius crux aurea. Credẽdum est ergo a fidelibus christicolis, ꝙ sit immediate sub sua sponsa, & sicut habuit in hoc mũdo claues gratiarum Christi, & virginis, sic nũc habeat clauem omnium gratiarum. Si ergo charissimi indigetis aliquo suffragio, ad hũc recurrite, qui vobis impetrabit in hoc mundo gratiam. In alio aũt gloriam, ad quam nos perducat qui viuit, & regnat, in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

SABBATO POST dñicam passionis.

## DE MATERNITATE Beate virginis.

CLARIFIcaui, & iterũ clarificabo. Ioan. 12. Ille artifex dicitur esse solennis, qui non solum nouum scit fabricare vas, sed destructum in melius reparare. Nam subtilitas artis per opera subtiliora cognoscit, hoc innuere volens deus, Hiere. 18. Dixit Hierusalem, descẽde in domum figuli, & descendit quem facere vidit quoddam vas luteum. sed vas illud totum contritum ẽ. Deinde terra ex eadem massa assumpta, fecit vas optimum, quo facto, dñs dedit Hieremię, in signũ ꝙ ęque repararet vas. i. pplm destructũ, vt figul⁹ illud vas Mystice, per primũ vas subaudi, primam mulierem, quam ictus diabolicæ tentationis adeo contriuit, ꝙ non remãsit in ea, nec in suis posteris, tantum integritatis, vbi posset reponi scintilla diuinę gra

tiæ, nec valuit reparari vas illud per purum hominem, sed per artificem illum, per quem vas illud fuerat fabricatũ, venit igitur ille artifex reparare vas virgineum. i. beatam virginem, quam fecit ex eodẽ luto, sed adeo repleuit ipsam sãctitatis gratia, vt tam ab originali, quam ab omni actuali peccato, munda esset. Et ideo in matrem filii sui prælegit, cui dicere potuit ille artifex deus, clarificaui, & iterum clarificabo. De maternitate igit Beatę virginis, tria sũt mysteria interpretanda, videlicet.

¶Declarationis.

¶Meritationis.

¶Fructificationis.

¶Quoad primum. Quærunt doc. an Beata virgo fuerit vera mater dei? Respondet Sco. in. 3. di. 4. q. vnica, ꝙ ista conclusio est certa. Sicut patet per Damasce. lib. 3. ca. 12. q ait. Dei genitricem vere sanctam Mariam prædicamus. Sicut enim vere deus ex ipsa genitꝰ est, ita ipsa vere dei genitrix dicitur. Deum enim dicimus ex ipsa genitum esse non deitate verbi, principium essendi accipiente ex ipsa, sed dei verbo ex ipsa incarnato, & genito, non enim hominem nudum genuit, beata virgo, sed deum verum, nõ nudum, sed incarnatum. Nota ꝙ non genuit diuinitatem, sed carnem diuinitati vnitam, nullum. n. tempus fuit in quo caro illa non fuerit vnita diuinitati. S. Tho. aliter declarat, in. 3. par. sum. q. 31. dicẽs. Quod ad hoc vt aliq̃s dicatur pater, vel mater, quatuor requiruntur, Primo, vt viuum generet. ideo lignum non dicitur pater, vel mater, scamni, nec ignis generans pater ignis geniti. Secundo substantiæ collatio. Ideo artifex non est pater, vel mater arcę. Tertio materiæ præparatę administratio Et ideo quamuis homo sit de terræ limo formatus, non tamen terra propriè dicitur mater hominis. Quarto naturæ assimilatio in specie, ideo capillus, vel vermis generatus ex homine, nõ dicitur filius hominis. Ita beata ꝟgo vere fuit mater christi, primo, quia genuit viuum, nam aliæ matres generant carnem illam, quæ vsq; ad. xl. dies in masculis, & 80. in fœminis, non viuificatur, sed Bea. virgo genuit viuum, quia in eodem instanti, infusa fuit anima, & vnita diuinitati, sine temporis interuallo Secundo de substantia sua cõtulit christo proprium

sanguinem. Tertio pparauit materiam quia ipsa sola cooperante sancto spiritu, prępa rauit totam materiam. Quarto similem sibi in spē produxit. Hæc Tho. Ideo fuit vera mater christi. Dicit enim Sco. in.3. ꝙ animatio non præcessit incarnationem, quia natura illa humana fuisset aliquādo separata, & non in verbo. Et sic virgo Maria non fuisset vera mater dei, non enim genuisset deum, sed purum hominem, cuius natura fuisset postea vnita deo. Et sic tota ratio maternitatis Mariæ, terminata fuisset in productiōe illius naturæ, adueniente postea diuinitate, & iam eēt mater hominis tātum. Dicimus ergo quod ratio maternitatis terminata est ad hominē, deitati vnitum, eo quia in eodem instāti facta fuit animatio, & incarnatio. Exemplum de filio regis qui nascitur posthumus, & anteq̄ sit homo, instituitur Rex, & sic postq̄ est hō, dicimus ꝙ mater eius genuit regem .i. illum hominē cui dignitas illa erat vnita. ¶Sed est difficultas, an Be. V. fuerit mater naturalis, an miraculose ipsum genuit? Respondēt Sco. vbi supra. Et Anselmus de conceptu virg. dicētes hanc conceptionem fuisse miraculosę. Et hoc quidē verum est ait Sco. quo ad modum reducendi potentiā naturalem actiuam Marię. Et foecunditatem naturalē ad actū, quæ naturaliter non reducit ad actū, nisi a causa actiua determinata naturali, scilicet vi actiua pr̄is naturalis. Fuit etiam miraculosa, quantū ad modum procedēdi in illa generatione, quia vel fuit omnino subita, qualis non est processus naturalis in generatione hominis, vel si succesiua, illi motus qui pręcesserūt generationem, breui tēpore fuerunt, in quātū non sunt nati fieri naturaliter, sed ex parte ipsius potētiæ actiuæ matris Marię erat naturalis, quia ista potentia erat ei naturalis, secundum quam erat naturaliter foecunda, sicut aliæ mulieres, & potuisset concepisse a patre naturali, & naturaliter egisse ad productionem prolis, & propter istam potentiā actiuam naturalem, qua operabatur, potest dici naturalis mater Christi, Et tū pp modū exequendi actū huius potentiæ nō naturalē, potest dici, nō naturaliter, sed miraculosę genuisse. hæc Sco.

¶Sed si aliquis instaret, Q̄d

Beata virgo non fuerit vere mater sic, opposita contraria non possunt inesse eidem simul. etiam per diuinam potẽtiam, quia tũc deus posset facere contradictoria simul, cõsequentia patet, si contraria essent in eodem, etiam cõtradictoria. per Aristo. 4. Met. t. c. 9. vbi probat ꝙ si cõtraria essent in eodem, ꝙ etiam contradictoria essent in eodem simul vera. Sed virginitas, ⁊ maternitas, sunt opposita cõtrarie, ergo, &c. Respondet Sco. vbi sup. Quod maternitas, & virginitas, non opponuntur aliquo genere oppositionis, nec priuatiue, nec contrarie, ideo possunt stare simul, Virginitas enim nihil aliud est, nisi priuatio actionis causæ superioris naturalis, quia vbi est illa actio, ibi non est virginitas, & econtra. Maternitas autem (quũ nihil aliud sit nisi virtus actiua matris, qua producit & generat) non necessario ponit actionem illius causæ superioris, sed tantum illã cõcomitatur, sed si alius suppleat actionem illam totam causę naturalis, potest eẽ maternitas secundum suam rationem, & tñ cum priuatione actionis causæ naturalis superioris, & ita cum virginitate. Ad generationem igitur communiter requiritur virt⁹ actiua matris, & actio agentis naturalis superioris reducentis ad actum potentiam illã actiuam matris, quam actionem actiuam agẽtis superioris, priuat virginitas. Vnde si agens supernaturale, suppleat vicẽ agentis naturalis, & reducat potẽtiam illã matris ad actũ, remanebunt simul in matre, virginitas, & maternitas. Ad propositũ in virgine gloriosa, erat maternitas. i. potẽtia actiua, & virtus ad generãdũ & erat etiam virginitas. i. priuatio agentis naturalis superioris. vnde si agens naturale cooperatum fuisset Marię ad producendam prolem, abstulisset sibi virginitatem, quia illa actio, & virginitas sũt priuatiue opposita, qa vero agẽs supernaturale. i. virtus spiritus sancti, suppleuit totam vicem agẽtis naturalis. i. reduxit potẽtiam actiuam Marię, & fœcunditatem naturalem ad actum. Ideo probatur ibi esse virginitas & maternitas, Et infert Scõ. Quod pariẽdo clausa, fuit miraculum nouũ aliud ab illo, quo virgo concepit sine cooperatione agentis naturalis.

¶ Fuit igitur vera mater dei,

& hominis, propter quā maternitatem collata sunt ei innumera priuilegia. Ideo ipsa dicit, quia fecit mihi magna q potens est. Primū ꝙ tota beatissima trinitas eam inhabitauit, pater sibi concipiendi potentiam tribuit, Filius carnē de ea assumpsit, spiritus sanctus eam obumbrauit. Secundum ꝙ ipsa ita perfectum filium habuit, sicut pater æternus. Tertium ꝙ fili⁹ dei in vtero Beatę virginis Mariæ existēs, ita generabatur a deo patre secundum diuinitatem, sicut ab æterno erat ab eodem genitus. Quartum ꝙ filius dei existens in vtero virginis, Spirabat. S. S. sicut & modo in cęlo. Quintum, ꝙ Christus habitans in vtero matris glorificabat omnes angelos, sicut deus pater sāctus spiritus. Sextum ꝙ Christus existens in vtero matris cōseruabat mūdum, sicut pater, & sanct⁹ spiritus, hñt enim eandem vim conseruatiuam. Septimum ꝙ fili⁹ dei in vtero virginis sciebat, & comprehendebat omnia quę sunt, fuerunt, & erūt, cognoscebat quot damnandi, quot saluādi erāt, qs fruct⁹ suæ passionis, oēm suæ vitæ decursum, omnes passiones, &c. Octauū, quod in eius vtero habitauit deus, æque magnus, & ęqua maiestate, sicut in cœlo, & latissimo mundo, quia quē cœli capere non poterant tuo gremio contulisti. Nonum. Quod ibidem sua sapientia disponebat totum mundū, & omnia quæ in mūdo volebat faciebat, & suo iudicio discernebat, qs diues, quis pauper fieri deberet in mūdo, quis dñs, quis seruus, quis rex, quis princeps, &c. Decimum, ꝙ in ipsa Beata Virgine summus splendor diuinę præscientiæ, non solum in anima, verum etiam in corpore, mira radiositate relucebat, ita ꝙ (vt dicit Bernard.) Propter splendorem ab eius facie procedentē, Ioseph eius sponsus vix audebat in faciē eius respicere. Vnde sup illo. Mat. 1. Accepit Ioseph cōiugē suā, & non cognouit eā, &c. dicit Glo. Mariā facie ad faciē videre non poterat, quam spūs scūs a cōceptiōe pleni⁹ impleuerat, & non cognoscebat faciē ei⁹ quā despōsauerat, donec illius virtus euacuaretur. Vndecimū, qđ in ipsa, & per ipsam, humana natura sūmæ exaltabatur, qa in assumptione verbi, tm̄ fuit humana natura sublimata, vt eēt hō æq̄lis deo, licet nō sit ęqualis hu

manitas diuinitati, quia christus est ęqualis patri secundũ diuinitatem, vt dicit Athana. in Symbolo. Immo ꝙ maius est, vnus homo christus ē ita perfectus deus sicut tota trinitas, vt dicit Augu. I. de trinitate, quod est valde stupẽdum, Et plusquã si diceretur, ꝙ vnꝰ lapis est æqualis soli, vel cœlo. Item in tantũ humana natura dignificabatur in Beata virgine, ꝙ erat super omnes creaturas, & adorabatur adoratiõe latriæ, ab omnibus angelis, quia humanitas illa diuinitati vnita, potest adorationem latriæ terminare, licet ratio principalis adorabilitaris sit ipsa diuinitas, scdm Sco. in. 3. di. 9. Item in tantum dignificabat, vt homines fratres dei sint appellati, ad Heb. 2. Non confunditur eos vocare fratres, ⁊ in hoc excellit angelos, quia non angelos, sed semen Abrahæ apprehendit, &c. ait Apostolus, vbi suprá. Duodecimum, quod Beata virgo Maria, Ita dignificabat, vt dñium haberet, super oẽs angelos, homines, & omnem mundi creaturam, & esset Regina omnium cœlorũ, terræ, & inferni, immo super filium dei, Erat enim dulcissimus Iesus dei, & B. Vir. filius, & subditus matri suæ. Bernar. O fœlix Maria data est tibi omnis potestas in cœlo, & in terra, vt quicquid volueris efficere valeás. Hæc ille. sicut in alio sermone retulimus.

CIRCA secundum principale, quæritur an virgo Maria meruerit fieri mater dei? Respondetur ꝙ triplex ē meritum, ſm cõiter doct. in. 3. s. Congrui, digni, & condigni. Primum dicitur quo pót mereri sibi peccator gratiam, quum ad gratiam se disponit. Secundũ est quo vir iustus orãs pro alio, meretur exaudiri. Tertium ē, quo quis ex tanta charitate meretur tantám gloriam, ad propositum de merito condigni, omnes doctores tenent, ꝙ virgo Maria non meruerit fieri mater filii dei, quia excedit omne meritũ, sed de merito congrui, quasi omnes tenent, ꝙ meruit, sed oppositũ videtur verius, & sic deducit. Quãdo enim aliquis meretur aliquid de congruo, meretur per actum proprium, qui est dispositio ad habẽdum illud tale, sicut dicimus, ꝙ attritꝰ, meretur de congruo gratiam gratum facientem. Et hoc est per actum proprium. Sed cer-

tum est, ꝙ ante natiuitatē, virgo ipsa fuit electa, & predestinata in matrem filii dei. Patet quia incarnatio filii dei fuit ꝑdestinata ante mundi constitutionem, per Sco. in. 3. dis. 7. Fuit enim prędestinata ꝙ talis natura esset assumenda ex virgine Maria. Et ꝑ cōsequēs fuit prędestinata vt esset vera mater filii dei. Pręterea ipsa de facto habet maiorem gloriā, q̄ aliquis alius sanctus, ergo prius prædestinata ad maiorem gratiā, q̄ aliquis alius sanctus. Antecedens patet quia fuit exaltata sup oēs choros angelorum. Consequentia ꝓbatur, quod enim ordinaē ad maiorē gloriā, & per cōsequēs prius ad maiorē grām ꝑdesti naē, patet per Sco. in. 3. d. 7. Qd natura assumpta a verbo fuit simpliciter prius prędestinata, & hoc est quia prius ordinabatur, ad summam gloriā, ⁊ per consequēs ad summam gratiam. Hoc idē dico de virgine Maria, ⁊ per consequens prius prædestinata ad talem, & tātam gratiam, & gloriam, credendū est firmiter, ꝙ prius prædestinata, & electa in matrem Dei, & per consequens sequitur, quòd de congruo & actu proprio, nō meruit fieri mater filii dei. Hoc ergo fuit ex magna condescensione diuinæ voluntatis, vt declarat Sco. in 3. dist. 2. Si etiam dicatur, quòd verbum non esset incarnatum. si Adā non peccasset, &c. Adhuc videtur dicendum, quòd virgo Maria fuit electa in veram matrem Dei, ex summa misericordia, & condescensione diuinę voluntatis, & per consequens ꝙ hoc non sit ex aliquo merito, sed magis singularis electio volūtatis diuinæ, & hoc redundat in maiorem gloriā, Vir. gl. ꝙ sit electa ad opus tā perfectum, quòd nullo modo potest cadere sub merito alicuius creaturæ. Et sic dicimus quòd omnem dignitatē, & dispositionem, ad esse digna mater Dei habuit, mere liberaliter, a summo Deo, qui eam suis manibus fabrefecit, & eam ad tam dignum mysterium idoneam fecit. Legitur, quòd dum in cōsilio quodā, hęretici constanter negarent Virginem Mariam esse matrē dei, ⁊ insuper dicerent, quòd post partum Christi, plures filios genuit ex Ioseph. Et ecce Angeli ceperunt canere in aere omnibus audientibus. Post partum virgo inuiolata permansisti, & mox ab omnibus qui aderant, repetitum

est, genib⁹ flexis Dei genitrix intercede pro nobis, & heretici dānati sunt &c. O benedicta virgo, O gloriosa dei genitrix, O immaculata virgo mr̄ dei & gratiæ, &c Practica.

AD tertium principale Multi sūt fruct⁹ quos per hanc gloriosam maternitatē cōsequimur, sed breuitatis causa, dicamus solum sententiam Bernardi, super illo Euangelio. Stabat autem, &c. Quod videlicet ex Beatæ Virginis maternitate, hęreditatis cęlestis fructum multiplicē acqsiuimus. Per hanc enim habemus nobilissimū fratrē Christum, misericordissimum patrem deum, & hęreditatem regni cęlorum, Thesaurū habemus, videlicet oēm gratiā Mariæ, & summæ misericordiæ apertum in omni necessitate. Vnde dicit Bernardus vbi supra. O verbum omni acceptione dignum. s. verbum domini Iesu, di. Ecce mater tua. Si Maria est mater tua. O homo, ergo Iesus est frater tuus, ergo pater eius pater tuus, ergo regnū eius hæreditas tua, ergo gratia Maeiæ, est thesaurus tuus, Matres enim thesaurizant filiis, ergo omnis necessitas tua ad cor eius ascēdit, cōmota enim sunt viscera ei⁹ super filio suo. Accipe ergo eam in tuam, hæc ille. Idem. O fœlix Maria. Tu mater regis, Tu mater exulis, Tu mater rei, Tu mater iudicis, Tu mater dei, & hominis, quum sis mater vtriusq̄, discordiam inter filios sustinere nequis. O benedicta Maria, quātum tibi debemus, per quam talē fratrem habemus. i. dei filium &c. hęc ille. Legitur in legēda communi. s. Laurentii, q̄ fuit Romæ, iudex quidam nomine Stephanus, qui munera libenter accipiens, multorum iudicia subuertebat. Hic tres domos ecclesiæ. s. Laurentii, & vnum ortum sanctæ Agnetis violenter abstulit, & ablata iniuste possedit, accidit vt moreretur, & ad iudicium dei duceretur, cuius brachium S. Laurentius durissimę strinxit, & dolor eum nimis inuasit, sancta quoq; Agnes faciem ab eo auertit. Tūc iudex protulit sententiam dicens, Qm̄ aliena rapuit, & veritatem vēdidit, munera accipiēs, in locum Iudæ proditoris tradat, Beata virgine, & sancto Petro quos Stephan⁹ in vita valde dilexerat, pro eo orantibus, concessum est, vt eius anima

in corpus rediret, & triginta diebus pœnitentiam ageret, Accepit etiam in mādato, vt psalmum, Beati immaculati, quotidie diceret, Ad corpus autem rediēs pressuram brachii semper tulit. Pœnitentiā igit agens, & aliena restituens trigesimo die migrauit ad dominū. O btissima virgo, btūs est q te semper in vita inuocauerit ⁊ tuus deuot⁹ fuerit, &c.

¶ Viso qualiter beata virgo fuerit mater filii Dei, vltimo videndum est ꝙ ipsa eadē virgo Beata, est mater omniū viuentium, habet enim Aristoteles in libro de causis, vnam maximam multum famosam. ¶. Qd' est causa causæ, est causa causati, Exēpli gratia, in parentibus, O tu mater cuius filius est prudēs, & sapiens, omnium bonorum ab ipso profuturorum es particeps, quia eum taliter gubernasti, & nutriuisti. Sed volta carta, Mater cuius filius est sceleratus, ita ꝙ nullum opus nisi malū agat, maxime si eum sic nutriuit &c. Sic dicimus de Maria, ꝙ omnium bonorum a christo prouenietium fuit causa. cum autem christus omnib⁹ mirabilr subuenerit, sic Maria tanquam causa causæ.

¶ Primo, secundum Albertū Mag. super missus ē, subuenit angelis bonis, Nam cum lucifer illud prelium mortale inchoasset, contra angelos bonos, tāta fuit malitia, seu malignitas eius, ⁊ suorum sequacium, vt fere non potuissent preualere angeli boni, sed qa christus obtulit, pasionē patri, quæ erat tanquam contētiua infinitorum bonorum, Ideo virtute illius preualuerunt, & sic vicerūt eum in sanguine agni. Apoc. 12. Licet hec opinio non teneatur ab vniuersali schola Theolog. nam dicūt aliqui ꝙ pasio christi, solum fuit efficax ad delendū peccatum Originale, & si angelis fuit i aliquo efficax, hoc fuit solum, vt sedes malorum angelorum restaurarētur, tamē posset opinio Alberti substētari, quia licet pasio christi proueniat ad fundamēto finito, supple a merito christi quod est finitum: quia procedit a voluntate christi quæ ē finita, tamen propter cōmunicationem idiomatum, fuit sufficiēs pro infinitis, & sic ab omnibus Theologis cōceditur, ꝙ sancti patres fuerunt redempti pasiōe præuisa, sic & angeli.

¶ Secundo est mater misericordiæ omnium viuentium,

tam sensibilium, quam vegetabilium, quia cum fuerit vera mater christi, & per consequens omniũ prouenientium a christo, & sic omnium sensibilium, & vegetabilium, quæ a christo habẽt esse, & probatur. Nam Ade peccatum ita deo fuit exosum, vt si passio christi prçuisa non fuisset, totum mũdum deus annihilasset, & per consequens omnia sensibilia & vegetabilia fuissent annihilata, sed in tãtum passio Christi fuit Deo patri accepta, vt præseruaret mundum, & omnia in eo contenta, similiter dico de renouatione in die iudicii, quia omnia elementa erunt in sui puritate, & simplicitate, & hoc a christo renouante, ergo a Maria eius matre, vt supra.

¶Tertio, est mater omnium viuentium hominum, & primo respectu creationis, Nam genuit creatorem sæculorũ, vt canit ecclesia. Etiam respectu renouationis, quia filius quem genuit, nos redemit de manu inimici, ⁊ renouauit in nobis gratiam æquiualẽtem iustitiæ originali.

¶Est etiã mater respectu subuentionis, nã est mater illius, cuius auxilio continue indigemus, & libentissime subuenit ad se fiducialiter recurrentibus, tam bonis, quã malis, vt ipse dicit Matt.5. Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est, qui solem suum oriri facit super bonos, ⁊ malos, Tamen specialiler est mater bonorum filiorum, quod datur intelligi, quando christus in Cruce matrem suam commendauit Ioanni, dicens. Ecce mater tua, Io.19. Ioãnes autem interpretatur in quo est gratia, Ideo mater est omniũ in gratia existẽtiũ; Sicut ergo mater habet curã de filiis maxime bonis, sic Maria. Ideo dicit ipsa virgo, verba Esaię.49. Nũquid obliuisci poterit mater infantuli vteri sui, ⁊ ideo per hoc exhortamur, vt sicut infantuli fiducialiter magis recurrũt ad matrem, q̃ ad patrem, maxime quando pater irascitur, sic nos in ira, & furore dei patris, recurramus ad matrem nostram misericordię, & maxime ad hoc nos inuitat, Eccle.24.ca. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini, & vere hæc mater nostra dilectissima potest assimilari.

¶Primo, Auroræ, quæ est opposita nocti, nã ipsa adueniẽte, nox recedit, dies ãt appropinquat

pinquat. Sic beata Maria opponitur nocti, hoc ē tenebris peccatorum. Nam ipsa aduenienté, nox obscura peccatorum recedit, dies autem gratiæ appropinquat.

¶Secūdo, assimilatur etiam Soli. qui prę cæteris lumen suum diffusius mittit. Sic beata virgo, respectu aliorū sanctorum diffusius lumen gratiarum largitur.

¶ Tertio, assimilatur stellæ maris, quæ cæteris occidentibus, ipsa non occidit. Sic beata virgo, nūnquam deficit occidēdo, diffundere dona gratiarum cæteris sanctis nō suffragantibus.

¶Quarto, assimilatur Lunæ, quæ præ cæteris planetis propinquior est nobis, sic beata virgo, prę cęteris sanctis, propinquius propitiatur nobis; Luna attrahit humorē ad se, sic Beata Maria, attrahit ad se cor homines peculiari influxu gratiarum.

¶Tandē hæc virgo est planeta, cuius radii diffusi sunt vsq; ad purgatoriū, quia ipsa mediante alleuiata est pœna eorum, immo vsq; in infernum. Cum ipsi deberent seueri⁹ puniri, & nō punit deus interuētu illius matris Marię, eius radii diffunduntur in mundo, quia nō permittit deum vindicare, sicut legitur de Moysi deprecante pro populo, dif funduntur in cœlo quia beati premiātur vltra condignū. Vere ergo possumus cum ecclesia cantādo dicere. Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, & iterum. Salue regina, mater misericordiæ, quia hæc proprietas maiorem dicit perfectionem, q̄ aliæ proprietates, si enim voco illam imperatricem, hæc aliquantulum rigoris, & timoris ingerit. Et si reginā, audio ipsam dicentē. Ecce ancilla dn̄i, &c. Si dominam dominarū, hoc importat excellentiam, & nō dignitatem. Si deam dearū, nō videbitur dea peccatorū. Ideo o peccatores gaudete in domino, quia ipsa parata est pro nobis misericorditer intercedere, nam videmus, & catellos matrem suam diligere, & mammas ęque quęrunt, & vocem eius agnoscunt, & odore eam ab aliis discernunt, & dentium acumine cōprimentes vbera vberius effundere cogunt, quando etiā esuriunt querula voce materna vbera quęrunt, & petunt. Surgant etenim peccatores, velut catuli canum. s. filii dæmonum, sumentes imitatio-

nem. Sicut dicitur Ioã. 8. Vos ex patre diabolo estis. Tamẽ & ipsi hanc matrẽ revereri, & diligere debent, quia ipsa peccatores adiuuare nõ desinit, & licet tanquam catuli cœci sint in malitia, tamen cognoscere possunt vocẽ matris dicentis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis, &c. Transire ad eam, est ipsam, in vita & sanctitate imitari, & mammas eius deuotionis quærere, & acutis dentibus .i. feruentibus orationibus, p̃cari vbera misericordiæ eius, vt abundanter eis ꝓpinet lac suę dulcedinis, ac pietatis, cuius degustationẽ debent continue anhelare, ac quærula voce, & affectu eam flagitare, vt in eis verificetur illud Esai. 66. replemini ab vberibus consolationis eius. Et vnusquisq; poterit dicere illud. p̃s. Spes mea ab vberibus matris meæ, ipsa autem tanquam piissima mater dicet illud Luc. 15. Fili tu mecum semper es, & omnia mea tua sunt, & quæ sunt illa tua. O beata mater? Et dicet. Meæ sunt omnes gratiæ, meꝰ est fons vitæ, meum est consilium. mea ẽ fortitudo, per me reges regnant, per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiã, Omnia hæc tua sunt, O peccator. s. omnes gratię, fons vitę, fortituto, cõcilium, &c. Et sicut filius prodigus, cum consumasset omnia refugit ad patrem, sic, & nos consumatis bonis spiritualibus per peccatum, recurramus ad matrem misericordię, cuius filius est vitulus saginatus, & pro nobis oblatus & immolatus, cuius merito, interuẽtuq; matris, patre cœlesti placato, gaudẽtibus angelis, primam stolam accipere merebimur, & ad cœlorum gaudia peruenire, quod nobis concedat, qui cum patre, & spiritu sancto regnat in æternum. Amen.

FINIS.

## DOMINICA IN PALMIS.

### DE DIVINA Misericordia.

OSANNA filio Dauid. benedictꝰ q venit in nomine dñi. Matt. 21.

Piissimus omnium pater deꝰ,

offert peccatoribus, occasionem ad eum reuertendi vberrimum fontem, & indeficientem, misericordię suæ, dicẽs, Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiã te. Hiere. 2 Neq; vnquam tam grandis peccator extitit, q̃ ad eum confugere volens, non fuerit benigne, misericordissimeq; susceptus. Hæc est illa miseratio, ac misericordia, q̃ fiduciam præstare debet cunctis peccatoribus ne vnquã desperent. Hæc est illa decora, & formosa regina, quę semper astat a dextris dei, in vestitu deaurato, circũdata varietate. Hæc est illa quæ blanda voce, humiliq; sermone delinquentes, vt ad fontem aquæ viuæ, deum propitium, atque benignum currant sitientes hortatur. Et q̃m multorũ corda molliri nolunt, & duriora saxis in dies obstinanẽ in malo, statui in hoc sermone verba facere de iocũdissima miseratione diuina, ac voce qua ipse dilectus animarum sponsus, illas in peccatis errantes liberalissime vocat, vt de erratis compũcte veniam, & indulgentiam suscipiant, & bene sentit anima peccatrix, disposita iã præterita mala corrigere, & de cætero a futuris cauere volẽs illud cant. 5. ca. Vox dilecti mei, pulsãtis, aperi mihi, soror mea spósa. Vox dilecti mei, qui creauit me, q̃ fecit me, qui me redemit, qui mihi paradisi gaudia pollicetur. Pulsantis per intrinsecas inspirationes, per extrinsecas monitiones, per spirituales illuminationes, per sanctorũ dispositionem, aperi mihi. s. cor tuum, o soror mea, o anima mea, ad imaginem, & similitudinem meam facta, sponsa mea, quam desponsaui mihi in fide, aperi inquam mihi, vt audias me exhortantẽ te, quatenus pœnitẽtiã, & peccatorum tuorum veniam, indulgentiãq; a mea misericordia abũde suscipias, quia fornicata es cũ amatoribus multis. De miseratione diuina ergo loquuturi istam conclusionem elucidabimus, talis & tanta est dei misericordia, quòd nunq̃ spernit pœnitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur, quã conabimur probare tripliciter, videlicet.

¶Primo, Declaratione.

¶Secundo, Ratione.

¶Tertio, Exemplificatione.

¶De primo, Adsunt desperati, & dicunt, In deo nõ est misericordia, primo q̃a s̃m Da-

ma.lib.2.c.13. Misericordia est compassio de malo alieno, in deo nulla ē compassio, quia nulla passio, ergo non est in eo misericordia, scdo idē ait, Misericordia ē tristitia in alienis malis, sed in deo non est tristitia. ergo nec misericordia. Tertio, misericors est prōptus ad tollendum miseriam alienam, & compatiendum, sed deus nō est promptus ad tollēdum miseriam alienam, quia cum posset, omnem tolleret, ergo, &c. Respondeo, primo, declarādo terminos, Dicitur autem misericordia, quasi miseria cordis. Vel secūdo, misericordia quasi miseria cordialis. Vel tertio, & verius. Misericordia.i.cor miseriæ, vel cor miserum, obiectiue, non subiectiue, quia alienæ compatitur miseriæ, dato ꝙ non sit miserum, nisi equiuocetur de miseria, vt dicit Damas. in sua diffinitiōe, vbi supra, ex quo patet, ꝙ qui patitur, & miser est, & patitur, q vero compatitur, fœlix est cō patiendo, & non miser patiēdo, & dicimus ꝙ triplex ē misericordia, Misericordia vt est virtus, misericordia vt est q̄dam passio. Misericordia vt ē actus, etiam declaratur ꝙ triplex est misericordia, Prima est liberans a tota pœna, de qua, in p̄s. Dñe in cœlo misericordia tua. Alia ē liberans nō a tota, sed a tanta, de qua in p̄s. Misericordia dñi plena est terra. Tertia est bona influēs inimico, de qua in p̄s. Misericordiam, & iudicium cātabo tibi dñe, prima in cœlo est. secunda in terra. tertia in inferno. et sic potest intelligi illud quod dicit doctor deuotus, in. 4. dist. 46. qō. 2. ar. 1. Quod misericordia potest dici tripliciter. Primo modo. Largissima diuinę bonitatis affluentia. Secūdo modo, dicitur benignitas in supererogatione bonorum. Tertio modo, dicitur pietas in subleuatione malorum. Et nota quod hęc tria differunt, Misericordia, Miseratio, & pietas. Misericordia enim est actus, vel habitus interior, quo compatitur proximo, in suis miseriis, Miseratio enim est in actu exteriori, seu effectu. Ideo dicitur in p̄s Misericors, & miserator dominus, misericors quo ad primū; miserator quo ad secundū. Pietas vero dicitur, quia compatitur misero, inquātum imago dei, aut filius dei ē, Sco. in. 4 di. 46. q. 2. di. ꝙ misericordia in nobis ē, habitus vel forma, qua nolumꝰ mi

ſeriam alterius. Ita ꝙ primo inclinat ad actum nolēdi miſeriam in alio, & hoc vel futuram, & tunc prçſeruat ab illa ſi poteſt, vel prçſentem, & tūc releuat miſeriam ſi poteſt, ſecundo, ex cōſequēti poſt operationem, diſponit ad paſſionem & diſplicentiam, de miſeria imminente, vel præſenti. Quātum ad ſcdm prout. ſ. Miſericordia inclinat ad paſſionem, illa non eſt in deo, & ab illo videt̃ imponi principaliter nomē miſericordiæ, exponendo miſericors Ethice. i. miſerum cor habens, qa compatiēs miſeriæ alienæ, in hoc habet cor miſerum, hoc eſt, cōicās in miſeria, ſed quātum ad iſtam operatiōem nolendi miſeriam, ſiue imminētem, ſiue præſentē, miſericordia propria in deo eſt, Quod probatur de imminenti, quia ſicut nullum bonum euenit niſi volente deo, ita nihil prohibetur, ne eueniat niſi nolēte deo, Multæ autem miſeriæ poſsibiles euenire alicui, prohibent̃ ne eueniant, ergo de⁹ habet nolle reſpectu illarum, conſimiliter de miſeria præſenti, ꝓbatur. Quia nulla miſeria tollitur, niſi deo nolēte illam ineſſe, multe autem frequenter tolluntur, ergo, &c. De hac etiā miſericordia, Dicit Scō. in cor. qō. vbi ſupra. Poſſet diſtingui, ſicut de nolle miſeriam ineſſe, ſicut diſtinguit Aug. Quod in deo ē velle antecedēs, & cōſequēs. Ita pōt diſtingui in deo duplex nolle reſpectu mali creaturç prohibendi, vel tollendi, iuxta illud Apoſtoli, ad Thim. Vult omnes homines ſaluos fieri, ſed ſicut non habet ſemper velle conſequēs reſpectu boni, ita nec nolle conſequēs reſpectu mali amouendi. Primum aūt nolle, nō eſt miſericordis, ſed ſcdm, & illud pōt diſtingui in hoc, quia vel habet nolle reſpectu mali imminentis, totaliter, vel partialiter. ſi primo modo, dicit̃ miſericordia liberans, quç. ſ. excludit omne malum, vel imminens, vel iā p̄ſens. Scdo modo dicitur miſericordia parcens vel mitigās, quæ. ſ. nō totum malum excludit, ſed aliquam partem mali debitā iſti ſecundum merita ſua. Vtroq́ aūt modo, miſericordia eſt in deo, quia vel ſubuenit quibuſdam omnem miſeriam imminentem prohibendo, vel prçſentem releuando, Aliis autē partem miſeriæ debitam releuando, hæc formaliter Sco. vbi ſupra.

¶Alio modo declaro. nã misericordia accipitur duobus modis. Vno modo ꝑ passióe per quã aliquis cópatitur alteri patiẽti, quasi partem passionis alterius in se ferens, & hoc modo misericordia nó est in deo, quia misericordia, vt dicit passióem, includit in se tristitiam & pœnã, sed neqꝫ tristitia, neqꝫ pœna potest eẽ in deo, ergo nec misericordia ꝑut est passio. Alio modo misericordia accipitur ꝑ actu, vel habitu volũtatis, quo aliquis vult subleuare miseriã alteriꝰ, & hæc misericordia ẽ in Deo, qa deus nihil agit circa nos nisi volendo, sed deus per sua beneficia miserias frequenter releuat, ergo in ipso est voluntas tales miserias releuandi, & per cõsequẽs misericordia. His sic declaratis. Respondet ad primũ ẽm Sco. vbi supra. Qđ illa Damasceni descriptio est quantum ad effectum eius remotum, vel vltimum. i. passionem ordinatam compatiendi, sequẽtem ex actione ordinata nolendi proximo malum, nã quantũ ad illum effectum remotum, concessum est misericordiã non esse in deo, sed quantum ad proximum, quod ẽ, nolle miseriam inesse. Ad secũdum quod est quasi idem, respondetur, vnum est tanq̃ essentiale, aliud tanq̃ accidẽtale, Primum est promptitudo volũtatis, ad subueniendum miseris, in quo est tota essentia veritatis misericordię. Secundũ est passio tristitiæ, quę oritur in appetitu sẽsitiuo ex cognitione miseriæ alterius. Quantũ ad primum misericordia summa est in deo, quãtum ad secundum, nullo modo, & ita habet intelligi diffinitio Damas. Ad tertium, respondet Sco. Quod misericors non infligit miseriam, nisi ẽm rectã rationem, nunc autem recta ratio aliquando dictat miseriam, aliquibus infligendam, ratióe Iustitiæ, vt in damnatione reproborum, ⁊ ideo nó infligit illam pœnam, nec permittit, nisi eo modo quo eã infligi statuit cum misericordia, vel cum dictamine rectę rationis. Ex ꝑmissis ergo colligitur ꝙ in deo est misericordia, secundum effectum, non secundũ defectum passionis, Concordat Alexan. in sum. 1. par. 1 tra. de misericordia dei. Et Tho 1. par. q. 22. ar. 3. Ideo Anselmus. 2. lib. Monol. di. Misericors es, quia misericors saluas, ⁊ peccatoribus parcis, Misericors non es, quia nullius

miseriæ nostræ compassione afficeris. Est ergo deus misericors naturaliter, & essentia liter, Iudith. 8. quia patiēs est dñs, Pœniteamus, & indulgen tiam ab eo lachrymis postulemus. Nō enim quasi homo, deus sic conturbatī, nec sicut filius hominis inflammatur. Et ideo humiliemus illi ani mas nostras, & in spiritu con trito, & humiliato seruientes dicamus flētes dño, vt ſm voluntatem suam sic faciat nobis cito misericordiam suā, cōfirmant hęc oia, de pe. di. 1. cap. Maior aūt, quosdā sic obstinatos esse nouimus, vt dādam non putent lapsis pœnitentiam, aut petentibus existiment veniam denegādam, cum scriptū sit, Memor esto vnde excideris, & age pœnitē tiam, ille.

CIRCA ſm principale, &c. Qđ in deo sit maxima misericordia, ꝓbatur, primo ratione proprietatis sic. Omnia quę sunt inclinantur ad agēdum secundum bonitatem suę naturę, hoc in crea turis etiam insensibilibus patet. vnde Arist. 3. de Ani. Vnūquodq; agēs agit, & operatur secūdum ꝓprietatem suæ formæ, vel suę naturę. Et. 4 Ethi. vnusquisq; dirigit opera sua, ſm optimum eorū quæ sunt in ipso. Hoc patet exēplo. Nā ignis cum sit calidus naturaliter semper emittit calorē Sol cum sit naturaliter lucidus, semper emittit splendorem, Mel cum sit naturaliter dulce, semper reddit dulcedinē, Si omnes igitur creaturæ faciunt opera sua secūdum bonitatē suæ naturæ, multo magis hoc facit creator. 2. Meth. Qđ est causa aliorum vt sint talia, illud maxime ē tale, exē plum, si calida est aqua ꝓpter ignē a fortiori ignis. Cū itaq; natura diuina sit naturaliter & essentialiter clemens, & pia de pe. di. 1. ca. Quia diuinitatis natura, cōcludimus in deo esse misericordiam. Tunc vltra, misereri semper, & parcere est proprium diuinæ pietatis, diuinæ clementiæ, diuinę bonitatis, ergo naturaliter secundum illam operatur, qa aliter in deo eēt talis forma, vel talis ꝓprietas, ſm quam non operaretur, ꝙ nullo modo esse potest, cuius miseretur? Circa quem tali proprietate, & operatione vtetur, nō profecto, circa obstinatos, cum non sint capaces, non ergo iustos, quia non venit vo-

care iustos, sed peccatores. Luc. 5. Ergo miserebitur peccatoribus, qui contriti sunt, & ad pœnitẽtiam parati, propterea sancta mater Ecclesia ait orãs: Deus cui proprium est misereri semper & parcere &c. dic totam.

¶Secunda ratio, dicitur cõicabilitatis. Deus clementissimus ob suam immensam bonitatem, ab omnibus creaturis rationabilibus est summe appetibilis, atque desiderabilis, hoc patet per philosophũ .1. & 3. Thopi. & 1. Ethi. Vbi dicitur. Bonum ẽ, quod omnia appetunt, at bonitas in deo summa & perfecta est. Vt philosophus dicit. 6. Eth. Omne quod est potissimum, deo est attribuendum. Et. 11 Metha. Primum principium oportet esse perfectissimum. Cũ itaq; sit summe bon⁹, & summẽ appetibilis, & per consequẽs cõmunicatiuus. Nam de ratiõe boni ẽ, ꝙ se diffundat, & aliis cõicetur. Hoc optime declarat Dioni. Ariop. 4. ca. de diuinis nominibus, hanc cõmunicationem facit ipse benignissimus deus, cõicans semper misericordiam, & gratiã peccatoribus, remittens eis peccata in pręsenti vita, & tandẽ perpetua eis concedens cœlorum regna. Hoc aũt est ipsi optimo deo sic essentiale, sic naturale, ꝙ nullo mõ ab eo remoueri potest. Vnde Tho. in 1. parte. q. 2. ait. Sicut hoc nomen natura, repertũ est & deriuatum, ad significandum quodlibet principium intrinsecum ipsius motus, vt patet 2. phisi. & 5. Metha. Ita natura diuina est principiũ intrinsecum ipsius diuinæ bonitatis, qua mouetur ad compatiendum ipsis peccatoribus, & magis deo naturale ẽ, & essentiale, misereri, quam igni calefacere, & aquæ balneare quia ista sunt eis accidẽtalia, deo autem misereri inest per essentiam, Præterea Hieronymus super Dañ. & de pe. dis. 1. c. quia diuinitatis natura, clemens est, & pia, magisq; ad indulgentiam ꝙ̃ ad vindictam prona, quæ nõ vult mortem peccatoris, sed vt conuertat, & viuat. Si quis post lapsum peccatorum, ad veram pœnitentiam se conuerterit. Cito a vero misericordię iudice veniam impetrabit, ⁊ glo. super Ioan. ca. 2. ait. Deus natura misericors, paratus est saluare per clementiam, quos nõ potest saluare per iustitiã, ergo ratiõe cõicabilitatis, naturalis est in deo misericordia, ⁊c.

¶ Tertio, idem probatur. Ratione paternitatis, Deus siquidem pater noster ẽ. Esa. 63. Tu autẽ dñe pater noster es, nos vero lutum. Sicut enim paternitas in diuinis, est prior omni paternitate, quæ est in creaturis. Iuxta illud ad Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu christi. Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur, ita maior ẽ misericordia dei &c. Nũquam legistis aliquem patrem, pro filiis adoptiuis, immo minus pro seruis dedisse filiuum naturalem, ad mortẽ quem super omnia diligit. Nisi solum patrem cœlestem, patrem misericordiarum. Præterea, ipse deus, voluit assimilari patri filii ꝓdigi, qui filiũ suum reuertentem ad misericordiam benigne suscepit, licet consumpsisset omnia bona sua viuẽdo luxuriose. Luc. 15. & 2. Cor. 1. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, & hoc est de natura patrum, nũquã despicere filios. Ideo deꝰ amorem suum assimilat amori materno, di. Esai. 49. Nunqd potest obliuisci mulier infantuli sui, vt non misereatur filio vteri sui: Etsi ipsa oblita fuerit, ego tñ non obliuiscar tui, Ecce in manibus meis descripsi te, ille. In scriptura tria requiruntur. s. carta, atramẽtum, & calamus, carta in qua scripsit amorosus filius æterni patris, fuit sacratissimum corpus, & manus eius, penna fuerunt claui, & lancea, & spinæ, atq; flagella, attramẽtum, fuit sacratissimus sanguis eiꝰ. & postea subditur, Muri tui coram oculis meis semper, ille, Quia sicut muri defendũt ciuitatem a feris, & ab inimicis, ita plage christi defendũt nos ab inimicis nostris, dæmonibus, & ab æterna damnatiõe. Nullus ergo dubitet, nullus diffidat, nemo desperet, se non posse consequi diuinã misericordiam, quia ipse clementissimus est, peccatores in sacris suis manibus descriptos semper, & vbiq; defe rens. Preterea scribitur in libro de spiritu & anima. Nemo de dei pietate diffidat, quoniam maior est eiꝰ misericordia, q̃ nostra miseria; & quisqs ad eum toto corde clamauerit, exaudiet illum, quia misericors est. Tardius sibi videt omni peccatori veniã dare, quam ipsi pcõri veniã accipere, sic festinat absoluere reum a tormento conscientiæ suę,

quasi plus cruciet eum, passio miseri, q̄ ipsum miserũ cõpassio sui, ille, &c. ¶ Hoc ẽt ꝓbari põt multis auctoritatibus scripturarum sanctarũ. Cũ bene tibi fuerit, facies mecum misericordiam. Gen. 40. Dux fuisti in misericordia populo quem redemisti. Exo. 15. Deut. 7. Custodiens pactum ⁊ misericordiam. Ostende nobis introitũ ciuitatis, & faciemus tecum misericordiã. Iudic. 1. Faciet dñs misericordiã nobiscum. Ruth. 1. Misericordiam autem meam non auferã ab eo, sicut abstuli a Saul. 2. Reg. 7. Tu fecisti cũ seruo tuo Dauid patre meo misericordiam. 3. Re. 3. Fac mecum misericordiã, & suscipe in pace spiritum meũ. Tob. 3. Exaudi me miseram deprecãtem de tua misericordia, Iudith. 9. Misericordia tua dñe subsequetur me, ps. 22. Sperantes autem in dño misericordia circundabit, ps. 91. Misericordia dñi plena est terra. ps. 52. Suscepimus deus misericordiam tuã in medio templi tui. ps. 47. Miserere mei deus ſm magnam misericordiam tuam. ps. 50. Magnificata est vsq; ad cœlos misericordia tua. ps. 56 Misericordia eius præueniet me. ps. 58. Melior ẽ misericordia tua super cœlos. ps. 62. Ostẽde nobis dñe misericordiam tuam ps. 84. Multę misericordię omnibus inuocantibus te ps. 85. Misericordia ædificabitur in cœlis. ps. 55. In æternum misericordia ei⁹. ps. 105. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. ps. 140. Gratia dei, ⁊ misericordia in sanctos. Sapientię. 4. Metuentes dñm sustinete misericordiam ei⁹, Eccle. 2. Misericordiam volui non sacrificium. Oseę. 6. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Abacuch. 3. Misericordiam volo non sacrificiũ, Matt. 9. Misericordia eius a ꝓgenie in progenies. Luc. 2. Cũ vidisset eum pater suus, misericordia motus est. Luc. 15. De⁹ qui diues est in misericordia, Ephe. 2. Misericordia superexaltat iudicium. Iaco. 2. Qui non misericordiam cõsequuti, nunc autem misericordiã cõsequuti, primę Petri. 1. Dei misericordia tãta est, vt sit incomprehensibilis, implẽs omnia, In omnibus existẽs, sublimis, æterna, virtuosa, & vsa. lis. Et Leo Papa, de pe. di. 1. ca. Multiplex, misericordię dei, nec mensuras possumus ponere, nec tpa diffinire, apud quem nullam patitur morã veniæ conuersio, tanta est sũ

mi dei misericordia, vt plenũ sit cœlum. ps. 107. Magna ẽ misericordia tua super cœlos. Nam dicunt omnes doctores ꝙ beati pręmiantur ex dei misericordia vltra condignum, Tãta est vt repleat totũ oriẽtem, & Occidentem, Septentrionem, & Meridiem. ps. 32. Misericordia dñi plena ẽ terra. Tanta est vt pertingat vsq; ad infernum, ait enim Thom. 4. sen. di. 46. q. 4. ar. 1. Et cæteri doct. Theolo. quod deus semper misereretur puniendo in inferno, citra condignum. Nam si deus puniret dãnatos, secũdum eorũ demerita, annihilaret eos, Tãta est, vt limbus puerorum sit plenus, nam ibi habent plenitudinem omniũ scientiarum, & nullam pœnã sensuum sentiunt. Tanta est, vt penetret purgatorium. nã suffragia viuorum, ex dei misericordia applicantur defunctis in purgatorio existentibus, & si supersunt vni, dãtur alteri indigẽti, & inde ex dei pietate liberantur, & in cœlũ deducuntur. Tãta est, vt nulla creatura sine dei misericordia reperiatur, vt inqt Tho. ꝙ in omnib⁹ creaturis etiam minimis, & vilibus, dei misericordia relucet, & vt paucis vtar verbis. Tanta est dei misericordia, vt sit æterna. ps. 88. Misericordiã domini in ęternum cãtabo. Immo vt habetur ad Rom. 5. vbi abundauit peccatum superabundauit gratia, quod sic debet intelligi, superabũdat gratia, si pro peccato commisso, abundat dolor, & contritio. Vnde Dãte. 3. c. purgatorii ait. Horribil forno li peccati miei. Ma la bonta infinita ha si gran braccia, che prẽde cio che se reuoglia a lei. Hanc immensam, & infinitam misericordiam clemẽtissimus deus, volens mũdo ostendere, humanitate assumpta, in altã crucem ascẽdit, in qua thesaurũ suæ cordialissimæ, & infinitæ misericordię, preciosum suum videlicet sanguinẽ ex capite, manibus, & pedibus, atq; latere, & ex toto corpore in redemptionem peccatorum largissime fudit.

¶ Legitur, de Alexã. Mag. qui volens ditare suos milites, fecit fieri quandam domũ plures habentem portas, in qua maximum collocauit thesaurum, liberam dans potestatẽ, vt quilibet militũ, posset auferre de thesauro quantũ vellet, quod cum factum fuisset, supra modum ditati remanserunt, sic maximus impera-

cor mūdi æterni patris filius, de quo ait Apostolus ad Col lo 2. In quo sunt omnes thesauri sapiētiæ, & scientiæ dei, ædificato palatio sui corporis, pleno thesauro misericordiæ, & clemētiæ, apertis q̃nq; portis suarum plagarum, inuitat pauperes peccatores, & quoscunque indigentes sua gratia, dicēs illud Chriso. Ecce preciū sanguinis mei, quē dedi pro redemptione animarum vestrarum, ille. Ecce portæ apertę, ecce domus perforata, ecce ostia patentia, ecce thesauri incomparabiles, ad hos properate, ad hos currite & sinus vestros implete. Vnde Augu in li. de virginitate, Inspice vulnera pendētis, sanguinem moriētis, precium redimentis, cicatrices resurgentis, caput habet inclinatum ad osculādum, cor apertum, ad diligendum, brachia extēsa ad amplexādum. Hæc quāta sint considerate, & in statera cordis vestri appendite, vt totus vobis Christus figatur in corde, qui totus pro vobis fixus est in Cruce. O summa dei misericordia, O immensa dei clemētia, O profunda dei pietas, O pelagus diuine dulcedinis, quis igitur dubitare potest, de tua immensa misericordia, quis de venia? quis de remissione peccatorū suorū? ergo peccatores mei, emollite corda vestra, currite ad pelagus misericordiæ, ad patrem indulgentissimum, ad filium pientissimum, ad spiritum sanctum clemētissimū, reuertere ergo anima mea, vt in hoc præsenti sęculo, veniā omnium peccatorum tuorū cōseq merearis.

De tertio principali. declarata taliter misericordia dei, ab vno famosissimo prędicatore, & Theologo, vno die venerūt quidam curiales cuiusdam principis, & primus dixit. Audiuimus melliflua quæ eructasti de misericordia dei, & certe si crederemus illam posse cōsequi, non essemus tam insani, vt cito peccato non renūciaremus, & in isto tantillo tēpore, in hac palestra victuri, studeremus euadere pœnas æternas, & interminabilem, & æternam gloriam acquirere, sed cum de hoc inter nos colloqueremur, vnusquisq; nostrum inuenit in se aliquid habere, propter q̃d non solū dubitat, sed quasi firmiter credit, se hoc nullaten⁹ posse ef-

fugere, & quia possibile est, ꝙ forte decipiamur, ad reuerentiam vestram deuenimus, vt illi cogitationes nostras aperiamus. Et si (deo dante) poteris nos a tali opinione remouere, nulli dubium est, ꝙ prompti erimus appetitib⁹ nostris sẽsitiuis vim inferre, & in hac paruula temporis morula, tãtam pœnam euadere, & perpetuam gloriã acquirere. Quod cum audisset ille Theologus, benigne eos recipiens, exhortatus est, vt confidenter corda sua ei aperirẽt, & quia sunt multi, qui forte his cogitationibus, & dubitationibus agitantur, qualiter res se habuerit in medium producere curabo.

¶Prim⁹ dixit, Ego sum nimis debilis, infirmus, & delicatus, nec ieiunare, nec austeritatẽ aliquam facere possum & tamen habeo peccata ita enormia, & horrenda, ꝙ credo firmiter non posse satisfacere, & ideo non confido posse me saluare. Et ratio est ista, q̃ me mouet, illud per quod peccatum remittitur, debet esse tãtæ bonitatis, quanta est malitia peccati, sed hæc est infinita, cum sit cõtra deum infinitum, & tanto grauior est culpa, quãto persona quæ est offensa est dignior, vt dicũt Canonistæ, in ca. Cum illorum de sen. excõ. Et Iuristæ per textum. in. §. Atrox. Instituta de iniuriis & in. l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. Et Sco. in. 2. di. 21. q. 2. Et per philosophos, & præcipue Arist. 5. Ethic. vbi dicit ꝙ pena taxatᷣ sm qualitatem eius, in quẽ peccatur, sed pœnitentia mea quantãcunq; possem facere, esset finita, sicut & quilibet actus me⁹, a fortiori, cum quasi nullam facere possim, ergo nũquam saluabor.

¶Secundus, ego sum iudicio meo satis doctus, ait, & literatus, & vt scitis tanto grauius est peccatum, quãto qui peccat maior hebetᷣ, vt dicit Isid. Et facit ad hoc tex. in. c. Nulli phas. 25. qõ. 1. & hæc maioritas præcipue pertinet ad cognitionem, & ad splendorem cognitionis, qua (vt dixim⁹) aggrauatur peccatum. Quod ergo deus ignorãtibus, & simplicibus parcat, satis credibile est, sed quod mihi parcere debeat, valde dubito, qa non pecco per ignorantiam, & ad hoc ꝓcipue me mouet auctoritas Aposto. ad Heb. 10. volũtarie peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia ꝓ

peccato, ille. Ideo satis dubito, de damnatione mea, &c.

¶ Terti⁹, pluries recidiuaui, & detineri non possum quin peccem, ꝛ ideo valde dubito, immo firmiter credo, ꝙ non possum digne pœnitere, & ad hoc me mouet talis ratio. Habemus in cap. est iniusta. 23. q. 4. Et in ca. Clericorum, de vita, & hone. Vbi dicitur ꝙ facilitas veniæ incintiuum præbet delinquẽti, sequitur ꝙ mihi parcere non debet, qa parcẽdo plusquã semel, vel bis, daret causam peccandi, & sic eẽt causa peccati. Et satis dubito de salute mea. Et hoc cõfirmat Augu. in ca. Inanis, de pe. d. 3. Vbi dicit, inanis est pęnitẽtia quã sequens culpa coinquinat, & ad Heb. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donum cœleste. i. (remissionem peccatorum) & prolapsi, rursus renouari ad pœnitẽtiam, ille, ideo, &c.

¶ Quartus, perpetraui quoddam enormissimum peccatũ, ꝛ vt scitis, ꝙ vnum peccatum est grauius altero, vt est peccatum in spiritum sanctũ, qđ nec in præsenti, nec in futuro remittitur. vt ait veritas ĩfallibilis, Et si non est peccatum in spiritum sanctum, est tamẽ omnium grauissimum, ideo valde dubito ꝙ non possum misericordiã inuenire. Et ad hoc me mouet, similitudo angelorum casus. Angelus enim vnum solum peccatum commisit, sed fuit magnum, similiter omnes alii adhęrentes Primo angelo, ita ꝙ irremediabiliter dãnati sunt, & certe nec in cœlo, nec in terra meruerunt inuenire locum, sed in ꝓfundo ĩferni, Ideo satis timeo de mea damnatione, ne simile mihi adueniat.

¶ Quintus, habeo maximam quantitatem peccatorum. & vos scitis, ꝙ grauius est committere multa, quam pauca, ꝛ ideo multum diffido de misericordia dei, & ad hoc me mouet illud, quod habeť. 2. Mac. 9. de Antiocho illustri. đ quo dicitur ꝙ veniam petiit, & ꝓpter multa scelera non inuenit, & hoc patet per exempla multorũ. Quod si quis semel, bis, offenderet dñm suum, & petierit veniam, dat sibi, sed si tertio, suspẽdit eum, vel decapitari facit, quanto magis deus: quem offendi millies, & & in omni genere peccatorũ, Ideo veniam a deo non inueniam, &c.

¶ Sextus, toto tempore vitæ meæ, quantum recordor ste-

ti in peccato, & perseueraui, & vt scitis ꝙ pctā tanto sunt grauiora, quanto diuturniora, vt in cap. finali, de consuetudine, & ꝙ perseuerantia augeat delictum, declarat Glo. in ca. Consideret, de pe. di. 5. Et me mouet talis ratio. Nam si iudex secundum iustitiam Politicam, contra aliquem fecerit ꝓcessum. Et dederit sententiam, Etiā si ille milies pœniteret, non reuocabit sententiam, si hoc est verum secundum iustitiam Humanā, quāto magis secundum iustitiam Diuinā, cum de peccatis meis factus sit processus, & iam sententiatus. Vnde Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, si igitur sententia data est, iam amplius reuocari nō potest, cum sit immutabilis, ergo, &c.

¶Septimus, vt verum fatear, dispofui nunq̄ benefacere, qa sum desperat⁹, & non mereor inuenire misericordiā a deo, dedi animam meam diabolo, & feci cartam de ea, & hoc est peccatum in spiritum sanctū, ex certa malitia, qđ nunquā deletur, ſm illud Augustini, Hii qui peccant in spiritū sanctum, neq; hic, neq; in futuro remissionem peccatorum accipiunt, Quod etiam confirmat veritas infallibilis Luc. 12. Marc. 3. Quid ergo certius mea dānatione? Ego amplius non spero consequi meam salutem, sed potius damnationem, &c.

¶Cum audisset Theologus, tot falsas opiniones, & erroneas, miratus est de desperatione istorum. Et respondit ad primum, qui dicebat, ꝙ offensa sua erat infinita, pœnitētia finita, dicēs. Hęc ratio tua, prima facie videbatur bona, tamē in veritate, nulla est, qa vt dicit Ric. licet bonitas pœnitentiæ nostræ, sit finita, tamen virtus passionis christi, & eius meritum a quo habet efficaciam, aliquo modo ē infinitum, & bonitatis infinitæ, quia deus & homo. Præterea scire debes, ꝙ aliud est facere ęquiualens, aliud possibile, deus autem non exigit æquiualentem pœnitentiam peccato, quia hoc est impossibile, ideo non teneris taliter pęnitere, & satisfacere, nisi secūdum possibilitatem tuam. Dicunt etiam doct. ꝙ aliqñ sola cōtritio peccatori sufficit ad salutem. Quare ergo diffidis de misericordia dei? ex quo deus tam faciliter placatur.

¶Ad secūdum, Theol. fateor ꝙ peccata tua cęteris paribus

sunt grauiora, & ad hoc facit tex.in.c.Sciendum, de pe.d.2. Et saluator.Luc.12.di. Seruus sciens voluntatem dñi sui, & non faciens plagis vapulabit maximis. Tamẽ eius bonitas superat omnem malitiã, nec obstat illa apostoli auctoritas, quia vt dicunt Thom. & Remigi⁹, Apostolus loquitur ibi de hostia quæ vniuersaliter pro peccatis totius mundi oblata est.i.de christo, qui est vnica & singularis hostia, quæ vnica oblatio, valet ad hoc, ꝙ per pœnitentiã, & alia sacramenta pñt omnia peccata dimitti, & omittẽdo innumerabiles auctoritates, do tibi exemplum de Dauid. Qui fuit primus & eximius ꝓphetarũ, grauiter, & scienter peccauit, & tamen saluus est. Exẽplum de sapientissimo Salomone, filio Dauid, grauissime & scienter peccauit, & tamen vt dicit Ambrosius, Hieronimus, Chriso. Saluus est, quia egit pœnitentiam.

¶Ad tertium ait, grauissime erras, quia christus dixit Petro, Matt.17. non dico tibi septies, sed septuagies septies, vbi ponitur numerus determinat⁹, pro indeterminato. Nec obstat tũa ratio, quia vt Ric.in.4.di.14.ar.9.q.2. in solutio.3. arg. inqt. Quod facilitas veniæ quantum ad remissionẽ pœnę satisfactiuę, prębet incintiuum delinquendi, sed hic peccator non sequitur faciliter veniã, quia de lege cõmuni. Deus semper exigit de peccato pœnam satisfactiuã, quãtũ vero ad remissionẽ offensæ, facilitas veniæ non tribuit incintiuum delinquendi, sed magis cauendi a peccato, ex amore. Immo difficultas veniæ quantum ad offensam tribueret occasionem desperationis, ad auctoritatem Augustini, intelligitur ꝙ pœnitentia esset inanis, quãdiu homo permanet in peccato, quia sic illa pœnitentia non valet. Ideo dicere, ꝙ pœnitentia nõ possit reiterari, est hæresis pernitiosa, & contra sacram scripturam, Ad auctoritatem apostoli, quæ videtur multum ponderãda, dicit Bona.in.4.d.14. Ideo dicit impossibile, quia viribus humanis, non est possibile, vel dicit impossibile.i. difficile, quia tales vt videmus difficulter resurgunt, & confirmatur exẽplo filiorum israel, qui multotiens recidiuarũt, ⁊ tamen ad misericordiam recepti sunt.

¶Ad quartum, inqt hæc opinio est falsa, immo falsissima,

& dico

& dico ꝙ si commisisses, grauius peccatum, quod reperiri possit, adhuc potes inuenire misericordiam, quod probo. Dicit enim illa trita sententia Arist. Contrariorum eadem est disciplina. Sicut ergo deus est summe iustus, & suam iustitiam negare non potest no lētibus pœnitere, vt dicit Augu. super secundam ad Thim. 2. Sic summæ misericors est deus, & suam misericordiam volētibus digne pœnitere ne gare non potest, immo pnior est ad parcendum ex misericordia, quam ad damnandū ex iustitia, vt habetur in cap. Quia diuinitatis. De pe. dist. 1. Et sic necessario saluat. Intellige tū, de necessitate immobilitatis, vel promissionis, nō aūt coactionis, vt dicit Alex. in. 3. par. in tract. de gra. Item si homo vellet peccata sua delere, & deus nollet, vinceretur ab homine. Probatur auctoritate. 22. q. 4. cap. Actiōe vbi dicit. Omne peccatū bonus deus indulget, si tamen ex toto corde quem pœniteat, sed qui totū dicit nihil excludit, non excipitur magnum, non graue, vt habetur per exēplū, de illo qui se dederat diabolo, in legenda Sancti Basilii, & reuertēs ad deum misericordiam inuenit. Et de illa quæ occidit patrem & matrem, & tamen habita pœnitentia salvata est, & similiter de Iuda, dicit Ambr. ꝙ deus pepercisset ei, si egisset pœnitentiam. Nec obstat tua similitudo, quā adduxisti, de Angelo malo, qa homo non est obstinatus irremediabiliter in malo, sicut angelus malus. Nā etiam ipsis deus pepercisset si obstinati nō stetisset. quia s̄m Sco. in. 2. habuerūt angeli mali aliqs morulas in quibus potuissent pœnitere, & noluerūt. Ideo, &c.

¶ Ad quintum etiam dixit, erras, quia si peccata tua essent plura quam sint stellæ in cœlo, aut granellæ arenæ in littore maris, adhuc si velis, inuenies misericordiam, quod probo. Nam dicit Arist. 2. phi. Omne agens secundum ratio nem agit propter finem, finis ad quem creatus est homo, ē vt beatificet, vt dicunt Doc. in. 2. di. 1. Sed si huiusmodi peccatori nollet deus parcere, frustra eū creasset, sed hoc ē īpossibile, quia deus & natura nihil agunt frustra, vt in. 1. de regi. princ. Probatur etiā, auctoritate Ezech. 18. Si auerterit se impius &c. Et in. c. Hij qui. 26. q. 6. Ait Leo papa. Misericordię dñi nec mēsuras po-

nere possum⁹, nec tẽpora dif finire, vt supra. Et ecclesia in collecta. Deus cui⁹ misericordiæ non est numerus. Exemplo Mariæ Magdalenæ, Mariæ ægyptiacæ, Thaidis, Nicolai Senis, & multorũ. Nec obstat de Antiocho, qa vt dicit Bona. in. 4. di. 14. Quod dolor de culpa cõmissa, dupliciter haberi potest, aut propter lęsionem naturæ, ⁊ hoc potest homo sola natura sine gratia, & hæc pœnitentia est in malis, & cum ipsa regnat mala volũtas. Ideo non acceptaĩ a deo, aut propter offensionem maiestatis diuinæ, quãdo homo paratus est emẽdari, & sic nullus excluditur a gratia, & venia, Antioch⁹ vero pœnituit propter lęsionẽ naturæ, quã incurrebat & non propter diuinam offensam. Vnde nõ intendebat pro offensa satisfacere, vt patet ex litera, licet mentiendo contrarium diceret, &c.

❡ Ad sextũ, asseruit, suã opi. falsam eẽ. Nam si mille millies annorũ, in peccato perseuerasses, adhuc posses misericordiam inuenire, Quod probatur, Primo, actus peccati mortalis in extremis, est ad damnandum hominẽ. Ergo a fortiori, actus pœnitentię in extremis sufficit ad saluandum, Et hoc ponit Franc. Maro. in 4. di. 20. Secũdo, probatur auctori. Ezec. 18. Quacunq; hora &c. Et Augu. contra Nouatianum, Quęcunque necessitas, peccatorem ad pęnitentiam inducat, non criminis quantitas, non temporis breuitas, ipsum excludit a venia, si perfecta fuerit voluntatis mutatio. Tertio, exẽplo, pręcipue latronis in Cruce, de quo habetur in. c. agnouimus Et in cap. Si præsbyter. 26. q. 6. Nec obstat tua rõ, qa vt hẽtur i. c. Nouit, de pe. di. 1. Nouit deus mutare sniam, si tu noueris emẽdare delictũ. Concedo ergo, qđ qñ peccas das cõtra te sententiam damnationis, sed non diffinitiuam, sed interlocutoriam, siue conditionatã, quę reuocari potest, Et si hoc non esset, Petrus & multi alii sancti essent in inferno, contra quos data est aliquando huiusmodi sententia. Et quãtum ad immutabilitatem, Dico, ꝙ deus ẽ immutabilis de se, sed nos sumus qui mutamur. In deo enim sunt duo. s. misericordia, & iustitia, cum peccas recurris ad iustitiam, & in peccato moriens damnaberis, cum vero dimittis peccatum, recurris ad misericor

diam,& saluabris.ergo deus remanet immutabilis. Et tu mutaris.

¶Ad septimũ,ait etiam. Ego sum certus,ꝙ si vis,adhuc sal uari potes,& vt magis intelligas,peccatum dicitur tripliciter Irremissibile, ſm Alexan. de Ales.3.par.Et 1 ho.2.2.q.14. ar.3. Primo negatiuę, Et sic peccatum dæmonum,& damnatorum est irremissibile, & de hoc loquitur Christus, ꝙ non remittetur eis, neqꝫ hic, neqꝫ in futuro. Secũdo modo dicitur priuatiuę.i. quod ex se non habet aliquã congruẽtiam,vt remitti debeat, Vnde dicitur peccatum in spiritum sanctum remissibile. Tum ratione diuinæ potentiæ remittentis,Tum quia homo potest de illo pęnitere,excepta finali impęnitẽtia,quæ etiã dupliciter accipitur, aut pro proposito non pęnitẽdi, Et sic hoc peccatum dicitur irremediabile priuatiue, ⁊ cõtrarie, aut per cõtinuam permanentiam in malo,& sic nullo modo potest remitti, sed hoc alicui non est attribuendum nisi in extremo exitu p̄sentis vitæ.

FINIS.

FERIA SECVNDA POST Dñicam Palmarum.

DE MIRABILI SACRAmento Eucharistiæ.

MEMORIAM fecit mirabilium suorum ps.110. Quemadmodũ inter omnes cibos, panis est viatoribus vtilis; qm̃ bene nutrit,& nõ grauat, ac bene digerit, ita nos existentes magni itineris viatores, cum via nostra includatur duobꝰ terminis, multum distãtibus .s.terra,& cœlo. Ideo indigemus refectione bene nutriente,nulla igitur talis potest esse,qualis est corporis dñi nostri Iesu Christi,Ioan.6. Si qs manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, alia enim cibaria grauãt,iste autem panis adeo cõfirmat viatores, vt repulsis cunctis periculis, incolumen perducat ad patriam,hoc signatur.3. Reg.19. Quando Helias fugiens familiã Iezabel,a qua iussus erat occidi,sicut cęteri prophete, pre magna lassitudine, sub

arbore iuniperi obdormiuit, & ecce Angel⁹ excitauit eum, a somno dicens, surge, comede, grandis enim tibi restat via, & excitatus Helias respexit ad caput eius subcinericium panem, qui comedit, & bibit aquam, & ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus, & xl. noctibus, vsque ad monte Dei, vbi ipse deus sibi apparuit, Mysticę iustus aliquando prostratus ex fragilitate, sub aculeis pręsentis vitę, qui bene per vmbram iuniperi pungentis signantur, ibi enim si multo tempore moraretur, a familia culpe percussus periret, debet igitur in de surgere a diuini verbi prędicatore excitatus, qui ostendit panem refectionis, quem si cum aqua lachrymarum assumat, deuote. viā hanc grandem securus ambulās, perueniet ad æternę beatitudinis montem. De quo sacramentali pane, volens prædicare, talem propono cōclusionem, videlicet.

¶Opus mirabilissimū in vniuerso, & in rerum natura, est corpus Christi in hostia consecrata. Et nota ꝙ tēpore quo fides nostra catholica cępit diuulgari per Apostolos, per totum orbem, quia in omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, hæretici multi iā surrexerant, & fides Christi in multis iam regionibus innotuerat, mota fuit Athenis, inter philosophos, & alios peregrinos viros doctissimos, & Astrologos, talis questio. Q̄d est opus mirabilissimū in natura, & in vniuerso? Ratio q̄stionis fuit, quia quotidie disputantes de prima causa, & primo principio, vel de natura, de cęlis, de intelligētiis, & fluxu, & refluxu maris, de motu cęlorum, de Ecclypsibus, de generatione, & corruptione, & simılib⁹ in natura, multa stupenda, & admiratione digna, cernebant, ex quibus venerunt ad istam quęstionem. & fuerūt electi, qui huic quęstioni responderent, duodecim viri doctissimi, videli.

¶Tres Iudei.

¶Tres Philosophi.

¶Tres Astrologi.

¶Tres hæretici.

¶Primus Iudæus dixit, mihi videtur ꝙ mirabilissimum in toto vniuerso sit creatio mūdi, ex nihilo, sicut habem⁹ in lege nostra, Gene. 1. In princi. creauit Deus cęlum & terram, Ratio huius est, quia hoc est contra regulam philosopho

rum, ex nihilo nihil fit. Item hoc non potest fieri, nisi potentia infinita, quæ transcendit omne opus naturæ, transcendit capacitatem intellectus, quod tantam magnitudinem sicut est vniuersum, ex nihilo fecerit. Deinde tanta pulchritudo in cęlis, in luminaribus, in aere, mari, terra, sic tanta diuersitas in stellis, in motibus, in eorum effectibus, in auibus, in piscibus, tantus ordo, vnumquodq; positum in loco suo, terra, mare, &c. Tanta cōcordia, licet vniuersum sit ex cōtrariis, vt motus cœlorum contrarii, influxus contrarii, contraria elementa, contraria mixta, & tamen omnia perseuerāt in trāquillitate, & pace, iō Ecclesi. di. Vas admirabile op⁹ excelsi, & ps. Mirabilia opera tua. Ecce mirabilissimū i natura.

¶Secundus Iudęus ait, ꝙ in toto vniuerso, nihil sit mirabilius, ꝙ̄ prodigia, & miracula, quæ operatus est deus in ægypto, per manus Moysi, cōtra Pharaonem, & ægyptios in conspectu eorum. Nam primo vidit Moyses, ꝙ Rubus ardebat, ⁊ non comburebatur, conuertit virgam in serpentem, ⁊ econtra, misit manum in sinum, & facta est leprosa, iterum misit & sanata est, Cōuertit flumina ægypti in sanguinem, fecitq; qd̄ multitudo ranarum operiret terram ęgyptiorum. Fecit ꝙ tot⁹ puluis terræ, cōuersus est in cinifes, & factæ sunt vesicæ turgētes in hominibus, & iumentis, & ꝙ venerunt tonitrua, & grandines, & venit locusta, & bruchus, & deuorauit omnia virētia, & factæ sunt tenebræ horribiles tribus diebus, in tota terra ægypti. Et tandem mortua sunt omnia primogenita ægypti. Diuisit mare Rubrū, & submersit Pharaonem, dedit columnam nubis obumbrantem in die, & lucentem in nocte, eduxit aquam de petra &c. Ideo dixit ps. Fecit ꝓdigia in ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.

¶Tertius Iudęus inquit, omnium mirabilissimum, esse illud quod fecit deus, in deserto, filiis Israel, videlicet manna dedit illis, in quo fuerunt multa stupenda. Primo quia illud pluit de cœlo, siue de aere, secundo quia in scriptura dicitur panis de cœlo, & panis Angelorum. Tertio quia satiauit innumerabilem populum, videlicet sexcēta millium armatorum, & quingen

tos quinquaginta, exceptis se nibus, & seruis, mulieribus, & pueris. Quarto, qa pauit eos annis. xl. in deserto. Quinto, quia habebat saporem secundum appetitum comedētiū. Sexto, quia si quis supra mensuram vnius gomor accepisset, tātus erat in vno sicut in duobus, de quibus mirabilibus, clamat ps. Memoriam fecit, &c. ps. 110.

¶ Prim⁹ Philosoph⁹ asseruit, mirabilissimum in natura, esse corpus humanū, propter multa, Primo, propter staturam suam erectam, propter quā concordat cum maiori mundo, vt dicit Philo. 8. phisi. & ostēdit hominem esse cęlestem. Secundo, propter suā finalitatem, nam corpus humanum est finis omnium corporum, propter ipsum enim mouentur cœli, lucent lumina, mouentur elementa, Vnde. 2. phisi. dicitur, ꝙ est quodammodo finis omniū. Tertio propter suā organizationem, nullū corpus est ita bene organizatum, sicut corp⁹ humanum. Quarto, propter suam complexionē, quia nullum est tam perfecte complexionatum, Quinto, propter suam contrarietatem, nam cum sit compaginatū ex elementis contrarijs, in mirabili armonia, concordat, & non statim dissoluitur, sed diu pseuerat, durāte in eo anima. Sexto, propter nobilissimam formatiōem, quia. s. est informatum, nobilissima forma. i. anima intellectiua, qua nulla est forma prestantior, &c.

¶ Secundus philoso. declarauit, ꝙ anima rationalis, sit quid mirabilissimum, Primo, quia anima est tanꝙ deus in corpore. Secundo, anima est quid incorruptibile. Tertio, anima est quodammodo omnia, per sensum, omnia sensibilia, per intellīm, oīa intelligibilia. tertio ꝺ anima, Quarto anima ē tota in toto, & tota in qualibet corporis parte. Quinto, ē vna in essentia, & trina in potentiis. s. intellectu, memoria, voluntate, Est capacissima omnium scientiarum, est locus specierum, habet intellectum agentem, cuius est omnia facere, & intellectum possibilem, cuius est omnia fieri.

¶ Tertius philosophus exposuit, esse quid stupendissimū, compagē omnium elementorum, in hoc mūdo inferiori, & illa quæ sequūtur ex eis, nam elementa sunt cōtraria, & ad inuicem colliguntur,

Ignis calidus,ꝛ ſiccus, aer humidus,& calidus, Aqua frigida,& humida, Terra frigida, & ſicca,in aere,in ſuprema regione,generantur cometę,in media regione, nubes, tonitrua,fulgura,grandines,& niues.In infima,rores,ꝛ pluuia, quæ omnia ſunt valde mirabilia,in viſceribus terræ,generantur,aurum,argentum, plumbum, lapides precioſi, Marmora,&c.

❡Primus Aſtrolog⁹, elucidauit,mirabiliſſimum,eē primū mobile, primo quia illud eſt cauſa vlīaliſsima omniū motuum.Secundo, illud cœlum mouet vniformiter,alii vero mot⁹ ſunt difformes. Tertio, quia illud cœlum, mouetur tanta velocitate, ꝙ intellect⁹ non ſufficit capere, nā in, 24. horis,circuit ab oriēte in occidentem, iterum redeundo in oriētem. Quarto mouetur tanta rapacitate, ꝙ ſecum trahit omnes ſperas inferiores.

❡Secundus ait,reputo mirabiliſsimum in vniuerſo omnium cœlorum ad inuicē cōcordiam,&armoniam mirificam,nam videmus tātam diuerſitatem,in motibus eorū, firmamentum enim mouet, in.36. millib.annorum.Saturnus in.30.ann.Iuppiter in.12. annis.Mars in duobus,Sol in vno,Mercurius in viginti mēſibus,Venus in.10.menſibus, Luna in.28.vel.29.diebus. Firmamentum calidiſsimum,Saturnus cōtriſtās,Iuppiter lętificans. Mars accendens irā, Sol benignum faciens, Mercurius ſagax & aſtutus, Ven⁹ amoroſa, Luna mutabilis,& inſtabilis, O quā mira eſt iſta armonia cœli, quæ nūquam corrumpitur. Hinc eſt ꝙ oēs philoſophi, propter hæc mirabilia dediti ſūt Aſtrologię, ad inquirendum cauſas.

❡Tertius Aſtrolog⁹ aſſeruit, primum,& maximum in vniuerſo,Lunam eſſe,& eius effectū, nam cum ſit infimus planetarum,accipit,omnium impreſsionem, Vnde ipſa Luna habet virtutes ſup aquas maris,circūtrahendo,& cauſando fluxum, & refluxū maris, Ipſa habet dominium in impreſsionibus aeris,in auibus, in piſcibus,in animalibus, in hominibus, in herbis, in arboribus,in ſanitate,ꝛ infirmitate,in ſerenitate, & pluuia, ipſa eſt domina huius inferioris mundi, quæ patitur eclypſim a terra.Facit eclypſim a Sole, a quo etiam recipit lumen.Ideo ſuper omnia oportet medicos in dandis medi-

tos quinquaginta, exceptis senibus, & seruis, mulieribus, & pueris. Quarto, qa pauit eos annis.xl.in deserto. Quinto, quia habebat saporem secundum appetitum comedẽtiũ. Sexto, quia si quis supra mensuram vnius gomor accepisset, tãtus erat in vno sicut in duobus, de quibus mirabilibus, clamat ps. Memoriam fecit, &c.ps.110.

¶ Prim⁹ Philosoph⁹ asseruit, mirabilissimum in natura, esse corpus humanũ, propter multa, Primo, propter staturam suam erectam, propter quã concordat cum maiori mundo, vt dicit Philo.8.phisi.& ostẽdit hominem esse cœlestem. Secundo, propter suã finalitatem, nam corpus humanum est finis omnium corporum, propter ipsum enim mouentur cœli, lucent lumina, mouentur elementa, Vnde.2.phisi. dicitur, ꝙ est quodammodo finis omniũ. Tertio propter suã organizationem, nullũ corpus est ita bene organizatum, sicut corp⁹ humanum. Quarto, propter suam complexionẽ, quia nullum est tam perfecte complexionatum, Quinto, propter suam contrarietatem, nam cum sit compaginatũ ex elementis contrariis, in mirabili armonia, concordat, & non statim dissoluitur, sed diu pseuerat, durãte in eo anima. Sexto, propter nobilissimam formatiõem, quia.s.est informatum, nobilissima forma. i. anima intellectiua, qua nulla est forma prestantior, &c.

¶ Secundus philoso. declarauit, ꝙ anima rationalis, sit quid mirabilissimum, Primo, quia anima est tanꝙ deus in corpore. Secundo, anima est quid incorruptibile. Tertio, anima est quodammodo omnia, per sensum, omnia sensibilia, per intellm, oĩa intelligibilia. tertio ꝺ anima, Quarto, anima ẽ tota in toto, & tota in qualibet corporis parte. Quinto, ẽ vna in essentia, & trina in potentiis.s. intellectu, memoria, voluntate, Est capacissima omnium scientiarum, est locus specierum, habet intellectum agentem, cuius est omnia facere, & intellectum possibilem, cuius est omnia fieri.

¶ Tertius philosophus exposuit, esse quid stupendissimũ, compagẽ omnium elementorum, in hoc mũdo inferiori, & illa quæ sequũtur ex eis, nam elementa sunt cõtraria, & ad inuicem colliguntur,

Ignis calidus,& siccus, aer humidus,& calidus, Aqua frigida,& humida, Terra frigida, & sicca,in aere,in suprema regione,generantur cometę,in media regione, nubes, tonitrua,fulgura,grandines,& nies. In infima,rores,& pluuia, quæ omnia sunt valde mirabilia,in visceribus terræ, generantur,aurum,argentum, plumbum, lapides preciosi, Marmora,&c.

¶Primus Astrolog⁹, elucidauit,mirabilissimum,eē primū mobile, primo quia illud est causa vñalissima omniū motuum. Secundo, illud cœlum mouet vniformiter,alii vero mot⁹ sunt difformes. Tertio, quia illud cœlum, mouetur tanta velocitate, φ intellect⁹ non sufficit capere, nā in, 24. horis,circuit ab oriēte in occidentem, iterum redeundo in oriētem. Quarto mouetur tanta rapacitate, φ secum trahit omnes speras inferiores.

¶Secundus ait,reputo mirabilisimum in vniuerso omnium cœlorum ad inuicē cōcordiam,&armoniam mirificam,nam videmus tātam diuersitatem,in motibus eorū, firmamentum enim mouet, in.36. millib.annorum. Saturnus in.30.ann. Iuppiter in.12. annis. Mars in duobus, Sol in vno, Mercurius in viginti mēsibus, Venus in.10. mensibus, Luna in.28. vel.29. diebus. Firmamentum calidissimum, Saturnus cōtristās, Iuppiter lętificans. Mars accendens irā, Sol benignum faciens, Mercurius sagax & astutus, Ven⁹ amorosa, Luna mutabilis,& instabilis; O quā mira est ista armonia cœli, quæ nūquam corrumpitur. Hinc est φ oēs philosophi, propter hæc mirabilia dediti sūt Astrologię, ad inquirendum causas.

¶Tertius Astrolog⁹ asseruit, primum,& maximum in vniuerso,Lunam esse,& eius effectū, nam cum sit infimus planetarum,accipit omnium impressionem, Vnde ipsa Luna habet virtutes sup aquas maris,circūtrahendo,& causando fluxum, & refluxū maris, Ipsa habet dominium in impressionibus aeris,in auibus, in piscibus,in animalibus, in hominibus, in herbis, in arboribus,in sanitate,& infirmitate,in serenitate, & pluuia, ipsa est domina huius inferioris mundi, quæ patitur eclypsim a terra. Facit eclypsim in Sole, a quo etiam recipit lumen. Ideo super omnia oportet medicos in dandis medi-

cinis Lunæ tēpus obseruare.

¶ Primus hæreticus, declarauit, mirabilissimū eē, ꝙ deus factus sit hō, ⁊ ꝙ in vtero virginis fuerit clausus, Et ꝙ virgo peperit remanens virgo, o quam admirabile est, ꝙ deus & homo steterit nouem mensibus in vtero vnius virginis, Hoc non videtur intelligibile, natura non capit, nunquā tale alias auditū fuit. Res noua est, mira, ⁊ inaudita, stupēda, & inexcogitabilis.

¶ Secundus hæreticus affirmauit, qđ mirabilis est, ipsa fides christi, hæc enim operata est quędam mirabilia, & incredibilia. Primo, quia per .12. discalciatos, pauperes, & idiotas, piscatores, conuerteret multos, & plurimos sapientissimos & prudentissimos. Secundo hæc fides fecit rationem præualere sensualitati, quod est cōtra appetitum naturalem. Tertio, facit homines fugere diuitias, delitias, solatia, dominia, honores, &c. Et omnia ista contemni q̄ apparent, & vidētur, propter spem bonorum non apparētium. Quarto, facit derelinq̄re parentes, & amicos, filios, & fratres. Quinto, facit subire omnia tormētorum genera, verbera, vulnera, famen, sitim, ignem, ferrum, carceres, prout exēpla habemus multorum martyrū. Sexto facit stupenda miracula, sanat oēs infirmitates, rectificat claudos, aperit surdorum aures, mutorum linguas soluit, curat leprosos, sanat paraliticos, leones mitigat, imperat dæmonibus, & tandē omnia creata obediunt fidei.

¶ Tertius innuit, mirabilissimum esse quod prędicat religio christiana, videlicet resurrectionem mortuorū, Primo ꝙ tot millia hominū debeant resurgere, Secundo. ꝙ in momēto in ictu oculi. Tertio, in identitate numerali, & naturali, in eadem carne, ⁊ ossibus, &c. Iob. rursum circundabor pelle mea, &c. O ꝙ mirum est, quot caro, ossa, nerui, &c. Iam per millia annorū puluerizata debeant eadem reparari. Et ꝙ puluis, & ossa, vnius, in mille locis dispersa, debeant reuniri, & ꝙ aliquis deuorat⁹ a bestiis, debeat idē numero redire, cū sint factæ tot mutationes. Hæc non capit ratio, stupet cœlum, terra tremit, nisi fides dictet, ratio non apprehendit.

¶ His dictis, admirabant omnes. Eo autem tempore, aduenerat Athenas B. Paulus, Cu

ius fama, prędicatiõis gratia, vbiq; innotuerat. Tunc quidam eorum dixit, Audiui aduenisse Paulũ Tarsensem, doctissimum, & famosissimum prędicatorum, adeamus eum forte soluet nobis nostram q stionem, & omnes.12. simul ac cesserunt ad illum, & inuenerũt eum in quadam Ecclesia, in qua præparabatur ad celebrãdum missam, Et appropinquantes ei dicunt. Dñe audimus famam doctrinæ vestrę, Proposita fuit in studio Athęniensium. talis quęstio, quid vobis videtur? Tunc Paulus ait sedete hic, donec celebretur missa, Postea vobis satisfaciam, Omnes illi aspiciebant actus, & ceremonias, cruces quas faciebat sacerdos, & mirabantur. Tandem consecrauit hostiam, & calicem, & fecit sacerdotem cõuertere ad illos, & ait Paulus. Hoc quod habet in manibus hic sacerdos, soluit quęstionẽ vestrã, domini mei Philosophi, Iudęi, Astrologi, & Hęretici, Hic est Christ⁹ filius dei viui. Est omnium quæ sunt in natura mirabilissimum, & nobilissimum. In hoc sacramento, est causa causarum, creator vniuersi, primum ens, primum principium, In hoc sacramento, est ille, qui fecit mirabilia in ægypto, qui pluit mãna in deserto, qui corpus humanũ compegit de limo terræ, qui creauit hominem, & maxime animam rationalem, ad imaginem suã, qui colligauit elementa contraria in hoc mũdo inferiori. Hoc est mirabilius, q̃ primum mobile. Hic ẽ primus motor vniuersi. Hic ẽ qui legem dedit stellis, soli, lunæ. Hic est ille qui humanã naturam assumpsit, factus est homo, & natus de Maria virgine. Hic est auctor fidei, qui conuertit corda hominum, qui soluit linguam ignorantium, hic est qui fecit mirabilia magna solus, qui dedit virtutem, & fortitudinem martyribus, qui fecit eos contemnere mortem. Et conuertens se ad iudęos ait. Hic est lignũ vitę in medio Paradisi. Hic est arcus tricolor in nubibus cæli, propter diuinitatem, aĩam, & carnem, hoc est pactum, & signum fœderis, inter deum, & hominem. Hæc sunt tria sata farinæ, composita a virgine gloriosa, ex suo preciosissimo sanguine. s. diuinitas, anima, & caro, Gen. 18. Hic est panis & vinum, qđ obtulit Melchisedech in sacrificium, Gene. 14. Hic est agnus assatus a si

filiis Israel, cuius sanguine tincti sunt postes saluandorum in ægypto. Exo. 12. Hic est racemus vuę, & fructus optim⁹ terræ promissionis. Iosue. 2. Hic est vitis, in qua erant tres propagines. Gene. 40. Hic est panis, vel manna de cœlo habens omnem saporem suauitatis, & omne delectamentū, Geñ. 16. Hic est panis propositionis, qui ponebatur in mensa, ante Dominum, quem comedit Dauid. 1 Reg. 21. Hic est panis subcineritius, quem comedens Helias ambulauit in fortitudine cibi illius, &cę. 3. Re. 19. Hoc est prādium quod detulit Abacuch Danieli incarcerato: Dañ. vlt. Hoc est cōuiuium magnum, quod fecit Rex Assuerus, tertio anno imperii sui. omnibus principib⁹ suis, fortissimis Persarum, Hester. 1. Hic est panis frangēdus esurientibus. Esai. 58. Hic ē panis humiliatorum. Treno. 4. Paruuli petierunt panem, ⁊c. Hic est panis contemplatiuorum. Exo. 16. Hic est panis amicorum, quem petiit amic⁹ ab amico, dicens, amice accommoda mihi tres panes. Hic ē panis angelorum, ps. Panē angelorum mādurauit homo. Hic est panis beatorū, de quo dicit, ps. Beati qui manducāt panem in regno dei. Hic ē panis cœlorum. Sapien. 16. Panē de cœlo pstitisti eis. Hic ē panis de granario paradisi apportat⁹ in ore Gabrielis, quasi in molēdino, macenatus in vtero virginis, cum eius sanguine impastatat⁹, in Cruce, quasi in clibano coct⁹, & igne inflammatus, ⁊ in resurrectione, quasi e forno extractus, in ascensione, quasi in arca paradisi positus, & locatus, ⁊ inde quotidie, In sacerdotali consecratione, sumitur, ad manducandum, & hominibus dispensandum, de quo, qui mā-ducauerit, viuet in ęternum. Hic ē panis vitæ. Deinde vertit se ad hæreticos dicens. O hæretici. Hic est panis de quo ipsemet xps dicebat, adhuc viuens, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, Si quis manducat ex hoc pane viuet in ęternum. In quibus verbis designabat, excellentias, & dignitates, hui⁹ panis. Quoniā In li. Ego, denotat principalitas, Esai. 41. Primus, & nouissimus, Ego sum. In li. sum, notatur essentialitas. Exo. 3. Ego sum qui sum, In li. Panis, notatur suauitas, Prouer. vlt. Panis abscōditus suauior. In li. viuus, notatur viuacitas, qa est ibi corpus viuū, & anima

& filius Dei per inseparabilẽ vnionem, pater, & filius, ⁊ spiritus sanctus, per essentiæ vnitatẽ. Dicitur etiam viuus, qa vitam tribuit mãducantib⁹, In li. qui. singularitas. In li. descẽdi. notatur gratiositas, In li. de cęlo. dignitas, in li. si. libertas, qa nullus cogitur. In li. quis. particularitas, qa nõ omnibus, est cibus, sed adultorum, & fidelium, In li. man ducauerit, condecentia, quia discernẽdus, a cibis omnib⁹, In li. ex hoc pane, eminentia, quia inextimabilis est, In li. vi uet. fructuositas, quia dat verã vitam comedentibus, In li. æternum, perpetuitas, qa q mandúcat alium panem, viuet aliquo tempore, qui vero hunc viuet in æternum. His dictis, Paulus fecit cõuertere sacerdotem ad altare, & cepit sequi mysterium missę, & omnes mirabãtur. Tunc hii duodecim simul adeuntes, circundederunt Paulum, & ceperũt hoc modo loqui.

CIRCA secundũ principale, Quidam ex illis. 12. senior aliis dixit Paulo audiuimus magna, & mirabilia, quę nũquam a præceptoribus nõstris, relata fuerunt. Et si sic ẽ, nihil est in mũdo mirabilius, sed quia res est magnę importantiæ, & nos quantũ ad hoc sumꝰ quasi pueri, si vis vt credamus quæ dixisti esse vera, declara nobis 12. dubia. Et ꝓponemus. 12. quęstiones, contra hoc vestrum sacramentũ. Philosophis respõdeas per rationem naturalem, Iudęis per Vetus testamentum. Hæreticis per nouum, Astrologis per exẽpla moralia, Has quæstiones si solueris, credemus, & confitebimur nihil eẽ in hoc mundo mirabilius hoc sacramento.

¶Primus dixit. Ego dubito, quomodo sit posibile, ꝙ panis corruptibilis cõuertatur in corpus christi incorruptibile, non remanente materia panis, cum secũdum naturã, materia sit subiectum transmutationum? Respõdit Paulus, Hoc est posibile, Quod ꝓbo sic. Et ista ratio ẽ Thomæ, in. 4. di. 10. Nam potentius, & virtuosius est, verbum dei, q̃ verbum hominis, sed verbũ hominis quod dicit significat, ergo verbum dei non solum significat, sed etiam facit quod dicit, Verba autem cõsecrationis, sunt dei, ergo &c. Confirmatur, quia verba hominis, quandoꝗ significãt ve

rum,quandoq; falsum. Verba autem dei semper verum, ergo,&c. Præterea deus pōt quod maius ē,ergo quod minus est.l.non debet.ff.de verbo.& rerum sign.Sed deus potuit de nihilo mundum facere,quod ē maius, quia maior est distantia,inter nihil & ens q̄ inter vnum ens creatum & aliud.Itē dicit Sco.in.4.Agēs quod habet vtrunq; terminū motus in plena potestate, & potentia obedientiali potest vnum in aliud conuertere,ergo,&c. Tu Iudeę scis, q̄ deus conuertit costam Adæ in mulierem. Sarram in statuam salis,virgam Moysi in serpentē. Tum hęretice,habes in nouo testamento quomodo christus conuertit aquam in vinum. Tu Astrologe, sol conuertit stercora terræ,in aurū, & argentum. Itē stellæ, & Planetæ,conuertunt vapores,in aquam,grandines, & niuem. Item si natura facit, q̄ ex aere qui est humidus generetur ignis,a fortiori deus pōt transmutare, & transsubstantiare panem in corpus,& vinum in sanguinem christi.

¶Secund' Philosophus, Ego dubito, & mihi videt impossibile. Quod in instanti corpus christi possit de cœlo in terram descendere in altare, cum sit distantia inextimabilis.Paulus. Hoc tibi nō videatur impossibile,Quia hæc trāsmutatio fit sola virtutē diuina, qa virtus infinita mouet in non tempore, & in instanti, sed deus est virtus infinita,ergo &c. Tu Iudeę,Habes in veteri testamēto,quod angelus apprehendit Abacuch per capillum, & statim portauit eum ab Hierusalē vsq; in Babylonem.Tu Hæretice habes in nouo testamēto,quod spiritus domini rapuit Philippum Apostolum,& statim portauit eum in Azotum. Itē in momento in ictu oculi omnes resurgemus. Tu Astrologe,habes exemplum de Sole, qui in instanti illuminat orbem, ab Oriente in Occidentem.Item in oculo nostro, q̄ quā cito aperitur, videt obiectum quantumcunque distans,quod si natura hoc facit,quāto magis,qui fecit naturā?&c.

¶ Tertius philosophus, impossibile mihi videtur,quod tam magnū corp',possit esse in tā parua hostia,& paruo loco exquo locus cōmēsurat locato,& econtra. Paulus. Probo ratione, hoc esse possibile,Nam deus potest suspende

re effectum cuiuscunque causæ .s. quod sol nō luceat, & aqua nō frigefaciat, lapis non descendat, & ignis non comburat, Sed effectus corporalis, & naturalis ē expellere aliud corpus, ab eodem loco, & occupare locum. ergo deus potest facere, quod vnum corpus nō expellat aliud, nec occupet tantum locum, quantum ipsum est, sic autem est de corpore Christi, sed vt magis intelligas. Nota quod aliquid dicitur esse in loco tripliciter. s. circūscriptiue, diffinitiue, & sacramentaliter, istis duobus vltimis modis, nō repugnat corpori maiori inesse minori, & econtra. Tu hęretice habes in nouo testamento, quod in corpore christi erat tota diuinitas in sepulchro, sicut in virginis ventre. Tu Astrologe, habes exemplum de anima quæ secūdum Augu in lib. de quātitate animæ, maior quā corpus est, quia totam magnitudinē mundi intra se cogitare & cōtinere pōt, & tñ tota est intra corpus, ita corpus xpi intra hostiam. Item habes exēplum. Nam ciuitates, & castra montes, Sol, Luna, possunt esse in pupilla oculi, ergo corpus christi poterit esse in cœlo localiter, in verbo personaliter, in altari sacramentaliter.

¶Primus Iudęus ait, impossibile videtur quod idem corpus possit esse simul in diuersis locis, vtputa corpus christi, in diuersis altaribus. Paulus. Exemplum habemus, nā vna voce clamabat deus de nube, & tamen simul erat in pluribus auribus. Tu Philosophe habes rationem, quia illud est possibile deo, quod non includit cōtradictionē, hoc est huiusmodi. ergo. Nam deus potest multiplicare posterius, nō multiplicato priori, ergo. potest multiplicare loca, & vbi passiua, non multiplicato locato. Item potest facere plura corpora in vno loco, ergo & vnum corpus in pluribus locis. Item Vgo in libro, de sacramentis ait. Ideo vnum corpus ē in vno loco, quia deus hanc legem dedit corporibus, sed legislator potest in lege sua dispensare. ergo &c. Tu hęretice, habes in nouo Testamento quod sanctus Ambro. fuit Mediolani, dum legeretur Epistola, & simul & semel, fuit Turonis in exeqis sancti Martini. Tu astrologe, habes exemplum de Sole, qui cum sit vnus, a quo procedit lumen, est in infinitis locis.

¶Secundus Iudęus, videtur

impoſsibile, ꝙ ſit ibi corp⁹, & nõ videat. Paulus. Tu ſcis ꝙ in veteri teſtamẽto, Nume. 22. Balaam non videbat figuram Angeli, quam tamen Aſina videbat. Item. 4. Reg. 6 Diſcipulus Heliſei, non videbat exercitum; quem tamen videbat Heliseus. Tu Philoſophe ſcis ꝙ deus poteſt facere, ꝙ ignis non comburat rem pręſentẽ, & ꝙ oculus non videat. Item deus facit animam exiſtere in me, & tamen non videtur, non valet conſequentia, nõ video animam in me, ergo nõ ẽ. Sicut enim cognoſcitur anima ex effectib⁹: Ita corpus Christi ex effectibus ſpiritualibus. Tu hęretice habes in Nouo teſtamento, ꝙ Christus poſt reſurrectionẽ exiſtens glorioſus, a nemine in tali forma, videbatur, & tamẽ ab aliis. In forma peregrini. A Magdalena i forma hortulani videbať. Tu Aſtrologe, habes exemplum de ſole, qui videtur cubitalis, & ẽ maior tota terra. Item aliquãdo rubeus, vel pallidus, & tamẽ non eſt ſuſceptiuus peregrinarum impreſsionum.

¶Tertius Iudęus, quomodo eſt poſsibile, ꝙ ad diuiſionẽ hoſtiæ nõ diuidatur corpus christi? Paulus. Dico ꝙ quatuor ſunt quæ habent eſſe in aliquo, & tamen non diuiduntur ad diuiſionem illius .ſ. deus in qualibet mũdi particula; angelus in corpore aſſumpto, anima in corpore informato ab ipſa anima, & corpus Chriſti in ſacramento, & de hoc datur tale exemplũ, de imagine exiſtente in ſpeculo integro, quod ſi frangať, non frangitur imago, ſed remanet tota, in qualibet parte ſpeculi, ſic corpus Chriſti in ſacramento.

¶Primus aſtrologus ait, quomodo facta conuerſione, accidentia poſſunt eſſe ſine ſubiecto? Paulus. Prima cauſa nõ derelinquit ſuum effectũ, & ſi ſecũda eum dimittat. Et ideo licet ſubiectum deſinat ſubſtentare accidens, non tamen deſinit deus, immo põt per ſeipſum ſubſtentare. Item plus deus poteſt facere, ꝗ nos intelligere. ſed nos poſſum⁹ intelligere accidens ſine ſubiecto, ergo poteſt vnum ab altero ſeparare. Tu Iudeę comedens mãna in deſerto, ſentiebas ſaporem carnium, & tamen tales ſapores non afficiebant manna, ergo erant ſine ſubiecto. Item nota pulcherrimam figuram. Iſaac cœcus erat, vt dicitur. Gen. 27. & dũ

tangeret collum, & manus Iacob, dūq; odoraret vestimenta, & gustaret pulmentū, omnia ista videbantur esse Esau, sed vox Iacob erat, manus autem Esau, Isaac est genus humanum, quod cœcum est in via, quia naturaliter, non potest cognoscere Iacob. i. hoc sacramentum, quia tangēdo apparet panis, gustando panis, odorando panis, vidēdo panis. i. Esau, sed vox quidem Iacob est. i. corpus christi est.

¶ Secundus Astrologus, quo modo ad cōsumptionem hostię, non consumatur corpus christi? Paulus. Exemplum habes, nam si leo deuoret corpus hominis, nō propter hoc consumit animam. Tu Iudeę scis. Angelum apparuisse Thobiæ in corpore assumpto, & tamen consumpto corpore, non cōsumptus fuit angelus. Item ardebat rubus, & nō cōsumebatur, ita corpus christi comeditur, & non consumitur. Tu hęretice habes, q; Christus dixit in nouo testamento. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non. p. o. Tu vero philosophe. Habes rationem. Nam quando aliqua sunt realiter distincta, potest vnum immanere alio consumpto, sic est de hostia, & corpore Christi, ergo, &c.

¶ Tertius Astrolog⁹, quo modo potest hostia pati, & alterari, atq; frangi, & nō corpus christi? Ait Apostolus. Tu philosophe, habes rationem, q̄ nullum agēs naturale agit in passum, nisi sit ei approximatum sub modo quātitatiuo, corpus christi licet sit quantum, & approximatum igni, non tamen sub mō quantitatiuo, ideo non potest pati, neque ab igne, neq; ab aqua. Itē nulla fractio fit nisi per diuisionē quanti, sed corpus christi non est per modum quantitatis, sed solum per modū substantię. Vnde nullum quātum ibi diuiditur, nisi species sacramētales, & ideo fractio, & cōtritio illa est, sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis, sicut alia accidētia. Item sicut illa accidentia, habēt q; possunt agere, quæ substantia panis posśit, si adesset ita habēt, q; posśint pati, quę substantia pati posset, & ideo etiam absq; nouo miraculo, & putrefieri, & corrumpi possunt, sine corporis christi aliqua paśsiōe. Tu Astrologe habes exemplum. Nam si quis frāgat, vel alteret speculum, non tamen propter hoc spe-

culatum. Tu Iudeę habes in veteri testaméto, ꝙ deus, vel angelus erat in rubo ardéte, & tamen non patiebatur. Ité tres pueri in camino ignis, non sunt combusti. Tu hære tice, habes in nouo testamento, ꝙ Petrus ambulans super aquas, nó patiebatur submersionem, ita corpus Christi in hostia, & in illis accidétibus.

¶ Primus hęreticus interrogauit, An hoc sacramentum, posit confici a non sacerdote? vel a malo sacerdote? Paulus. Audite omnes, dico quòd nullus potest hoc sacramentũ conficere, nisi sit sacerdos, Si vero sit sacerdos hęretic⁹, siue scismaticus, siue irregularis, si attétauerit, & in fide ecclesiæ consecrauerit, cum intentione, & verbis consecrationis, potest ipsum conficere, licet peccet mortaliter, & ita conficitur a bono, sicut a malo, & ecótra. Et ita est summę venerandum in manu pessimi, sicut in manu sanctissimi sacerdotis. Habes similitudinem de duobus canalibus, vno de argento, & altero de ligno, per quæ aqua ab eodem fonte venit, ad irrigandum plantam aliquam, quæ planta erit melior? nunquid non tantum valet illa planta quę irrigatur a canali ligneo, sicut illa quæ irrigatur, a canali argenteo? ex quo aqua ē eadem? certe æquales erunt, quia bonitas plantæ non est ex virtute canaliũ, sed ex virtute aquæ. Ita in proposito fons vnde procedit aqua totius sapientiæ, est Christus, fons sapientiæ verbum dei. Eccle. I. Canalia per quæ trãsit aqua consecrationis sunt sacerdotes, canale argenteũ est bonus sacerdos, ligneum vero ē malus sacerdos, aqua sunt verba consecrationis, planta quę est de terra, est hostia de terra triticea, non de alia materia, tamen quilibet vere consecrat, nó virtute sacerdotis, sed Christi.

¶ Secũdus hæreticus, vtrum sit licitũ homini malo, sumere hoc sacramétum? Videtur enim ꝙ sic. Nam sicut habens infirmitatem corporis, debet sumere medicinam, ita infirmus anima, hoc sacramentũ. Paulus. Probet se ipsum homo, anteꝗ de isto pane edat, nam hoc sacramentum institutum est pro viuis, & qui viuunt vita gratiæ. Sicut enim baptismus datur ad regenerationem in vita spirituali, sic Eucharistia ad spiritualiter viuendum, & nutriendum, re-

generatis

generatis in Baptiſmo.Sed ni
hil nutritur niſi viuat, ideo,
&c.Sicut enim cibus corpora
lis datus mortuo,nihil ꝓdeſt,
ita iſte panis mortuo ſpiritua
liter,non ergo ſumitur in me
dicinam,ſed in cibum.

¶Tertius hęreticus. Quæro
an melius ſit dimittere cōmu
nionem,quam ſumere in pec
cato mortali?Paulus.Eccleſia
noſtra catholica, pręcipiens
cōmunionē, pręcipit & vult,
ꝙ hoc fiat in gratia,& cum de
bita ꝑparatione.Dices,o non
poſſum me præparare. Menti
tur quiſquis hoc dicit, qa po
teſt ſed non vult. O nullo pa
ctovolo me pręparare,nec di
mittere peccatum quid ergo
faciam?Ait,dimittere eſt mi-
nus malum,& non communi
care in peccato,nam cōmuni
care in peccato,ē ſemper ma-
lum de ſe,non cōmunicare ē
malum ꝓhibitū,multo peius
eſt illud qđ ē de ſe malū,ꝙ il-
lud qđ pręciſæ eſt malū,quia
prohibitum.

TERTIVM prin-
cipale,Hodie di
lectiſsimi mei
eſtis deuote cō-
municaturi,da-
bo vobis bonum nouum, ꝙ
.ſ.facietis magnum lucrum.
Notate igiť,ꝙ ex deuota com
munióe habebitis,treſdecim
fructus.Vnde pono.13.cōclu-
ſiones veras,& catholicas.

¶Prima eſt,hoc ſacr̄m deuo
te ſumptum,remittit, ac tem-
perat fomitem,⁊ radicem car
nalis cōcupiſcentiæ, nam eſt
totum ſpirituale,& ibi eſt rex
virginitatis,filius virginis, &
corpus formatum ex ſangui-
ne virginis,ē ignis virtuoſus,
ideo expellit ignem luxuriæ,
& omnium vitiorum.

¶Secunda eſt, ꝙ iſtud ſacra-
mentum munit cōtra impul-
ſum diabolicæ tentationis,ra
tio eſt,quia ibi eſt ille,qui dia
bolum vicit,Ibi ſunt inſignia
victoriæ chriſti,ibi eſt flagel-
lum quo Chriſtus flagellauit
diabolum.

¶Tertia, iſtud ſacramentum
ſubſtētat hominem cōtra ca
ſum ex infirmitate, nullꝰ for-
tior baculus, ad ſubſtētandū
debiles,⁊ infirmos, ꝗ lignum
crucis quod in ipſo memo-
ratur.

¶Quarta, iſtud ſacramētum
confirmat fidem in mēte ho-
minis, qa ibi eſt auctor fidei,
Ieſus ꝗ interius plantat fidē.

¶Quinta,hoc ſacramentum
cōfirmat ſpem & auget. Nam
tota ſpes noſtra in deo ponē
da eſt, ad quod faciendum
nos inducit hoc ſacramētū.

## FERIA TERTIA POST dñicam palmarum.

## DE PRAEPARATIONE communionis.

SVPER aquã refectiõis educauit me, animã meã conuertit. ps. 22. Experimur, cibum esse necessarium vitæ humanæ conseruandæ, cuius ratio est, qa semper calore naturali agẽte, in humidum radicale, fit cõtinua deperditio. Ideo nisi cibus restauratiuus assumeretur, cito homo esset consumptus, qa assumptus cibus nõ est tante cõformitatis, ꝙ possit ad plenum restaurari depditum. Ideo homo antiquat, & moritur, Spiritualiter peccatum est innatum, & cõiunctum homini, propter corruptionem naturæ, quo semper fit gratiæ deperditio, indigemus autẽ cibo spirituali, pro huius deperditi restauratiõe, talis cibus est sacramentum corporis christi, q prębet animę nostræ vitam, & signatur Gen. 2. per lignum vitę, quod erat in medio paradisi, p cuius esu potuissent primi parẽtes non mori, propter cõformitatem illius, istę tamen cibus illud lignum superat in nutrimento, quia illud conuertabatur in substantiam, & restaurabat quod erat consumptum, sed iste sanctissimꝰ cibus, animam conuertit ad deum, qui est omnium viuentium vera vita, qua propter ad eius susceptionẽ, qualiter quis præparetur disserẽdum est, & tria perscrutabimur, videlicet.

¶ Primo, Præparationem.

¶ Secundo, Ordinationem.

¶ Tertio, Gratiarũ actionẽ.

¶ Quantum ad primum, est sciendum, ꝙ pro reuerentia tanto sacramento exhibenda multipliciter debet homo pparari, videlicet examinando propriam conscientiam, & non tm̃, circa peccata grauia, sed etiam leuia, & nõ solum q̃ recolũtur, sed quę sunt oblita, ideo Oseę. 2. Iudicate matrem vestram. i. conscĩetiam, & Paulus. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos iudicaremus, nõ vtiq; a dño iudicaremur, ⁊ facta diligẽti examinatiõe debes habere de eis contrictionẽ, ⁊ postea recurras ad confessionem, d. cum ps. 5. cor contritum, &

humiliatum, deus non despicies, & cum ps. 94. præoccupemus faciem eius in confessione, & ideo Paul' admonet, di. primę Cor. 7. Expurgate vetus fermentum vt sitis noua cõspersio, facta hac examinatione.

¶ Necessaria est etiã cessatio, debemus cessare non solum a peccatis, sed ab occasionibus peccatorum, vt est multiloquium. Nam ĩ multiloquio nõ deerit peccatum. Prouer. 2. debemus parum loqui, cũ magna consideratione, ne dicamus verba ociosa, abstinere etiam a malis cogitationibus, vitare periculosas conuersationes, ⁊ cessare a tumultu rerum secularium, & saltẽ nocte pręcedenti, a quiete delitiosa, ideo Esa. 52. consurge, consurge, induere fortitudine tua Syon, induere vestimẽtis gloriæ tuę Hierusalẽ ciuitas sancta. i. anima fidelis, induere vestimentis deuotionum tuarum.

¶ Alia pręparatio est ornationis bonarum actionũ, & hoc figuratũ fuit, Exo. 12. vbi mãducaturis agnum pascalem ꝑceptum est. Renes vestros accignetis, & calciamenta habebitis in pedibus vestris, tenẽtes baculos in manibus, per renes enim accinctos, significatur castitas, per calciamenta in pedib', intelligitur charitas, & dilectio dei, & proximi, per baculos in manibus, intelligũtur bona opera, sine quibus si quis accesserit ad sacramentum altaris, audiet illud saluatoris, amice, quõ huc intrasti non habẽs vestẽ nuptialem? Matt. 22. Debem' ergo habere vestem rubeam charitatis, & virtutis, quãdo accedimus ad nuptias ęterni regis, aliter audietur, illud. Matth. 22. Ligatis manibus, & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores, ⁊c. Si enim muliercule solent aliquas ferias suscepture, maculas vestium suarum aqua abluere, & si sola aqua non purget, addunt mollitiem olei, saponis etiam acrimoniam, sic & nos si tam graue fuerit peccatum ꝙ minime solis fletib' abluatur, addamus misericordiæ oleum, & acrimoniã ieiunii, hæc Ambrosius.

¶ Est etiã alia præparatio cõcomitatiua, & est triplex, prima meditationis, debet enim ipse peccator, ante sacram cõmunionem, tria meditari, primo quante sit nobilitatis, qa in sacrificiis nihil maius, cum in hoc non solum hu-

manitas christi, sed diuinitas cohabitet. Secundo quante sit vtilitatis, quia infinite vtilitatis, cum per illud acquratur vita æterna. Tertio quãte sit charitatis, dicere enim possumus, non est alia natio tam grãdis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut de⁹ noster adest nobis, ex quo sequitur ꝙ nemo meretur ita nec iustificatur, & purificat̃, sicut decet ad altitudinem tãti sacramenti.

¶ Secunda præparatio cõco. est orationis, cum non simus sufficientes cogitare aliqd a nobis quasi ex nobis, sed sufficentia nostra ex deo est. 2. Cor. 3. Ideo debemus feruenter orare, & dicere cum ps. 5. Cor mũdum crea in me deus & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

¶ Terria, est humiliationis, debemus cum maxima humilitate, & reuerentia accedere ad tale sacramẽtum, vt habet̃ Eccle. 32. Pro reuerentia dabitur tibi bona gratia, ⁊ ideo in huius figura, pręceptum fuit, Exo. 12. ꝙ agnus Pascalis debebat comedi cũ lactucis agrestibus, hoc est cum amaritudine propriorum peccatorũ, & compassione passiõis christi, secundũ illud Treno. 3. recordare paupertatis mee, trãsgressionis meæ, absintii & fellis, & in figura huius, habetur. Gene. 18. Vbi Abraam tribus Angelis in forma humana apparentibus dixit, vt requiescerent sub arbore, quousq; eis portaret bucellam panis, per tres Angelos, intelliguntur tres potentie animæ .s. memoria, intellectus, & voluntas, per quas non tantum Angelis, sed etiam deo sumus similes. Abraam .i. christus iubet reqescere sub arbore Crucis, antequam habeamus bucellam tãti panis, quĩ conficitur ex tribus farinis .i. diuinitate, & anima, & carne christi, considerate christiani, sicut dicit Ambrosi⁹, si deberetis recipere aliquam honorabilem personam in domo vestra, puta Ducem, Papã, aut Imperatorem, qui ad vos visitãdos venire dignaretur, profecto festini, & bene induti occurreretis ei, mundãdo domos vestras, & eas purgando ab omnibus immũditiis, cauẽtes, ne aliquas sordes inueniat, q̃ possint oculos sue maiestatis offendere, cooperitoriis variis ornãdo domos, floribus, & aliis rebus odoriferis sternendo pauimentum ipsius, & si contrarium face-

interpretatur zelus. Galilea autem transmigratio. Vnde per ipsam cœnam significatū fuit, ꝙ Christus propter zelū, & infinitam charitatem instituit sacramentum corporis, ⁊ sanguinis sui, vbi panis & vinum trāsmigrant de vna substantia in aliam, ideo dicere potest cū psalmista, zelus domus tue comedit me.i. commestibilē me fecit, ideo hoc sacramentum in cœna ordinauit, vt ostenderet ꝙ digne communicare volentes, debent obseruare duodecim q̄ in cœna mundiali communiter obseruantur.

¶Primum est, hora obscura, in qua comeditur. Vnde Paulus.1.Cor.11. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem &c. ex quibꝰ verbis apparet ꝙ hęc cœna facta est hora obscura, quo dat̄ intelligi, ꝙ peccator volens cōmunicare, appareat obscurꝰ, ex cōsideratione suorum peccatorum, intelligendo quantitatem ipsorum, & qualiter in cecitate mentis fuerit, & dicere cum psalmista. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, & iterum quia tenebre non obscurabūtur a te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrę eiꝰ, ita, & lumen eius.

¶Secūdum est, Aula quadrata.i.conscientia quadra, quia de anima cōmunicantis quæ est ciuitas dei, potest dici illd' Apocali.21. Ciuitas in quadro posita est, hoc ē, quatuor virtutibus Cardinalibus informata.i.prudentia, quoad memoriam beneficiorū dei, vel prouidentia futurorum bonorum, iustitia, declinando a malo, ⁊ faciēdo bonum, fortitudine, ad punienda peccata, & ad tollerandam pœnitētiam, temperantia ad viuendum continenter, & sic erit quadra Aula, sāctissimi sacramenti.i. conscientia nostra.

¶Tertium, tabula rotūda, in medio aulę, & hoc est cor, qd' integraliter poni debet ī manu dei, tres pedes istius tabulę sunt, fides, spes, charitas, q̄bus cor nostrū sustentatur corā deo, primę Cor.13. nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hęc, &c.

¶Quartum, est mappa alba, super tabulam extensa, ita cōmunicans debet habere conscientiam mundam, & puram animam, a peccatis, sicut enī corpꝰ christi in Sindone mūda, inuolutum fuit, sic in pura, & munda conscientia inuolui debet. Vnde in figura

habetur .1. Regum. 21. Cum Dauid fugeret persequutionē Saulis, perrexit ad summū sacerdotem cum pueris suis. i. famulis petens panem, & ille non habens nisi panem propitiatiōis, interrogauit, si mūdi essent pueri sui maxime a mulieribus, & respondens ꝙ mundi essent, tunc dedit eis sacerdos panem sanctificatū, sic nos volentes fugere Saulē .i. diabolum, debemus cum pueris. i. cū omnib⁹ sensibus accipere panem propitiationis.i.sacramentum.ideo Nume.18.Qui mundus est in domo tua.i.in Ecclesia vescetur pane illo.i. corpore Xpi. Vnde habetur Exo.12.ꝙ comederent agnum pascalem, cū panibus azimis.i.non fermentatis, quod exponens Greg. ait, panem sine fermento comedit, qui opera bona sine corruptione vane gloriæ facit, ideo ait Apostolus, vbi supra, Epulemur non in fermēto veteri, neq̧ in fermēto malitiæ, & neqtiæ. Sed in azimis sinceritatis, & veritatis, & ad hoc denotandum, instituit christus tale sacramentum in pane azimo, vt hebetur Matth. 26. prima die azimorū, accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, vbi vis paremus tibi comœdere pascha? & in figura huius, manna erat albū ad modum niuis: significans ꝙ communicans debet habere cor mundum, & album, quia locus debet ꝓportionari locato. 2. de anima, cum enim deus sit purissimus, debet in purissimo corde recipi. Debet recipiens tale sacramentum esse mūdus. Primo a carnali delectatioe, ideo Exo. 12. Dicitur renes vestros accingetis.i.casti & mundi eritis. Secundo a terrenorū affectione, & hoc quando dicitur, & calciamenta hēbitis in pedibus vestris, non debet diligere terrena, per inordinatum amorem, sed in suis affectib⁹ habeat calciamenta.i. sanctorum patrum exempla, qui nō dilexerūt terrena. Tertio debet esse mundus a vana cogitatione, per illud qđ sequit, tenentes baculos in manibus, debet enim baculum crucis, in corde retinere, & cum eo canes.i.dæmonum suggestiones, ab anima abiicere. Quarto debet esse mundus, a negligētia, & torpore, per illud qđ sequitur, & comedetis festināter, hoc est diabolicas suggestiōes subito repelletis, & super illud q mādueat, & bibit indigne, ait glos. Indigne su-

mit, qui non deuota mēte, ad communionem accedit.

¶ Propter ista significanda, legitur Exo. 12. ꝙ quatuor p̄sonę, ab esu agni pascalis excludebātur. Primo seruus in circuncisus. i. luxuriosus qui non est mundus a carnali delectatione, quia vt dicitur ad Gala. 5. Qui sunt christi, carnē suam crucifixerūt cum vitiis, & concupiscentiis. Secundo Mercenarius. i. auarus, qui nō est mundus a terrenorum affectione. Sed est mercenarius pecuniæ, iuxta illud Matt. 6. Nō potestis deo seruire, & mā monę. Tertio, aduena. i. ꝺ nouo conuersus, quia ille nō dū est mundus a carnali cogitatione, q̄a iste cibus nō est neophitorum, sed grandiū. Quarto, alienigena. i. tepitus. & indeuotus, quia non est mūdus a negligentia, & torpore.

¶ Puritas quoque ista, debet Primo attendi quantū ad manus, quibus hoc sacramentū administratur, quæ debent esse munde, & innocētes, iuxta illud. p̄s. Lauabo inter innocētes manus meas, & circundabor altare tuum dn̄e. Ideo dicit Diony. Sacerdos accessurus ad consecrandum, lauat digitos, per quod peccata venialia designantur, quia non tātum a magnis, sed a paruis peccatis debemus esse mundi, debet ergo habere manus mundas, hoc est opera. Secundo debet habere os mūdum, & maxime a duobus peccatis. s. detractionis, ⁊ gulositatis, Vnde. 1. Cor. 11. Conuenientibus enim vobis in vnum. i. in Ecclesia, audio scissuras esse inter vos, ecce peccatum detractiōis, & infra. Alius quidē esurit, Alius vero ebrius est, Ecce peccatum gulositatis. Tertio debet habere cor mūdum, quia cum iste cibus sit splēdor, & speculum sine macula, Sapien. 7. non habitat nisi in mēte pura, ⁊ sic habetur. quarta conditio.

¶ Quintū, quod in cœna req̄ritur, ē gladius, cum quo fercula inciduntur, quę apponūtur, & iste est gladius confessionis, qua diuiduntur distincte, & sigillatim peccata, vnde de hoc exponi potest illud Deutero. 32. Gladius meus. i. confessio, deuorabit. i. manifestabit, carnes. i. peccata quę in carne gessi.

¶ Sexto, requiritur seruitor, qui cōuiuis distribuat cibos, & est satisfactio, quę debet distribui vnicuiq̧, cui debetur, sicut volunt leges.

¶ Septimo, requiritur sal pro

ſiderium charitatis, & amoris & appetitum ſpiritualem, ſed faſtidium, non debent ſumere talem cibum.

¶Notandum eſt, ꝙ præcepit deus. Exo.12. de agno paſchali. d. caput ei⁹ cum inteſtinis, & pedibus, vorabitis, caput autem iſtius agni, eſt eius diuinitas. primæ ad Cor. 11. caput chriſti deus eſt, pedes ei⁹ ſunt, caro ipſius, quæ eſt natura infima in ipſo. Inteſtina eius denotant animam, iſta ergo oia debemus deuorare, .i. per veram fidem nobis incorporare.

¶Fuerunt quidam hęretici, qui dixerunt chriſtum nõ habuiſſe diuinitatem, iſti non comederunt caput eius, Alii non habuiſſe veram carnem, ſed fantaſticã, vel de cœlo allatã, iſti non comederunt pedes eius. Alii nõ habuiſſe animam rationalem, ſed ſolã diuinitatẽ, loco animę, iſti non cõmederunt inteſtina ipſius. Nos igitur caput, cũ pedibus, & inteſtinis, voremus. i. de ei⁹ diuinitate, carne & anima, catholice ſentiamus, per veram fidem, oẽs ſenſus circa ipſum ſacramentum decipiuntur, ꝑter auditum, qui vere aſſentit, ei quod dicitur, hoc ẽ, corpus meum, hoc ſignificatum fuit. Gene. 17. In Iſaac, in quo deceptus fuit viſus, qa Iacob non cognouit, olfactus in odore, tactus in tangendo, guſtus in guſtando. Auditus vero eius non fuit deceptus. Vnde ait. vox quidem vox Iacob eſt, & ibidem dicitur, expauit Iſaac, ac ſtupore vehementi, & vltra ꝙ̃ credi poteſt admirans ait, quis eſt ille qui iam dudum captam venationẽ attulit mihi, & comedi ex omnibus anteꝙ̃ tu venires. In quo, Myſtice, exprimitur ſtupor, & admiratio ſẽſus humani, circa hoc dignisſimum ſacramentum, & hoc rationabiliter voluit de⁹ ſic fieri. Nã ſicut culpe demeritum, cepit a falſa credulitate ſuggeſtionis diaboli đ cibo mortis, ita decuit vt hominis meritum inciperet, ex hoc ꝙ credit verbis Chriſti, de iſto cibo vitæ, cum dicit, hoc eſt cor. m. in ſignum autẽ huius dixit Thomę. Ioan. 20. quia vidiſti me Thom̃. &c.

¶Legitur, de beato Lodouico Rege Francie, ꝙ dum quadam die audiret in Eccleſia miſſarũ ſollenia, quidam miles deuot⁹ dixit ei, ꝙ ſi vellet ire ad altare alterius ſacerdotis, videret chriſtum in forma pueri, cui reſpondit Rex,

ꝙ non, Addens verbum maxime fidei.d.si scirē Christum retro me stantem sicut fuit in parasceue in Cruce, nollem me vertere, vt eū carnaliter aspicerē, ex eo ꝙ meritum fidei amitterem, hoc autē ideo dixit, quia sacerdos cuius missam audiebat, iam consecrauerat, & ideo verum corpus christi ibi esse nō dubitabat.

¶ Econtra vero legit, ꝙ Vgo de sancto Victore, longo tempore orauit, vt posset videre christum in hostia consecrata. Vnde cum semel missam diceret, post Agnus dei, apparuit in hostia, quasi puerulus formosissimus, sedens ante eum, in pathena, cuius visione, fuit indicibiliter cōsolat⁹, & ait illi puer, Vgo comede me, cui Vgo. quo ausu amātissime domine audeā te comedere, & dentibus meis dilaniare, cui puer, nisi manducaueris me non habebis vitam in te, tūc orauit Vgo.d.o dn̄e si sic fieri est necesse, abscondas vultum tuum amantissimū a me, ⁊ abscondens se sub forma panis, dixit, Vgo quia me videre nudum voluisti ex tunc meritum fidei, de hoc sacramēto in te euacuasti. Ideo Bernardus in quadā Epistola. Sacramētum dei altissimi suscipiendum est, non discutiendum, reuerendum, nō diiudicādum, fide sortitum, nō innatum, traditione sanctū, non inuentum.

¶ In figura huius, habet iudicum. 14. ꝙ Sanson inuento melle ī ore Leonis, proposuit Philisteis problema hoc. dicens de comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, & promisit illud exsoluere scientibus, infra septem dies, triginta mutatoria vestimenta. Sed ipsi nunq̄ sciuerunt exponere, nisi postq̄ instructi fuerūt ab Dalida ipsi⁹ Sansonis amica, cuius expositionem reuelauerat Sanson. Et tunc dixerunt ei. quid dulcius melle, & quid forti⁹ Leone. Respondit autem Sanson .d. Nisi arassetis ī vitula mea, nō intellexissetis propositionem meam, per mel enim intelligitur dulcis, & suauis humanitas christi, quæ continetur in hoc sacramento. Vnde Prouerb. 25. Mel inuenisti comede, quod sufficit tibi. i. altiora te ne quæsieris, Eccle. 3. per Leonem vero eius diuinitas fortissima, ps. Tu potens es, ⁊ quis resistet tibi, ⁊ iste cibus melliflu⁹, & dulcis, egressus est de comedēte, & forti, .i. de Beata Virgine dulcedinē

ſpiritus ſancti deguſtãte,quæ fuit illa fortis mulier, de qua dicitur Prouer.vlt.mulierem fortẽ quis inueniet, Philiſtei vero ſunt homines mortales & caduci. Septem diebus.i.in preſenti vita, ſeptem diebus reuoluta,non poſſunt ſolue re hoc problema, niſi Eccleſia ſponſa dei,cui Sãſon.ideſt deus reuelauit per ſacram ſcripturam,per cuius credulitatẽ recipiẽt triginta muta toria veſtimenta, per tres de cenas, intelligitur triplex viſio dei.ſ.i creaturis.In nobis, & in ſeipſo.ſ.videndo eum ſicuti eſt,quo triplici modo vi debimus eum in patria,ob fidem huius ſacramenti.

VLTIMO,quod requiritur in cœna,ẽ gratiarum actio poſt refectionem,⁊ ideo ne ſimus de illis quibus dicitur,Eccl.29.Paſcet, ⁊ potabit ingratos,debemus poſt cõm munionem, deo reddere gratias debitas. Si enim de cibo materiali hoc expediret,mul to magis de tali cibo, omni alio digniſsimo,etiã quocũq; cibo Paradiſi terreſtris,maxi me cibo ligni vitæ, quia ille cibus inanimatus,Iſte viuus. Ille de humo productus. Gene.2.Iſte de celo delatus, ille vitam corporalem,& temporalem cõſeruabat, iſte vitam cœleſtem, & æternam donat. Ioã.6.Ideo Paulus probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat,&cæ.1. Cor.11. Alii autem cibi probãdi ſunt, quia non ſunt ſani, cibus autem iſte cœleſtis, non eſt probandus,quia ſemper eſt ſan⁹, & bonus,ſed homo eſt ꝓbandus,ſi eſt diſpoſitus,& præparatus ad illum ſumendum. ſicut enim medicina homini impræparato eſt cauſa mortis,quę pręparato eſt cauſa ſanitatis,ſic dicendum eſt de cibo iſto. debet ergo recipi cũ magna reuerentia, deuotione,& timore, & deſiderio, cũ timore dico, quia ibi eſt diuina maieſtas.ſicut dixit Petr⁹, Luc.5.Exi a me domine, quia ego homo peccator ſum. Debet recipi cum cõſcientię puritate,quia ibi continetur ille q ẽ ſinceriſsima puritas,cũ tali puritate recipit eum ſpõſa eius.d.Lectulus noſter floridus eſt. Can.1. Debet recipi cum vera fide,quia ibi ẽ vellata veritas.ſicut receperat beata Virgo.Luc.1.Beata quæ credidiſti, &c. Debet recipi cum maxima reuerentia,& honore,quia ibi eſt vera diuinitas,

eius discipulus, in trãsitu ipsi⁹
di. Quidam frater ad locũ ac
cedens in quo ipse Sãctus Hie
ronym⁹ iacebat, infirmus, tu
lit, secum sanctissimum cor-
pus dñi nostri Iesu christi. qđ
a longe diuus Hieronymus vi
dens, prostrauit se in terram.
& voce, & lachrymis quantũ
poterat clamabat. Dñe quis
ego sum, vt intres sub tectũ
meum? meruit hoc peccator
homo? nunquid ego melior
sum q̃ omnes patres mei? Tu
Moysi noluisti vno ictu ocu-
li te monstrare, cur nunc tan
tũ te humilias, vt patiaris ad
hominem descendere publi-
canum, & peccatorem? cũq; ꝓ
ximus esset sacerdos, erigens
vir gloriosus genibus flexis
multis eũ tenẽtibus, magnis
lachrymis, & suspiriis, q̃ plu-
ries percutiens pectus suum,
dicebat, tu es dñe deus meus,
qui per me passus es. Tu es il-
le qui cũ deus esses, solus an-
te tempora, & sine principio
genitus adeo patre, æterna &
inuestgabili generatione, qui
cum ipso patre, & Spi. S. vnus
deus es, permanẽs id qđ eras
& es, intra vnius puelle cor-
pusculum te clausisti, factus
homo, Tu es ille, quem Ioã.
Baptizãte in iordane, vox su
bito paterna cœlit⁹ intonuit
Hic est filius meus dilectus in
quo mihi complacui, ipsum
audite. Et. S. S. in te in colum-
be specie descendens, te esse
vnum cum patre, & idem in
substantia declarauit. Tu bo
ne Iesu, ꝓ me crucis tã gran-
dis in tuo corpore pertulisti
supplicium, vt mortẽ quam
meis incurreram flagitiis, in-
terimeres, & animas antiquo
rum quas dudum diabolica
nequitia infernalibus mãsio-
nib⁹ detinebat, recuperares.
Et totam humanam naturã
quæ corruerat in mortẽ per-
petuam, tuo cum ipso pacifi-
cato patre, ad vitam intermi
nabilem reuocares. Tu es vi-
ta vitalis, & amabilis, atq; io-
cunda, Multaq; alia addidit,
mysteriis plena deuotissimis
quibus finitis, vir dei glorio-
sum sacramentum suscipiẽs,
ad terram supinus rediit, de-
inde manus admodum cru-
cis supra pectus, tenens, Sy-
meonis propheticum vatici-
nium decantauit, quo finito,
apparẽte Luce quadam mira
bili, ex hac vita migrauit hęc
ille. Sic debet recipi sacramen
tum domini, vt eius merito
ad vitam valeamus peruení-
re perpetuam.

F. I. N. I. S.

## FERIA QVARTA POST dñicam palmarum.

## DE INCARNATIONE verbi.

ECCE cõcipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen ei⁹ Iesũ. Luc.I. Præcepit dñs Moysi, facies mihi sanctuarium, & ibi videbor a vobis, portatum ẽ igitur aurum, & argentum, & lapides præciosi, & ligna imputribilia, & multiplex pciosa materia adducta est, & inuenti sunt fabri', & operatores lignorum, & lapidum, facto igitur opere, posita ẽ ibi arca dñi, in qua erant lapidee tabule mandatorum, mã na, & virga, erant ibi duo che rubin se se respicientes, in exteriori loco positum erat cãdelabrum aureum, respiciẽs ad Aquilonẽ, & ibi erat mẽsa propositiõis panũ, & erat ibi altare holocaustorum, vbi.s. mactabantur bestiæ offerendę in holocaustum domino, & istud tabernaculum vocatum est sanctificatio, & designat incarnationem saluatoris nostri, vt infra declarabit. De ista sanctissima incarnatiõe filii dei, tria differemus, videlicet.

¶Primo, eius deuotã discussionem.

¶Secundo, probabilẽ possibilitatem.

¶Tertio, efficacẽ plationẽ.

¶Dicitur in comento decimo, super ppositiones de causis, qđ recipiens recipit secũdum modum suum, & non secũdum modum rei recepte, ideo licet in diuinis non sine disputationes, nec consultationes, tamen mens nostra q̃ diuina intelligit, modo suo potest tali medio congrue, & rationabiliter, contemplationis sue aspectum dilatare, videlicet. Adam post lapsum p multos annos penituit. Animaduertens in proximo saluatorem vẽturum, magna fiducia ad conspectum sanctissimę Trinitatis cũ multis patriarchis, & prophetis, se contulit, & lachrymans postulabat redemptionẽ generis humani, dicens. Vt quid deus repulisti nos iratus ẽ furor tu⁹. super oues pascuę tuę? quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopie nostrę, & tribulationis nostrę? Exurge domi

ne adiuua

ne adiuua nos, & libera nos, propter nomen tuum, nos.n. populus tuus, & oues pascuæ tuæ, cōfitebimur tibi in sęculum, ꝛ asśignātes rōnem, quare redimi debebāt, dicebant, singuli. Et primo Abel Iustus .d. pr̄ me⁹ pcāuit alio suggerēte, ita alio releuāte debet erigi, Iam enim currit sex millenarium, ex quo creaturas de nihilo ad esse producere vestræ complacuit incomprehēsibili bonitati, in qua productiōe immensa vestra sapiētia tria semina seminauit. s. naturam Angelicam, naturam humanam, & fabricam mundialem, sed hiis seminibus optimis, Inimicus zizania superseminauit, Lucifer in cœlo, Eua in natura humana. Adam in fabrica mundana, Lucifer expulit Angelos de cœlo, Eua hominem de paradiso. Adam res omnes ab ordine suo retraxit. Vnde iam omnia sunt perturbata, & adeo confusa, vt omnia creata non summę sapientiæ, sed magnę stultitię opus videātur. Et iam per. 72. generationes a patre nostro Adam, vsq; nunc, natura humana gemens, & dolens, clamauit, & tēpus est exaudiziōnis, & placationis.

¶Et tali medio ꝓbatur. s. rōne naturali, regula ē in libro, de cœlo, & mundo, Iuris ciuilis, & Canonici. Arist. & aliorum philosophorū, ꝙ qn̄ natura ordinat aliquid ad aliquem finem, vel actum, prouidet sibi de necessariis ad illum, qa si natura dedisset stellis virtutē progresśiuam, dedisset etiam organa necessaria ad illam, stāte hac regula, infinita vestra potentia tria genera creaturarum ꝓduxit, vnam totaliter spiritualem .s. naturam Angelicam, aliam totaliter corporalem. s. animalia irrationabilia, & vegetabilia, & tertiam partim corporalem, & partim spiritualē .s. humanam naturā, dedit bonitas vestra Angelice naturæ cibum sibi competentem, totaliter spiritualem. s. diuinā essentiam, qua pascūtur iam sunt quinq; millia annorum & amplius, dedit etiā corporalibus, cibum sibi competentem & totaliter corporalē, vt auibus, vermes, & semina, piscibus, maris nascētia, animalibus terrestribus, herbas, & fructus, ꝛ ita spiritualibus spiritualem, corporalibus corporalem, dedit cibum sibi necessarium ad finem suū, ergo congruum est vt homini medio, detur cibus compositus

(vt ita dixerim) ex cibo Angelorũ, & brutorũ, hoc aũt fieri non poteſt, niſi aliqua perſona diuina, aſſumat humanā naturam corporeā, & vtraq; .ſ. diuina, & humana, deī homini pro cibo, & redemptione, quid mirum, ſi homo deficit in via? ſi deficit ſibi cibus, & hoc determinatum fuit in lege ps. 144. Oculi omniũ in te ſperant dñe, &c. Sed modo ē tempus oportunum incarnandi, redimendi, & cibādi, ergo &c.

¶Secundo, dixit Noe ſcriptũ eſt, cor contritum, & humiliatum, deus nõ deſpicies, cum Adam, pater noſter, ad pœnitētiam adducatur, miſericordiam implorādo, debet exaudiri, quod probatur, ratione Methaphiſicali ſic. 10. Metha. dicitur ꝙ in omni genere entium, eſt dare, vnum quod ē metrum, & mēſura omnium, & vnũquodq; ens nunꝗ̄ quieſcit, donec habeat perfectionem ſuam vltimam ſibi poſsibilem, hoc præſuppoſito, diuina tua potentia. In productione creaturarum, omnia bona, & perfecta ꝑduxit, non tamen in omni perfectione poſsibili, ideo omnis creatura appetit perfici quantum eſt ſibi poſsibile, & ſic omnia entia vnum nobiliſsimũ ens appetũt, omnia corpora, vnũ nobiliſsimum corpus, Mixta nobiliſsimum myxtum, viuētia nobiliſsimum viuens, ſentientia nobiliſsimũ ſentiens, conceptiões vnum nobiliſsimum cõceptum, Natiuitates vnum nobiliſsimum naſcibile, rationabilia vnum ſingulariſsimum rationale, ſpiritualia vnum excellentiſsimũ ſpirituale, & breuiter oēs creaturę appetũt vnũ quod eſt optimum creatum. Cum ergo Iſte appetitus non poſsit eſſe fruſtra, ergo aliqua creatura, ē ſummę perficiēda, ſed hoc fieri nõ poteſt, niſi aſſumaī a diuina, ergo diuina perſona debet aſſumere aliquam creaturam, vt ipſam quietet, & dignificet omnes creaturas, ſed non pure ſpiritualem, vt eſt Angelica, quia non dignificaret, corporalia, nec pure corporalem, vt eſt lapis, quia nõ dignificaret ſpiritualia, ergo neceſſe eſt, perſonam diuinā aſſumere naturam mediā. i. humanam, & incarnari in ea, & ipſam redimere, & ita quietare & dignificare, tam ſpirituales, quā corporales creaturas.

¶Tertio, dicit Moyſes, ꝙ ſemel placuit, amplius diſplice-

re non debet, tu btissima trinitas, creasti hominē ad beatitudinē, ergo debes ei facere misericordiam, & hoc probatur ratione Geometricali, siue Mathematicali, sic, in Mathematica habet̄ ꝙ nulla figura ē perfecta, nisi sphaerica, haec enim est omnium capacissima, & simplicissima. Nam aliae figurae constant ex pluribus lineis, sphaerica ex vna sola, cui⁹ principium vnitur vltimo, siue fini, ad propositū, summa sapientia dei, multas produxit naturas, ratiōales, & intellectuales, ordine quodam perfectionis ꝓcedentes, Nā in primo gradu perfectionis, ē natura seraphica, in secundo Cherubin, in Tertio, Throni, &c. quorū vltima est humana natura, similiter produxit ordinate, pure corporalia, quorum primum locum, obtinet cœlum Empireū, Secundum christallinum. Tertium firmamentum, &c. quorum vltimum locū obtinet terra. Isti duo ordines rerum procedūt a deo, per modum lineę rectę, quorum primum est ipse deus, & vltimū est humana natura, vel terra, vt ergo mundus iste perficiatur, oportet primum vniri cū vltimo, per circulum, hoc autē congruentius fieri nō potest, ꝙ ꝙ vna persona trinitatis in carnetur, in humana natura, quia tunc deus coniūgetur, ⁊ vnietur cū anima rationali, & cum terreno corpore, & fiet optimus circulus, aliter mundus non perficietur, vt ē possibile perfici, Cōfirmatur ratio ista, Auer. in proem. phisi. sicut incorporalibus, suo modo, ita & in spiritualibus, sicut ergo diuina sapiētia mūdum materialē creauit sphericum, & circularem, ita necessarium est mundum spiritualem fieri sphericum, & circularem, per incarnationem, vnde sicut forma materialis mundi, non esset perfecta nisi esset sphaerica, & sicut Angelica natura non esset perfecta nisi per circulū vniretur suo pricipio, a quo exiuit, ita mūdi creaturę, nunꝙ perficient, nisi aliqua ꝑsona diuina, quasi per circulm vniatur humanae naturae, ergo, &c.

¶ Quarto, Iosue dicebat, odia sunt restringenda, fauores autem ampliādi, ex. de. re. iu. lib. 6. Odiosum fuit peccatum Ade, sed Amplia misericordiam tuam, vt ei parcas, ⁊ hoc probari potest, Ratione Astrologali, sic. deus soli cōparatur, quia sicut Sol est cau

sa vitæ corporalis, & caloris naturalis, & est fons luminis, sic de' vitæ spiritualis, & charitatis, & notitiæ, & maxime dei sapientia .i. fili' patris æterni, assimilatur soli, quia sicut Sol illuminat mundũ, ita dei sapiẽtia intellectum, quia docet hominem prudẽtiam, vt ps. ait, Sol materialis currit quolibet anno, per .12. signa zodiaci. Nã vt dicitur. 14. die Martii, intrat in Arietẽ, & .14. Aprilis in Taurum, & sic successiue, sicut est in Sole materiali, ita debet esse in spiritua li. Deus autem Moraliter fuit i signo Arietis, & hoc in statu innocentię, antequam Adam peccaret. Nam Aries est innocens animal, ſm genus suum quia est Agnus, & tñ est fortis & potens, ita deus in illo statu ostendit Adę fortitudinẽ, & potentiam suam, in creando, & gubernando mũdum, & innocentiam, dãdo eam sibi, & in nullo ledendo, & ita fuit in Ariete, Proue. 10. Aries nõ est Rex qui resistat ei, sed peccante Adam, transiuit in Taurum, Taurus est animal mire fortitudinis, ⁊ magnę ferocitatis, tunc cepit ostendere quasi ferocitatem. d. maledicta terra in opere suo, in sudore vultus tui, ⁊c. Nõne fuit in Tauro, expellendo eos de Paradiso? dando necessitatẽ moriendi? & ad inferos descẽdendi? permittendo Abel occidi, Lamech Sagittari, nonne fuit in Tauro, submergendo mundum per Diluuium, flagellando ægyptum? &c. Sed quamdiu stetit deus in hoc signo, O æterna Maiestas, o bonitas infinita? Nonne sufficit hominem expulisse de paradiso? replica sic, omnia mala, & aduersa vsq; ad tẽpora virginis Mariæ, clamãdo, & practicãdo, sufficit o Maiestas æterna, tempus est egredi de Tauro, ⁊ ingredi in signum Gemini, quod describitur informa duorum Iuuenum, se amplexãtium, tps est, vt deus ingrediatur in Gemini .i. vt deus incarnetur in humana natura, vt sic ille duę naturę quasi signum Cemini, inuicẽ amplexentur, sicut ergo necesse est solem materialem, post Taurum ingredi Gemini, sic Deũ post asperitatem, & terrorem legis Mosaice, in humana natura incarnari, & ipsam per benignitatem redimere.

¶ Quinto, dauid dixit dñe nõ debet aliquis odio alterius ꝑ grauari, de re. iu. lib. 6. tot patriarche, & prophete, & sãcti, & iusti, supportant pœnam

Adæ, ergo non debent tali pę na prægrauari, & ꝓbatur. Ratione morali, sicut Sol materialis currens per .12. signa zodiaci, causat quatuor tempora, Autumnum, Hiemem, Ver, & æstatem, & cum transierit tempus æstatis, & magni caloris, Sol accedens ad medium Cœli, inter Polos .i. ad circulum equinoctialem, facit eqnoctium apud omnes, & hoc in .14. die Septẽbris, similiter cum pertrãsierit tempus Hiemis, & frigoris, Sol iterum accedit ad circulum æqnoctialem, & causat æquinoctium vernale apud omnes, idibus Martii .i 15. Martii, sicut igitur Sol materialis nõ semper causat æstatem, & calorem, nec semper Hiemem, sed post lõgitudinem dierum, & noctiũ redit ad æquinoctiũ, in quo nox, & dies, adequantur. Ita congruum est, vt Sol Moralis deus, post longam diem suę æternitatis, veniat ad mediũ cœli .i. in ventrem bea. Virginis, tanquam ad circulum ęqnoctialem, & ibi faciat æquinoctium .i. assumat humanã naturam, & adequet creaturam creatori, tãq̃ noctẽ diei, congruum est vt post longas noctes incarceratiõis humanæ naturæ in inferno, sol Iustitiæ redeat ad æquinoctiũ, congruum est vt post magnũ feruorẽ iræ, & indignationis diuinę, redeat ad tempus tẽperatum, & ęquinoctium, & ĩcarnetur persona diuina, congruum est vt post Hyemẽ, & tempestates, & tot tribulationes humanæ naturæ, redeat Ver placatum, floridũ, & amenum, & fiat ęquinoctium, nũquid manebit semper deus in semetipso, & nunquã condescendet creaturis suis? an in æternũ manebit homo in infernoʔ an ira & indignatio, diuina manebit in sempiternũ? Sicut ergo Sol ęquat noctem diei, ita debet deus creaturã equare creatori, & hoc assumendo naturam humanam.

¶ Audiens autem Sathan clamores, & rationes prædictas, accessit & ipse, cum multis testibus, probans hominẽ non debere redimi, ⁊ primo dixit, Iustus es domine, & rectũ iudicium tuũ; tu decreuisti, ꝙ peccatores de libro viuentiũ deleantur, & cum iustis non ascribãtur, Adam cum sit peccator cum iustis non debet ascribi, & sic nõ redimi, & ad hoc assigno multos testes, primo naturam angelicam, q̃ ait dñe iste fuit creatus, vt repleret sedes vacuas paradisi,

ſed contra te inobediens, illas neglexit, & ſic non eſt dignus exaudiri. Sicut nec luciſer cum ſuis ſequacibus. Secũdo, Cœlum Empireum. d. me creaſti dñe nobiliſsimũ corpus, & collocaſti in nobiliſsimo loco, feciſti hominẽ iſtũ pro maiori meo ornatu, hãc dignitatem, non cognouit, ergo debet illa priuari, & nõ exaudiri. Tertio, quatuor elemẽta, dñe antequã hic homo peccaret, eramus ſplẽdida, & lucida, & delectabilia, & pulchra, poſt peccatum vero ei⁹, facta ſum⁹ obſcura corrupta, & plena Anguſtiis, minorata inqt Magiſter in. 4. di. 48. Fuit lux Solis, & Lunæ, & aliorum ſiderum, per peccatum primi hominis, cum igitur per peccatũ primi hominis, nos puniamur, debet & ipſe puniri. Quarto paradiſus terreſtris, dñe feciſti me plenũ delectationibus, & iocunditatibus, collocaſtiq; ibi hominẽ iſtũ, vt delectaretur, & illis veſceretur, ingratus autẽ ſpreuit p̃ceptum tuum, quare fecit ſe indignum miſericordia tua. Quinto, omnes aliç creaturç Adæ ſubdite, iſte antequã peccaſſet, poterat nobis vti pro ſuo bñplacito, ſed iuſto tuo iudicio, ſicut ipſe tibi rebellis fuit, ita & nos, durante hac rebellione noſtra, videtur durare ſuum peccatum, quare meretur puniri. Sexto, fuit infern⁹. d. Feciſti paradiſum vt eſſet locus iuſtorũ, feciſti me vt eſſem locus peccatorum, tranſgredientium mandata tua, ergo iſte non debet a me auferri. Septimo, dęmon, domine ad te pertinet premiare iuſtos, ad me tua ordinatiõe punire malos, noli ergo tollere offm̃ meũ, & nõ ſolũ talibus teſtibus, probõ hominẽ non debere redimi, ſed efficaci ratione. ſic.

¶ Si tu decreueris redimere hominem, debes etiã redimere me, & omnes meos ſequaces, quia tu de⁹ es ſumma bonitas, vt dicit Dio. 1. 1. c. de diuinis nominib⁹, ad cuius naturam pertinet ſumme communicari aliis, vt idem dicit in c. 4. eiuſdẽ li. iſta aũt communicatio fit dupliciter. ſ. dã do eſſe ſimpliciter, & dando bene eſſe, deus cõmunicauit ſe hominibus, & Angelis, Primo modo per creationem. ſ. dando eſſe naturæ, cõmunicat autẽ ſe: Scdo mõ, per beatitudinem, quia tunc homo, & Angelus habent bene eſſe, quando habẽt finem ad quẽ creati ſunt. ſ. beatitudinem,

communicauit autem se de⁹ istis duabus creaturis: primo modo, dando eis esse simpliciter, quia ex nihilo eas fecit, cum ergo non sit dare aliquā rationē, quare magis debuerit dare, primum esse, quā secundum, & si dedit eis primū esse naturę, videtur ꝙ debeat eis dare secundū esse.s.gratię & beatitudinis, & si fortasse quis diceret quod deus etiā dedisset eis eē beatitudinis, sed ipsi hoc non meruerunt, & maxime Angeli, quia obstinati perstiterunt. Respondet Sathan, ꝙ pari ratione non debebat eis dare esse naturæ, quia antequā essent, hoc nō poterāt mereri, sed si iterum quis diceret, ꝙ propter ingratitudinem priuauerunt se tali esse.s.gratiæ, & beatitudinis, Sathan, si propter hoc priuātur tali bono.i.esse gratię, & pari ratione debent priuari primo esse, quia q abutitur beneficio debet illo priuari, s̄m leges, sed ipsi nō sunt priuati, primo esse, ergo nec priuari debent secūdo, & præsertim cū p̄s. Dicat, ꝙ misericors est deus, & miserationes eius super omnia opera eius, ꝙ si nō decreueris dn̄e redimere me, cum meis satellitib⁹, nec hominem redimere debes, & probo taliter. Alia ratiōe, habetur in regulis theologalibus, ꝙ deus nullum peccatū dimittere debet impunitum, quæ regula iam data est in lege per Moysen promulgata, Deutero.25. vbi dicitur, iuxta mensuram delicti, erit & plagarum modus, sed delictū, tā Angeli, q̄ hominis, fuit infinite mēsure, ratione obiecti.s. dei, plagarum etiam modus, & punitionis, debet esse infinitus, & ideo si ego, & mei sequaces debem⁹ puniri in ęternum, & homo etiā debet puniri. Ad istas oppositiones, respondet Adā.d.ꝙ Angelus debet dānari, & non redimi, sed bene homo debet redimi, & non dānari, & probat multis rationibus.

¶Primo, quia tota humana natura, lapsa est in primo parente, nō autem sic est de natura Angelica, cuius maior pars in paradiso saluata ē, misserendum est ergo humanæ naturæ, ne tota in inferno deferatur, & tunc erunt homines ęquales Angelis dei, vt dicitur Matth.22.

¶Secundo, ratione innocentiæ quia omnes illi ad quos corruptio peccati primi hominis deuenire debebat, nō erant in actu, sed in virtute tā

tum,& ideo indecens esset,vt ipsi priusquã essent,vltimã dãnationem reciperent,non sic est de angelis,qui omnes actu existentes, proprio arbitrio peccauerunt.

¶Tertia ratio ẽ, quia homo non peccauit in termino viç suç,sicut Angelus, cui ad primam electionem,status viç finitus est, & post electionem, eius volũtas manet immobilis,cum sit infra voluntatem diuinam,quæ est inuertibilis ante,& post,& supra voluntatem hominum,quç ẽ vertibilis ante,& post, & ideo angelus appetendo malum, ei immobilr adhçsit. & hoc est qđ dicit. Damasce.s. ꝙ est hominibus mors; est Angelis casus,&c.

¶Quarto ratione speciei, & hoc sumitur ex peccato vtriusꝗ,quantum ad genus peccati, quia homo superbiuit ex appetitu sciẽtiæ, quando diabol⁹ sibi dixit, eritis sicut dii sciẽtes bonum,& malum, cuius.s.sciẽtiç natura creata est capax,Angelus vero supbiuit ex appetitu potentiæ,quãdo dixit ero similis altissimo Esa ia.14. quam.s.potentiam natura creata non ita perfecte recipere potest,sicut sciẽtiã.Vnde animç Christi communicata fuit ois scientia, non ois potentia, & ideo grauius fuit peccatum Angeli, ꝗ hominis, & per consequens minus remediabile.

¶Quinto, ratione circũstãtiç, ꝙ magis remediabile sit peccatum hominis,ꝗ Angeli, est ꝑpter circunstantiam, & propter occasionem peccati, quia homo peccãs, de venia cogitauit, & in aliquo deceptus est,non autem angelus, similiter quãtum ad occasionem peccati,quam homo habuit,quia alio suggerẽte,peccauit,& in carne fragili, quas occasiones Angelus minime habuit,ideo in ps. 77. Habetur,recordatus est quia caro sunt,propter ergo rationes ꝑ dictas,Iustum est ꝙ sola natura humana reparetur; Angelica ꝟo ĩ suo statu remaneat. Ad argumentum ergo Sathanç,dicitur ad primum, ꝙ habet locum in hiis qui dolorẽ habent de peccatis suis, & humiliantur, quod cum dæmones facere renuunt, vt dictum est, talem misericordiã non merentur,sed solum homines qui peccata sua lugẽt. Ad aliud argumentum, de satisfactiõe proportionata culpe.Respondetur, ꝙ talis modus terminabitur, per quem

sibi satisfiet.

QVANTVM ad secundam partem, Sathan dixit, quis nam talem satisfactionem faciet? non quidem pura creatura. non sancti Patres, Noe, Abraam, cum cęteris, q̃a nullus illorum satisfacere poterit, eo q̃ peccatũ, quod tu Adã cõmisisti hẽt in se infinitatem quãdam, ex triplici ratione. Primo ex infinitate diuine maiestatis, inquantum tu Adam contempsisti obedire Deo, & culpa tanto est grauior, q̃to ẽ maior persona in quã peccat̃. vt hẽtur. 17. q. 4. c. Sicut qui Ecclesiam, lõge ẽ grauius æternam, q̃ temporalem ledere maiestatem. Secundo ex obiecto qđ per peccatum auferebat̃, qđ est infinitum. sicut ẽ ipse deus, per cuius participationẽ fierent homines beati. Vnde August. factus est malo dignus æterno, quia in se peremit bonum qđ esse posset æternum. Tertio ẽ infinitum ex ipsa natura humana, quæ corrupta est, quæ infinitatem habet, inquantũ in ea possent supposita in infinitum multiplicari, operatio autẽ vniuscuiusq̃ patris, in inferno, non potest habere efficaciã infinitam, sed finitã, & ideo ipsi satisfacere non possunt, quia finiti ad infinitum nulla ẽ proportio, vt dicit Arist. in. 3. phi. Nec aliquis in mundo, quia omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ nõn est vsq̃ ad vnum, & ratio est, quia omnes sunt eidẽ culpe astricti, & obnoxii, nec ꝓ suo debito satisfacere possunt, quomodo ergo ꝓ aliis satisfacient? Neq̃ etiam aliq̃s angelorum, tum ratiõe dicta pro hominibus, & animabus limbi, quia Angelus est pura creatura, tum quia si Angel[9] redemisset hominem, & ꝓeo satisfecisset, hõ remaneret sibi obligatus, ꝛ quicquid facere posset, Angelo deberet, ratione redẽptionis, q̃ esset valde inconueniẽs, ergo talis satisfactio fieri non potest.

¶Cui respondit Adam, q̃ de[9] satisfacere potest, & licet non obliget̃, tamen eam potest facere, homo vero talem satisfactionem debet facere, sed non potest (ratione iam dicta) si igitur natura diuina vniatur naturę humanę, & ex hiis duabus fiat vnum suppositum, & vna hypostasis, tunc talis inquãtum homo digne & merito talem satisfactionẽ

assumet,inquantũ vero deus satisfactionem talem facere poterit,Ideo deus naturã humanam assumere debet, & ꝑ ea satisfacere.

¶Sathan,quomodo possibile erit diuinam naturam vniri humanę? Adam. Immo possibile est,tamen sciendum, ꝙ ad hoc ꝙ vna res vniatur cũ Alia,requirit mutatio,& operatio,& potentialitas in quolibet extremorum. sed nõ est sic de persona filii dei. quia ẽ actus purus,nõ recipit aliquã mutationẽ,⁊ ideo dicendũ,ꝙ natura humana fuit sibi vnita tanꝗ naturæ supposito, non constituto per eam in esse,eo modo, quo suppositum creatum constituitur in esse per sui naturam, sed tanquã supposito constituto in esse, per naturam diuinam, quia persona filii dei non venit recipere esse per naturã humanam,cuius est suppositum tẽporale,sed tantum per naturam diuinam, cuius est suppositum ab æterno. Restat ergo videre, quomodo possibilitas talis vnionis possit declarari,& hoc probo, tribus rationibus theologi. quarum.

¶Prima talis est,& dicitur ratio intimatõis sic, quodlibet quod est intimum,& singulare,⁊ amabile, vni personę, est ei vnibile spirituali,& incomparabili vniõe, sicut patet ex diffinitione Amicitię,quæ sic diffinitur. Amicitia est vnius ad alterum,cum charitate cõiũctio, in tantum qđ Dio. 4. de diui.no.ait. ꝙ amor est virtus vnitiua,tantę excellẽtiæ, ꝙ habet transformare personam amantem in rem amatã. Exemplum ferri,qđ missum in flãmam transformatur in similitudinem ignis, sed de⁹ est animæ intimus, & amabilissimus,ergo substantię rationali,perfecte vniri potest, spiritus increatus,consequẽtia est nota,quia vt dicit Cic. in lib.de amicitia, ver⁹ amor efficit vnum ex duobus. similiter Arist 9.Ethic. ait amicus est alter ipse, concludit ergo ꝙ talis virtus amoris, trãsformatiua , potest vnire deũ cũ homine.

¶Secunda ratio talis est, ⁊ dicitur ratio assimilationis. sic, facile est vnire illa quæ ad inuicem aliquam similitudinẽ habent,ex.2.Phi.&.2.de genera.in.c.de permixtione, & trãsmutatione elemẽtorum,vbi dicitur ꝙ in habentibus simbolum.i.similitudinem, facilior est trãsitus, & in eodem, omnia similia coniũguntur,

ſed homo creatus eſt ad Dei imaginem,& ſimilitudinem, vt dicitur Gene.1.Ergo huma na natura fuit vnibilis diuinę, aliquo modo in perſona diuina.

¶Tertia ratio, dicitur attributionis, ſic quicquid nō implicat contradictionem, vel imperfectionē,ſed perfectionem,⁊ dignitatem,eſt deo attribuēdum.Sed ipſum incarnari,eſt huiuſmodi, ergo &c. maior patet per Dio.in lib.de diui.no.minor probatur. Nā naturam diuinā vniri humanę in vnitate perſonæ, non eſt aliud,ꝙ diuinam perſonā, quæ ab æterno fuit hypoſtaſis reſpectu diuinæ naturæ, fieri hypoſtaſim, reſpectu naturæ humanæ,in tpe, & hoc non dicit aliquam imperfectionem,vel contradictionē, ſed potius perfectionem, dignitatem,& nobilitatem. Nā ſicut deus licet ſit bonitas infinita ab æterno, nullā venit tñ pati impfectionē, vel indignitatem,ſi eſt cauſa bonitatis create in tempore, ſic dico,In propoſito, cum perſona filii dei ſit hypoſtaſis intellectualis, & ſpiritualis, & increata ab ęterno,in nullo venit ſibi derogatum, ſi etiam ſit hypoſtaſis naturæ create, ex tempore.

¶Et licet non valeam de tali vnione adducere exempla in creaturis quę ſint totaliter ſimilia, vt ait Augu.in Epiſto. ad voluſianum,tamē hoc ſolum per il piu intelligibile,& conueniēs dicam, de mente Alexan.de Ales, & multorum doct.videlicet de inſertione rami in trunco arboris, quia ſicut in illo trunco eſt vnus ramus per naturam, & ſuper additur vnus alius per inſertionem,ita in eadē perſona, in qua eſt naturaliter diuina natura,per vnionem impoſita eſt natura humana,⁊ tamē ſicut nō ſunt plures arbores, ſed vna tantum,ita non ſunt ibi plures perſonę,ſed vna ſola.i. perſona Chriſti diuina. Item ſicut in arbore inſerta continētur multi fructus differentes ſpecie, ſicuti eſſet qñ ramus vni⁹ arboris, venit inſertus in vna alia arbore diuerſe ſpeciei differente, ita in vnitate pſonę chriſti,habent cōſiderari,alie proprietates, conueniētes naturæ diuinę, & Alie conuenientes, naturæ humanæ . Præterea ſicut in vnione quæ fit per inſertionem, vnum non eſt alterum, ſed fit de hypoſtaſi alterius, ſicut eſt. V.gra.quando pirus

inserit in vno pomario, tunc fit vnum suppositum. i. vna sola arbor, & natura pomi, non est natura piri, & econtra, & tamen vterq; fructus, ẽ productus de essentia arboris ꝙ clare cõstat, per hoc ꝙ hęc ꝓpositio erit vera, ista arbor est pirus, & similiter etiã hæc erit vera, Ista arbor est pom⁹, sic a simili, est dicendum de vnione diuinæ naturæ, & humanę in christo, quia natura diuina non est humana, nec econtra. Sed natura diuina & humana sunt vnum supposi-tũ in vtraq; natura subsistẽs, ita quod hæc est vera, hic est homo, demonstrato Christo, & iterum hæc erit vera hic ẽ deus, eodem demonstrato, quia vnio diuinæ naturæ hũmanæ, in persona Christi, facit eum eẽ hominem, & deũ, ſm exemplum, & similitudinem, quam scribit Augu. in libro, de spiri. & ani. c. Sicut in vnitate personę hominis, anima vnitur corpori, vt homo dici possit, ita in vnitate personę christi, deus vnitur homini, vt Christus sit, & sic patet possibilitas istius vniõis.

¶ Iterum Sathan, quæ nã persona diuina incarnabitur? Nõ enim pater, quia licet hæc redemptio sit quędam noua recreatio mũdi, iuxta illd Apocalip. 2. Ecce ego noua facio omnia, & sicut patri potentia creandi attribuitur, quia sua potentia mundum ex nihilo fecit, ita ipsum recreare deberet, tamẽ nihil pater fecit per potentiam suam, nisi mediãte Sapientia filii, & bonitate spiritus Sãcti. Nam in prima creati. dicitur: Gen. 1. In principio creauit. i. in filio creauit cœlum & terram, & subsequitur spiritus autem dñi ferebatur super aquas, & sic non videtur ꝙ pater possit de se. si dicas ꝙ spiritus sanctus, eo ꝙ hæc redemptio principalr pertinet ad remissionem peccatorum, ſm illud Matt. 1. vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ, remissio enim peccatorũ attribuitur spiritui sancto. Ioan. 20. Accipite spiritum sanctũ quorum remisseritis peccata, &c. Sed debes aduertere ꝙ. S. S. ẽ donum patris, & filii, & sic debet donari ab aliquo, peccatoribus, ergo nec spiritus Sãctus potest, nec etiam fil⁹ vt probari posset.

¶ Tunc Adam respondit, licet pater, & spiritus sanctus, per rationes dictas non possint, vel non congruum sit ſm

çere talem redemptionem, tñ filius potest, & hoc probatur multiplici ratione.

¶Primo, ratione filiationis.

¶Secundo, ratione imaginis.

¶Tertio, ratione sapientiæ.

¶Primo, cõuenit filio, inquãtum a patre procedit, conuenit sibi mitti, ⁊ obedire patri, pater autẽ a nullo est. ad Phi. 2. Christus factus est obediẽs vsq; ad mortem. Secundo inquantum filio competit, deprecatio ad patrem pro peccatoribus, primę Ioan. 20. aduocatum habemus apud patrem Iesum christum, & ipse ẽ propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum sed etiam totius mũdi. Tertio, inquantũ filio conuenit terminatus modus originis, vt qui in diuinitate est filius dei, in humanitate sit filius virginis. Nã si pater, vel spirit⁹ sanctus, temporaliter nasceretur, eẽnt duę filiationes, qđ esset valde incõgruũ. Secundo cõuenit filio ratione imaginis. Nam homo fact⁹ est ad imaginem, & similitunem dei. Geñ. 1. Faciamus homo ad imaginem &c. & infra ad imaginem quippe dei fact⁹ est homo, & primę Cor. 11. Vir non debet vellare caput suũ, quia imago, & gloria dei est. Conueniens est ergo, vt ille qui est imago patris, assumat illum qui est ad imaginem patris, & Dei, & hoc ab æterno fuit prędestinatum, Roma. 1. Quos pręsciuit, & prędestinauit, conformes fieri imagini filij dei, vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Tertio, conuenit filio, quia est sapiẽtia patris, pater enim est valde seuerus, & si ipse iret, & videret tot mala, & scelera quæ in mundo fiunt, timẽdum esset ne eis maiores infligeret penas, & punitiones, spiritus sanctus est ita bonus, & misericors, ꝙ statim parceret eis, sine aliqua satisfactiõe, & sic iustitia non haberet locum suum, filius autem cũ sit summa sapiẽtia, medium tenebit, taliter seueritate vtens, ꝙ misericordiam non dimittet, & talr̃ misericordiã impendẽs, ꝙ iustitia nõ relinquet, & sic per rationes dictas, patet cõgruum esse filium incarnari.

¶Sathan, qualis erit modus incarnationis filii dei? Adam in ista incarnatione vel conceptione, in vno instanti tẽporis, erunt multa instantia naturæ, siue signa naturæ, nã in primo instãti naturę. b. Virgo consensit Angelo, d. Ecce ancilla dñi. In secũdo, ſm Da

masce. Fuerunt decisi sangui nes purissimi, virtute spirit⁹ sancti, & a virgine gloriosa, & deportati virtute totius trinitatis, ad debitũ locũ generatiõis. In tertio istãti totũ corpus fuit perfecte organizatũ a tota trinitate, concurrente etiam Virgine gloriosa actiue, Sco. in. 3. di. 4. q. vlti. & ex illis purissimis sanguinib⁹ virginis glo. virtute sanctissimę trinitatis illud corpus fuit fabricatum, ex omnibus membris virgi. glo. ita ꝙ caro illi⁹ corporis, ossa, medulle, man⁹, pedes, caput, os, nares, & huiusmodi, fuerunt ex carne, ossibus, medullis, manibus, pedibus, ore, naribus Bea. virginis, sicut Btũs Iacob⁹ de Marchia quęsiuit a Papa Sixto, existẽte adhuc Cardinali, & ex signo habito a quadam pictura virginis ĩ camera Cardinalis existẽte, & inclinãte caput ad confirmationem istius. In quarto instãti anima illa gloriosa fuit a tota trinitate creata. In qnto instãti, fuit ab ipsa Trinitate ipsi corpori miro quodã modo vnita. In sexto ĩstãti ex anima, & corpore, resultauit. Tertia entitas, quæ ẽ natura humana. In septimo ĩstãti fuit singularizata, qa ẜm Dama. assumpsit naturam in athomo. i. singularẽ. In octauo instãti, natura humana, q̃ debebat suppositari, siue personari in Frãcisco, siue in Antonio, ita vt diceretur persona francisci, vel Antonii, tũc in eodẽ ĩstãti naturæ tota trinitas vniuit filio dei In vnitate personę, ita qđ ipse solus filius dei, terminauit dependẽtiã ipsam. In nono instanti tota trinitas illuminauit intellectum christi, ita ꝙ intelligebat omnia in verbo, & in illo instanti habebat maiorem, ⁊ clariorem notitiã omniũ cõtentorum in ipso verbo, q̃ nũquã aliquis sanctus vel Angelus in patria, vt potest elici a Sco. in. 3. d. 14. In. 10. instãti naturæ, voluntas animæ christi fuit informata summa gratia possibili creari, Sco. in. 3. d. 2. & sic habuit maiorem gratiã, q̃ oẽs sancti in statu gratiæ, & gl̃iæ. In vndecimo instãti ipsa anima benedicta fruebat̃ eẽntia diuina, & erat summę beata, & maiori btĩtudine, q̃ nũc oẽs sancti Angeli. Sco. in. 3. di. 13. In. 12. ĩstãti, ipsa beatitudo animæ christi, nouo miraculo, non redundabat in corp⁹ Christi, ita ꝙ cũ beatitudine maxima stabat passibilitas carnis, & hæc oĩa fuerunt in vno instanti tpis, & ideo Au-

gust.in.2.Epistola ad Volusianũ, Si quæritur ratio erit mirabilis, si exẽplum poscis, erit singulare, dicamus deũ aliqd posse, quod nos fatemur inuestigare non posse. In rebus talibus tota ratio facti, ẽ potentia facientis.

¶Sathã dicitur in scriptura, ꝙ ista conceptio filii dei, erit in matre virgine, quomodo erit cũ conseruatione suę virginitatis? Adã, hoc probatur, auctoritate sacrę scripturę, ꝑ supponendo ꝙ qñ legislator ordinat aliquid cum cõditione, per hoc significatur, ꝙ potest venire oppositum illius rei, sine tali conditione. V. g. habetur Exo. 20. si quis occiderit ꝓximũ per industriã, significatur ꝙ põt qs occidere hoiem, & nõ ex industria, vel studio, talis nõ veniret incurrere in pœnã illius legis. Sic similiter, si quis diceret si veneris ad me dabo tibi denariũ, datur intelligi, ꝙ tu potes nõ venire, & sic non recipies denarium. Cum ergo habeatur, Leui. 12. Mulier si suscepto semine peperit masculũ, immũda erit, qd oportebat addere, hoc verbum, si suscepto semine: cũ sine talis seminis susceptiõe, fęmina via naturali nõ põt concipere, non per aliud nisi dãdo intelligi, ꝙ vna fœmina futura erat, & cõceptura, & paritura, sine virili semine, aliter frustra apposuisset hoc verbum, si suscepto semine, cum via naturali nõ possit parere aliter, sicut hõ non põt videre sine oculis, & hęc fuit B. vir. quę non cõcepit ex cõmixtiõe seminũ, sed ex mystico spiramine, ⁊ sic ad illam legem non erat subiecta, hiis auditis Sathã confusus discessit & habetur secunda pars.

IN tertia parte. Notãdũ ꝙ facta declaratiõe possibilitatis istius incarnationis, eiusq; mysterio reuelato, patribus in lymbo, ceperũt ipsi exultare. Dauid hoc audiẽs, recordatus ẽ ꝓmissiõis, quã sibi fecerat dñs, & accipiens calamum scripsit vnam breuẽ Epistolam ad concistorium trinitatis, sub hac forma verborum. Memẽto dñe Dauid, & omnis mãsuetudinis eius, quæ cum lecta esset, in concistorio diuino, omnes admirabantur, tunc sapientia diuina ait, nullus miretur de hac epistola, qa iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum de fructu ventris tui ponam super sedem

meam,ps. III. Et ideo nūc est tempus ꝙ tu deus recorderis Dauid,& ſerues ei promiſſionem, Fuit ergo miſſus Angelus Gabriel in Iudeam; vt quæreret inter omnes filias ex ſemine Dauid, ſi eſſet aliqua pulchra,humilis, & virtuoſa, q̄ idonea eſſet recipere filium dei in vtero ſuo. Adducte fuerunt multe mulieres, videlicet,Sara,Rebecca, Rachel,Iudith,Suſanna,Anna ꝓphetiſſa,& nulla illarum grata fuit deo, & primo dixit Sare,o Sara non meminiſti deriſionis, quam feciſti, quando dixit te debere concipere filiū tuum Iſaac,& credere noluiſti. Gen̄.18. Ideo non es digna. Secundo dixit Rebeccę, vxori Iſaac,o Rebecca non recordaris ꝙ malitia tua virum tuum decepiſti, priuans Eſau benedictione paterna. Gene. 27. Ideo nolo te. Tertia fuit Rachel vxor Iacob cui dixit deus nōne recordaris ꝙ furata es Idola pr̄is tui,⁊ abſcōdiſti ſub herba. Gen̄.31. ergo nō mereris. Quarta fuit Iudith cui ſpiritus ſanctus,O iudith non recordaris ꝙ erga holofernem principem,manus ſāguineas habuiſti, & licet hoc fuerit cum merito,tamen turpe videtur. ꝙ mulier cōmittat homicidiū,quare ego nolo te. Quinta fuit Suſāna, cui deus o ſuſanna non recordaris ꝙ vngebas te in pomario, & ob hanc cauſam induxiſti ſenes in concupiſcētiam tui. Dani.13. quare non es digna. Sexta fuit Anna ꝓphetiſſa, aſſidue ſtās in templo Salomonis,cui Deus. O Anna tu ſcis qa vidua es,& corrupta, quare nō decet te eſſe matrem filii mei,Nouiſsime Angelus p̄ſentauit vnam puellam, virginem,Beatam.ſ. mariam, quæ erat filia Ioachim nouiter deſpōſata cuidam ſeni nomine Ioſeph,ď tribu,⁊ ſemine ſuo, & ait Angelus,ego reperi vnā puellam, cuius pulchritudinem corporalem, ad p̄ſens ommitto,cum nec vnq̄ ſibi ſimilē natura produxerit, ſed dicam de virtutibus eius,iſta eſt ita pura in anima, ꝙ preſeruata fuit ab omni macula Originali,charitate plena, tā pia; ꝙ nunq̄ aliquis in tribulatione conſtitutus, acceſſerit ad eam, quin conſolationem receperit,ita exēplaris,⁊ deuota, ꝙ omnes eam vidētes,quis maximi peccatores, ad maximam deuotionē prouocaretur. nunq̄ fuit aliquis ita impudicus quin eam videns ad deuotionem prouocaretur,

caretur, est enim virgo, & virginitatem, primo deo vouit, & ita seruare intendit, q̃q̃ maritum acceperit, hoc fecit vt viri ministerio vteretur, & vt matrimonium bonum comprobaret, non autem ꝙ eam carnaliter cognouerit.

¶ Ista fuit figurata per illud tabernaculum sãctificatum, quia super omnes sanctos sãctior est, fuit ibi aurum, & argentum, quia in ipsa fuit gratię plenitudo, dcorata lignis imputribilib⁹.i.perfecta charitate, humilitate, sobrietate, & cęteris virtutibus, faber est spiritus sanctus, qui ipsam adeo subtilr ornauit, vt fieret mater, & virgo ibi Archa dñi, est filius Dei in vterum virg. descendens. ibi fuit potestas diuinitatis, Ecce virga, ibi anima christi, in qua deus scripsit amplissimam sapientiam, Ecce tabule, & caro in qua apparuit dulcedo beniuolentiæ. Ecce Manna, erant duo Cherubin sese respicientes, qui sunt duo testamenta mutuo veritatem de ipsa nũciantia, vt patet, de Luca, & Esaia, altare vbi mactabãtur bestiæ, est ipsa virgo, q̃ est exẽplarium, ad quod si quis attendat, reperiet qualiter acta brutalia, & bestialia.s. peccata debeant occidi, est ibi mẽsa panum, quia in ipsa est omnium tam peccatorum, q̃ iustorum refectio, est candelabrum respiciens ad Aquilonem, per aquilonẽ intelligas infernũ. Hier.1. Ab Aquilone pandetur oẽ malum, quia in eo est virgo in adiutorium, & subsidium contra diabolum in exitu vitæ præsentis, sic igitur fuit ornatum istud virgineum tabernaculũ filii dei, quibus virtutibus narratis, Visum est omnibus, vt eam deus accipere deberet in matrem, ait ergo, deus ad Angelum Gabrielem, vade nuncia sibi, quia volo ipsam in matrem filii mei, & tunc missus ẽ Angel⁹ Gabriel a deo ĩ ciuitatẽ Galileæ, cui nomen, &c. dicunt quidam ꝙ beata virgo actualr legebat illam prophetiam, Esai 7. in qua dicit, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. ꝙ ipsa nesciens quæ deberet esse ista mulier, tam deo accepta, quæ filium Dei virgo conciperet, & pareret, deum deprecabatur, vt sibi concederet hanc virginẽ videre, & ei famulari (practica) & manente ipsa, in tali cogitatione, ingressus est Angelus ad eam, & Nota quod beata virgo nõ stabat in pla-

tea, in via, non in hostio, sed intra domum secreta, in camera, in contemplatione illius prophetię, ad quā ingressus Angelus in specie pulcherrimi iuuenis, & honesti, albo indutus, & lilium in manu ferens, cui reuerenter genuflexit, & dixit. Aue gratia plena, dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, quæ cum audisset turbata est in sermone eius, dicit glo. non de visione Angelica, sed de salutatiōe insolita, ideo dicit turbata ē in sermone eius, non in visione. Origenes dicit, si sciuisset. B. Virgo ad alium similem esse dictum sermonem, vtpote q̄ habebat legis scientiam, nūꝗ eā quasi peregrinam talis salutationis, terruisset, hęc ille, quę turbatio nihil aliud fuit, nisi quædam admiratio, & sequitur, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

¶Primo enim cogitabat, super illo verbo. Aue, legerat. n. vetus testamentum, & nunq̄ reperit aliquem esse salutatū per istud verbum Aue ab Angelo. Nam iudicum. 6. Quādo Angel⁹ apparuit Gedeoni, dixit ei, dominus tecum virorū fortissime. Tobiæ dixit, gaudium sit tibi semper, nunquā autē alicui in veteri testamēto, dixit, Aue, nisi Marię virgini, & hoc, ꝛ ostenderet ipsam fore totam contrariam. Eue, vnde. Aue dicitur ab. a ꝙ est sine, ꝛ ve. s. sine ve. quia Maria fuit sine ve, tam pene, ꝙ culpe, Eua econtrario fuit causa peccati, & penarum. Itē Eua clausit nobis ianuam paradisi, Maria vero illam aperuit, Aue, ecōtrario prolatum fuit Eue, ad denotandum ꝙ Maria tota contraria fuit Eue, & ideo cogitabat qualis eēt ista salutatio.

¶Deinde dixit, gratia plena, nullus in veteri testamento, hoc de se audiuit, quāuis sanctissimus foret, sed sola Maria, quia dicit, Hierony. cæteris per partes, Marię se totam infudit gratiarum plenitudo, & Bernar. in vētre grā deitatis, ī corde, gratia charitatis, in ore grā affabilitatis, in manbius gratia misericordiæ, & largitatis. Idem vere gratia plena, quia de plenitudine ei⁹ capiunt vniuersi, captiui redemptionem, tristes consolationem, peccatores veniam, iusti gratiam, Angeli letitiam, tota trinitas, gloriā, filius hominis humanę carnis substātiam. Ideo cogitabat qualis esset ista salutatio.

¶Deinde dixit, dominus te-

&ctū, Bernar. dñs tecum pater, qui te genuit, dominus spiritus sanctus, de quo concipis, dominus filius quē carne tua induis, ideo cogitabat, &c.

¶Deinde, Benedicta tu ī mulieribus. i. super omnes mulieres vnde mulieres triplici maledicto subiecte erant. s. maledicto opprobrii, maledicto peccati, & maledicto supplicii, maledicto opprobrii, quo ad non concipientes, vt Geñ. 30. dixit Rachel, abstulit dñs opprobrium meum. i. sterilitatē Maledicto peccati, quo ad concipientes. ps 50. Ecce enim in iniquitatibus concept⁹ sum, maledicto supplicii, quo ad parturiētes. Geñ 3. in dolore paries &c. Sola ergo virgo Maria benedicta fuit in mulierib⁹. i. super omnes mulieres, quæ quāuis fuerit virgo, tamen fecunda, & quāuis fecunda, tamen sine peccato, & quāuis peperit tamen cum maximo gaudio, & sine dolore, ideo cogitabat, &c. Et videns Angelus eam turbatam dixit. Ne timeas Maria, &c. Vnde Chrisost. qui apud deū meretur gratiam, non habet quod timeat, ideo dixit inuenisti gratiam apud deū. i. splēdorem pudicitie.

¶Deinde Angel⁹ fecit sibi ambasiatam. d. Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, vsq; non erit finis, & declara omnia ſm glo. hiis auditis, virgo benedicta, ignorās per quem modum. hoc fieri posset, plena tamen fide, non dubitans, sed de modo, quo modo hoc fieret interrogās, ait, quomodo fiet istud, quoniam virum nō conosco, nec etiam cognoscere ꝓpono cū iam virginitatē meā deo seruandam vouerim, & conceptio generalr̄ cōmuniter, nō fit, nisi virginitate amissa, ait Angelus ad eam, Spiritus sanctus superueniet in te. i. accipiet de purissimo sanguine tuo, de quo organizabit corpus, ⁊ in ipso corpore creabit animam, & in eodem instanti, vtrunq; fiet, & virtus altissimi, quæ ē fili⁹ dei, obumbrabit, se in tali corpore, vt tu possis substinere, & obūbrabit tibi. i. faciet tibi vmbram refrigerii, vt sine concupiscētia concipias, & sine grauamine portes, & sine dolore paries. ideo illud sanctū quod ex te nascetur. i. illud compositum. i. anima & corpus, & diuinitas, vocabitur filius dei, erit etiam filius tuus, fili⁹ dei ratione diuinitatis, filius tu⁹,

ratione humanitatis. Deinde dat exemplũ de cognata sua Helisabeth, &c. Quia non est impossibile oẽ verbum apud deum. Tunc Maria genu flectens oculos, ac man⁹, ad cœlum erigens, cum maxima humilitate dixit, Ecce ancilla domini, fiat mihi, &c. Non dixit Ecce regina cœli, domina mundi, mater Dei, sed ancillã se vocans ait, fiat mihi secundum verbum tuum, & statim formatum est corpus, & infusa aia, & vtrią; coniũcta est diuinitas, & verus deus, & ver⁹ homo, fuit in ventre suo, & Angelus & virgo, eum reuerẽter adorauerunt.

FINIS.

## FERIA SEXTA IN Parasceue.

## DE AMARA CHRISTI passione.

O VOS oẽs qui transitis per viã attendite, & videte, si ẽ dolor similis, sicut dolor me⁹. Tren 1.

Tractaturus in hac sacratissima, & deuotissima die, de Altissimis, difficilib⁹, arduis, ingentibus, laboriosis, sublimibus, & eximiis rebus excedentibus facultatem ingenii mei, videlicet de stupenda, atque admirabili, ludibriosa, ac flebili, crudelissima, & vituperabili, dolorosa, atq; lachrymosa passione dñi nostri Iesu Christi, & de eius amarissimis, atq; horribilibus tormẽtis, & terribilib⁹ angustiis, ac anxietatibus, totus in me deficio, mallẽq; alios audire, q̃ loqui, potiusq; tacere, q̃ prędicare, vellẽq; libentius flere. quã vos ad fletum inuitare, maxime cum in tam ardua prædicatione, totaliter omni sufficientia hac die sim priuatus. Nam tibiæ mihi deficiunt, ex debilitate, cum debilitata fuerit hodie virtus mea, Iesus christus, brachia mea relaxãtur, cũ in Cruce extensa sint, & prolongata brachia saluatoris, caput meum languidũ est, & doloratum, cum spinis horribilibus sit caput domini transforatum. Deficit eloquium meum, & vox mea rauca facta est, quia prędicator veritatis hodie in cruce suspenditur. Os meum amaricatur, quia os creatoris mei, fel,

le,& aceto potatum ē. Aures meę surdescunt, audientes illas terribiles iudęorū voces, Dñm accusantes, oculi mei tenebrescunt, dominum suum vellatum, consputum, & sanguine madefactum, ac deformiter vulneratum aspiciētes, Nares meę obturant, sentientes cum domino Iesu, fœtorem immunditiarum mōtis Caluarię. Deficit omnis animę virtus, considerans fortitudinem, & virtutem totius mundi afflictam, & laboribus conquassatam. Cor meum totum obnubilatum est, oesq; potentię meę, tā animæ, quā corporis, obstupuerunt omnemq; sensum, & intelligētiā quodammodo perdiderunt, considerantes mori in mortalem, pati impassibilem, vitāque occidi æternam. Ideo dicere possum, illud ps. 37. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorū meorū, ⁊ ipsum nō est mecum, & illud Tren. 2. Defecerunt prę lachrymis oculi mei, cōturbata sunt viscera mea, nec mirum si hęc mihi accidunt, cum etiam res insensibiles, ex morte Saluatoris, tantam conturbationē senserint, q; Astronomi dixerūt aut deus cęli patitur, aut tota machina mundialis destruitur. Vnde Augu. in serm. 5. de passione domini, inquit pallent astra, tremit terra, turbantur elementa, procedūt ex suis tumulis funera, neque enim sepulchra corpora mortua tenere potuerunt, quando gehenna simul crepuit tota, & idem Serm. 12. de passione dñi dicit, Sol ab hora sexta, obscuritate se īduit, dies se in noctem mutauit, terra se tremore concussit, Sol ne videret deum crucifixum, dies ne videret occisum, terra ne occisi corp⁹ exciperet, omnia etiam elementa officia sua deserunt, ne videantur iudaicō sceleri prębuisse consensum, si solitis fungerentur officiis, hęc ille. Angeli quoq; in hac nocte, signa maxime compassionis ostenderunt, de quib⁹ Esai. 33. d. Angeli pacis amare flebant nec mirum si tantam tristitiam ostenderūt omnes creaturę, in passione creatoris sui. Nam vt ait Chriso. super Matth. Patrefamilias moriente, domus eius tota turbatur, familia plāgit, & nigris vestibus induitur, multo magis facere debuerunt ipse creature in obitu illius qui est paterfamilias toti⁹ vniuersi, qd ergo faciam: ego miser, & in-

ſufficiens, atq; ineptiſsimus; cum non ſimus ſufficiẽtes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex deo ſit, ſecundę Cor.3. In hac autem die non poſſum rationabiliter auxilium implorare diuinum. Si enim ad celeſtem patrem recurro, timeo ne dicat mihi, Non eſt conueniens, vt tibi hodie ſuccurram. Nam mihi attribuitur potẽtia, iudei autem abſtulerunt eam, dicẽtes filio meo. Matth.27. Confidit in Deo, liberet eũ nũc, ſi vult; quaſi dicat, eum liberare nõ poterit, & p̃s. 21. Sperauit in domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eũ. Si autem recurro ad filiũ, reſpondebit mihi, non eſt congruum, vt tibi hodie ſuccurram, qui mihi quantũ homo, ſuccurrere non poſſum, dicẽtibus iudęis. Matth.27. Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluum facere non poteſt. Vnde cum mihi attribuatur Sapientia, ipſi quantum ex ſe abſtulerũt eam, di. Marci.5. Vah qui deſtruis tẽplũ dei, & in trib⁹ diebus reedificas illud, ſaluum fac temetipſum, deſcendens de Cruce. q.d hoc facere nõ poteris, & ideo vt ſtultus loquutus es, dicens te poſſe tẽplũ deſtruere, & in tribus diebus ſcire illud reedificare. Si autem recurro ad ſpiritum sãctum, timeo ne dicat, licet clemens ſim, & appeller, tamen contra tales crudeles iudęos, non clemẽs, ſed crudelis eſſe debeo. Præterea hodie gratiã tribuere me non decet, quia mortuus eſt ille, cuius bonitatem, & gratiam cõicare conſueui, & cui⁹ generationis ego cauſa extiti, dicẽte. Eſa.63. Spiritus ſanctus ductor ei⁹ fuit.

¶ Quo igitur me reuoluam? Nam cum ſm̃ conſuetudinẽ meam, ad matrem gratiarũ, Virginem Mariam, hac die recurrere vellem, viſum eſt mihi, in quendam ſenem barbatum vſq; ad cingulum, veſtib⁹ nigris indutũ incidiſſe, qui videbatur Hieremias propheta, & cauſam itineris mei cognoſcens, inquit, Noli, fili, Noli hodie moleſtare virginẽ Benedictam, verificatum ẽ. n. in ea, propter mortẽ filii ſui, qđ ego prędixeram, Treno.1. Facta eſt quaſi vidua dominagentium, plorans plorauit in nocte, & lachryme eius in maxillis eius, non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Verũtamen propter hęc verba, ab itinere meo, nõ ceſſans, ad prędictam virginem

perrexi, inueniq; eam doloribus plenam, vidualibusq; vestibus indutam, & lachrymis sanguineis madefactam. Cui dixi. O piisima virgo, succurre mihi hodie, volo enim dilecti filii tui pasionem, deuotis populis recitare, eosq; ad lachrymas inuitare, & te vsq; ad montem Caluarię, vnigenitum tuum lachrymantem, comitari. Tunc virgo benedicta, amaras fundens lachrymas, inquit. Ex quo non possum hodie ꝓ liberatione filii mei, gratiā inuenire, quomodo possū tibi succurrere? vbi est discretio tua? vbi est ꝓuidentia tua? vbi est sapientia tua? qui deberes mihi compati, & condolere, & per me vis gratiam inuenire? Noli in auribus huius infęlicissimę matris, hodie salutationē Angelicam personare, quæ tali die tota mihi in amaritudinem est conuersa. Nō igitur mihi dicas (Aue). i. sine veh. sum. n. tota plena doloribus, ꝓpter pasionem filii mei. Ne dicas (Maria) quod nomen interpretatur Illuminata. Nā cum sim hodie omni lumine priuata, nō amplius nominor Maria. Non dicas (gratia plena) mea etenim gratia consummata, ē in pasiōe dilecti filii mei, nō etiam dicas (dominus tecū) quia tangere non valeo, sed in manibus est iudęorum. Nō dicas (benedicta tu in mulieribus) Nam hodie pre omnibus mulieribus maledicor. Non dicas (benedictus fruct⁹ ventris tui) Ecce ꝙ ab omnibus maledicitur, accusat, conspuitur, & flagellat. Vnde verificatum est illud Esai. 1. blasphemauerunt sanctū Israel, & illud Treno. 3. Factus sum in derisum omni populo, cantī cum eorum tota die, & ideo noli dicere (sancta maria ora ꝓ nobis) qa hoc nō est decēs, vt faciam tali die. Verūtamē ne te omnino orphanum relinquam, & sine adiutorio, tibi aliam matrem dūtaxat hodierno die, demōstrabo, quę sup oēs hodie meruit exaltari, q a me abstulit filiū meum, Ista quippe est crux sanctissima? in qua saluator mūdi, dilectus filius meus, pependit, qui tali die pręcium mundi exoluens, tale supplicium voluit sustinere, quam genuflexo sic reuerēter, & deuote salutabis. videlicet.

Aue o croce degna de grāde honore
Vera insegna del populo christiano
Bello stendardo in cui salui

ne vano
Per Iesu christo nostro bon
signore.
Tu nai liberati dal grā furor
Da quelli rei che e ad inferno
stano
E a i tristi æterna pena dano
E senza fine doglia e merore.
Tu sei nr̄a lucerna luminosa
la nostra guida e lo securo
porto
Tu sei nostra speranza e bō
conforto
In questa hora tutta lachry
moſa.
Dame adiuto che la passion
penosa
De Iesu christo condemna-
to ad torto
Iniustamente crucifixo e
morto
possa narrar con voce pieto
sa. Amen.

¶Circa istam flebilem passio nem domini nostri Iesu christi, tria videbimus, videlicet.

¶Primo, eius intensissimum dolorem.

¶Secundo, horribilissimum progressum.

¶Tertio, crudelissimū finē.

¶Primo, eius intensissimum dolorem, In cuius meditatione, multū meretur anima deuota, q̄ magni sit meriti, passionem filii dei plangere, ostē dit Augu. in quodam serm. d. ꝙ magis meretur, vel vnā solam lachrymam emittēs, ob memoriam passionis christi, quā si vsq; ad terram promissionis peregrinaretur, & quā si per totum annū omni hebdomada totum psalteriū diceret, ⁊ plusquam si qualibet anni hebdomada, disciplinā faceret, vel in pane, & aqua, ieiunaret, vnde legitur ꝙ quidam laborans in extremis, in extasi, ductus ē ad iudicium & vidit coram iudice, merita & demerita sua ponderari, & demeritis prę ponderatis, exclamauit, si ad salutem meā, non sufficiunt merita, & opera quæ feci, saltem ponatis fidem & deuotionem, quam ad passionem dn̄i nostri Iesu christi habui, & post modicū, exclamauit. d. modo bene est & sic felicem emisit spiritum.

¶Propter hoc Beatus frater noster Ioānes de Aluerna, cognoscens tantum meritum, semper quando videbat crucifixū, lachrymas emittebat, Similiter Beatus frater noster Iacobonus de Tuderto, audiens legi passionem christi, nō solum lachrymas, sed nec clamores valebat continere. Ita etiam beat⁹ pater noster Sanctus Franciscus, passionē dn̄i nr̄i plorās, vt cecus quasi

totaliter effectus est.

¶ Vnde legitur ꝙ quidam vir deuotus, de partibus Angliç, ad terram sanctã profectus, ꝑ quendam paganum, qui habitabat in partibus illis, fuit conductus & existens, in quo dam nemore pulcherrimo, i quo erant arbores valde pulchre, & alte, cum autem dict⁹ Anglic⁹, in nemore tam ameno, nullam audiret auem cãtantem, cum tamen esset tempus veris, in quo solent aues magis decantare, maxime in nemoribus, admirari cepit, aspiciens autem sursum, vidit multas aues, expansis alis in ramis arborum iacentes, veluti mortuas, erat aũt hebdomada sancta, cũq; hui⁹ rei causam a saraceno ductore quæreret, ille ait, per totũ annum in abundantia hoc nemus auibus, & dulcissimo earum cantu decoratur, sed a dñica de passione vsq; ad diẽ pasce, omnes aues dimittunt cantum, & stant veluti mortue, quasi moriantur per cõpassionem cum magno propheta, ⁊ hoc faciunt omni anno, In dñica vero resurrectionis, cantum resumunt, quasi reuiuiscant cũ ipso, & de eius resurrectione gratulentur, & gaudeant.

¶ Ad hanc autem compassionem, nos hortatur sancta mater Ecclesia, quæ hodie tacet cantum, & sonum lçtitiç, quç fit cum flatu, & voce, & facit cantum mestitiæ, & tristitiæ, vt patet in lamentationibus, & sonum mestitiæ. s. cũ tabula sonans diuinum officium, vt repręsentet strepitum dñice captionis flagellationis, ⁊ passionis. Tacet autem sonũ letitiæ, qui fit cũ tactu, vt patet in cãpanis, quæ hodie nõ pulsantur, omnes enim spirituales campane hodie siluerunt, christus enim habebat duodecim Apostolos, quasi duodecim campanas, quibus fidem suam per totum mundum intonaret, dicente propheta. ps. 17. In omnem terrã exiuit, &c. Sed hodie vna earum pęnitus fuit fracta. i. iudas quia suspẽsus crepuit medius. Act. 1. Alia autem grossa cãpana. s. Petrus, qui semel tã altum sonum dedit, ꝙ super omnes Angelos auditus fuit, quando dixit, tu es Christus filius dei viui. Matt 16. Hodię sonum perdidit, quia ipsum confiteri ausus non fuit. Cetere quoq; cãpane. i. sancti apostoli similiter sonum perdiderunt, quia ipsum confiteri ausi non fuerunt, Alia aũt cam-

pana fuit.s. Beata virgo Maria, quæ tã dulciter sonuit, q ad eius sonum, in vterum suum filius dei descendit, quãdo dixit Ecce ancilla dñi, &c. Ad eius enim sonum.i.salutationem,Ioan. Baptista in matris vtero exultauit,Luc.1. Cuius dulcissimum sonum fili⁹ dei semper audire desiderauit, dicens. Cant.2.sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, &c. Sed ista campana sonum perdidit, quia prę nimio dolore pforata fuit.Luc. 2.& tuam ipsius animam pertrãsibit gladius. Alia insuper omnibus melior cãpana,fuit Christus,q non cessauit sonare,cũ non cessauerit pdicare, & tamẽ eleuata in campanili crucis, ibi multiplicem sonũ dedit.Nam in auribus patris, dedit sonum pie conquęstionis.d.Matt 16.Deus,deus me⁹ &c.In auribus autem matris, sonum dulcedinis, qñ ipsam Ioanni cõmendauit.Ioan.19. In auribus hostis, sonum magnę charitatis qñ pro crucifixoribus exorauit. Luc. 23. In auribus autem humani generis,sonum afflictiõis, & doloris. Tren.1. Attendite & videte,si ẽ dolor sicut dolor me⁹, & cum dixit,Sitio.Ioan.19.Tãtum enim ista campana inso-nuit, q tota rauca facta fuit. Vnde ait.in ps.Laboraui clamans,rauce facte sunt fauces mee,tãdẽ in quinq; partibus perforata fuit, & sic omnino siluit,& sonum ammisit,nullus ergo christianus debet esse qui non compatiatur domino nostro Iesu christo, & sue sanctissimę matri. Nã hodie dixit ei iniquissimus populus iudaicus.Ezec.24. Ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum .i. filium tuum,qui est non solum tibi, sed etiam cunctis gẽtibus desideratus,& ideo ad eius amarissimum dolorem,cruciatũ, afflictionem,omnes nos conuocans dicit. O vos omnes q transitis,&c In quibus verbis ostenditur,q maximos & inenarrabiles dolores habuit beata virgo Maria, propter mortem sanctissimi filii sui,& hoc secundum partem inferiorem,ratiõis, & in parte sensuali,licet quo ad partem superiorem rationis, consentiret morti eius,considerãs fructum redemptiõis humanę, Sicut est communis opinio omnium theologorum, & licet beata virgo Maria nõ fuerit corporaliter martyrizata, tamen tanta pena, & anxietas eam cruciauit in morte filii

fui ꝙ fuit plusquã martyr, & hoc propter dolorem ingentissimum, & ꝙ eius dolor fuerit intensissimus, multis rationibus probatur, Primo qa mulier erat. Secundo vnigeniti mater erat. Tertio quia pręsens erat. Quarto, quia ipsum sūmę diligebat. Quinto, qa ipsum iuuare non poterat.

¶ Primo, dico ꝙ maxime doluit quia mulier erat. Naturaliter enim mulieres magis cõpatiuntur tribulatis, quã viri. Vnde mulier dicitur quasi molier. Ideo Lactan. in lib. de opificio dei. c. 12. Inqt mulier, vt Varro interpretať, a mollitie est dicta, immutata litera, velut molier, est enim mollis mente. Ideo secundum philosophum, in omni genere animalium fœmine sunt molliores, quã masculi, præter vrsam, & Leopardam, & hoc qa mulier est naturaliter humida, ꝛ frigida. Ideo naturaliter est passibilis, & de facili fundit lachrimas. Vir autem naturaliter est calidus, & siccus, ideo nõ sic de facili patitur, nec compatitur, & hoc est ꝙ dicit philosophus. 8. de animalibus, mulier ē maioris pietatis, & compassionis, ꝙ̃ Vir, ideo mater de aduersitate, & morte filii, magis dolet, quã pater, eo ꝙ est magis mollis, & passibilis. In filii autē dignitate, ꝛ sublimitate, pater plus naturaliter gaudet, quã mater, quia pater est magis magnanimus. Vnde Prouerbio. 10. Filius sapiens letificat patrem, filius vero stultus, męstitia est matris sue, propter hãc ergo causam, ratione teneritudinis naturalis, piissima virgo. valde doluit ĩ morte filii sui, nunquã enim fuit, nec erit, aliqua mulier sic cõpassiua, sicut beata virgo, cũ ergo multe mulieres sequerētur christum eūtem ad mortem, plangentes, & lamentantantes ipsum, multo magis credendum est, de beata virgine, & sic patet, prima ratio.

¶ Secũdo, valde doluit, quia vnigeniti mater. Si enim alios filios habuisset, super eis consolata aliquantulum fuisset, sed amissio vnigeniti est valde dolorosa. Vñ scriptura qñ vult exprimere aliquē luctũ multum dolorosum, assimilat eum luctui vnigeniti, Vnde Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi luctum amarum. Super quibus verbis, inquit, glo. nihil dolentius vnigeniti morte, ꝛ ideo quia dolor inferni, erit valde magnus, assimilať dolori vnigeniti. Amo-

8. cõuertã festiuitates vestras in luctum, & omnia cãtica vestra in planctum, ⁊ ponam ea quasi luctũ vnigeniti, & hoc quia maiorem dolorem non potest hõ exprimere in hac vita, iõ Iob. 1. dicit ꝙ ipse audita morte filiorum, ob maximum dolorẽ, scidit vestimenta sua, & tõso capite, corruit in terram. ergo ꝑpter hoc, in beata virgine, causat⁹ fuit maximus dolor:

¶Tertio, maxime doluit, qa præsens erat, ad videndum, quãdo enim aliqua mater audit filium suum mortuũ, multum dolet. Sed qñ audit horribili morte ipsum occisum, magis dolet. quando vero ante oculos suos ipsũ videt crudelissime occidi, tũc maxime dolet, quia potentia propinqua, magis percipit obiectũ q̃ remota, vt inquit Philoso. 2. de anima. Beata ergo virgo Maria, vidẽs filium suum torqueri, ꝑpter hoc maxime doluit, ideo Hierony. in quodã Serm. quot lęsiones in corpore Christi, tot vulnera in corde matris, quot claui perforantes, quot ictus percutientes, ⁊ carnem rumpentes, tot sagitte per oculos intrantes, & totum cor, & animam virginis vulnerantes, hæc ille.

¶Quarto, causabatur maximus dolor, in ipsa ꝑpter immensum amorem, erga eum, ſm enim doct. virgo pia sola magis dilexit Christum, q̃ simul omnes creaturę, ideo dicere poterat. Can. 5. amore lãgueo, cum ergo amor sit virtus transformatiua, copulãs amantem cum amato, vt ait Dio. in lib. de diui. no. & cum christus doluerit supra illud quod lingua humana exprimere possit, ⁊ minima percussura facta in corpore Christi, excesserit oẽs passiones, ⁊ pęnas, quas vnq̃ passi sunt, vel patientur homines in hac vita, & cum amans debeat participare incõmodũ amici, vt dicũt leges, quia amicus se debet habere ad amicum, sicut ad seipsum, vt ait Philoso. 9. Ethi. concluditur ꝙ piissima virgo, in morte filii sui, summopere doluit, tãto enim qs magis tristatur de morte alicuius, quanto ipsum plus diligit, & ei magis vtilis, & fidelis est. vnde magis dolet de morte iuuenis prudentis, pulchri, sapientis, ac sibi obediẽtis, q̃ de obitu alterius, has cõditiones non habẽtis, cum ergo beata virgo Maria, viderit mori filium suum, pulchrũ, vtilem, &cę. Seqtur dolorem

eius fuisse maiorē, quā credi potest. erat enim maximus dolor, q̄a ipse dn̄s Iesus, erat totus suus filius, quo ad humanitatem, nō enim habuit patrem carnalem. vnde dolor qui debuerat eē in patre, si habuisset, totus fuit in sola matre. ideo maximus, q̄a virtus vnita, fortior est seipsa dispersa, vt dicitur i lib. de causis. Vnde dicere poterat, illud Hiere. quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum, ⁊ plorabo die ac nocte, filium, & hoc quia vt dicunt leges, mater magis diligit filium, q̄ seipsam.

¶Quinto, maxime dolebat, quia eum iuuare nō poterat, magna enim cōsolatio est matri, q̄n filiū in sua morte osculari, amplecti, & adiuuare potest, hæc autē mestissima mater, in nullo filiū poterat adiuuare, audiebat ipsum dicētem, Sitio, & non valebat ei potum dare, videbat eū vulneribus plenum, & non poterat vulnera alligare, conspiciebat ipsum sanguine irrigatū nec valebat lintheo abstergere caput male tenentem, & inclinatū nec poterat sustentare ipsum, cernebat in cruce flentem, nec valebat consolari, videbat expirare, nec valebat osculari, nec de cruce deponere. Ideo poterat dicere, illud primi Reg. 1. Mulier infęlix nimis ego sum, cuius quidem virginis dolores considerans Hiere. Treno. 2. eam alloquens ait. cui comparabo te, cui assimilabo te filia Hierusalem, cui exequabor te, virgo filia Syon, magna est velut mare contrictio tua, q̄s medebitur tui, & sic apparet, q̄ maximus fuerit dolor beatissimę virginis, in morte vnigeniti filii sui, ideo dicebat, o vos qui tran. per viam atten. & vide. si est do. si. do. meus.

¶Similiter ipse dn̄s Iesus, in cruce lachrymabili voce lamētaī, ⁊ afflictiones suas nob̄ īsinuās, dicit illud p̄s 37. afflictus sum, & humiliatus sum nimis, & illud Tren. 3. Recordare paupertatis meę, transgressionis meę, absinthii, & fellis, cui deuota anima respōdere debet, illud q̄d sequitur memoria memor ero, ⁊ tabescet in me anima mea.

¶Sciēdum est aūt, ꝙ sicut est sentētia Ric. in 3. d. 15. ar. 4. q. 3. Dolor christi fuit maximus omnium dolorū præsentis vitæ, & hoc ꝓbatur quatuor principalibus rōnibus. Prima dr̄ occasionis, scd̄a modificatōis 3. cōplexionis. 4. priuationis.

¶ Quo ad primam quæ dicit occasionis, sic arguitur, tāto magis quis affligitur patiendo, quanto non pro sua, sed pro aliena culpa patitur, qa tūc cōtra iustitiā, & æquitatē cruciatur. Vnde quādo quis se videt pati quod meretur, mitigat eius pena Ideo Ouidius in epi. epla.5. Inquit, leuiter ex merito, quicquid patiare ferendum est, quæ venit indigne, pena dolenda fuit, sed econtra, quādo quis patitur non pro sua, sed pro aliena culpa, fit dolor itollerabilis. Ideo Matth.27. Dicebat latro cōuersus, nos quidem digna factis nostris recipim⁹, hic autem quid? christus igitur patiens pro alienis delictis, nō pro suis maximā habuit causam doloris, & tāto maiorē, quanto omnes penas pertulit, quæ nobis debebantur p̄ nostris peccatis. Vnde Esa.53. Vere lāgores nostros ipse tulit, et dolores nostros, ipse portauit, afflictus est propter iniquitates nostras, & attrit⁹ est, propter scelera nostra, cū igitur christus fuerit sanctissimus, & sine vlla macula. Esa. 53. Qui peccatū non fecit, nec dolus inuent⁹ est in ore eius, iccirco maxime dolere debuit, & sic patet prima ratio.

¶ Secunda ratio dicitur mortificationis, tāto enim pena est acerbior, quāto velocius virtutem naturę destruit, maxime, vbi mēbrum aliquod non corrumpitur, sed christ⁹ in cruce suspensus, adeo cito est mortuus, vt etiam præses miraretur, ergo &c. Modus autem patiendi fuit grauissim⁹; tum quia patiebatur in locis maxime sensibilibus, s. in manibus, & pedibus, in quibus maxime viget sensus tactus, cum in eis sit maxima neruorum abundātia, tum propter doloris vniuersitatem, quia passus est per totum corpus; si consideremus in cruce eius grauem extensionem, & eam quæ præcessarat verberationem. Vnde Esa. ait a plāta pedis vsq; ad verticem capitis, non remansit in eo sanitas, adeo fuit eius cruciat⁹, q̄ s̄m sanctum Bona. habuit in corpore suo, vulnera sex millia 666. quantus est numerus militum vnius legionis. In toti⁹ corporis membris, & partib⁹, accerrime afflictus, & cruciatus est. Ideo dicunt doctores quod tantus fuit dolor passionis Christi, vt valde mirū esset, quare non statim morieretur, nisi quia phisici dicunt q̄ nemo ex dolore in hac vi-

ta mori poteſt, niſi ipſe dolor communicetur ſenſualitati, ſed diuinitas chriſti, permittebat ſenſualitatem pati, vſq; ad ꝓpinquitatẽ mortis, dein de virtutẽ nouã ei cõicabat, vt pateret magis, vñ nõ ſolũ ſe mel, ſed plures dolorẽ mortis ſenſit. Iõ aſſerũt doc. ꝙ qñ diuinitas dimiſit humanitatẽ, facere curſum ſuũ, ⁊ nõ dedit ei virtutem fortificãtem, tunc in cruce clamauit, deus deus meus vt quid dereliquiſti me? fuit igitur maxim⁹ dolor eius, quoniam diuinitas nullum refrigerium ei pręſtitit, ſicut cęteris martyribus. ¶ Tertia ratio, dicitur complexionis, dicit enim Philo. in lib. de ſenſu, & ſenſa. nobiliores potentiæ, ſunt magis apprẽhẽſiue obiectorum patet. Nam cum oculus ſit nobilior potentia quã manus, manus vero ſit delicatior calcaneo, hinc eſt ꝙ eadem percuſſio ęqualiter facta in ꝓdictis, grauiorem pęnam exhibebit oculo, q̃ manui, vl' calcaneo, quo præſuppoſito, tunc ſic, certum eſt ꝙ chriſtus habuit nobiliſsimam complexiõem ſuper omnes creaturas humanas, ergo in morte habuit maximam, ſuper omnes dolores afflictionem, & confirmatur, ſic, dicit Philo. in lib. de ſenſu & ſen. ꝙ omnis pœna, eſt principaliter in tactu. Vnde quando quis habet vnum mẽbrũ freneticum, vel indomitum, ſentit quaſi nihil vel modicũ puncturas in eo factas, & propterea habentes nobiliorẽ tactum, magis ſunt paſsibiles, ⁊ quanto ſenſus tactus eſt viuacior, tanto dolor eſt acutior, vt inquit Ariſto. in .2. de ani. Cum ergo chriſtus habuerit ſenſum tactus viuaciſsimum, quia eius nobiliſsimum corpus, fuit formatũ virtute ſpiritus ſancti, & illa quę immediate fiũt a deo, ſunt nobiliora, & perfectiora (dicente auctore in lib. de cauſis) quicqd facit cauſa ſecunda nobiliori, & altiori modo, facit cauſa prima. ergo, &c debet ergo quilibet chriſtianus, tãto magis moueri ad chriſti compaſſionem, quãto conſpicit corpus eius nobiliſsimum, maiorem, ⁊ acerbiorẽ ſenſiſſe pęnã & dolorẽ, rõne cõplexionis. ¶ Quarta rõ, dr̃ priuationis. Nã cũ dei fili⁹, ꝓp vnionẽ diuinæ, & humanę naturæ, oĩa futura prænoſceret, iuxta illud. Ioã. 18. ſciens oĩa quę ventura erant ſuper eum, vidit quot priuabantur merito ſuę paſſionis, & ſic vita ęterna, Vnde

ex hac prẹuisione, sibi causabatur maxim⁹ dolor, qui potest dici infinitus, tum qa numerus dānandorum qui priuabuntur merito suę passionis, dicitur infinitus, quo ad nos, tum quia priuandi sunt vita æterna, quæ est infinita, tum quia dolor dānandorū erit infinitus, & æternus. Ideo Ambrosius, inquit de dn̄o Iesu, tristis erat, & tristis videbatur, nō pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Item Hierem̄. in persona Christi, Tren. 3. inquit, in tenebris collocauit me, quasi mortuos sēpiternos. Maior igitur dolor fuit Christi considerando ingratitudinem nostram, quā ratione flagellationis, & crucifixionis, & mortis corporalis, & hoc probatur multipliciter. Primo ratione finalitatis, fundamentū ponit Tho. super. 2. Phi. Ex perditiōe finis magis augetur dolor, q̄ ex ꝑditione eorum quæ sunt ad finem, patet. Nam videmus per experientiam, ꝙ quando aliquis per totum annum essudauit ad laborandum agrū seu vineam, si postea veniat tempestas, seu pruina, auferēs fructus campi, aut vinum recoligendum, talis grauius de hoc dolet, q̄ de labore, & sudore totius anni, quo prẹsupposito clarum est, ꝙ christus hoc fine, voluit crucifigi, & mori, vt quisq; existeret gratus de tanto beneficio, & saluaretur, & ideo cum videret animas futuras, īgratissimas, & priuandas, merito passionis suę, magis. de hoc doluit, quam de crucifixione sua. Hoc idem probatur similitudine, videmus enim ꝙ mercator qui per mare, & terram, insudauit toto tempore vitæ suæ, ad congregādas merces, vigintiquinq; millium aureorum, si postea veniat in mari tempestas, quæ nauem cum mercibus submergat, tātum in se dolorem suscipit, quantum extimat valorem merciū submersarū. Cum igitur christus vt prudēs mercator, spacio triginta trium annorum, semper insudauerit ꝓ nostra redemptione, nosq; comparauerit sui prẹciosi sanguinis ꝑcio, iuxta illd' primę Petri. primo, scientes, ꝙ non corruptibilibus, auro vel argento, redempti ẹstis, sed prẹcioso sanguine Iesu christi. ergo vidēs propter ingratitudinem perdi animas, & prẹcium sui sanguinis, tantum dolebat, quātum erat prẹcium, & perditio animarum, & sic infinitus, &

patet,

patet. Vltima ratio, ꝙ dolor christi fuit quasi infinitus.

¶ Talis enim dolor, fuit maximus intensiue, & extensiue, de primo dictum est in pręcedenti ratione, de secundo dicimus ꝙ dolor christi fuit maximus extẽsiue, quia ab instāti conceptionis eius, fuerunt animæ christi, pręsentata omnia tormenta, flagella, dolores, sui, & sue beatissimę matris, ingratitudo multorum, propter quam debebant priuari merito suę passiōis: fuit etiam maxim⁹ in natiuitate, nascendo in angusto diuersorio, cum maxima paupertate, sine obsequio serui, & pedissequę, & tamen erat deus, & homo, fuit maximus in circuncisione, in qua incepit ꝓ salute nostra, offerre effectualiter suum pręciosissimũ sanguinem, fuit maxim⁹ in fuga in ægyptum, vbi per multos annos cũ matre sanctissima, & patre adoptiuo Ioseph, passus fuit multa incommoda, labores, in eundo, & redeundo, passus est in progressu suę ętatis, famen, sitim, frigus, calorem, & omnia incōmoda, quę pati posset purus homo, exceptis hiis, quæ ĩperfectionem dicunt; passus est in deserto, vbi. xl. diebus, & xl. noctibus, ieiunauit, patiẽdo pugnam diaboli, ipsum tentantis, passus est in prædicatiōe, persequutiones iudęorum. Vnde vltimo anno suę prædicationis, videntes Iudæi deuotionem turbæ, & efficaciā prædicationis christi, quærebāt summi sacerdotes, & scribę, quomodo Iesum interficerēt, Luc. 22. Ideo conati fuerunt capere eum in sermone, vt eũ postea accusarēt. Matt. 22. & vt caperent eum in iustitia. Ioan. 8. de adultera, volebant eum præcipitare de supcilio montis. Luc. 4. Volebāt eum capere, & tenere, sed timebant turbas, Matt. 21. Itẽ volebant eum lapidare. Ioā. 8. Iste autem persequutiones fuerunt pronunciate, per David. ps. 118. Vbi ĩ persona christi, dicit̃ sederunt principes, & aduersum me loquebantur. Item in eodem, principes persequuti sunt me gratis. & in ps. 9. Insidiatur in abscondito, quasi Leo in spelũca sua. Itẽ in ps. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dñm, & aduersus christũ eius. Vltimo collegerunt pontifices, & pharisei concilium, aduersus Iesum, vt eũ morti traderent, & occiderent. Ioan. 11.

quod concilium factum fuit dñica de passione, qua propter sciens Iesus, quia nondũ venerat hora ei⁹, recessit de Bethania, vbi morabatur, & iuit in Ephren ciuitatem paruam, in qua fecit multa miracula, vt habetur Matt.16. Sed antequã iret, pie credendum est, ꝙ a dilecta matre sua, licẽtiam discedendi petiit. d. mater mea charissima, nosti ꝙ perfidi iudæi coniurauerunt in mortem meã, quia igitur necdum aduenit tempus mortis meę, cum licentia vestra, aliquibus diebus eorum rabiẽ declinabo. Bene ergo vale, donec reuertar. Ad hæc autẽ verba męstissima mater, respondit, o fili dilectissime, rogo te ne a castro isto in quo securus hucusꝗ permansisti, recedas, timeo enim ne in via a maledictis iudæis capiaris, cui dñs Iesus inquit, Mater mea benedicta, cras venient ad castrum istum inimici nostri, cum militibus & armis q̃rentes me, & ad mortem perducere volentes. noli igitur me amplius retardare, tunc illa, quo fili mi statuis proficisci? cui saluator noster ait. Bonum, ẽ locum itineris mei tibi esse incognitum, vt inquirentibus iudęis, vbi nam sim in hoc te nescire dicere possis. Tunc beata virgo ait, saltem me infęlicem, tecum venire permittas, vt tuę particeps efficiar tribulatiõis. Respondit Iesus, si mecum te ducerem, crederẽt iudęi, me nũquã amplius reuersurum effugisse, statimꝗ missis circunquaꝗ militibus, & nũciis, me inquirentes, nõ solũ de meo manus suas sanguine cruẽtarent, sed tuum quoꝗ innocẽtissimum corpus, crudeli ꝓtinus gladio trucidarent, vidẽtes autem te non abductam, me ad prædicandum more solito perrexisse arbitrantes, meũꝗ in breui reditum expectantes, perquirere amplius cessabũt. Bono igitur animo esto, meumꝗ recessum patiẽter sustine. Recogita ergo anima deuota, ꝙ his dictis, non sine lachrymarum effusione, reliquit dilectissimam matrẽ suã dominus noster, quæ abscedentem lachrymosis intuens oculis, clamabat, & lachrymabatur, & habes primam partem.

IN secũda parte, postera aũt die, aduenerũt milites quã plurimi, missi a principibus sacerdotũ, vt Iesũ ligatũ,

captiuumq; ad eos perducerent, q intrantes Bethaniam, cum furore maximo dixerũt beatę virgini, vbi est ille proditor filius tuus? quem volunt Iudæi interficere; Respõdit Beata virgo, filius meus nunq̃ inuentus est aliquem ꝓdiisse, sed bene saluasse, At illi magis ad iracundiam prouocati, eum vbiq; perquirentes, & non inuenientes, cum magno impetu dixerunt virgini gloriosæ, cito de morte istius perfidi filii tui intelliges, non enim poterit euadere manus nostras, tãdiu enim illũ quęremus, ꝙ inueniemus, & occidem⁹. Recogitate ergo, o deuoti christiani, ꝙ beata virgo hiis auditis, quasi mortua cecidit ad terram, dęmum ad se aliquantulum reuersa, cõtinue timebat ne a iudæis filius suus occideretur. Cum autem per vnam hebdomadam non reuerteretur, nec dͤ illo aliquid intelligeret, putauit eum, iã fuisse occisum. Vnde cum maximis gemitibus, exclamabat. fili mi nõ ne dixi tibi, ne discedas ab isto castro, fili mi es tu forsan in manibus iudæorum? heu nõ videã te vltra, dic ⁊ alia vt scis.

¶ Cum igit̃ taliter afflicta, & dolorosa mater lachrymaretur, venit tandem iesus in Bethaniam, die sabbati, ante dominicam palmarum, & inuenit matrem suam, præ multitudine lachrymarum, ac doloribus innumeris, multum corpore fatigatam, quam blãdis sermonibus consolari volens, & ipse a lachrymis cęssare non poterat, cogitabat. n. quidnam factura esset, quando eum in crucis patibulo suspensum aspiceret.

¶ In illo autem sero, parauit cœnam Iesu, Maria Magdalena, & Martha, in domo Simonis Leprosi, vt patet Ioã. 12 in qua cœna fuit Simon leprosus, & Lazarus resuscitatus, & dicit August. ꝙ ipse narrauit multa de penis inferni, & purgatorii, & de statu sanctorum patrũ in lymbo. Cũ autem Christus in hac cœna esset, Maria Magdalena accepit libram vnguẽti Nardi spicati. i. de spicis & foliis confecti, & vnxit pedes Iesu, ⁊ repleta est domus ex odore vnguẽti. Ioan. 12. Dixit ergo Iudas auaritia ductus, quare hoc vnguentum non venit trecẽtis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non qa de egenis pertinebat ad ipsũ, sed quia fur erat, & latro, & loculos habens, ea quæ mitte-

bantur portabat,& licet hoc idem alii discipuli dixerint, tamē iste (vt dictum est) auaritia ductus dixit, illi autem egenorum pietate dixerunt, videns igitur Iesus,& Iudę,& aliorum murmurationem di xit, qd molesti estis huic mulieri: opus enim bonum operata est in me. sinite illam, vt in die sepulturę meę seruet il lud: pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.

¶Hæc autem vnctio, figurata fuit, Leuit 18. Vbi habetur, ꝙ Aaró antequā ad altare ac cederet, vt deo offerret sacri ficium, erat vnctus spacio die rum septem, sic & christus debuit septima die, antequam ascenderet ad altare Crucis, perungi.

¶Sequenti vero die.i.in dñica palmarum, vt patet. Ioan. 12. Venit Iesus Hierusalem, sedens super pullū asine,& summo honore receptus est, sed omnes isti honores ī illa die versi sunt sibi in contumeliā, vt infra videbimus, tunc autem impleta ē prophetia Zacharię nono, exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus venit tibi, iustus,& saluator, ipse pauper sedens super asinā, & pullū ei⁹.

¶Illo autem die, cum sero factum esset, rediit Ieiunus in Bethaniam, cū discipulis suis, neminem enim inuenerat in Hierusalem, qui eum, vel ad potum aque frigide inuitaue rit. quod considerans mater Iesu, magis dolere cœpit. Vn de & filium rogauit, dicēs. fac mitissime fili matri tue hanc gratiam, quā toto conatu deposco, vt amplius istis dieb⁹ nó reuertaris in Hierusalem. Cui cum reuerentia Christus respondit, patiētiam habeas in me mater mea, quia tēpus est, vt adimpleantur scripturę. Nam Esa. 1. scriptum est, filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et. 5. c. iterum dicitur, quid debui facere vineę meę,& non feci? ex pectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas. Et Hiere. 4. stultus populus meus non me cognouit. Et. 5. Negauerunt dominum, & dixerunt, non est ipse, neq; veniet super nos ma lum, necesse est igitur, vt hę prophetię in me compleantᷣ. quo audito, beata virgo Maria, magis doluit, ꝛ tenerrime flere cępit, sed vtcunq; a filio confortata, cum ipso ad cœnā perrexit, sed credo ꝙ præ nimio dolore parū comędit.

¶Die autē lunę, sm Marc. 11.

& Lucam.20.tempestiue surrexit Iesus, & iterum iuit in Hierusalem,& cum esset in tẽplo,pdicauit, & sm aliquos, in isto die adduxerunt scribe & Pharisei,mulierem in adulterio deprehensam,qbꝰsapiẽtissime respondit, & eam ab illorum manibus liberauit; de sero autem,iterum venit ieiunus in Bethaniam, & inuenta matre,reuerenter eā salutauit,cui mater respondit, quomodo potest mihi dari salus, cum timeā te subito esse moriturum?saltē ante mortem tuam,corporalis presentia tua,mihi non deesset, quō enim fili mi, possum non dolere cum videam ꝙ tu qui es panis viuus Angelorum,qualibet die sis sic famelicꝰ, nec sit aliquis qui tibi panem,vel aquam ministret? Cui Christus,mater dilecta,confortare,& patientiam habe,necesse est enim impleri scripturas de me,ps.68 d. Ego sum pauper, & dolens,& ps.87 Pauper sum ego,& in laboribus a iuuentute mea,& ps.39. Ego autem medicus sum & pauper, quibꝰ auditis, męstissima mater,magis ingemiscere cepit, atq; per totam noctem, angustiis plena remansit.

¶Die autem Martis, de mane reuertitur Iesus Hierusalem,& veniens ad templum, tota die prædicauit, & cum Principibus sacerdotum, & scribis,& Phariseis,multas disputatiões habuit, in hac die præposuerunt principes, in qua potestate dæmonia eiiceret,& capsores de templo expelleret, Herodiani vero de tributo Cæsaris,Pharisei autem de maiori legis mandato,& de multis aliis, quæ longum esset enarrare,quibus oībus christus imposuit silentium,sapienter respondẽdo. In hac etiā die, Christus multas parabolas proposuit. s. de filio prodigo, de laborantibus,qui occiderũt filium patris familias,vnde in fine omnium dixit, ꝙ ab eis occidendus esset,quapropter voluerunt eum tenere, sed abscondit se ab eis, quia nōdum venerat hora eius. Dum iret in mõtem Oliueti, cum discipulis suis,prædixit eis vniuersale iudicium mundi, vt patet, Matt.25.& in fine verborum, dixit eis, scitis qa post biduū pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur,& licet hoc multoties dixerit eis, nunq̃ tamē sic determinate, sicut nunc,nam hoc verbum dixit die Martis,de sero, quia

agn⁹ paſchalis die Iouis ſequẽti debebat manducari, ſed q̃a chriſtus propter multas occupationes, vltra ſolitum tardauerat venire ad hoſpitiũ, ea propter, conſidera anima deuota, in qua anxietate debebat eſſe mater ſua, quando prę̨teribat hora conſueta ad uentus ſui puto enim ꝙ tunc credidit filium ſuum eſſe captum, vnde ad Mariam Magdalenam, cum multis lachrymis recurrens, inuitauit eam, vt ſecum vellet ire verſum Hieruſalem, cui obtẽperans. Magdalena, venerunt ſimul verſus Hieruſalẽ, lachrymando, & ſuſpirando, Mater Ieſu alta voce plorando dicebat, fili mi, cur me tã cito dereliquiſti? O vnica ſpes mea, cur tam cito te perdidi? Nonne dicebã tibi, ne accederes ad illos perfidos iudę̨os? heu me infœlicem, quæ tam breui tempore, tam delicatum filiũ, tanq̃ iocundum amiſi, & ſic Maria virgo, Maria Magdalena clamando, vociferabant. Hos autem fletus a longe audiens Ieſus, & ipſe ingẽmuit, ſtatimq́ꝫ vt quidam contemplatores dicunt, Petrum, & Ioannem ante ſe miſit, vt ſuum matri aduentum nunciarent, quos currentes, a longe proſpicięs, beata virgo magis ingemuit, putauit enim ꝙ ad annunciãdũ eius mortem venirent, & ideo in terram cadẽs ſemimortua remãſit. O piiſsima virgo, quid facies in monte Caluarię? q̃n videbis filium tuum in cruce ſuſpenſum, vulneratũ, cruentatum, & mortuum, ſi nunc ꝓ modico ita doles, atq́ꝫ ita ingemiſcis, ſed hæc ſunt initia dolorum.

¶ Interea venit Ieſus, & ipſe præ compaſsione matris ingemiſcens, & plorans, quo appropinquãte matri, illa vires aliqualiter recipiẽs, ad pedes filii ſe proſtrauit, lachrymando, ſuſpirando, nec aliq̃d prę̨ dolore loqui valens. ſed verbis Ieſu aliquantulum recreata, ſimul cum filio Bethaniã perrexit, amboq́ꝫ ingemiſcentes, pauca præ dolore loqui valebant, plorabant etiã apoſtoli oẽs, ſimulq́ꝫ Maria Magdalena, q̃bus Ieſus, ne plangerẽt innuebat, ſed nec ipſe a lachrimis ſe continere poterat, tãdẽ poſt lachrymas, præparata eſt menſa, in qua maior fuit cibatio lachrymarum, q̃ aliarum rerum. Non enim præ dolore comedere poterant. O amarum conuiuium, o meſtiſsima cœna, o tribula

ta refectio, in qua ꝓ cibis lachryme, pro epulis suspiria, pro ferculis gemitus, ac lamēta sumuntur.

¶Altera autem die.s. Mercurii, cum non introisset Iesus Hierosolymam, more solito, causa prędicationis, quod fecit ſm doctores, vt non impediret tractatum, & determinationem, quę de eius morte fienda erat, cōuenerunt principes sacerdotum, ⁊ seniores populi, disputaturi cum dn̄o Iesu, in atriū principis sacerdotū, qui dicebāt Cayphas, tractantes inter se quō eū occiderent, dicebant autē, non in die festo, ne forte tumult⁹ fieret in populo, & dicebant, quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, quibus respōdit Cayphas, vos nescitis quicq̄ nec cogitatis, qa expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat, ⁊ in hoc prophetauit nesciens qd diceret. In hoc ergo concilio, exeūtibus iudęis accessit ad eos Iudas dicens, qd vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? & quia vnguētū expensum, in persona christi, extimatum fuerat a iuda trecentis denariis, vt decimā partem lucri, more solito habere posset, triginta argēteos pro proditione sua quæsiuit, vt dicitur Matth. 26. At illi cōstituerunt ei triginta argenteos, & hoc prophetatū fuit per Dauid ps. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq̄, & si hiis qui oderat me super me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitam ab eo, tu vero homo vnanimis, dux me⁹, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, ī domo Dei ambulauimus cū cōsensu, & ps. 40. Ecce homo qui edebat panes meos, magnificauit super me, supplantationem. Ex hoc contemplādum est, ꝙ dolor christi fuit magnus, quia ab eo traditus fuit, qui ei ad benefaciēdum erit obligatus.

¶De præcio autē, habetur in zacharia. 11. appciauerūt mercedem meam, triginta argenteis. De ista crudeli venditione loquitur quidam deuot⁹ doctor, O iudas, cur non vēdidisti matrem, cum filio? vt quorum erat inseparabilis amor, & charitas, conformis fieret passio vtriusq̄. Et Aug. in serm. quodam o iudas iniqſſime mercator, o iudas auare pessime, potuisti petere a

matre eius, triginta argēteos illos, & ipsa quia paupercula erat, ostiatim eūdo ipsam pecuniā inuenisset, vel seipsam vendidisset, tibiq; tradidisset antequam sic turpiter suum filium vendidisses.

¶ Quam venditionem intelligentes apostoli, Maria magdalena, ceperunt plus solito flere, vnde nec comedere poterāt, nec simul stare, vel colloq; præ dolore valebāt, nec in conspectu christi, vel virginis, propter multitudinem lachrymarum comparere volebāt. Quod videns beata virgo Maria, causam illius fletus intelligens, suspirando dicebat, Heu, heu, quā cito, tēp⁹ illud aduenit, heu mihi qa gladius pasiōis appropinquat, heu mihi q̄ cito perdam filiū meum, ibat deinde ad Magdalenam, & plorans dicebat. O soror mea, scis ne aliquid de filio meo? Dic mihi? q̄ lachrymando respondebat, nō possum tibi aliquid dicere mater mea, magistra mea charissima, nisi quod res male se habent, & nihil boni est pro filio tuo, similiter adibat apostolos. di o filii mei dulcissimi, quid habetis? quid fletis? quid ploratis? Illi autem magis lachrymantes, propter p̄ceptum domini aliquid beatę virgini reuelare non audebant, sed singultibus, ac suspiriis, id quod erat ei innotescere faciebant.

¶ Tūc lachrymis madefacta, & doloribus plena, piissima virgo, ad pedes filii se prostrauit, amplexando eum humiliter, ita vt filius a lachrymis se continere non posset, & rogauit illum. d. fili mi dulcissime, per illum timorem, & laborem, quem substinui in fugiendo, & portando te in ęgyptum, & per illum amorem filialem, quem erga me te habere cognosco, dic mihi, qd futurum est de te, tu enim es filius dei, tu nihil ignoras, tu omnia nosti, nulla te latet cogitatio. Tunc dn̄s Iesus, præcibus matris commotus, per totam illam noctem secreto loco cū ipsa matre se restringens, totum ordinem suę pasiōis ei reuelauit. & postea dixit, Mater mea dilectissima, & virgo purissima, quia mane sequenti a te sum recessurus & iturus velut agnus ad mortem, Accipe quā vales de me consolationem. Iā enim amplius tecū cū hac carne mortali familiar̄ manere nō potero. Ad q̄ verba velut exanimis, & mortua virgo effecta,

per magnum ſpacium loqui non potuit, ſed alloquutiõe filii blandiſſima, viribus vtcũque reſumptis, genuflexa ante filium, ſic eum ſuppliciter exorauit, deprecor te fili qui es omnipotẽs, vt alio modo redimas genus humanum, q̃ per mortem tuam. Reſpõdit filius, Mater mea amãtiſſima, patientiam habe, ſi quod poſtulas tibi non concedo, neceſſe enim eſt, vt moriar ego filius tuus, quia aliter ſatisfieri nõ poteſt pro peccato generis humani, quia a puro homine non poteſt ſatisfieri, cũ æquiualens reddere non poteſt (hic dicvt ſcis) & tamẽ tenetur ſatisfacere. ergo oportet ſatisfieri ab eo qui eſt de⁹ & homo, qui inquantum de⁹ poſſit, & inquãtum homo teneatur, & ſic per me ſatisfieri debet & per mortẽ meam, ergo patientiam habe Mater mea. Iterum mater afflicta, & doloribus plena, dixit. Si ſic fieri oportet fili mi, hanc gratiam mihi concedere digneris, vt ante te tua infęlix Mater moriatur, ne videat talẽ filium mori, exaudi ergo fili mi matrem tuam. Nam ſcriptum eſt Exo. 20. honora patrẽ tuũ, & matrem tuam, & tu dixiſti, Matth. 5. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere, Reſpondit Ieſus, & ait, hoc quod poſtulas tibi concedere non debeo, quia tunc filialem amorem erga matrem non ſeruarẽ, oporteret animã tuam in lymbo collocari, ibiq; expectare, donec per mortẽ meã fieret ſatisfactio, & aperiretũ porta paradiſi. Eſt autẽ ęquũ, ꝙ anima tua, q̃ ab omni peccato immunis fuit, etiam ab omni pęna ſit exempta, & recto tramite, ad cœlum aſcendat, ꝙ eſſe non poſſet, ſi ante me morireris, Quod audiens afflicta mater tertio proſtrauit ſe ante filium. d. fili mi. Saltem fac matri tuę afflictę hãc gratiã, vt in paſsione tua ſim inſenſibilis, non ſentiam dolores tuos, non videam, non cognoſcam te mori, fili mi. Tunc reſpõdit dñs Ieſus, Nõ eſt congruum, ꝙ tu mater tãtę dilectionis, mihi filio tuo in tantis calamitatibus non compatiaris, In te enim ſola debet fides mea remanere, nam omnes diſcipuli me derelinquent, ſi ergo tu mater mea nõ compatieris, quis doloribus meis compatietur? Tũc quarto dolorata mater proſtrauit ſe in terram, ſuſpirans, & lachrymans, dixit, rogo tẽ fili, amore patris tui, &

mei,& sanctorum Angelorũ, & omnium virtutum,cum te mori necesse sit, & me mori, ante te,non velis, saltem fac vt mors tua sit breuis, dulcis, honesta, quia non tantum mors tua, sed minima gutta sanguinis tui, sufficeret pro redemptiõe humani generis, Audiens adoloratus Iesus,cũ alta voce, lachrymando, dixit.O afflicta mater, totũ oppositum erit,non dulcis, sed amara,dolorosa,cruda, non breuis,sed longa, non honesta,sed vituperosa,ingeminiosa,penosa.heu afflicta mater, senties carnem meam triginta denariis venditam, audies me ligatum,& afflictum, durissime ad colũnam,& per totum corpus crudeliter flagellatum,& barbam meam crudeli cruciatu euelli, videbis me corona spinea coronari, oportet me etiam ad mortẽ condemnari, Heu dolens mater,videbis me, ĩ medio duorum latronum occidi. Cito mater mea, videbis me in ligno crucis suspensum. Videbis me in angustia mortis sitientem,amarissimum propinare poculum.Videbis mater mea dilectissima,man⁹ meas, & pedes,in cruce clauis horribiliter perforari.Heu dolorosa mater,videbis latus meũ, lancea perforari. Vltimo videbis me crudelissime mori. O q̃ amara annunciatio fuit hæc, q̃ cor piissimæ virginis, sicut sagitta penetrans vulnerauit.

¶Hii ꝟbis piissima mater cõmota dolorosis fletibus, singultib⁹,atq; suspiriis, cecidit in terram quasi semimortua, sed blandis verbis christi, in se reuersa,dixit ei Iesus, Mater mea, tempus est vt discedam a te,& perficiam voluntatem patris mei, sed anteq̃ discedam,benedicat me anima tua,tunc Mater plena doloribus,ait heu fili mi,e qual matre e si crudele,che licẽtia a la morte il suo figliolo, sed postq̃ sic fieri oportet,fiat voluntas patris tui,fili mi.tunc Iesus genu flexus ante matrẽ petiit benedictionem. Et mater lachrymando, & suspirando,benedixit eum.d. benedicto si fili mi, dall'hora della tua Natiuita, sia benedecto il lacte che da me hai beuuto, siano benedecte tutte fatiche,vigiliæ,angustię, timore,che per te ho patuto,bene decto si dal tuo patre ęterno, benedetto si da tutte le cęlestiale virtute,Benedicãt te,& laudãt te,tutte cose create,&

amplexādo eum, dixit, benedetto sia tutto il tuo sanctissimo corpo da la tua afflicta matre fili mi. Tunc mater genuflexa ante filium petiit, & ipsa benedictionem a filio, q benedicens eam, ait, si benedecta dal mio patre celestial, si bened. dal. S. S. & da me tuo dolce figliuolo, si. b. da li sancti Angeli, da tutte virtute celestiale, siano bñde. tucte fatiche, labori, vigilie, sudori, pene, quale p me hai patuta: be. sia il tuo sancto ventre, il tuo sancto corpo. b. sia la tua sanctissima anima, bene. siano li giorni, & l'āni quale p me hai expeso, & abbraciando quella dixit. b. si dal tuo dolce figliolo mater mea. hic dic qualiter recōmēdauit virgo filiū Iudæ, & Petro, & responsionē christi, & qualiter recommendauit eam Magdalenę, & Marthę & Lazaro. O amara partēza, o dura separatione, o crudo, & aspero spartimēto, partendosi Iesu, volea la madonna sequirlo, ma facendo Iesu segno ad Magdalena, che la tenesse, cadette in terra si come morta.

¶Hic dic, qualiter postq̃ discessit a matre, iuit in montē Syon, cum discipulis suis, & fecit cœnam Agni paschalis, cum eisdem discipulis, & facta cœna, dixit, desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, anteq̃ patiar, & surgens a cœna, sciens Iesus, qa omnia det ei pater in man⁹, & quia a deo exiuit, & ad deū vadit, hic dic totū illud Euāgelium de mādato. Postea facias contemplationem, de lotione, quo ad Petrum reluctātem, & Ioannem contemplantē Iesum, ad pedes Iudæ, deinde dic qualiter, turbādosi Iesu, per horrore de la imminēte passione, & dolēdosi de la perditione de Iuda, con gran suspiro manifesto quello ch era occulto, dicendo. Amen. Amen dico vobis, quia vnus vestrū me traditurus est, heu qual duro sermone he quæsto? heu quali amari cibi reseruasti in fine, o benignissimo Iesu? respiciebant se discipuli alter alterum, & non poterant loqui præ dolore, sed summissa voce dicebāt, quisnam esset auctor tanti sceleris, & dicebant Iesu, nunquid ego sum, dñe, vel rabbi? quib⁹ respondit, vno de voi dodeci, che intigni meco la mano nel Catino, & cum diceret Iudas, nunquid ego sum rabbi? Respondit Iesus, tu dixisti. q. d. Io nō dico, ma tu si, hic dic

qualiter Petrus desiderās scire, quis eēt proditor dixit Iohāni, vt interrogaret Iesum, dñe quis est qui tradet te? rñdit Iesus, e le q̄llo al qual daro lo pane intincto con le ꝓprie mani, & sic intignēdo giesu, lo dette ad Iuda ꝓditore, hic dic qualr̄ finita totalr̄ cœna, volēdo giesu instituire il sacramēto in memoria della sua passione, piglio il pane, & b̄ndicēdolo, lo transustantio in lo suo corpo sanctissimo, mediāte la virtu delle parole della cōsecratiōe, & cusi il vino in suo sangue, ⁊ instituito & consecrato, cōico li suoi discepoli, cominciādo da Iuda, & per che Iuda era in lo p̄ctō mortale, intro il diauolo nel cor suo: & mai piu pote stare fermo, ma andaua la, & qua, come rabiato allhora il benignissimo giesu disseli, che hai ad fare fallo p̄sto: & con gran furia, & rabbia vscitti fora, & ando alli principi de sacerdoti, & con rabia disseli, stati p̄parati, apparecchiat᷑ multi luminarii p esser e nocte, ad cio non se possa ascondere, apparecchiate arme, & fune, corde, & cathene, & gente in grā copia.

¶Infra quæsto tēpo exhortaua giesu li suoi discepoli all'amore, & charita, & humilita, & patientia in le aduersita, & martyrii, & psequutiōi, quale haueano da patire per la fede de christo, & post multa v̄ba exhortatiōis, dixit discipulis suis. Surgite eamus hinc, Ioā. 14. O quantus pauor, tunc in eos ītrauit, nesciētes quo ire deberēt, & de ei⁹ separatione cogitantes, lachrymantes, & dolētes, benignus Iesus cū il lis iuit trans torrētē cedron, in villam, quæ dicitur Gethsemani, in qua erat hort⁹, vt habetur Ioan. 18. vt sicut in horto delitiarum, initiū habuit omnis perditio, ita in horto fuit initiū, & finis satisfactionis, & reposandosi cō li suoi discepuli, dixit eis, oēs vos scādalum patiemini in me, in nocte ista, hic dic. respōsionem Petri, & quid dixerat ei Iesus, vt habes in Euāgelio. Sciebat aūt Iudas locum, quia frequēter conuenerat illuc, cum discipulis suis. Tunc dixit eis, sedete hic donec vadam illuc, & orem, & assumpto Petro, & duobus filiis Zebedei, cepit contristari, & mœstus esse, & ait illis. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, hic dic. qualiter amplexando discipulos lachrymantes cum Iesu, dicebat singulis, tristis, &c. Et hoc

quia erat vsq; ad mortẽ illa afflictio, & quia tanta intensa erat, quantum poterat esse.

¶Post hæc dixit eis, sustinete hic, & vigilate mecum, & auulsus est ab eis, quantum est iactus lapidis, & procidit in faciẽ suam orans, & dicẽs. Pater mi si possibile est, transeat a me calix iste, quę verba ſm doctores emanauerũt ab affectione sensualitatis, quæ tam horribilẽ timebat passionem, de qua ps. 54. Cor meũ conturbatum est in me, ⁊ formido mortis cecidit sup me, deinde subiũxit saluator. verũtamen non sicut ego volo, sed sicut tu, quæ emanauerũt a voluntate ratiõis, finita vero oratione, venit ad discipulos suos, & iuenit eos dormiẽtes, & dixit Petro, sic. non potuisti vna hora vigilar̃ mecũ, quasi diceret, vbi est feruor tu⁹, o Petre? q pauloante, mori volebas pro me, deinde dixit, vigilate, & orate mecum. Secundo abiit, & orauit. d. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua, quasi diceret, licet o pater amantissime, horribili, atque terribili valde me subiicias passioni tamẽ quia in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam, fiat sanctissimum beneplacitum tuum, veruntamen ne derelinquas me, domine deus meus, ne discesseris a me, intende in adiutorium meum, domine deus salutis meæ, quia repleta est malis anima mea, & vita mea morti appropinquauit.

¶Post hæc iterum ad discipulos venit, & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati, & ingnorabant, quid responderent ei, o magna confusio, cùm discurreret Iudas cum sollicitudine tradendi christum, tunc discipuli sonno aggrauabãtur, sollicitius ille curebat ad mortem, quã isti ad vitam, Tertio abiit, relictis illis, & iterum orauit eundem sermonem. d. Vt supra, & factus in angonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. O bone Iesu, pro me incipis effundere tuum sanguinem præciosum, considera anima deuota, quòd tunc fuerunt præsentata animæ Christi, omnia quæ ventura erant super eum, ita vt totus sanguis. relictis mẽbris, ad cor recurreret, ratio vero, & sensualitas, inuicem contẽnebant, siue amor, ⁊ timor, quia ratio

cũ charitate, volebat ipsum mori . sensualitas cũ timore recusabat, sed charitas iŭcta cum ratione, vincientes sensualitatẽ. cum tanto impetu intrauerunt ad cor, ꝙ expulerunt formidinem, quia charitas foras mittit timorẽ, & ita intumescere fecerũt cor illi⁹, ꝙ totum sanguinẽ qui ad illud cucurrerat, ex timore expulsum ab eo, discurrere fecerunt per omnia mẽbra, quæ ita calefacta fuerũt, ꝙ apertis poris, sudor sanguinis decurrebat in terram,

¶ Cum ergo in tantis anxietatibus oraret, Ecce Angelus dñi princeps cœlestis militię, Michael astitit, confortans eum, & dicẽs, Saluete dñe Iesu, orationẽ, & sudorẽ vestrũ sanguineum, patri vestro obtuli, in conspectu totius curiæ supernæ, & omnes supplicauimus, vt calicẽ hunc trãsferret a vobis, & respõdit. Nouit, Nouit filius meus Iesus, quia redẽptio humani generis, quã sic optamus sine effusione sanguinis sui. sic decenter fieri non potest, & ideo si salutẽ vult animarum oportet eum pro ipsis mori. Tunc respõdit Iesus Angelo, salutẽ animarum volo, idcirco mori decerno. Tunc Angelus p̄sentauit sibi omnia supplicia hic ostẽde crucem cum omnib⁹ suppliciis, & misteriis, quæ sigillatim Angelus præsentauit Iesu, pro purgatione culpæ humanę, hic dic vt scis, referẽdo singula misteria singulis culpis, & qualiter acceptauit gratanter illa. Deinde ait Angelus, cõfortamini igitur, & viriliter agite, Excelsum.n. decet magnifica facere, & magnanimum ardua strenue tollerare, cito transibunt penosa & ꝑpetuo gl'iosa succedẽt, Tunc Iesus, exurgẽs aliqualiter cõfortatus, & vidẽs in spiritu Iudam, antecedẽtem turbam, ⁊ ad ipsum capiẽdum venientẽ, perrexit iterum ad discipulos suos; totus sanguine madefact⁹. O anima deuota, inspice mentali oculo, Iesum, vultum suum tergẽtem, atq; discipulis suis dicẽtẽ, dormite iam requiescite. Inuenit enim eos iterum dormiẽtes, o verus amor, vere cum dilexisset suos, in fine dilexit eos. Nam in tanta positus anxietate, procurabat eorũ quietẽ. Videbat a longe aduersarios suos venientes, cum facibus, & armis, nec tamẽ discipulos excitauit, nisi quando prope, & iuxta eos fuerunt. Tunc autẽ dixit illis, sufficit. Venit ho

ra,& filius hominis tradetur, in manus peccatorum. Satis dormiſtis, Ecce q me tradet, appropinquat, adhuc eo loquēte (vt dicitur Matth.26.) Ecce Iudas, vnus de duodeci & cum eo turba multa, cum gladiis,& fuſtibus miſſi a ſacerdotibus, & Senioribus populi. Qui autē tradidit eum, dedit eis ſignum.d. quécunq; oſculatus fuero,ipſe eſt tenete eum,& ducite caute,pręuenit ergo Iudas,peſſimus mercator,ne appareret, ꝙ eēt ipſe de conſortio malorum,& eis dedit hoc ſignum. primo, qa mos erat diſcipulorum in reuerſiōe, dare oſculum pacis. Secūdo quia Ieſus ſimilabat Iacobo minori. Tertio ne poſſet aliquo modo aufugere. Venit ergo Iudas, & ſalutans eū,dixit.Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum. Dixit illi Ieſus, Amice.ad quid veniſti,oſculo filium hominis tradis? ad quid veniſti o Iudas?quē tantum amaui,cui tot beneficia contuli,hic dilata.ad quid veniſti? ad perdēdum patrē, ad extinguē dam lucē, ad vitam negandam, ad magiſtrum, & paſtorē tuum occidēdum, licet enim in me tanta mala cō miſeris,tamē reuertere ad me & ego te ſuſcipiā. O benigniſſime Ieſu,licet,&c.

¶Sciēs aūt Ieſus, oīa quæ vētura erant ſuper eum,proceſſit ouiā Iudęis,ad ſe capiēdū. Venientibus, & dixit ad eos, quē quæritis? & hoc fecit, vt verificaret,illud Eſa.53. oblatus eſt,quia ipſe voluit, reſpōderunt autē illi. Ieſum Nazarenum.quibus cū dn̄s reſpondiſſet, Ego ſum,oēs habierūt retrorſum, & ceciderūt in terram,& verificatum eſt, illud, ps.26 Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Vnde Augu. O iudęi aduertite, quid iudicaturus faciet, ſi iudicandus hoc fecit?quid regnatur' poterit? qui moriturus hoc potuit. Iterum aūt interrogauit eos .d.quē quæritis? Illi autē dixerunt,Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus,dixi, vobis, qa ego ſum,Si ergo me quęritis, ſinite hos abire.Tunc acceſſerunt,vt dicit,Matth.26.& manus iniecerunt in Ieſum,& tenuerūt eum, hic pertranſibimus ſilētio, quomodo beat' Petrus,habēs gladium,pcuſſit Pontificis ſeruum,cui nomen Malchus, & abſcidit auriculam eius, quam tangens dominus Ieſus, ſanauit eum. Tūc ergo capto Magiſtro diſcipuli omnes,(relicto eo)Fu

gerũt,vt adimpleretur, illud zachariæ.13.percutiam pasto rem & dispergentur oues gre gis.O bone Iesu,vbi sunt mi sericordiæ tuę? nullus ē q tui misereat. vbi sunt amici quos sanasti,& curasti? vbi sũt mu lieres,& homines,quos de qn que panibus satiasti?vbi sunt beneficia quæ apostolis con tulisti? Ecce iam te omnes de relinquunt.

¶Capt⁹igitur Iesus a turbis, ligatus est ab eis, & maximis pęnis afflictus, O flebile spe ctaculum, o dolendum ma lum,o lachrymabile factum, videre illos crudelissimos iu dęos,leonum more,cõtra do minum Iesum fremẽtes, & ru gientes.Alii ceperũt eum per capillos suos, & violenter in terram proiecerunt, Alii gra tiosas manus eius capiẽtes, re trouerterũt.Alii funibus du ris illas ligauerunt.Alii cathe nam collo eius imposuerũt. Alii contumeliosis verbis in iuriabantur ei. Alii denią pu gnis, & pomis suorũ ensium, percusserũt eum,Quid audis anima deuota?Nonne hic est rex Angelorum?Nõne hic est Iesus filius dei, & virginis? & sic practica de singulis Con sidera igitur anima deuota, qũo ducitur ab illis nequissi mis,de torrente sursum,ver sus Hierusalem,per illũ mon tem petrosum, pedib⁹ discal tiatis,capite discoopto, incli natus ex fatigatione, & vehe menti acclamatione incedẽs. Dicit autem Damasce. vt pie credendum est, ꝙ ducẽtes eũ cum fune ad collum, siue ca thena,cum magna festinatio ne, manibus post terga liga tis,fecerunt eum cespitãtem cadere,cũ transiret torrentẽ cedrõ,⁊ super torrẽtẽ,in illis lapidibus,ore contundi, ita vt fracto ore,& facie,sanguis conflueret, & tunc verificatũ fuit,illud ps.109. De torrente in via bibit,propterea exalta uit caput.Et dicit Damasc. ꝙ propter tonsiones lapidum, quia nox erat,& rapide, violẽ terq; trahebant eum, pedes eius,& tibie,ita cõfracte sunt vt sanguis vndiq; emanaret. Nullus vero erat, qui in tan tis calamitatibus cõstituto, auxilium prębcret,& tunc ve rificatum fuit,illud Esa.63.cir cunspexi,& non erat auxilia tor,quæsiui & nõ erat qui ad iuuaret.

¶Considerate o deuoti chri stiani,totam ciuitatem com motam, & discipulos amari catos, & tristes hinc inde fu gientes,& ad cœlum voces la

chrymosas emittentes,& dicentes,O bone Iesu,quid facient sine magistro discipuli? quis a luporum rabie defendet oues percusso pastore? sic igitur vinctum deduxerūt perfidi iudæi,dn̄m Iesum ad domum antiquioris Pontificis,videlicet, Anne q erat socer Cayphe,& hoc fecerunt, Primo ob reuerentiam ipsius quia erat senior. Secūdo, qa domū eius prius inuenerūt. Tertio,quia volebant eū melius ligare,& se aliis sociis roborare, ne ab eis caperetur. Quarto, vt eum in pluribus locis vituperarent,& quinto ꝑm Bedam,hoc diuinitus factum est,vt qui erant affines sanguine,sociarentur in scelere. Interrogatus igitur dn̄s Iesus ab Anna de discipulis,⁊ doctrina sua, quia discipuli aufugerant, solum de doctrina dedit respōsum.d.Ego palam semper docui in sinagoga,& in templo,in quo oēs iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil, quid me interrogas?interroga eos qui me audierunt. ipsi enim sciunt quid dixerim ego, qđ cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu.d.sic respondes pontifici?hic facias contemplationē de percussura ipsius alape, vt scis.hic autem erat ille,cuius auriculā iesus sanauerat, tūc verificatum est, illud Micheę 5.percutiēs maxillam iudicis israel,& Tren. 3. dabit percutienti se maxillam,& saturabitur opprobriis.Respondit illi seruō dn̄s Iesus humiliter di. Si male loquutus sum, testimonium perhibe đ malo. Si autē bene, quid me cedis? O admiranda patientia dn̄i Iesu,qui percussus in faciem, ictu graui,manuq; furibūda, adeo vt secundum quosdam, dentes oris eius remouerentur,& os eius sanguinem expueret,nihil tamē contumeliose loquutus est illi.sed solum innocentiam suam defendit.

¶Misit igitur Annas, dn̄m Iesum ligatum, ad Cayphā generum suum,qui erat pontifex anni illius, vbi scribe, & pharisei conuenerant, vt dicitur Matth.26.( Sed hic silentio prætermittimus,breuitatis causa,qualiter Petrus anquā gallus cantaret,ter christum negauit,⁊ quomodo respexit eū dn̄s Iesus,& ipse egressus foras fleuit amare.) Principes igitur sacerdotum & omne conciliū, quærebāt falsum testimonium cōtra Ie

ſum, vt eum morti traderẽt, & occiderent, ſicut dicitur Matth. 26. ſicut prophetatum fuerat ps. 36. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. Cum autẽ multos falſos teſtes adduxiſſent, non inueniebãt cauſam mortis in eo, quia vt dicit Nicodemus in Euangelio ſuo, aliqui ex eis teſtibus adductis cõtra chriſtum, ſpiritu ſancto coacti dixerunt. Nos vidimus eũ miracula facientem. Alii aũt dixerunt. Nos audiuimus eũ verba veritatis prędicantem, & ſimilia pleriq; loquuti ſunt, (deo mouente linguas eorũ, contra voluntatem ipſorũ.) Nouiſsime autem venerunt duo falſi teſtes. d. hic dixit, poſſum deſtruere templum dei, & poſt triduum reedificare, illud, ſed cũ non eſſet conueniẽs teſtimonium eorum, & Ieſus nihil ad ea reſpondiſſet, princeps ſacerdotum ait illi, adiuro te per deum viuũ, vt dicas nobis, ſi tu es chriſt' filius dei viui. Reſpondit illi Ieſus, Tu dixiſti, veruntamẽ dico vobis, a modo videbitis filium hominis ſedẽtem a dextris virtutis dei, & veniẽtem in nubibus cœli. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua. d. blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtib'? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam, quid vobis videt? Scidit autem veſtimenta ſua, ſecundum Chriſoſt. vt accuſationem Chriſti, redderet grauiorẽ. Illi vero perfidi iudæi, frementes, & rabie pleni, cum Pontifice eorum dixerunt. Reus eſt mortis, tanq̃ malefactor, ſeductor, & blaſphem', ſtatimque fecerunt illum flagellari, conſpui, & percuti, & alapas dantes, dicebant, prophetiza nobis chriſte quis ẽ qui te percuſſit? hic facias fieri ſtrepitum cum flagellis, & hoc eſt ꝙ Marcus ait. 14. vellauerunt faciem eius, & hoc fecerunt, ſecũdum aliquos. ne vidẽtes gratioſiſſimam, & digniſſimam faciem eius, pietate mouerentur, & poſtea per totam iſtam noctem ligatũ, & maceratum, deriſionibus, & opprobriis vexauerunt, & in manibus famulorum, & ſeruorum flagellandum, & cruciandum reliquerunt. Et dicunt nonnulli, ꝙ poſt flagella duriſsima, eum ſic vulneratum proiecerunt in dolium aque frigide, vt ſic omnes cruciatus ſuos renouarent. Vnde in perſona ſua dixerat Dauid. ps. 68. Saluum me fac de', quoniam intrauerunt aque

vſq; ad animam meam infiſſus ſum in lymbo profundi, & non eſt ſubſtantia.

¶ Adductus eſt igitur dominus Ieſus ad domum Pilati, ſed perfidi iudæi in prętoriũ intrare noluerunt, ne contaminarētur cohabitatiōe hominis gentilis, hic facias exclamationem cōtra iudæos. Exiens igiť Pilatus ad iudęos, inquit, quam accuſationem affertis aduerſus hominem iſtum? qui reſpōderunt, ſi nō eſſet hic malefactor, nō tibi tradidiſſemus eũ. Accuſabant ergo illũ iudæi, dicentes. hũc inuenimus. Primo ſubuertē tem gentem noſtram. Secundo prohibentem tributũ dari Cæſari. Tertio dicentem ſe filium dei, & Regem iudęorũ. Cum autem diceret Pilatus, accipite eum vos, & ſecundũ legem veſtram iudicate. Reſponderunt, nobis non licet interficere quēquã. Romani enim aliqua minora permittebant iudæos iudicare, ſed ſibi reſeruabant cauſam ſanguinis, & mortis, & ideo Pilatus nolens chriſtum occidere, quem ſciebat innocētem, volebat eum a iudæis iudicari. Illi vero morti eius inſidiãtes, quærebant a Pilato mortis ſententiam contra eum ꝑ mulgari, ſed hic dimiſsis multis contenſionibus, inter iudæos & Pilatũ factis, quibuſdã interrogationibus, quas Chriſto Pilatus fecit.

¶ Poſtq̃ Pilatus diligēter examinauit omnes accuſatiōes, contra dñm Ieſum adductas, dixit iudæis, ſicut ſcriptum ē. Ioan. 18. Ego nullam inuenio cauſam in homine iſto, at illi furibunda voce clamabãt, cōmouit vniuerſum populũ incipiēs a Galilea vſque huc. Audiens autem Pilatus Galileam nominari, & intelligens eum eſſe de Herodis poteſtate, remiſit illum ad Herodē, qui & ipſe erat Hieroſolymis, illis diebus, propter feſtũ Paraſceue. Herodes aũt, viſo Ieſu gauiſus ē valde, erat enim ex multo tempore, cupiēs videre eum, eo ꝙ audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus, vt diciť Luc. 23. Et ſm deuotum Anſelmũ, interrogabat, ſi erat ille, quē pater ſuus ab infãtia voluit occidere, & propter quem infantes occiderat. Interrogabat etiam, ſi ipſe Lazarum reſuſcitauerat. Itē rogabat eũ, vt aliquod miraculũ faceret. At ipſe nihil reſpondit, tum

quia curiosę petebat, tum ne impediret eius passionem. Nā promittebat eum liberare, si ad eius nutū aliquod signū faceret, stabat igitur iustꝰ coram peccatore, Agnus māsuetus, coram lupo rapace, Iesus christus coram Herode crudeli, stabant autem, & principes sacerdotum, & scribe, costanter accusantes eum, vt dicitur Luce, vbi supra, & tunc adimpletum fuit, illud ps. 37. Qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebāt, qui quęrebant animā meam. Ego autem tanquam surdus, non audiebam, & sicut mutꝰ non aperiens os suum. Vidēs igitur Herodes, ꝙ nec miraculum, nec verbum ab eo habere poterat, ex hoc reputans eum stultum, spręuit illum cum exercitu suo, & illuxit eum, ac fecit in maiorem derisionem, indui veste alba & remisit eum Pilato, & propter hoc facti sūt amici, Herodes & Pilatus, illa die. Nam ante inimici erāt adinuicem, & verificatum fuit, illud ps. 2. Astiterunt reges terræ, & principes couenerunt in vnum, aduersus dominum, ⁊ aduersus Christum eius.

¶ Considerate igit͛, o deuoti Christiani, qualiter dn̄s noster Iesus Christus, per totam ciuitatem velut amens deducitur, irridetur, & illuditur, & tunc impleta est ꝓphetia Dauid, in persona Christi. ps. 21. di. omnes videntes me deriserunt me, loquuti sunt labiis, & mouerunt caput. Item prophetia ps. 68. d. Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam, & ibidem, factus sum illis in parabolam, aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebāt vinū. Et Abdie. Primo, de Christo, ait. Illuserunt tibi viri federis tui, oēs viri tui illusores, procedebat ergo cęlorum Rex sic vituperatus, demisso, ac verecundo vultu & omnium clamores, conuicia, ac subsannationes & lapidum percussiones, ac immūdiciarum infectiones, patientissime tollerabat, & dicere poterat, illud ps. Tota die verecundia mea, contra me est & confusio faciei mee, cooperuit me, & patet scđa pars.

CIRCA tertiam partē, Adducto igitur dn̄o Iesu, iterum ad Pilatum, valde contristatus est Pilatus. ꝙ Herodes illum remisisset ad eum,

vocans autē principes Sacerdotum, & scribas, dixit ad illos, illud quod scriptum est, Luc. 23. Obtulistis mihi hominem hunc, tanq̄ auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullā causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eū accusatis, sed neq; Herodes. Nā remisit illum ad nos, & ecce nihil dignum morte actum est ei, est autem consuetudo vt vnum vinctum dimittam vobis in pascha, vultis ergo dimittam vobis Regem Iudęorum? sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent eum, summi sacerdotes, vt dicit Marci. 15. principes autem sacerdotum, & seniores, suaserūt populo, vt peterēt barabam, Iesum vero perderent. Erat autem Barabas latro, qui propter seditionem, & homicidium, missus fuerat in Carcerem. Dicente ergo Præside quem vultis de duob⁹ dimitti? Barabam, an Iesum, qui dicitur Christus? exclamauit turba, tolle hunc & dimitte nobis Barabam, dixit illi Pilatus, quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur christus? Responderunt omnes, crucifigatur. Iterum autē dixit ad iudæos Pilatus, volēs dominum Iesum liberare. q̄d enim mali fecit? at illi magis clamabant, crucifige, crucifige eum, & Pilatus ad eos. Nullam causam mortis inuenio in eo, corripiam ergo illum, & dimittam, quasi diceret, secūdum Bedam, flagellis illum & ludibriis quantum vultis efficiam, dummodo innoxium sanguinem nō effundam. Credēs igitur Pilatus, q̄ iudæi videntes dominum Iesum, crudeliter flagellatum, compassione moti, eum relaxari permitterēt, tradidit eum flagellādum militibus suis. Qui suscipientes illum, in prætorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuētes vestimentis suis, clamidem purpureā circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerūt sup caput eius, & arundinem in manu eius, & genu flexo, ante illum, illudebant ei dicentes. Aue Rex iudæorum, & expuerunt in eum, ac accipientes arundinē percutiebant caput eius, vt dicitur. Matth. 27. & dabant ei alapas. Ioan. 19. Tunc verificatum est, illud Iob. 16. Nūc oppressit me dolor meus, & ad nihilū redacti sunt omnes artus mei, hostis meus collegit furorem suum in me, & cōminans mihi infremuit contra

me dentibus suis,& terribilibus oculis,me intuitus ē,aperuerunt in me ora sua,& exprobrantes percusserunt maxillam meā,saturati sunt penis meis,facies mea intumuit a fletu,⁊ palpebre mee caligauerunt. hæc passus sum absq; iniquitate,hæc ibi.

❡ Considera igitur anima deuota, qualiter domin⁹ Iesus, ad columnam ligatus durissime flagellatur, & tunc verificatum fuit,illud ps.37. Quoniam ego in flagella paratus sum,⁊ dolor meus in conspectu meo semper. Stabat igitur nudus coram omnib⁹ iuuenis elegans,& verecundus, speciosus forma prę filiis hominum. caroq; eius innocentissima, & tenerrima repleta est liuorib⁹,& fracturis,& tūc impletum est,illud ps̄.prædicti,quoniam lūbi mei impleti sunt illusionibus, & nō est sanitas ī carne mea. Et Mich. 1. Vado spoliatus, & nudus faciam planctum. Compatere igitur o Christiane dn̄o tuo, sic afflicto,fluebat enim vndique regius sanguis de omnibus partib⁹ corporis, quo,& columna,& flagella madefiebant,& terra sub pedibus ei⁹ sanguinea erat. Cum igitur eum post dira verbera soluissent,quia præ debilitate maxima, se substentare nō poterat,cecidit in terram, sanguine suo irrigatā,totusq; cruētatus est.

❡ Videns autem Ioannes dominum Iesum, magistrū suū, ita crudeliter flagellatū, quē semper in sua passione sequutus fuerat, vt videret finem, timens ne ob tam dira,& crudelia tormenta deficeret,recolens promisisse matri eius Mariæ,quid esset de filio suo, recolligens pannum quendam cruētatum sanguine domini Iesu,& capillos capitis, ⁊ barbę, recogitans quale nouum annuntiaret matri, lachrymans,vociferans, & lamentans, ibāt versus Bethaniam,cuius clamores sentiēs Beata virgo,cum Magdalena & Martha,quæ cum ea erant, ex nimio dolore cecidit ī terram,quasi mortua, hic dic vt scis, & qualiter interrogauit de discipulis,& de Iuda,& de Petro, & quid responderit Ioannes,& qualiter interrogauit,si haberet aliquod signū de filio suo, & quo Ioannes ostendit pannum cruentatū, & capillos capitis, & de lamentatione super illa,⁊ cum diceret Ioannes,q; festinaret, si vellet viuum inuenire filiū

filium,& ipsa rogauit Magdalenam,& Martha, vt duceret eam ad vidēdum filium suū, Ioanne ergo antecedente cū lucerna in manu, ipsa appodiata Magdalenę, & Marthæ,cunq; Hierusalem ingressa esset, & quosdam Iuuenes interrogasset.d. illud Cāti.3. Num quē diligit anima mea vidistis?illi autem responderunt,illud Canti.5. qualis est dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quia sic adiurasti nos,illa autem dixit,dilectus meus candidus est,& rubicūdus,pulcher,& decorus, electus ex millibus,cui respōderunt,illud Esa.53. vidimus eū & non erat aspectus eius, sed quasi abſconditus erat vult⁹ eius,⁊ despectus. Vnde nec reputauimus eum,& ex tali responsione,afflicta, & ansia effecta anteibat, & ex nimio, & vehementi vēto,extincto lumine, qđ portabat Ioannes, cum autem audisset quosdā ictus,& percussiones fieri, in quadam apotheca cuiusdam fabri lignarii, volentes accendere lumen, percusserunt ad ostium(vt dicunt quidam cōtemplatiui) quo aperto, vidit mestissima mater tres cruces ibi paratas, vnam aliis altiorem, interrogauit fabrū, qua ex causa tres illas cruces præparasset? cui ille respōdit tres latrōes occidere hoc mane statuerunt iudæi,quorum princeps est quidam, qui dicitur christus,pro quo hęc magna crux præparata est,hic facias cōtemplationem de plātu virginis, super crucem, & cum de ambularent flentes, extincto iterū lumine, & cū audissent quosdā alios ictus, in alia apotheca, ⁊ intrassent vt etiam accenderent lumē, viderunt cōfici quosdam clauos,⁊ nonnullos aliis longiores,& grossiores,hic dic de iterrogatione facta a Magdalena fabro,& responsione,& lamentatione,& planctu virginis,super illos,& surgētes mesti,& afflicti, peruenerunt in domum Pilati,in qua per quędam foramina, afflicta mater videbat filium suū flagellari, & strepit⁹ flagellorū, & derisiones iudæorum super filiū suū audiebat magnis vocib⁹, & clamoribus lamentabat.d. O fili mi dulcissime, o q̄ male cruciaris, ⁊ flagellaris ab istis pessimis iudæis, o fili mi,tu es filius dei,quē de spiritu sancto concepi,quem adorāt angeli,o lumen oculorum meorum,o spes, & sollatium vitæ meæ,o gaudium, & iocundi-

tas mea, fac & me tecum mori, his & similibus suspiriis, cũ affligeretur dolentissima mater, heu filii sui dolorẽ augebat hæc sentientis, & ab ostio domus cum verberib', & opprobriis ab illis pfidis iudæis repellebatur, hic dic multa de lamẽtatione matris mariç, & coronatione spinea, & flagellatiõe, super coronam, quam videbat mater eius.

¶ Sic igitur flagellatum adduxit eum foras Pilatus, & dixit Iudæis, vt habetur Ioan. 19. Ecce hõ, hic demõstres Christum flagellatum, & dic qualiter assistebant mater eius, & Magdalena, & Martha, & Ioãnes, & multi alii discipuli, O qualis dolor, hic demõstrãdo christum, inuoca cœlos, Angelos, cęteras creaturas, & patrem, & spiritum sanctũ, & discipulos, & dolẽtem matrem, & postea populum, dicendo singulis. Ecce homo, & facias pulchram practicam, & contemplationem vt scis.

¶ Cum vidissent Iudæi dñm Iesum sic cruẽtatum, tanquã canes sanguinẽ leporis videntes, exclamare ceperunt, crucifige, crucifige eũ, dixit eis Pilatus, accipite eum vos, & crucifigite eum. Ego enim nõ inuenio in eo causam. respõderunt iudæi nos legem habemus, & sñm legem debet mori, quia filium dei se fecit. Cum audisset autẽ Pilatus hos sermones, magis timuit, & ingressus in prætorium, dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum ei non dedit, vt verificaretur, illud Esai. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducet, & quasi agnus coram tondẽte se, obmutescet, & non aperiet os suum. (sed omnissis quibusdam interrogationibus) quas fecit Pilatus dño Iesu, maxime quęrendo quid esset veritas, insistemus cõtemplationi (exclamantibus igitur iudæis) ad Pilatum si hunc dimittis nõ es amicus Cæsaris, extimuit Pilatus, & adduxit dñm Iesum foras, vt iudicaret eum. Erat autem Parasceue, hora quasi sexta, & sedit p tribunali, in loco qui dicitur lithostratos, hebraicæ autẽ Golgotha, vt dicitur Ioã. 19. & dixit Iudæis, Ecce Rex vester, illi autem clamabãt, tolle, tolle, crucifige eum, dicit eis Pilatus. Regem vestrum crucifigam? responderunt põtifices, nos non habemus regem, nisi Cæsarem, hic facias contemplatiõnẽ de Maria virgine, hæc verba audiẽte, sedẽte aũt p tribunali Pilato, mi-

sit ad eum vxor sua.d.nihil tibi ⁊ iusto illi, multa enim passa sum hodie per visum pp illũ, Matth.27.vbi dicit glo.Rabani ꝗ diabolus videns patiẽtiam christi et cognoscens se prosternẽdum ex humilitate eius, voluit per mulierẽ reuocare passiõis eius processum, sicut per mulierẽ procurauit damnationem humani generis. Videns aũt Pilatus obstinationem iudæorum, accepta aqua, lauit man⁹ suas coram populo.d.Innocẽs ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis, qui respõderunt, sanguis eius super nos, & super filios nostros, vbi quidam deuotus doctor, exclamat. di.o dati in reprobum sensum, & obstinatę malitię, crimen vestrum ad posteros vestros destinatis, sufficiebat enim vŕa perditio, sed sic fiat, vt postulastis. Vnde vt experientia patet, posteri eorũ iudæorum ꝗ prædicta verba dixerunt vel dñm Iesum flagellauerũt seu conspuerunt, particularibus infirmitatibus sunt detenti, quidam enim ex brachio dextro, se iuuare non possunt. Alii sputum emittere non valent nonnulli vero continuũ sanguinis fluxum patiuntur, factis igitur signis iustitię cõ suetis, Pilat⁹ dãs publice sententiã, dñm Iesum ad crucis patibulũ adiudicauit. qđ audiẽs dolorosa virgo, ad terrã prostrata sic lamentabiliter clamabat, fili mi, innocẽtissime, tu nũꝗ nec peccatũ facere, nec cogitare potuisti, tu filius dei, ab hõie pcõre sñiaris. hæc & hiis similia, dicebat.

¶Data igitur sñia mortis, statim vexilla Pilati emissa sunt, & oẽs iudęi ruerunt in dñm Iesum, tãꝗ canes rapidi, portãtes necessaria ad ei⁹ crucifixionẽ, & mortẽ, voces clamorosas ad sydera mittẽtes, & dicẽtes. Ducamus cito latronẽ istũ ad suspẽdiũ, & in medio duorũ latronũ, posuerũt dominũ Iesum, crucẽ suã suis fessis humeris baiulãtẽ, cerne igitur aĩa deuota, ⁊ cõsidera quo vadit cuius⁹ sub cruce dñs tu⁹, anhelãs ex ponderosa crucis deportatiõe. tũc verificatũ ẽ, illud ps.37. Miser factus sum, ⁊ curuatus sum, vsꝗ in finẽ, tota die cõtristat⁹ ingrediebar, ibat aũt ad passionem dñs Iesus, lachrymosis vocib⁹.d.ad orientẽ reuolutus, o oriẽs en morior ex amore, deinde ad alias mundi partes se reuoluens, idem dicebat, sequebatur autem eum mater eius, & anxiebatur ire versus filium

vt adiuuaret ad crucem portandam, quæ magna & ponderosa nimis erat, sed propter tumultũ populi, ire & appropinquare non poterat, audiebat enim illos pditos iudęos filium suum irridẽtes, & verberantes. Alios super caput, & faciẽ eius lutum & alias immundicias proiiciẽtes, & dicebat angustiata mater ad Ioannẽ, & Magdalenam, duci te me quęso, ad locum vbi videre valeam, & tangere filiũ meum, anteq̃ præ dolore hic moriar. ducta igitur ad portã ciuitatis qua filius eius erat transiturus, aspiciens a longe vidensq; filiũ sub cruce quasi deficientem, & inter duos latrones stantem, sed propter vultus eius palorẽ, atq; ex immundiciis in illum proiectis, deturpationẽ, ac propter deformitatem plagarum, eum non bene cognoscẽs. dicebat ad socias, o sorores meę cognoscitis filium meum? Est.n. ille qui velut leprosus & mortuus, ita incuruat⁹ venit? cui omnes amarissime flentes, dixerunt, ipse est o mater plena doloribus, hic vere est filius tuus. Tunc respiciens eũ mestissima mater, exclamando dixit, fili mi dulcissime, fili mi sanctissime, angustiat⁹ es nimis, nam i me deficio, ⁊ me substinere non valeo, & hæc dicens, amplexatus est filium suum, & filius matrem, & dolor matris, cõicatus est cũ dolore filii, & econtra, ita ꝙ dolor vnius pertransiuit cor alteri⁹, & prę lassitudine, & amaritudine, ambo defecerũt in via tã q̃ exanimes, vnde in eo dẽ loco, extant vestigia vnius Ecclesiæ, quæ olim a christianis in memoriam huius mysterii, fuit fabricata, & sancta Maria de spasmo propter hoc est appellata.

¶Tunc illi carnifices, & pessimi iudæi, pedibus, & pũgnis percutiebant, & conculcabãt beatam virginem, & dominũ Iesum, non valẽtem surgere, nec amplius crucem portare, crudeliter per capillos aprehendentes, de terra leuauerunt, & angariauerunt quendam Simonem Cireneum, venientem de villa, por tare crucem eius, Maria vero Magdalena, cũ aliis mulieribus, erexit beatam Virginẽ, quæ præ dolore amplius incedere nõ valebat. sed caput suum reclinans super quãdam petram, tanta vehementia lachrymas emisit, ꝙ vsq; ad hodiernum diem, apparẽt vestigia lachrymarum, dictam petram exca-

uantium, ficut mihi retulit, quidam frater nofter, qui prę dictam Petram vidit, in ciuitate Conftantinopolitana. Cum igitur piifsima virgo, videret fe viribus deficere, rogauit Magdalenã, & Marthã, vt eam ad locum in quo occidendus erat filius fuus, deportarét, ad quem locũ cum deportata fuiffet Beata virgo deductus quoque fuit filius in præfentia eius ⁊ omnibus veftimentis eft expoliatus, ex qua fpoliatione, renouati funt omnes dolores, & cuncte plage corporis eius, erat enim tunica eius iam carni applicata, ex congelatione fanguinis, quam tunicam extractam oftenderunt virgini, fanguine madefactam, & poterant dicere, illud, Gene. 37. Vide vtrũ tunica fit filii tui, an non? Cõfidera igitur o anima deuota, & infpice pio mẽtis oculo, alios parare malleos, & clauos. Alios facere foramina crucis. Alios menfurã brachiorum fumere. Alios foramẽ in quo crux poneretur facere. Alios vero percutiẽtes dominum Iefum in pectore, fuper Crucem profternere. Alios vero vnam manum cõclauare, Alios autem aliã manum cum fune ad aliud foramẽ violenter trahere, & extẽdere: erant enim nerui attracti, ex cõclauatiõe primę manus. Et dicit Bernar. ꝙ illi claui, non erant bene acuti, fed quadri, & obtufi, non tãtum carnem penetrantes, fed etiã ipfam carnem fecum, & neruos, & offa intra lignum trahentes. Manibus igitur domini Iefu in Cruce affixis, cum fune ligãtes pedes eius, ad locum foraminis violenter traxerunt, atq; plagas ambarum manuum renouauerũt. Erãt enim nerui corporis eius retracti ex conclauatione manuum, & dolore. Aliqui dicũt ꝙ vnumquẽq; pedem, de per fe cum vno groffo clauo trãffixerunt, ⁊ fic fuerũt quatuor claui in carne eius. Alii vero ꝙ vtrunq; pedem cũ vno clauo confixerunt, qui erat valde terribilis, & groffus, quidã tamen dicũt ꝙ pedibus eius fimul iunctis vt melius clauꝰ poffet tranfire, perforauerũt prius ipfos pedes, cum vno inftrumẽto ferreo, & poftea ictibus mallei fortifsimis, ipfum clauum magnum, & lõgũ ambos eius pedes tranfire fecerunt, quorum ictuum fonitũ Beata virgo audiens, ad cœlũ eiulatus mittebat: qui dolores penetrabant cor, ⁊ animã

semimortui filii. Aliqui aũt dicunt, ꝙ primo crux fuit erecta, & bene firmata. Deinde christus denudatus fuit in altum, iuxta crucem eleuatus, aliquo substentante corpus eius, posito sub pedibus ipsi⁹, & sic vidente omni populo ⁊ matre eius, fuit in manibus ⁊ pedibus (vtsupra diximus) conclauatus, ⁊ hoc maiorem dolorẽ sue piissimę matri cõcitauit. Secũdum autem opinionem eorũ, qui tenẽt ꝙ in terra fuit conclauatus, dicũt quidam, ꝙ eum sic crucifixũ, cum in altum leuare cepissét ad maiorem eius dolorẽ, cadere dimiserunt, & sic renouata sunt omnia vulnera ei⁹. Tandem ad maiorem matris sue dolorem, in medio duorum latronum, ipsum erexerunt, O piissima virgo, cõspice filium tuũ, & vide quomodo eum isti perfidi iudæi con fixerunt, & tu bone Iesu miserere matris tuę, præ doloribus deficientis. Credo enim ꝙ eã intuens lachrymabili vultu, ex compassione intra se dicebat. O mater mea dilectissima, quomodo omnia gaudia quæ de me suscepisti, conuersa sunt tibi in merorem, & luctũ? Vbi nanq; sunt Angeli in mea natiuitate cantãtes? vbi pastores ad præsepe venientes? vbi orientales Reges in cuna me adorãtes? vbi grata per. 33. annos vtriusq; conuersatio, & familiaritas? vbi tot, & tanta de me prædicata miracula, propter quæ lętabať cor meũ ⁊ tuũ? Heu me mater mea, oĩa hæc conuersa sunt tibi in lamentum, & fletum.

¶ Beata autem virgo, sparsis crinibus, tota sanguine, & lachrymis madefacta, stabat iuxta crucem filii sui clamãs, & dicens. Heu mihi fili mi, quis dabit mihi, vt ego moriar tecum? quia remanet sine filio mater, fac mihi hanc gratiam fili mi, vt ego moriar tecum, nihil enim mihi gratius in pꝛ̃senti, q̃ te amplexato, in cruce tecum moriar. Nihil mihi amarius, q̃ viuere post mortẽ tuam. O fili mi, tu mihi pater eras, tu mihi mater, tu mihi frater, tu mihi sponsus, tu mihi blãdus eras filius. Tu meę diuitiæ, Tu mea glřa, Tu meę delitię, Tu mihi omnia eras, o fili dulcissime, vbi est ille delectabilis aspectus? vbi ẽ vultus tuus letus, & iocũdus? vbi est facies illa serena? vbi est visus ille amabilis? fili mi speciosus præ filiis hominũ, nũc totus es deformis, & opprobrium hominum factus. Vbi

est o fili loquela suauis? Vbi conuersatio mansueta? quo ibo mi fili? qlis erit vita mea, sine te fili mi? Deinde reuoluta mestissima mater ad iudæos dicebat. O impii iudæi nolite mihi parcere, postquã filium meum crucifixistis, crucifigite simul & matrem, aut mortem si habetis seuiorem, prebete. & vt inquit Bern. in serm. de planctu virginis, etiã dicebat eis, postquã complestis vota vestra, saltem deponite & reddite miseræ matri filium suum, reddite eum mihi, erit enim mihi solatiũ, vel defunctus, postea vero ad cœlum oculos eleuans desolata mater, cum lachrymis lamentabatur, dic. vt scis, &c. Stabat autem iuxta crucem domini mater eius. Ioã 19. Et oculos suos lachrymis irrigatos ad illum reuoluens. d. O crux feriera, quę mater filii mei facta es quare abstulisti eũ a me? Ego amplexabar eum brachiis, & tu stringis eũ clauis. Ego inuolui eum pannis, & tu extendisti eum lignis. Ego vestiui eũ tunicis, & tu induisti eum vestimẽto sanguinis. Ego educaui eum lacte, & tu potasti eũ aceto, & felle. redde igitur mihi vnigenitum filiũ meũ, vt saltẽ tãgam eum, antequã moriar, quibus fletibus, augebat dolorẽ filii sui, in Cruce pendentis. Sed heu qa dñs Iesus dicere poterat, illud Esa. 49. In vacuum laboraui, & vane fortitudinem meam cõsumpsi. Et illud Esa. 63. Tota die expandi manus meas ad populum incredulũ & non timentem verba mea, lamentabatur ergo dicens. O popule ingratissime, Ego ꝓpter te flagellaui ægyptum, cum primogenitis suis, & tu me flagellatũ tradidisti. Ego te eduxi de ægypto, demerso Pharaone in mare rubrum, & tu me tradidisti principib⁹ sacerdotum. Ego ante te præiui ĩ columna nubis, & tu me adduxisti ad prætorium Pilati præsidis. Ego te paui mãna per desertum, ⁊ tu me cedisti alapis, & flagellis. Ego dedi tibi sceptrum Regale, & tu caput meum spinis coronasti. Ego propter te cananeorum Reges percussi, & tu percussisti arũdine caput meum. Ego te prę cũctis gentibus magnificaui, & sublimaui, & tu in ligno Crucis, tanquã latronẽ, me suspen[illegible]isti, & multa alia dicere poterat.

¶Postea omnium suorũ dolorum, passionum, & anxietatum oblitus, benignissimus

Iesus ad patrem suũ oculos eleuans, protulit multa verba amore ignita.

¶ Primũ fuit, pr̄ ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Cur bone Iesu de sinu patris descendisti in vterum virginis matris? certe ex nimia charitate. Cur inter homines habitasti & ad nostras miserias venisti? certe propter charitatem. Cur tot & tanta flagella substinuisti? ⁊ crucem ascẽdisti? certe propter nimiam charitatem, hęc & alia multa fecisti, merito ergo dicis. Pater ignosce illis, quod verbum tã te pietatis, & efficacie in auribus audiẽtium fuit, vt refert Vgo de prato, ꝙ Hierony. dicat fere qnq̃ millia hominũ, hoc audito ad christum fuisse conuersa. Audiens hæc mater, cũ dolore, dixit, o fili mi. non potes abscondere tuam benignitatem. quare ergo nõ mihi parcis, fili mi. Aliis semper fuisti pius, tu mihi factus es crudelis. parce fili mi, parce matri tuę, quæ est in tanta afflictione, fac mihi hanc gratiam, vt merear te tangere fili mi, & in cruce tecũ moriar. Tunc vertit se ad iudæos. di. O iudæi, non auditis filium meum, patrem orãtem, vt vobis parcat, & vos non parcitis sibi.

¶ Secundum, hodie mecum eris in paradiso. O bone Iesu, pie, clemens, & misericors, orás veniã pro peccatoribus, nunc autem peccatori largiris paradisum, qs audiuit vnq̃ tale, latro sero venit, elongatus extitit a via veritatis, in miseriis culpe vixerat, sed in eo sẽp effulsit radiꝰ largitatis diuinę, audiuit nãq; tria, hodie, quasi dicat nolo differre, licet circa vndecimam horam veneris, non tamen differam salutẽ tuã, mecũ eris, nõ in lymbo patrum, nõ vbi positus fuit Adam, & Eua, non vbi translatus fuit Helias, & Enoch, sed in paradiso deliciarum, in quo semper videas deum facie ad faciẽ. Iacebat mater dolorosa prona in terra sine sensu, post aliquantulum tempus, audiẽs a filio, hodie mecum eris in paradiso, resumens spiritum, eleuata est a sororibus, & eleuans oculos, dicebat ad filium. O fili mi, nõ vides me derelictã? Nõne perdo omnia bona dũ te perdo? Et quare o fili mi, nõ dicis matri tue, hodie mecum eris in paradiso? Sed saltem dic mihi aliquod verbũ. Cur fili sic effectus es crudelis, quare mihi non loqueris?

¶Tertium verbum, Mulier ecce filius tuus, & hoc dixit, quia intuebatur matrem suã dulcissimam, oculo filiali, de qua plus affligebatur, q̃ de ꝓpriis pœnis. Eleuãs igitur mater oculos suos respexit filiũ loquentem sibi, & ait. O fili, noua est hęc mutatio, Nonne ista est mater tua quæ te lactauit? cur ergo vocas me mulierem, & non matrem? Nam tu dixisti honora patrem tuum, & matrem tuam, quare sic facis fili mi? Certe virgo gloriosa, nõ te vocat matrem, quia tẽpus est, vt recedat a te. Non te vocat matrem, quia dolore nimio deficeres, tunc accepit eam discipulus in suam. O fœlix Ioannes qui dei matrem in tuam, per testamentum christi habere meruisti.

¶Quartum, Sitio, quia iã totũ sanguinẽ effuderat adeo, vt spiritus vitales pœnitꝰ deficerent, O res mirabilis, sitit ille qui fontem semper scaturientem donat, qui flumina fluere, rorem, & pluuiam cadere, mare circũire facit, qui produxit aquam de petra durissima, & dedit potum filijs Israel in deserto, qui inebriat sanctos suos ab vbertate domus sue, & torrente voluptatis potat eos, & ad quem sitiẽtes venire desiderãt, sed ó bone Iesu, quid vltra sitis? salutẽ vestram, fidem vestram, gaudium vestrum. Audiens autẽ mater, filium sitientem, respexit in circuitu clamans ad socias, sorores mee, vbi poterimus habere aquã, filius meus totus essiccatus, comburitur & non respicitis vos, quia totus sanguis eius effusus est, & ait ad iudæos, o crudeles iudæi, nõ habetis pietatem, date modicum aquę filio meo. Nõne dedit vobis ipse aquã? quare non sibi redditis, & ait ad filium, O factor cœli, & terræ, qui omnia creasti. Ecce totus mundus negat tibi guttã aquę, o fili mi, non possum in morte tua dare tibi aquam. Aliæ matres, dum perdunt filios suos, saltem subueniunt eis vsq; ad mortem. Ego vero infœlix, non possum tangere filium meum, nec ei subuenire. O fili mi, darẽ tibi sanguinem, sed nõ possum, o fili mi, quid faciam? O crux flecte ramos, vt saltẽ de meis lachrymis, possim dulcissimo filio meo, aliquid refrigerium præstare, Vas ergo positum erat aceto plenum, flelle mixtum, illi autem spõgiam aceto plenam, ysopo circumponentes obtulerunt ori eius.

¶Quintum verbum. Deus deus meus, vt quid dereliquisti me? &c. hoc quia positus inter passionis sue cruciatus, & iam lassus nec quasi respicere valens, derelictum se clamat .i. expositum angustiis, & tribulationibus, s̄m humanam naturam. Tunc mater audiēs filium suum dicentem, se derelictum a patre. d. O fili mi, fili mi, derelictus es a patre, a discipulis, derelictus fili mi es in manus iudæorum, tamen ego non te derelinquam, sed quid mihi, & tibi prodest fili mi? qa priuata sum potentia, fragilis, ac debilis sum, volo te iuuare, sed non possum, permitte fili mi, permitte matrem tuam, te iuuare, quoniam hæc est mater tua. O pater æternæ adiuua filium tuū derelictum ab omnibus, O fili mi, en dolore deficio, quia te iuuare non possum.

¶Sextum verbum, Cōsumatum est, grandis & immensus amor corpus illud amorosi Iesu consumauerat. Cum igitur tenebre super vniuersam terrā facte essent, a sexta hora vsq; ad horam nonam, gustata fellis amaritudine per quam, & lingua passa est. tūc pia & lamentabili voce, cunctis stupētibus, dixit. Consumatum est, quid consumatum ē, o benedicte Iesu? vtiq; passio tua. Iam nihil restat agēdum, nullum ē mēbrum corporis tui, & nulla pars, quę tormētum, non senserit, consumatus est sanguis, cōsumatū ē corpus, ita vt omnia eius ossa apparerēt, & numerari poterant. ps. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea, consumatum est sacramētū passionis, consumata est scriptura, quæ pronunciauerat hæc oia de me, quæ substineo, consumatum est opus perfectum, id est redemptio humani generis. Gen. 1. compleuit deus die sexto opus suum, quod fecerat, opus enim dei est humanum genus, quod completum, & consumatum ē, die. 6. .i. feria sexta per passionem christi, ante enim passionem erat imperfectum, dū diabolus traheret ad lymbum sanctas animas. hodie vero consumatum ē, & completum, qa hodie beatę erunt. Audiēs autem virgo gloriosa, filium dicentē, cōsumatum est. ait o fili mi, cōsumata ē p̄sona tua, certe consumata est & mea. O fili mi, video te consumari, & deficere, heu, heu mihi succurrite, qa filiū meū mori

video

video nec ipsum saltem tãgere possum. O fili mi, fac vt tãtum te possim osculari, anteq̃ moriaris. Aliter ego deficio p̃ dolore. Iam enim tua consumatio, & mea venit.

¶Septimum, & vltimum verbum. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meũ, & hoc, quia deficientibus viribus, ꝛ anhelitu, amorosus Iesus, sic clamauit. Audiẽs autem filiũ suum dolorosa mater, sic clamantem, ait fili mi, nunquid possum tibi aliqd facere? Dic mihi bone fili? & ego faciam quod vis, conforta matrem tuam in aliquo verbo, nam semper mihi fuisti obediens. nunc vero quare non obedis matri tue? Dixisti fili mi i manus tuas comendo spiritum meum, Nam video te mori, & comendare spiritum patri, & ego deficio, & non comendo tibi spiritum meum, fac mihi hanc gratiam fili mi, da mihi locum in cruce & moriamur simul, & dicamꝰ ambo patri, pater in manus tuas comendamus spiritus nostros, fac fili mi, qa paupercula sum, obedias, & audias vocem matris tue. d. in manus tuas comendo spiritum meũ, fac fili mi, vt tecũ moriar. hoc aũt ipsa dicẽte, filius inclinato capite emisit spiritum, inclinato capite. s. uersus matrẽ, quasi diceret mater mea, confortare, & vale. quia ad alium proficiscor mũdum, statimq; illa gloriosa sempq; fœlix anima, corpore derelicto, super crucis patibulum, ad iustificandos sanctos patres, lymbum descendit. O virgo benedicta iam annulos depone, iam virgo nigro te vestimẽto indue, iam sacrũ caput obscuro velo cõtege, vidua siquidem remansisti, vidua facta es tali filio, tantoq; sponso priuata, Mater igitur in morte filii, semimortua remanẽs, supina cecidit, & irremediabilr fleuit, Dicebat siquidem o fili mi, vita omnium hominum, & angelorum, quomodo extinctus es, & in te vitalis spiritus non remansit? O magnę & admirabilis deus, tota machina mundi, de te facit lamẽtũ in hac tua passione. Nã mater tua ex abundãtia lachrymarum exiccata ẽ, prona iacet in terra semimortua, & sorores eius, infatigabiliter plorant. Venerabilis Magdalena tota afflicta est, capillos capitis sui eradicat, & prohicit, insuper & angeli cognouerunt & amare fleuerũt, omnis turba virorum, ac mulierum co

## DOMINICA Resurrectionis.

### DE EADEM RESVRrectione Iesu Christi.

HAEC dies quam fecit dominus, &c. ps. 117. Sentẽtia est naturalium Philosophorum ꝙ sicut se habet oppositum in opposito, ita se habet propositum in proposito, quam regulam ponit Peripateticorum dux Arist. 2. de cœlo & mun. Etiam ait, Cõtrariarum causarum, contrarii sunt effectus, Cum ergo mors sit vltimum terribilium. 3. Ethi. Non immerito præteritis diebus, maxime in die Veneris sancto, doluimꝰ, atꝗ lachrymati sumꝰ, de horribili morte benignissimi nostri Iesu Christi, eiusꝗ matrẽ dolorosissimam associamus vsꝗ ad montem Caluariæ, pariter lugentes cum ea, vituperosam mortem vnigeniti filii sui, qua propter, cum amicus debeat sentire cõmoda, & incommoda sui amici. secundũ consilium Apostoli ad Rom. 12. Gaudere cũ gaudẽtibus, & flere cum flentibus. Ideo oẽs hodie gaudere ĩducimur, pariter cum illa, de triumphanti resurrectione filii eius, ad quam lœticiam, omnes creaturæ hortantur, insensibiles, & sensibiles, & elemẽta, vt ait diuus Amb. in Resurrectione xpi. Aer salubrior fuit, sol cãdidior, & terra fœcundior, & maxime dicit, ĩ Resurrectiõe chr̃i elemẽta oĩa gloriant̃, & lętantur angeli, quia videbãtur sancti ab inferis extrahi, & sedes vacuas replere lętant̃ sancti patres, educti de carcere lymbi, dicentes illud Aug. Aduenisti redemptor mundi, quem desiderantes cotidie expectabamus. Lętantur discipuli, vt canit Ecclesia. Gauisi sunt discipuli viso domino. Ad hanc lætitiam inuitat nos in figura, regius ille Dauid. 1. Reg. 17. Qui postꝗ Goliam, quinꝗ lapidibꝰ occidit, & populum eius vicit. Reuersus ẽ & cum magna gloria receptꝰ est a suis, & mulieres in eiꝰ laudem cecinerunt dicẽtes, Saul percussit mille, & Dauid decẽ millia. Similiter, & nos de victoria, & triumpho Imperatoris nostri Iesu christi, qui qnꝗ lapidibus. i. quinꝗ vulneribꝰ, deuicit Golia. i. diabolum cũ

exercitu suo,& victor de inferis rediit ad superos,letari debemus. Ad hāc letitiam summa cum exultatiōe mater militans Ecclesia,inuitat cum ꝓpheta Dauid dicens,Hęc dies quā fecit dn̄s. &c. De hac ergo resurrectione iocundissima. Tria misteria declarabimus,videlicet.

❡Veritatis.

❡Congruitatis.

❡Iocunditatis.

❡De primo,heri dilectissimi auditores audistis, qualiter saluator noster benedictus, passus est,& mortē subiit.hodie discipuli dixerunt, nūciauerunt, ac publice prædicarunt, ipsum a mortuis resurrexisse, ita ꝙ iam rumor erat in populo,de eiꝰ resurrectione,ꝓpter quod custodes monumenti, acceptis denariis, nolebant veritatem confiteri.s. eum resurrexisse a mortuis.sed & illa sanctorum corpora , qui surrexerunt cum Christo publice in sinagogis testimonium reddiderūt, de eius resurrectione, quod audientes Anna,& Cayphas,accesserunt ad Pilatum dicentes. Dn̄e Pilate. Credo ꝙ vobis relatum sit, qualiter discipuli illius publici seductoris prędicant resurrectionē eius, qđ non solum falsum est, sed etiam contra legem,& hæreticum,insuper impossibile,ꝓpter quod accusamus eos,de tali assertione. faciatis vocari eos ante vos. Et volumus probare,& testificari, esse qđ diximus. Tunc respondit Pilatus,verum ē, quod audiui eos hoc nunciare ciuitati , & certe si hoc esset verum, esset error peior priore. Tunc Pilatus fecit vocari eos ante se,q̄bus accersitis,dixit. Quid iterum commouentes populū ; & ciuitatem,christum, quem nostra iustitia, & auctoritate crucifiximus resurrexisse prędicatis?Ecce isti pontifices,& Pharisei,accusant vos,de tribus. s. de falsitate ꝙ non sit vera,& ꝙ sit hæretica,& ꝙ talis resurrectio ē impossibilis, quid dicitis vos?An forte eueniet vobis sicut & magistro vestro?Ve basta l'animo de ꝓbare & testificare tal cosa? Et de disputare contra q̄sti pontefici sapienti,& doctori della lege . Tunc Petrus intrepidus,ꝓ omnibus aliis ait, dn̄e Pilate , isti nesciunt quid dicant,sed sola inuidia,& odio moti contra magistrum nr̄m loquuntur . Et si ipsi dicunt velle probari, & testificari , ꝙ non sit verum,nos omnia eo

rum dicta, & rationes volumus aiosę reprobare, & volumus similiter rationibus, plurimis, ac testimõiis, probare, ꝙ magister noster resurrexit vere a mortuis, solamēte vna gratia volemo dall a signoria vostra, che non ni facia contra iusticia, Et che non se moua ad complacentia di costoro, ma solum teneatis rigorē iustitiæ, & caute audiatis ambas partes, & teneatis quod sit verum, & quod non verũ reprobetis. Pilatus vidēs animum promptum illius senis, gauisus est, in mente sua, Et quod dixerat verum, ꝙ cruci fixerat magistrũ ipsorum ad complacentiam illorũ, & contra iustitiam, vertit se quasi toruo aspectu versus Annam & Caypham, di. Vos dixistis, velle ꝓbare cōtrariũ, & testificari, dicatis mō rōnes vr̄as.

¶ Anna, & Cayphas timētes ceperunt arguere tali medio, videlicet, resurrectio naturaliter est impossibilis, & si est impossibilis, ergo falsa, si falsa, ergo contra legem, si contra legem, ergo heretica. Q᷑ sit impossibilis probam⁹, impossibile ē, redire aliquid idē numero per agens naturale, quia vt ait Philo. 2. de gene. te.co. 36. Sanitas corrupta, non redit eadem numero. Et in prædicamentis, in.c. de oppositiōe. a priuatione ad habitum impossibilis. est regressio, quod intelligendũ est de priuatione subsequente formam, & forma præcedēte, cũ quo cōcordat illud quod allegant aliqui. 8. Metha. te.co. 14. De aceto, & vino, sed sic ē, ꝙ magister istorũ vere mortuus est, quem nos vidimus, & audiuimus spiritum recōmēdantem deo, & hoc fuit naturaliter, ergo est impossibile, eum resurrexisse a mortuis.

2 Secundo, ſm Sco. in. 4. dis. 43. In omni corruptiōe: materia geniti. i. alicuius entis creati, diuiditur, ita ꝙ non est tota materia eadem eius, quod generatur. cum ea quæ præfuit ĩ corrupto. Sed si reditio fiat, ad aliquid eiusdem numeri, cum primo corrupto, nō erit eadem materia totali, & per consequens non erit idē. Ratio, nam ad idētitatem numeralem, requiritur eadē materia, sicut eadem forma ſm Philo. 12. Meth. tex. co. 27. c. 2.

3 Tertio, agens naturale, non potest agere nisi per motum, vel mutationem, motus aũt, vel mutatio non potest redire idem, quia eius vnitas, est cōtinuitas, & interruptio vel

iteratio repugnat continuitati,ergo & vnitati,motus, vel mutatiõis. Quarto, habetur in Ecclesi ca.3. Vnus est interitus hominum, & iumentorum,sed iumenta non resurgunt.ergo,nec homines, ꝙ si non homines, nec magister istorum q erat homo. Quinto,habetur in Iob.14.cap.Homo cum dormierit nõ resurget,donec atterratur cœlum non euigilabit. Sed cœlũ nũquã atterretur, cum sit incorruptibile,igitur, &c. Et sunt testes huius rei,accesserũt autem octo iuuenes,qui corrupti erant pecuniis, ne confiterẽtur veritatem,& dixerũt. Nos custodientes sepulchrũ, & per totam noctem euigilãtes, non vidimus eum resurrexisse a mortuis, immo monumentum adhuc signatum erat,qñ recessimꝰ, quod & videri potest. Tunc Pontifices dixerunt, Ecce qualiter falsitatem,hæreticum, & impossibile prædicant, & nunciant isti,sicut ꝓbauimus. Et ideo tanq̃ hæretici puniri debent, & pœnam sui magistri pati,& demum comburi, quod si nõ feceris non eris amicus Cæsaris. His auditis Pilatus aliqualiter timuit,tamen interdixit eis silentium dicens, lasciatine audire laltra parte,& porro sententiare il iusto, & dixit Petro,Et tu quid dicis?

¶Respondit Petrus, Isti contra nos tria dicunt.s. falsitatẽ impossibilitatem,& hæreticũ. Et ego probo esse verum,possibile,& fidele,Et primo ꝙ sit verum,nam veritas cognoscitur tripliciter. Primo a sigilli ostensione,scriptum est in.c. Scripta vero auctẽtica, extra de fide instrumentorum. vbi Alex.3.ait, ꝙ illa scripta sunt auctentica,& habẽt robur firmitatis,& veritatis, eisq; adhibetur fides,quæ sunt signata, sigillo auctẽtico. Auctenticũ sigillum dicimus,illud Papæ, Episcopi, vel alicuius principis,vt habetur extra de fide istrumẽtorum. c. cũ dilectus, alicuius capituli, vt extra de probationibus cap.3.loco. Si ergo literis habentibus sigillum auctẽticum,alicuius papæ,vel Episcopi, vel capituli, vel alicuiꝰ principis secularis, fides datur plenissima, profecto fides dari debet sigillo magnifico domini nostri Iesu christi, magistri nostri, & accessit Thomas,vt scribitur Ioan.20.dicens,ego testor vidisse hoc sigillum, nam dubitans de resurrectione domini mei,apparuit mihi, ⁊ dixit,

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuam, ⁊ mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis, quod cum fecissem, dixi, dominus meus, ⁊ deus meus, ipsius vulnera sunt, sigilla auctentica huius veritatis, & resurrectionis, ergo est vera contra falsitatem istorũ pontificum.

¶Secũdo, Hæc veritas patet, testium affirmatione. Nonne propheta in ps. 3. In persona magistri, dicit? Ego dormiui, & somnũ cepi, & resurrexi, in sacra scriptura per dormitionem intelligitur mors. Quid etiam dicit Esa. xi c. Erit radix Iesse, & qui stat in signũ populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrũ eius gloriosum. Quid etiã ait Iob? 16. Scio ꝙ redemptor meus viuit, &c. Ecce tres testes sacræ scripturę quibus credendũ ē.

¶Tertio, Hæc veritas patet, ab actum mirificorum exhibitione, extra de hæreticis. c. cũ ex inuicto. Nam vera miracula, sunt sufficiẽtia testimonia veritatis alicuius, ca. Audiuimus. extra de reliquiis, & veneratione sanctorum, &. c. Venerabili fratri nostro, extra de testibus. Et hoc modo confirmatur veritas resurrectionis Iesu christi domini nostri videlicet ex operibus miraculosis. Nam primum miraculũ fuit de terremotu, Matth. 28. Et ecce terremotus factus est magnus, Et ita magnus ꝙ nõ fuit more solito, vt ait Hierony. in quæstionibus ad Elbediam, & ita magnus, vt concuteret omnia, & euersionẽ terræ minaretur. Secundum miraculũ fuit, egressio de sepulchro, sine aperitiõe ipsius sepulchri. Postea Angelus accessit, & reuoluit lapidẽ. Hoc nõ fecit vt Christus exire posset quia iã exiit, sed vt oẽs intelligere possent ipsum resurrexisse. Vnde Beda in quodã sermone, exponens prædicta verba, ait, Accedens angelus reuoluit lapidẽ, non vt egressuro dño Ianuam panderet, sed vt egressus illius iam facti hominibus pręberet indiciũ, ille. Tertium miraculũ fuit, custodum sepulchri prostratio, de quibus Matth. 20. Qđ facti sunt velut mortui, & tũc coacti fuerunt custodes, dicere veritatẽ, videlicet, quia cecidimus in terram tanꝗ mortui, sed corrupti pecunia, testificati sumus contrarium, nõ possumus amplius celare veritatem (ait Petrus) Ecce contra falsitatem istorum proba

bilis, verum est autem dictū Damas. dicētis, ꝙ resurrectio est eius quod cecidit, & dissolutum est, secūda reparatio. Et Sco. in. 4. d. 44. qō. 3. dicit. Quot hō totus cadit in morte, quia humanitas, quæ ē tertia entitas, vere corrūpitur, Ponendo etiam formam myxti aliam ab anima intellectiua vt ponit Sco. Illud mixtū dissoluitur, vel in morte, vel post mortem, nisi fiat miraculum, vt in christo. Quæritur ergo a Sco. ibi, vtrum natura posit esse causa actiua resurrectionis, & sic declarat. Primo adducit Augușt. 12. de ciuitate dei. capi. 13. Qui recitat opin. Plato. dicentium, ꝙ per circuitum temporum, omnia eadem numero redeant. Et dicūt ꝙ post magnum annum .i. 36. milia annorū, omnia redibunt eadem numero, & ratio eorum ereat, quia redeunte eadem causa debent redire idem effectus, sed tunc omnia corpora cœlestia redibūt ad eūdem situm, quia supponunt illud Ptolomęi in Almagesto, ꝙ cęlum stellatum, mouetur in centum annis, vno gradu cōtra motum diurnū, Sequitur ꝙ complebitur motus ille, ab oriente in occidētem, in. 36. millib⁹ annorum, sed istam opi. improbat ipse Augus. auctoritate scripturæ Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, & per rationem ꝯ beatitudine, quia ſm istam opinionē, nulla esset vera beatitudo, eo ꝙ anima beata reditura esset ad miseriam, quā prius habuit, & sic timeret, ⁊ non esset beata, quia cum beatitudine nō potest stare timor, & ideo dicit Sco. ꝙ sicut nō pōt ꝓbari immortalitas animæ, nec a priori, nec a posteriori, licet multe videanť persuasiones, sic multo minus pōt ꝓbari resurrectio, quæ præsupponit animæ immortalitatē, vt in. 44. d. 4. Ideo cum Paulus prædicaret Athenis, Christū resurrexisse, coram Dionysio, qui erat rector Academię, & diceret, primo, ꝙ christus fuit maximus ꝑdicator, mutans corda hominum. admirabatur, & dicens ꝙ sanabat leprosos, magis admirabatur, sed cum diceret, ꝙ suscitauerat tres mortuos. cepit eum irridere, quo vsꝙ in præsentia Dionysii, fuit illuminatus cœcus natus. Ideo Diony. in lib. de diuinis nomi. dixit, ꝙ ista resurrectio mortuorū, toti antiquitati sapientium fuit visa imposibilis, & sic patet ꝙ re-

tionem per iniustitiam deuenisse. Nam cũ promissum haberent, qđ illis de cœlo mitteretur sanctus sanctorum, q eorum rex merito diceretur, ipsi cũ habuissent, & vidissent eũ, cœcos illuminasse, leprosos mundasse, paraliticos curasse, dæmones ab hominibꝰ fugasse, mortuos resuscitasse, dixerunt illum principes sacerdotum insidiãtes magum esse, Mihi autem tradiderunt, alia pro aliis mentientes, contra legem eorum agere, Ego autem credidi ita esse, & flagellatum tradidi arbitrio eorum, at illi crucifixerunt eũ, ⁊ eidem mortuo, & sepulto, custodes adhibuerunt, ille vero (militibus meis custodientibus eũ) die tertia resurrexit a mortuis, sed intantum exarsit nequitia eorum, vt darent eis pecunias, dicentes, dicite, quia discipuli eius nocte corpus eius rapuerunt, veruntamen milites cum accepissent pecuniam, id quod factum ẽ, tacere non potuerunt. nam ⁊ illũ resurrexisse testati sunt, & se a iudæis pecuniam accepisse. Hoc autem ideo scripsi, ne aliquis aliter referens, mẽtiatur, & existimet non credendum esse mendaciis iudęorũ, Hæc Pilatus.

IN secunda parte, perscrutabimur eius iocunditatẽ. Dixit autẽ Petrus. Ecce ꝙ resurrectio magistri nostri, fuit possibilis, vera, & catholica, & etiam fuit gaudiosa, ꝙ probare possumus, plurimis rationibus, auctoritatibus, & exemplis. Quando enim cõmissum est certamen, & habita, subacta, & spoliata est ciuitas inimicorum, quid aliud nisi triumphus expectatur? Christus in passione commisit certamen, & in hora mortis publice iuit, & expoliauit lymbum, quid aliud restat, nisi vt anima illa triumphãs, ingrederetur ciuitatem corporis sui? Ideo nunc oportet declarare, quomodo tunc cum ingẽti gaudio, iste excelsus capitaneus, veniebat proficiendo, ingressurus ciuitatẽ corporis sui. Primo patet, ex desiderio naturali, qa tãto qs magis debet habere rem desideratam, quãto desiderium est maius, patet hoc exemplariter, Cum desiderium naturale visus sit ad obiectum pulchrum visibile, quanto aliqđ pulchrius pręsentatur, tanto magis delectatur, sed desiderium naturale animæ christi,

ad informandum verum corpus suum sanctissimum, erat excellentissimum, quia naturale desiderium consequitur naturam. ergo cum illa anima fuerit nobilior omni alia anima, (quia Anathema sit, qui dixerit animam Christi non esse nobiliorem animæ Iudæ in puris naturalibus) habuit desiderium nobilius, & efficacius, ad informãdum suum corpus, & ideo quando vniebatur corpori suo glorioso, summæ gaudebat, & delectabatur.

¶Probatur etiam. alia ratione, quãto aliquid fit contra maiorem tristitiam, & dolorem, tanto est gaudiosum, qa tristitia secundũ Augu.14. de ciui.dei. fit ex his rebus, quę nobis nolentibus accidunt, sed qñ anima christi fuit separata a corpore, tunc tantam violentiam sensit, ꝙ nullus hominum exprimere posset, quo ad minimum, quia talis separatio fuit totaliter contra inclinationem naturalẽ, quæ maxima erat ad illd' corpꝰ, ex hoc, quia nobilius erat illud corpus, iter omnia corpora mundi, quia formatum ex purissimis sanguinibꝰ Mariæ, & quia in eo erat plenitudo diuinitatis etiam corporaliter, & quia mediante illo, vt instrumento. & organo operatus est mirabilia super totam naturam, ergo talis separatio fuit summe violẽta, qa violẽtum proprium, ſm Sco. in prolo.q.1. est quando fit cõtra inclinationem naturalẽ, Et voluntas animæ christi appetitu libero, & non coacto, acceptauit mortem, quia ipse potestatem habebat mori, & non mori. Vt ipse dicit Ioan. 12.c. Ideo motꝰ talis fuit summę contra inclinationem naturalẽ, ⁊ per consequens summum sensit dolorem in tali separatione, ergo sequitur ꝙ quãdo illa anima benedicta fuit iterum vnita corpori, nõ tamẽ corruptibili, sed incorruptibili, & impassibili, summum experiebatur gaudiũ, quia tũc fuit completũ summum naturę desiderium. O si quis experiri posset, vnam minimam partem illius gaudii in illa sanctissima vnione, certum est, ꝙ sine miraculo dei viuere non posset, præ dulcedine magna. O quanta gratulatio fuit tunc, inter corpus ⁊ animam.

¶Tertio probatur sic, quanto enim anima christi doluit & tristata fuit, d' corporis sui passione, tanto letari debuit

de sui corporis glorificatiōe, certū est enim ꝙ anima christi existens in corpore, maximum dolorem sentiebat, qñ videbat corpus illud sic flagellari attrociter, conspui, & conclauari, hoc patet a Sco. d.15,3. Et ratio huius est, quia anima sic perfectæ vnita erat illi corpori ſm affectionem naturalē, ꝙ erat imposibile aliter fieri via naturali, quin anima illa nō compateretur corpori suo sic crudelr̄ tractato, immo indicibilem dolorē sentiebat, Et teneo hanc firmisimam cōclusionem, ꝙ anima christi plus doluit de cruciatibus sui cor poris, quā aliquis martyr, immo simpliciter plusquā esset dolor omnium hominum. Sco. 15. d.3. Ergo si tātum doluit, dic mihi quanto gaudio, quanta lætitia hauea quella anima sanctissima, quando in resurrectione viuificauit illud corpꝰ prius laniatū. Et sic in ipsum tota beatitudinis plenitudo redūdauit, qñ statim effectū fuit gloriosum, Et sicut prius summe doluit, de pasiōe omnium potentiarum exteriorum, sic in tali vniōe summe lętabatur de omnibus partibus corporis.

¶Redemptor igitur noster, ingressus ciuitatem corporis sui gloriosi, expertus est triūphum, similem illi triūpho, quando Scipio, deuicta Carthagine, triumphauit. nā oēs hoc ordine procedebant. Primo, serui redēpti currus spoliis onustos deferebāt. Secūdo, ferebantur ligneę turres captarum vrbiū simulachra præferentes. Tertio, scripturę, imagines rerum, quas gessissent. Quarto, aurum, & argentum, in vasis aromatis, & imaginibꝰ. Quinto, coronas, quas virtutis gratia, vrbes, militibus dedissent. Sexto, cādidi boues, & elephantes, illos sequebātur. Septimo, duces, inimici exercitus bello capti, manibus post terga ligatis, sequebantur. Octauo, Imperatorem cantores preibant, purpureis amicti vestibus, cum citharedorum, & tibicinum turba, qui subcincti erant, aureas coronas habentes. Nono, inter istos erat quidam talari veste, fibris, & armillis aureis amictꝰ, gestu vario, hostibꝰ deuictis insultās. Decimo, Imperatorem ipsum thus, & odorum copia, circūdabat, qui auream coronā gēmis ornatam gestabat, exiis in curru deaurato, habēs vestem subcinctā, more patrio,

variis insignitam victoriis. Vndecimo, cum illo erãt pueri, puellæq; virgines, scriptores scutiferi, cũ militibus laurum gestantibus, quibus meritorum insignia, prout fecerant, erant ordinati. Duodecimo, vndiq; erat risus, & lætitia, Et ꝑm Hierony. quidã seruilis conditionis, illo die stabat, dans ei memoriam, & eũ leniter, & curialiter cedẽs, vt recordaretur se esse mortalẽ, tali enim ordine triũphauit saluator noster, vt ĩfra dicet.

¶ Sed audi mirabilem ordinem. Primo veniebãt illi qui redempti erant. Et isti fuerũt sancti patres, qui erãt in lymbo, quos oẽs liberauit, ideo Dauid in spiritu dicit, sedẽtes in tenebris, & vmbra mortis, & vincula dirupit, & contriuit portas æneas, & vectes ferreos cõfregit. Et Eccle. 24. Dictũ fuerat in persona christi, penetrabo oẽs inferiores partes terræ, & liberabo oẽs sperãtes in me. Et Oseæ. 13. dr̃, O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Erãt autem isti sancti patres, ornati corona gloriæ, quia sicut corona ẽ circulus, circa quẽ potest fieri motus perpetuus, ita gloria animæ, erit perpetua, in diuinitate autem animæ christi, fuerunt beatificatæ animæ illæ, per fruitionẽ & visionẽ clarã, vt cõiter dñt sancti, hẽbãt igit coronas in capite. i. gloriam in portiõe superioris rationis, & erãt in curribus suorum corporum.

¶ Secundo, ferebãtur ligneæ turres, istæ turres sunt dotes animæ, quia vt dicit Sco. 15. d. 3. Quando anima est beata redundare potest beatitudinẽ in corpus, nisi miraculum interueniat, vt in christo dum erat in via. Illæ autem dotes denominãtur animæ beatitudines, vt dicunt Theologi. Et ideo sunt simulachra animarum, quæ fuerũt captæ a christo, spoliante lymbum.

¶ Tertio, in illo triũpho, erãt imagines, & scripturæ, rememoratiuæ præteritorum. Tenẽt multi, ꝙ in membris martyrum, remanebunt signa cicatricum, ad decorem, quib⁹ sancti fuerũt martyrizati. Et ibi erant omnia prophetarũ dicta de Christo. O quot scripturas recitauit, & dicebat illis. Nonne Dauid, Dicit in persona mea. Ego dormiui, & somnum cœpi, & resurrexi, & in sacra scriptura per dormitionem, intelligitur mors. Et in ps. 40. Tu autem dñe miserere mei, & re. me, & re. eis. Et

Esai.11.ca.Erit radix Iesse,& q stat in signum populorum, ipsum gētes deprecabuntur, Et erit sepulchrum eius gloriosum.Et Iob.16. Scio ꝙ redēptor meus viuit,&c.Et Dauid non derelinques animā meā in inferno, nec dabis sanctū tuum vi.cor. Oseæ.3. Viuificabit nos post dies duos,tertia die suscitabit nos,quia.s.cum ipso resurgem⁹. Similiter omnes actus quos gessit christ⁹ fuerunt descripti in prophetis, vt possemus declarare,nisi angustia tp̄is præcluderet.

¶Quarto, erant aurum,& argentum. Notādum ꝙ aurum excedit omne metallum,& argentum est clarum, & sonorum. Dicūt Theologi. Quod non datur actus gloriæ.s. visio,& fruitio, quin intellect⁹, & voluntas,prius natura, fulciantur duobus habitibus. s. intellectus lumine gratiæ, & voluntas habitu charitatis,ē argentum,propter quod, intellectus splendens intelligit, vt possit visionem facialē habere,Charitas autem quæ excedit omnes virtutes, & quæ operit multitudinem peccatorum,& quæ soluit naulum pro paradiso habendo, conuenienter significatur per nomen auri.

¶Quinto,erāt coronæ, qa xp̄s habebat laureā,& laureolā,& etiam illi habebant laureā q̄ notat præmiū essentiale, qd̄ datur pro obseruātia legis diuinæ,vel saltem erant in proxima dispositione ad habendum, laureola autē est quoddam præmium accidentale,& quidam decor,qui habetur ꝑ aliquibus actibus,valde intēsis,& laboriosis,& dat.s. martyribus,& prædicatoribus,& virginibus. Sed quomodo vrbes dabant has coronas?dico ꝙ obiecta sunt materia acqrendi virtutes, cibaria largiūtur temperantiam, dum voluntas eligit abstinere, a superfluis cibariis.Nonne ciuitates quibus prædicatores prædicant,dant coronas materialiter? Certe sic, dicebat Paulus. quibusdam,quibus prædicabat. Vos estis corona mea,& gaudium meum, sicut dum ille martyr pro fide obseruanda,occisus est in illa ciuitate, in illa accepit coronam, quæ nunquā tolletur, quia dato quod perpetuitas ſm Sco.49.4. Nō sic de eēntia beatitudinis intensiue, bene tamen extensiue & de facto.

¶Sexto,candidi boues,& elephantes, boues significāt bonos prædicatores, ideo Paul⁹

lus ad Veronam.

¶ Septimo ĩ triũpho resurrectionis christi ducebant principes .s. infernales captiui. sic intelligendo, ꝙ operatiua potentia eorum fuit valde debilitata per christum, quia pri⁹ diabolus erat sicut fortis armatus in castro, & sæpe erat in mundo, sed superuenit fortior illo. s. leo de tribu Iuda, radix Dauid. i. Christ⁹ qui fecit victoriam, ꝛ ideo dicebat Saluator. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mũdi huius eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum, cum etiam virtute meriti christi, detur copiosior gratia quam ante in priori testamento, sequitur ꝙ debilitatur inimic⁹ per accidens, sicut qui pręstat arma, & auxiliũ alicui, ex hoc per accidens debilitat virtutem inimici.

¶ Octauo, cantores præibãt imperatorem, cũ tubis, & cytharis, & voce cantantibus, q habebãt coronas aureas, Isti sunt sancti Angeli, quorũ innumerabilem multitudinem credo aduenisse. Isti fecerũt sonos, ꝛ cantus suauissimos. Nonne fecit dulcem sonum, ille angelus, de quo dr̃ Matth. 28. Qui reuoluit lapidem ab ostio monumenti, & sedebat super eum, & dixit mulierib⁹. Nolite timere, scio enim ꝙ Iesum quæritis crucifixum &c. vsq; ibi positus erat dñs. Nonne dulcem sonũ fecit ille ali⁹ Angelus, in forma iuuenis? sicut dicit Matth. in Euangelio hodierno: ꝙ Maria Magdalena, & Maria Iacobi, ꝛ Salome. Valde mane vna sabbatorum .i hoc mane, venerunt ad monumentum, orto iam sole, Ioannes tamen dicit, venerũt cum adhuc eẽnt tenebræ, ad monumentum. Non tamen ẽ dissonantia, si recte inspiciamus. Vnde dicit Aristo. 5. Phi. ꝙ medium comparatum ad vnum extremum, potest nominari nomine oppositi extremi. Sicut viride comparatum ad album, potest dici nigrum, comparatum ad nigrũ potest dici album, Mens euãgelistarum est, ꝙ istæ mulieres venerunt in aurora, quæ ẽ media inter clarum diem, & obscuram noctem. Mattheus comparando auroram ad obscuram noctem, dicit ꝙ venerunt orto iam sole, Ioãnes vero, comparando auroram ad clarum diẽ, dicit ꝙ venerunt, cum adhuc essent tenebræ, ꝛ sic non est dissonantia, quia ẽ ad idem. Sequitur in Euange

lio hodierno, ꝙ illę mulieres dicebant adinuicem, quis reuoluet nobis lapidem? &c. Et respicientes viderunt iuuenē sedentem super lapidem reuolutum a primo Angelo, & introeuntes viderunt iuuenē sedentem, coopertum stola candida, ꝛ obstupuerunt valde. Qui dixit eis. Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum, non est hic, surrexit. Ecce locus vbi posuerunt eū, sed ite, dicite discipulis eius ꝛ Petro, quia præcedet vos in galileam, ibi.e.vi.si.di.vobis, Vide si iste angelus fecit dulcem sonum. Ex hoc apparet feruor istarum mulierum, qa corpus Iesu, fuit sufficienter conditum, a Ioseph, & Nicodemo, & tamen volebant iterum vngere. Amanti enim nū quam videtur satis esse circa amatum. Nonne fuerunt cantores Egregii, illi duo angeli? de quibus dicit Luc.6. Qui dixerunt mulieribus, quem quęritis? viuentem cum mortuis, surrexit non est hic. Nonne recordamini qualiter locut⁹ est vobis, cum adhuc esset in Galilea dicens, oportet filiū hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, ꝛ tertia die resurgere. Nōne fecit dulcem cantum, illę qui venit ad Mariam matrem suam, dicēs, Regina cœli lætare alleluia, &c. Vt dicam infra; sed credo multos alios aduenisse, vt angeli præcipue, qui fuerunt custodes sanctorum patrū, fortasse insimul veniebant, & habebant coronas aureas.i.pręmium eēntiale, quia propter hoc non cessabāt videre deū, & frui. Dato ꝙ gaudium accidentale, ex hoc argueretur.

¶Nono, erat vn⁹ inter istos, talari veste, insultans hostib⁹ victis, iste fuit Dauid.di. Persequar inimicos meos, & com. il. & non conuertar, do. deficiant, &c. Si enim Dauid ludebat totis viribus ante arcam domini, quæ erat figura christi, vt patet.3. Reg. Non curās despici a Michol filia Samuelis. Quanto magis hodie debuit iocari, ꝛ saltare, an̄ thronum tanti principis? & cantare, Insultans victis hostib⁹ dicebat, ps. Nunc christiani poterunt ambulare, super aspidem, & basiliscum, & conculcare leonem, & draconem, q a cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis; & tamen non appropinquabunt ad te nocendum, quia virtus Christi fugat illos.

CIRCA tertiam partem, in decimo ordine, ituemur quæ in ipso imperatore ponũtur, & primo odor thuris, qa misericordia dei magna, nam pp christũ passum, deus non est amplius deus vltiōis, sed lęnitatis & clementię, qm̄ passio christi fuit causa meritoria, vt voluntas diuina placaretur humano generi, vt Theologi in.3.d.3. ideo dixit Angelus istis mulieribus, ite dicite discipulis eius, ⁊ Petro, Nunqd Petrus non erat discipulus? quare hoc dixit? vt consideret de misericordia dei, quia non contristatus erat, & absorptus propter trinam negationem, hac ratione, angelus apparuit ei in speciali. Thus est misericordia, & clementia. Nonne erat odor mirabilis misericordiæ imperatoris? Videtur etiam latronem in hac comitiua totum gloriosum incedere. Intremus ergo dilectissimi in odorem vnguentorum Christi, non amplius deficientes, Hic imperator erat sedens in curru deaurato. i. in humanitate iam glorificata, sicut auro nihil est preciosius. Sic nihil est pręciosius humanitate Christi, & corpore, in quo habitabat plenitudo diuinitatis. O quanta consolatio, dũ iste imperator. Dum illa sanctissima anima, ascendit de nouo in currum deauratũ. i. in humanitatem vel corpus illud. nam potest dici ineffabilis lætitia, quæ aduenit toti humanitati, quę in illo triduo fuit resoluta. Nã Sco. in 3.d.3. dicit. Quod humanitas dicit entitatem positiuam absolutam, realiter distinctam, ab anima, & corpore, seorsũ vt elicitur a Scot. vbi supra. Nam totum ē perfectius partibus, non ponẽtibus, immo humanitas ē tantę perfectionis, q̄ anima separata a corpore, summe appetit vniri corpori, specialiter vt participet illius humanitatem, & hanc tempore mortis dimisit, quã do anima fuit separata a corpore. Cum ergo Christus in resurrectione vniuit iterum animam illam benedictam illi corpori glorioso. O q̄ quadriga deaurata, fuit ista humanitas, statim enim de necessitate resultauit humanitas in perfectiori gradu entitatiuo, quã prius, & fuit iterũ vnita diuinitati, ⁊ licet fuerit mirabile, quãdo christus vniuit sibi humanitatem nostrã

In vtero virginis, sed hęc multo mirabilior, quam sibi vniuit in sepulchro, quia in primo vniuit sibi passibilē, mortalem, ⁊ tristabilem, Sed in secundo, vniuit impassibilem immortalem & intristabilē, & plenam omni gaudio, & lætitia, quis vnq̄ꝫ audiuit tale? ꝙ in. 6. feria, corpus vulnerib⁹ plenum, facies sputis marcidis plena, & sanguine madefacta, pedes, & manus Cruci affixi, caput acutissimis spinis perforatū, & breuiter anima a corpore separata, humanitas destructa. Hodie modo mirabili, & ineffabili. Iterū anima illa beatissima vnitur corpori ⁊ quod est impassibile, imortale, & subtile, & sole clarius, & humanitas restauratur, certe omnia ista excedunt facultatem, non solū nostri parui intellectus, sed etiam omnium angelorum, sanctorumq̄ꝫ, & sic patet ꝙ cōuenienter iste imperator cœlestis residebat in aurato curru, Habebat etiam vestem, aureis syderib⁹ aspersam, Quid vult hoc dicere? Nisi ꝙ in sacro eius corpore, quod ē quasi vestimentū animæ, & quasi habitus cooperiens diuinitatem, remanserunt cicatrices, sacrorum vulnerum, quæ sole lucidiores sunt, secundum Theologos, & ꝑpter hoc retinuit. Primo, vt triumphi gloriā ostenderet. Si enim vt inquit Chriso. super Matth. honor ē militi, de prælio redeūti, deferri e scutum fractum, sic in christo est honor deferre victoriæ suæ gloriosum triūphum, Secundo hoc fecit ad confirmandam fidem discipulorū, vt patet de Thoma. Tertio ꝑꝑ placationē patris facilius obtinendam, & fiduciam pręcantibus præbendā, cicatricum ēt repręsentatio, est quædam apud patrem aduocatio ꝓ nobis. sicut miles ab imꝑatore aliq̄d faciliter īpetrat, quando vulnera quæ pro eo passus ē demonstrat. Vnde legitur in historia Scolastica, ꝙ antipater, pater magni Herodis, in quodam seruitio imperatoris, fuit multis vulneribus cōfossus, postea ex inuidia calūniatus fuit apud Cæsarem, qui pro excusatione sua, dixit, Ego o Cæsar, verbis apud te, non me excusabo. Et magno īpetu se expoliās, ⁊ vestimēta lacerans, ostendit ei vulnera dicēs, ista signa o Cæsar demonstrant, si te diligo. Et placat⁹ fuit imperator. Sic christus ostēdēs has stellas fulgētissimas, deo

patri ostendit, quantum nos dilexerit, & quā care emerit, & patrem ad misericordiam inclinat. Ideo Ansel. Assumēs illum versiculum, Respice in faciem christi tui, dicit ad patrem, si non vis o pater respicere in nos, respice in faciem filii tui, qui cōtinue apparet vultui tuo pro nobis. Et dicit illd᷑ Zachariæ. His plagis plagatus sum in domo eorū, qui diligebant me.i. diligere debebāt, Ve nobis nisi essent illæ stellæ fulgentes, in veste christi. Ideo Berna. super cāt. O homo securum accessum habes, &c. Quarto retinuit istas in corpore, propter misericordiam, & iustitiam, vt cognoscant electi, ꝙ magna misericordia sunt saluati. Et reprobi ꝙ magna iustitia sūt damnati. O quantus tremor in iudicio erit super his, nā ostendet coronam spineam auaris, & tenacibus, cicatrices, &c. Habebat autem imperator iste, ⁊ capitaneˢ sceptrū æburneū in manu, quod nominari potest potentia faciēdi multa miracula in hac Resurrectione, sicut in terremotu illo magno, & prosternatione custodū. Tum in egressu de sepulchro clauso hostio, in quo exitu fuerūt duo corpora, in eodē loco simul, quod natura tota facere nequit. Tum in resurrectione aliorum mortuorum.

¶ Vndecimo, circa ipm̄ erāt pueri, & puellæ virgines, Sicut, Abel, Helisēˢ, Hieremias, Ioannes Baptista, & omnes Innocentes, cum istis erant etiam scriptores.i. prophetæ congratulantes, de adimpletione eorum quæ prophetauerant. Dicebat Esayas, Tu es ille agnus, de quo rogaueram, Emitte agnum dn̄e, dn̄atorem terrę, de.pe.de.ad mo. fi.Siō. Dicebat Hieremias, Tu es illud nouum, quod fecit deus super terrā, fœmina circundabit virū, dicebat alius, Tu es ille desideratus cūctis gētibus. Dicebat Abachuch, Tu es ille deus meus, de quo dicebam. Ego autem in dn̄o gaudebo, ⁊ ex.in.d. Iesu meo. Daniel etiam dicebat. Tu es sanctus sanctorum, Iam cessabit vnctio Iudæorum. Dicebat Baruch. Tu es ille, de quo prophetauerā, post hæc visus est in terris, & cum hominibus cōuersatus est, & sic de aliis prophetis, & omnes cōgratulabantur in spiritu.

¶ Duodecimo, erat vndique risus, Christo resurgēte, erat risus in cœlo, risus in terra,

risus,in inferno, risus in camera btē Virgi. Primo in cœlo, licet beata Trinitas non posſit aliquam perfectioẽm accipere,nec eẽntialem, nec accidentalẽ de nouo,tamen denominatione extrinſeca , per mutationẽ factā in creatura recuperauit, christo reſurgente , aliquas proprietates,quæ de ipſo deo in triduo dici non poterant, fuit ille riſus in cœlo,quo ad angelos,quia ex ruina Luciferi, multa loca remanſerunt vacua,quæ fuerunt præparata, vel ſaltẽ fuiſſent, ſi ſtetiſſet, quod dico,non ꝙ fuerit præ deſtinata ſedes,cecidit ergo non ab eo quod accepit, ſed ab eo quod accepiſſet ſi reſtitiſſet.Erat igiī riſus in cœlo qa viderunt, ꝙ hoīes erāt iā redempti, & poterāt ingredi cœlum,nonne eſſet lętitia,ſi omnes portæ huius ciuitatis eſſent,p multos annos clauſæ,quando aperirenī ? vt oēs libere poſſent ingredi?certe fieret triūphus,& lætitia, ſed quanto magis in angelis, qui iam experti fuerant, cœlum clauſum per tot millia annorū,& poſtea aperiri,&c. Fuit etiam riſus,& gaudiū, in terra in omnib⁹ creaturis , quia quemadmodum,in paſsione dolorem,& mœſtitiam oſtẽderunt creatori ſuo , ita ipſo reſurgẽte ex mortuis,lætitia ſumma congratulabantur. Fuit etiam gaudium in inferno. ſ.in lymbo patrum, quia patres inde erepti magnū habuerunt gaudium, vt tractatum eſt ſupra. Fuit riſus in horto, in quo illę ſanctæ mulieres,quæ viderunt angelos ſedẽtes in albis, vnum ad caput,& alterum ad pedes , dicunt illi,Mulier,quid ploras? O Maria multam conſolatio nem inueniſti,& forſitan melius ꝙ ſperaſti, nam tu quærebas vnum , & duos inueniſti,mortuum quærebas,& viuentem inueniſti. Fuit riſus in camera Mariæ matris ſuæ dulciſsimæ,quia primo apparuit ei,dicit Ambro.in lib.de virgi. Maria reſurrectionem Chriſti vidit,& prima vidit, Bernar.in ſerm.reſurr.ait.Nulla fuit dignior reſurrectiōis gratia,nulla deſiderio expectationis feruentior , nulla depcandi,iſta vehementior, nulla Chriſto intimior. Et cui chriſtus obligaretur. Nā nec Angelorum teſtimoniū quærebat, nec ibat cum mulieribus ad videndum , non autem potuiſſet ſe continere , quin ad ſepulchrum cur-

reret. Audita filii resurrect.o ne, nisi oia sciret, facta prius apparitione, ille. Rationes ẽt sunt in promptu, prima, propter diuinum præceptum, de honore parẽtum, & quia maxime doluit. Ideo debuit maxime consolari, secunda propter fidei meritum, quia ipsa nũquã perdidit fidem. Christus autem apparet his, qui fidem suam nunquã mutant. Tertia, propter amoris feruorem, ingratus esset filius qui veniret de vltra mare, & alios visitaret (neglectã matre) Euangelistæ hoc tacuerunt, tanq̃ manifestum ꝑsupponẽtes. Et quia cura fuit tãtum testes apponere, non autem creditur matri pro filio. Beata Maria certissime cognoscebat, ꝙ in aurora surgere debebat. Et ideo per totã noctẽ, vt credo, stetit in oratione & præparauit sedẽ dei. d. Hic sedebit fili⁹ me⁹, Hic loquar ei, sed quia amanti omnis expectatio lõga est. Hinc est quòd beata Maria, expectans ꝙ fili⁹ deberet sibi apparere, lachrymando, plorãdo, corde, & ore dicebat. O pater æternæ. iã suscita filiũ meum, & ad filium dicebat. O fili mi dilectissime, o fili iocũdissime, quem vidi plagis plenum, spinis coronatũ, dixisti mihi sæpe, tertia die resurgam. ostende igitur mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Dum igitur beata Maria amore lãgueret, ecce quòd in ipsa superuenit inconsueta lętitia. Et ait. Quid est hoc? Nõne mortuus ẽ filius meus? gaudium meum, & lęticia mea? Et ecce Angelus Gabriel intrat tot⁹ rutilans dicẽs, Regina cœli, letare alleluia, &c. Ingrediuntur Adam, & Eua, dicẽtes, benedicta filia tu a dño. Veniũt patriarchæ, & prophetæ, veniunt sanctæ mulieres, venit Ioseph sponsus eius, omnes laudãt virginem, Ingreditur filius suus dulcissimus, salutauit matrem dicens. Salue sancta parens. Ipsaꝗ genu flexo adorauit eũ, & osculãdo ꝛ palpãdo man⁹, dicebat O manus bñdictę, quãtũ dolorẽ sustinuistis, Et fili⁹ tergebat lachrymas ab oculis virginalibus. Tunc sensus visus fuit sũme satiatus, qa illud corp⁹ gloriosum, fuit, & est delectabilius visibile, omni alio visibili, etiam sensus tactus, quia non est inconueniens corp⁹ gloriosum tangibile esse, vt ait Sco. 49. 4. sic omnes sensus singularem experiebãtur dul

tudinem. Intellectus beatæ Mariæ pro tunc fuit quietus, simpliciter in clara visione corporis filii sui, et in clara visione diuinitatis, & voluntas in fruitione eiusdē. Et credo firmiter, pro tunc fuit totaliter beatificata, & trāsformata. O dulcedo immēsa. O gaudiū inextimabile, O qui fuisset in illa loquutione christi dicentis, matri, quę fecerat in inferno, & humiliter oēs prophetę eam salutādo dicebāt. Tu gloria Hierl'm. Tu lætitia Israel. Tu honorificentia populi nostri, Iudith. 15. Et virgo eos resalutans asserebat. Vos estis genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis, virtute amoris, cum eo qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suum, Prime Petri, 2.c. Deinde sancti Angeli cantabant, Regina cœli, &c. Et illa, vos estis administratores spiritus, in mysterium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis, ad Heb. 1. Tūc prolata fuit corona. Et ait filius. Lętamini cum Maria, &c. Mater mea, volo ꝙ sis regina mundi, & paradisi, & datrix gratiarum, & ꝙ ad tui oris imperium, omnia disponātur in cœlo, & in terra, & ꝙ nullus tuus deuotus damnetur qđ nobis concedat, qui viuit & regnat, &c.

FINIS.

## FERIA SECVNDA post Pascha.

### DE DISPVTATIONE discipulorum euntium in Emaus.

O STVLTI & tardi corde ad credēdū in omnibus quę loquuti sunt prophete. Luc. 24. Ille monarcha tam moralis, quā naturalis philosophiæ, Aristo. Loquens de perfectione verę amicitiæ 8. Ethic. ait, amicitia est beniuolentia mutua, in qua ē passio nō latens, & in ista est vn⁹ amor, qui annectit duo corda, duasq; animas in vno velle, quia amans trāsformatur in amatum, & amicus non debet erubescere corā amico. & in infortuniis refugiendū est ad amicos, quę quidem amicitia ē triplex. propter bonū vtile, delectabile, & honestū,

da

amicitia propter bonum vtile, maxime videtur fieri in senibus. quia non curant delectabile sed tantum vtile, amicitia quę est propter bonum delectabile, iuuenum est, amicitia propter bonum honestum est permanens, & stabilis, istam tripartitam amicitiam maxime nouissimā ostē dit saluator noster suis discipulis, vtilem salutem eorum peroptans, ad suum gregem humanissime conuocans, eorumq; infortuniis clementissime obuians. Istorum præcipue discipulorum. s. Cleophę & Lucę quibus post passionē suam de eadem in seinuicem altercantibus, & dubitātib⁹, benigne apparuit, & eos corripiendo ait. o stulti, &c. De qua discipulorum disputatione, tria pūcta proponam, videlicet.

¶ Primo, Dubitationē Cleophę, & Lucę.

¶ Secundo, Declarationem Christi.

¶ Tertio, Spiritualem peregrinationem.

¶ Circa primum. Cum aliqs affligitur, naturaliter quærit consolationem ab aliqua persona in qua confidat. Sic discipuli post passionem Magistri, ibant errantes, nesciētes quid facerent, quasi ammissa fide cunq; essent simul Cleophas. & Lucas, loquebātur de fide, & morte Iesu Christi, & Primo dixit Cleophas Lucę O Luca ego semper te amaui, & credidi a te amari. Sic est ait Lucas. Tūc Cleophas per la sicurta che ti ho, & per esser tu (come credo) fidele amico, io ti voglio dire quatro parole, quale vorrei, (tu me intendi) fossero come nō dette, & sicuro te vorrei aprire il mio core. dicit Luc. Dic aperte, & non hauere paura. Cleo. guardando intorno se vedea alcuno, dixit. queste cose (come tu sai) sono d'esser tacciute, ait Luc. se hauessi morto vn'homo non deberes timere, dic secure. Tunc Cleo. Noli mirari, quia si alii nostri cō discipuli audirent mē taliter loquentē, a me oculos extraherent, maxime Petrus, qui ē furiosus, & pei⁹ mihi faceret, q̄ Malcho. Ideo hoc accipias in confessione, & in sigillo secreti, & ad hoc teneris, de lege naturæ, secundum Sco. & a scoprirlo est, contra ipsam legem. Ideo, guarda ben quello che tu fai, se tu lo manifesti. Tunc Luc. Che bisogna tāto circolare, hor mi viene i fastidio, s'hauessiuo morto cē-

to huomini, si vis dic, an nescis quod sim tibi fidelis amicus? Et Cleop. O Luca. Hodie lapides habēt aures, ideo nō credo alcuna cosa del nostro Maestro, immo nō ho bono cōcetto de fatti soi, io nō credo i xpo. ho, ho te lo pur detto l'a posto tropo legna al foco & ha voluto tropo tirare. deh chi troppo tira se rompe la fune, ma a dire il vero, a fatto troppo, mo s'e fatto p fin a Dio, sapete che disse, ego sum deus, & filius dei, & ꝙ erat, verus Messias repromissus in lege, & a dire il vero e andato troppo inanti, vedi pero doue le sue parole l'hanno condutto, dicebat Ego sum magister, & questo e stata la sua ruina, & ideo non est miserendum sibi, suo danno, bastaua li l'animo ascēdere nelli pulpiti, & dire male de principi, & scribi, & pharisei, & che piu biastemauali quando dal tēpio li discaccio, & loro sono pur superiori nostri, & memini illum dixisse, super Cathedram Moysi sederunt scribę, & pharisæi. o. q. d. vobis, &cę. dicebat enim o populo, che bella cosa de costumi fanno questi vostri prælati, dicēdo mille mali de loro, e quæsta la pace, o Luca, quale lui predicaua tanto altamente, ⁊ dičeua che loro voleuano li belli piuiali, & veste, vt honorarentur, & ꝙ conscientia eorum erat nigra, & plena peccatis. Illi autem indignabant verbis, & minis, ⁊ ipse affirmabat ꝙ erat deus, pare a te giusto ch'el dicesse, son Iddio, & ductus ante Caypham, dixit quidam audiui eum dicētem ego sum filius Dei, & in segno di cio, dicebat destruite templum, hoc, & post triduū reedificabo, illud de tanta potentia se facea, & multa alia, hor che cose son queste? pare ad te che io dica il vero? hor taceamus, e troppo vna gran fabula a dire ego sum deus, ⁊ Cayphas co'l detto in su l'occhio disseli adiuro te per deū viuum, vt dicas mihi, si tu es filius dei viui, qui Respondit tu dixisti, & scidit vestimenta sua per la biastēma, & stizza. Ecco o Luca com'ē possibile ch'el fosse Iddio.

¶ Eamus ad rōnē, deus. n. est, incircunscript⁹ a loco, & hic christ⁹ manebat hic, & alibi.

¶ Deus ē spiritus, hic autem habebat corpus.

¶ Deus est vbiq̃. hic aūt non.

¶ Deus ē impassibilis, hic autem passus est gran pœna in sua passione.

¶Deus est immensus,potentiæ infinite, costui ti pare fosse de infinita potentia?s'e veduto alla morte,come s'e possuto aggiutare,& s'è vero che nõ fosse impassibile,vidi magistrum multoties sitientem, frigus & multa in commoda patientem,vidi etiam Samaritanam a qua petiit da mihi bibere. Ecce quomodo erat impassibilis,Immo patiua fame,sete,freddo,caldo, come noi,si fuisset deus,non haueria patuto tante necessità,qa deus,& essentia diuina,est impassibilis.Et se costui ha patito dillo tu?

¶Ego in illo inuenio magnã imperfectionem,& deus est pfectissimus,imo dico tibi che dubito che fossi il piu grã tristo,che mai venesse in terra, perche in sul mõte Caluario lo vidi crucifigere,& iui non si crucifigano se non tristi,& ribaldi.

¶Vltra,deus non est compositus nec componibilis,quia est summe simplex,hic autẽ est compositus.

¶Deus nõ est qualificabilis, quia in deo nullum potest cadere accidẽs,sed in hoc multa fuerunt accidentia.

¶Deus non est potentialis.s. ad formas,hic aũt habuit &c. sufficit che noi l'habbiamo veduto patire,fame,sete,&c. quæ omnia arguunt imperfectionem,in deo autem nulla potest esse imperfectio,& credo che fosse de carne come noi,& li propheti che hanno prophetato dissero,son propheta,& non Iddio,come costui,per tãto Luca mio te ho detto il mio parer,videas nemini dixeris,ait Lucas,faciã ne dubites,sed quia tu me ligasti,& io a te,perche ti voglio dire quatro parole,& sicut te audiui,ita & tu me audias.

¶Lucas dixit,anchora io dico tibi verum,sono scandalizato di qsto nostro Maestro, o di che? o ti pare poco si facena Messia promesso in la lege,sed legi scripturas & signis quæ debet habere messias,& dicit quãdo videbitur adimplere tale signum in hõmine, tunc dicas,hic est qui venturus est,& consideraui si vnquã viderem impleri aliqd signum,in isto nostro Magistro,& nunq̃ vidi,quæ sunt illa signa? ait Cleop. Luca. Legi Esa.2.c.& scias che vn tempo studiaua philosophia,quia artem medicinæ facere cogitabam,& costui mi trouo che haueua molte cure,& mi fa-

cea riccò, & m'inganno. ait autem Esai. Erit in nouissimis diebus, sed Magister noster venit, & mortuus est, nó è pero stato in nouissimis diebus, pero che sono stati pur de glialtri giorni, & è trẽtatre anni, ch'è venuto, & nó sono pero gl'ultimi seculi: seq̃ & erit ꝑparatus mõs dom⁹ dñi in vertice montium, & eleuabitur super colles, dice che i monti hãno d'ascendere l'uno sopra l'altro .s. Il Monte Carmele sopra il mõte Sinai, & sopra Sina. Il Monte Thabor, & il quarto sarà il mõte Syon, Io son andato a veder li, & anchora sono vbi erant, & maxime il mõte Syon, adeo come tu vedi, nõ è vero nulla, & poi dice, & fluent ad eũ oẽs gẽtes, Et io so, che poche genti credeno in lui, & quasi tutti l'hanno negato, & piu dice. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non leuabit gens contra gẽtem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium, & tamẽ nullo veggo che habbia deposto le soe armi, li Romani hanno pur combattuto per mare, & p terra, ne veggo per l'uniuerso pace, adeo ch'io nõ credo, che sia il messia, & alia prophetia dicit, q̃ñ veniet sara la primauera, hic vero venit in hyeme, & vltimo dicit, quando verra, il lume della luna sara come q̃llo del Sole, & q̃llo del Sole, sette volte piu lucido, & vt verũ concludam, non ho veduto alcuno segno adimpirsi i lui, o Luc. dicit Cleop. noi ci siamo dimẽticato vna cosa, nõ ne scis? quia dixit tertia die resurgam, hodie est, tertia dies & nondum resurrexit, & non credo ꝙ ampli⁹ resurgat, possum tñ errare, sed non credo, Luc. teneo ꝙ ampli⁹ nõ resurgat, qa ẽ impossibile, & cõtra naturam mortuum resuscitare, quia cũ multi mortui sint & nullus est resuscitatus, ait enim Iob 4. Homo cum mortuus fuerit non resurget, vide omnia in eo sunt vana, & nihil credo, tu ergo es eiusdẽ sentẽtiæ? ait Cleo. Io ho vnaltra cosa che alquanto mi fa cespitare, quid ẽ? ait Luc. Respondit Cleop. audiui ꝙ q̃dã mulieres venerunt ad Monumentum, & non inuenerunt eum, ait Luc. credis hoc? Hor tu sei molto puro a credere ad parole de fœmine, & poi pare essere cosi sauio, tu sei ben semplice, & confabulando & contendendo de Iesu, & pasione eius. Ecce christ⁹.

apparuit eis. In forma peregri ni cum baculo, & capello, a l'usanza meschinella, & costoro si lo videro. Et dixit Lucas, Oyme Cleo. che noi siamo periculati, ⁊ perche? dicit Cleo. Respõdit Lucas, di piano, che e presente qui vno, & cum appropinquaret peregrinus ait discipulis, pax vobis, bon giorno o compagni, q̃d agitur? Si libet vellem intelligere, qui sunt hi sermones quos cõfertis adinuicem ambulantes, & estis tristes, deh per carita vorrei che mi facessiui participe de vostri raggionamenti, accio caminando non ci rincresca la via, & sicut Euangelista ait, Respondit vn⁹ cui nomen Cleophas di. Tu solus Peregrinus es in Hierusalem? & non cognouisti q̃ facta sunt in illa his diebus? quibus ille dixit, quę? et dixerunt ei, de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, & sermone corã deo, & omni populo, & dic totum dictum discipulorum, & come questo non sai? cum sit che a peregrini si appartiene sapere ogni cosa maxime d'importantia, per portare le noue a diuersi paesi, & nó sai come Gesu, ilquale fuit magnę sanctitatis, ⁊ doctrinę appsso a Iddio, ⁊ a gl'huoi, & come li principi de sacerdoti mossi per inuidia occiderũt eum, & hoc per sentẽtiam Pilati, quem miserunt Romani Gubernatorem, & hoc fuit paucis elapsis diebus, & non si sa se gli è puenuto a Roma, ma sapiamo che vno Romano detto Lẽthulo, scripsit Romanis per Epistolam, totam suam facturam, quæ talis est, apparuit temporibus nostris &c. Dic totã Epistolã saltẽ in substãtia si habes, tũc peregrinus cepit loqui.

CIRCA secundũ principale notã da sunt duo, videlicet.

¶ Prophetiarũ explanatio.

¶ Argumentorum responsio.

¶ Circa primum, ait Peregrinus, o stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ, non sapete, che per ogni modo, & via, oportuit christum pati, & ita intrare in gloriam suã? & aperire portas Paradisi, sicut a pphetis, & Patriarchis, prædictum est; an nescitis q̃ hic est verus deus, & homo, ⁊ messias? quia in ipso omnes prophetiæ verificantur, quæ de Messia loquuntur, & si nó creditis, præbete mihi aures,

& ego declarabo eas,a principio mundi, vsq; ad aduentũ, & progressum vitæ eius, nescitis quòd a principio quando deus creauit mundum, in medio paradisi constituit arborem vitæ?quæ habebat talem virtutem,q qui comedebat de illius fructu,nũq se nescebat,& mortem euasisset, nunquid sine arbore potuisset deus præseruare gentem? & certe sic. Sed illa arbor fuit figura Iesu christi, qui in medio mundi operatus est salutẽ humani generis.ps.33.Deus autem Rex noster, operatus ẽ salutẽ ante sęcula in medio terræ. Dixerunt illi discipuli nunq audiuim⁹ tale secretũ.

¶Et dixit vlterius,postquam deus formauit Adam,misit soporem in eum, & tulit Euam de costis eius.Geñ.2. nũquid potuit de⁹ aliter formare mulierem?certe sic. Sed fuit figura q de latere xp̄i dormiẽtis p mortẽ, debuit formari ecclesia spõsa sua, p sanguinẽ eius.

¶Similiter figurata est passio Christi,quando Abraam immolauit vnigenitum suum Isaac.Gene.22.Nam diuinitas figurata,per Isaac , non fuit passa,sed bene humanitas, figurata per Arietem.

¶Item, Nume.21. Erectũ fuit lignum cum serpente Eneo; in modum crucis cum salute populi, sed qui mordebãtur a serpente intuebãtur ipsum, & sanabantur, & figura fuit Crucis Christi, quæ est remedium contra serpẽtẽ infeini.

¶Et postquã declarauit eis figuras Dixit eis, qualiter tota vita christi fuit figurata, & ẽt prophetata,Nõne conceptionem eius præuidit Esai.7.c.d. Ecce virgo cõcipiet,& pariet filium, hoc adimpletum est, Luc.1.quando ipsa virgo dixit Angelo nuncianti,quomodo fiet illud?&c.Cui Angelus,spiritus sanctus superue.&c.

¶De Natiuitate,habet.Esa.9. c.Paruuls natus est nobis, & filius datus ẽ nobis, cuius potestas super humerum eius,& vocabitur nomen eius admirabilis,deus fortis,hoc completum ẽ. Luc.2. vbi dicitur. Impleti sunt dies Marię,vt pareret, & peperit filium suum.

¶De loco Natiuitatis eius,p̄phetauit Micheas.5.c.di.& tu Bethleem terra Iuda,nequaq̃ minima es in principibus Iuda ex te enim exiet dux, q regat populum meũ Israel.hoc completum est Math.2.vbi dicitur,cum autem Herodes sciscitaretur ab eis,vbi christus nasceretur.dixerunt ei, in Be

thleem Iudæ,sic enim scriptũ est,& tu Bethleem terra iuda, nequaquam &c.

¶De stella quæ apparuit magis,prophetauit Balaam Nu. 24 d.Orieť stella ex Iacob,& exurget rex ex Israel, hoc cõpletum fuit Math.7. Vidimus stellam eius in Oriente,& venimus cum muneribus, &c.

¶Qđ Christus nasceretur inter Bouem,& Asinũ, prophetauit.Esa.1.cognouit bos possessorem suum,& Asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit,&c. hoc cõpletum est. Luc.2. Reclinauit eum in præsepio,quia nõ erat ei locus in diuersorio, in quo erãt Bos & Asinus.

¶De noie eius, prophetauit Abachuch.3.ego autẽ gaudebo i dño, & exultabo in deo Iesu meo, hoc completum ē. Luc.2.Vocatũ est nomen eius Iesus,quod vocatũ est ab Angelo;priusquã in vtero conciperetur

¶De magis,quomodo debebant eum adorare, habetur Esa.60.Omnes đ saba veniẽt, aurum & thus deferentes, & laudem dño annunciantes, hoc completum est Matth.2. Ecce magi ab Oriente venerũt,Hierosolimã.d.vbi ē, &c.

¶De fuga in ægyptum, habetur Osee.2. vbi in personã patris dr̄,ex ægypto vocaui filiũ meum, hoc completum est Matth 2.Tolle puerum, & matrem eius,& fuge in ægyptũ.

¶De mirabili sapientia eius, & septem donis spiritus sancti,prophetauit Esa 11.c.Egredietur virga de radice Iesse,& flos de radice eius ascẽdet.i. Christus, & requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus,spiritus consilii, & forti.&c.hoc completum est Luc.2.Stupebãt omnes, super prudentia, & responsis eius, & Luc.24.Et in p̄senti Euangelio dicitur,& incipiẽs a Moysi,& omnibus ꝓphetis, interpretabatur illis, in omnibus scripturis, quæ de ipso erãt.

¶ De miraculis eius. Esai.36. Ecce de⁹ noster veniet,& saluabit nos,tũc aperiẽtur oculi cecorum, & aures surdorũ patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus,& aperte erũt lingue mutorum. hoc cõpletum fuit.Matth.2.vbi dicitur de responso dato a Christo discipulis Ioannis,Ite renunciate Iohanni, quæ audistis, & vidistis,ceci vident,claudi ambulant,&c.

¶De traditiõe eius, habetur Hiere.9.In ore loquebatur cũ proximo suo,& occulte po-

nebat ei insidias, & ps. 54. si inimicus meus maledixisset mihi substinuissem vtiq;,& si is qui oderat me, super me mala loquutus fuisset, abscō dissem me forsitā ab eo,tu vero hō vnanimis dux meus,& notus meus, qui simul mecū dulces capiebas cibos, &c. Hoc completum est per Iudam,Matth.26.Osculo tradis filium hominis.

¶De præcio venditionis ei⁹, Zacha.2. Appręciauerūt mercedem meam, triginta argenteis,hoc completū fuit,Matt. 26.At illi constituerunt ei triginta argenteos.

¶De cōione corporis ad discipulos, præuidit Salomon, Sapien.16.Panem de cœlo pręstitisti eis. Hoc cōpletum est Luc.21.accipite & manducate hoc est corpus meum.

¶De tristitia eius in morte, habetur,ps.97.Ansiatus est in me spiritus meus, Hoc cōpletum fuit, Matth.26.Tristis est anima vsque ad mortem.

¶De eius spontanea oblatione,ad mortem,habetur Esai. 53.Oblatus est, quoniam ipse voluit.hoc impletū est,Matt. 26.Surgite eam⁹. Ecce qui me tradet prope est.

¶De fuga, & dispersione discipulorum,Zacha.13. Percutiam pastorē, & dispergentur oues gregis, & Dauid, ps.68. Extraneus fact⁹ sum fratrib⁹ meis,& Alibi lōge fecisti notos meos a me, posuerūt me abhominationē sibi,hoc cōpletum est Matth. 27. Tunc omnes discipuli ,relicto eo, fugerunt.

¶De percusione in maxilla, Treno.3.Dabit percutienti se maxillam, & saturabitur opprobriis. hoc completum est Ioan.18.Hoc cum dixisset,vn⁹ asistens Ministrorum, dedit alapam Iesu.d.&c.

¶De eius mirabili patientia in respondēdo seruo.Esa.47. Patiens fui, & non impie loquutus sum contra percutiētem me,Hoc completum est, Ioā.18.Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo,&c.

¶De testibus falsis eum accusantibus.ps.26.Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi,hoc completum est Matth.26.& adduxerunt contra eum duos falsos testes.

¶De eius taciturnitate.& silētio,habet Esai.57. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tonēte se,nō aperuit os suum,hoc completum est Matth.26. Iesus

ſus autem tacebat, ita vt miraretur præſes.

¶De conſputione in faciem. Eſa.50.Faciem meam nō auerti a conſpuētibus in me, hoc completū fuit Matt.vbi ſup. Tunc expuerunt in eum.d. ꝓphetiza nobis,&c.

¶De concordia Herodis, & Pilati, Pſalmus.2. Aſtiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. hoc completū fuit Luc.23. in illa hora facti ſunt amici Herodes,& Pilatus.

¶De vniuerſali corporis flagellatione,Eſai.53. Non eſt ei ſpecies nec decor,& ſequitur vere langores noſtros ipſe tulit &c. Et ibidem reputauimus eum tanquā leproſum, & in ps,72.Et ego fui flagellatus tota die.hoc completum eſt Ioan.19. Tunc apprehēdit eum Pilatus & flagellauit eū.

¶De coronatiōe capitis, ps. 117. Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, completur Matth.26. Milites plectentes coronam de ſpinis,&c.

¶De ſententia mortis in cruce,Sapientiæ.2.Morte turpiſſima condēnemus eum. hoc cōpletur vbi ſupra, tradidit eis Pilatus Ieſum vt crucifigeretur.

¶De modo crucifixionis. ps. 21.Foderunt manus meas, & pedes meos,&c. Hoc completur Matth.27.Tunc crucifixerunt eum, vbi glo. Fodiendo duris clauis manus,& pedes.

¶De eius iniqua ſocietate. Eſai. 53. Et cum ſceleratis deputatus eſt. hoc completur Matth.27. Tūc crucifixi ſunt cum eo,duo latrones.

¶De ſorte ponenda ſuper veſtimentis eius, ps. 21. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. hoc completur Ioā. 19. Non ſcindamus eum. Sed mittamus ſortem in ea.

¶De oratione pro inimicis, Hiere.18.Recordare domine, ꝙ ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.hoc completum eſt.Luc.23. Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt.

¶ De deriſione iudæorum. ps.21.Omnes videntes me,deriſerunt me. hoc completum eſt Matt.27.Prætereuntes blaſphemabant eum,di. Vah qui deſtruis templum dei,&c.

¶De eius potatione amariſſima, habetur.ps. 68.Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. completum eſt, Ioan. 19. Illi

autem spogniam aceto plenam ysopo,&c.

¶ De obscuratione solis, & tenebris. Esai.13. Tunc obscurabitur Sol,& Luna non splēdebit. completum fuit, Luc. 23, Tenebre facte sunt super vniuersam terram.

¶De emisione spiritus,cum magno clamore. Esa.53. Egredietur spiritus eius ab eo,clamore valido tāquam spiritus percutientis,completum est, quando cū clamore magno emisit spiritum.

¶De eius vera resurrectione, habetur in,ps.153. Domine ꝓbasti me,& cognouisti me,tu cognouisti sesionem meam, & resurrectionem meam, & alibi,non dabis sanctum tuū videre corruptionem. completum est. Luc.24. vbi angeli,mulieribus Christum quęrentibus in sepulchro, dixerunt quem quæritis,viuentē cum mortuis,surrexit nō est hic. Ecce ergo ꝙ oportuit christum pati,ꝛ ita intrare in gloriam suam. O igitur stulti, & tardi corde,&c.

¶Nunc autem ad solutionē argumentorum,dicit Peregrinus. Certe malum ē ꝙ sitis in fideles dn̄o vestro,se voi eraui soi chari discepuli, & epso vostro maestro,non deuere- sti hauere manchato cusi presto,de leuati stare saldi ad defenderue,& stare cō lui, & cō la sua sancta doctrina. che dite che ha posto troppo legni al foco, & tirato troppo larco. he pazzi, perche dite voi questo? Respōdit Cleophas, quia deum se fecit. Il Peregrino,eglie ben vero. Si respose, Cleo. Glie Dio bianco. Peregrino, dico che glie Iddio. Vnde ascoltati, ꝙ aliquis potest dici Deus tripliciter. s. Primo ꝑ essentiā,& cusi nō e iddio se non la sanctisima Trinita,pater, verbum, & spirit⁹ sanctus. prima causa, primus motor. Scundo, dicitur aliquis deus,per participationē, che participi di quello primo principio,& della diuina eēntia,& sic dicuntur dii Angeli, & beati qui participant de essentia diuina, & ideo propheta.ps.81. Ego dixi dii estis,& filii excelsi omnes, & Ioānis.1. Dedit eis potestatē filios dei fieri. Tertio dicitur Deus, per vnionem, ꝙ est quando vna cosa se vnisce cō Dio,sic christus quivnitus est diuinitati, in vnitate suppositi diuini, videlicet due substantiæ. s. diuina,& humana per hypostaticam vnionem, vnitę fuerūt ꝑsonalr verbo diuino, diuini

tas non poterat videri, q̃ erat ibi, humanitas bene videbatur, quia visibilis erat, sed nõ diuinitas. Sicut enim homo, constat ex anima, & corpore, ita christus ex humanitate, & diuinitate, ait Peregrinus. Cleoph. Mostrami quella anima? Nõ la poi vedere, ait Cleophas, & pur è vnita al corpo, tu che ti fai sauio, cosi voglio dire di Gesu, che iui era la diuinita, sed non videbat, sicut nõ videtur anima oculis corporalibus, che bello argumẽto tu fai? deus est incorporeus hic autem habet corpus, ergo non est Deus, tu vides carnem, & membra, sed non vides diuinitatem, quæ tegitur sub illis. sicut anima tegitur, sub velamine corporis. ergo erat deus, vt sup. quia humanitas erat vnita diuinitati.

¶ Ad illud aliud argumentũ, deus est immobilis, stabilisq; manens, dans cuncta moueri, Christus aũt nõ, ergo &c. non valet, moueri potest intelligi dupliciter, intensionaliter, & localiter, de secundo intelligo, quia deus non mouetur, nam essentia diuina ẽ in immobilis, & corpus christi mouebatur, & non diuinitas, quia ſm Iacobũ primo, apud ipsum non est transmutatio, nec vicissitudinis obũbratio, diuinitas ergo nõ potest moueri, mouetur autem humanitas (vt diximus) Præterea non datur effectus sine causa, christus fecit multa miracula, quæ sunt supra naturam, adeo q̧ apparebat causa supnaturalis. Sed hæc causa nõ est nisi deus, ergo, christus est deus, qui factus est homo, per carnis assumptionẽ, & vltra vbi est effectus diuinitatis, ibi est diuinitas. Sed effectus christi. s. miracula, & alia mirabilia opera, sunt effectus diuinitatis, ergo, &c. Dicit Cleophas, quai e prophetę, fecerunt miracula? Peregrinus, Prophetę fecerunt miracula, in testificationem suorum verborum, quia dicebãt q̧ erant missi a deo, & populus non credẽs, illi signis cõfirmabãt verba sua, & sic illuminabat cecus, vl' aliud miraculũ faciebãt in signo q̧ erãt missi a deo. Non sic christus, sed dicebat, ego sum filius dei viui, verus deus, & verus hõ, & inuocabat nomen patris, ita q̧ oportet dicere, aut q̧ fuit mendax, aut q̧ nõ fecerit miracula, non secundum, ergo, nec primum, & sic sequitur q̧ est deus.

¶ De impassibilitate dei, di-

co, vtsupra, ꝙ in christo fuerunt duę naturæ, diuina, & humana, quantum ad humanam, verum est ꝙ multa passus est, sed non quantum ad diuinam, quia illa creata, hęc increata, illa finita, hæc infinita, ergo, &c.

¶Circa argumenta alterius opinionis, dicit Peregrinus, che tu dice o Luca, ꝙ in illo non est signum prophetię, tu erras, Immo omnes implete sunt, vsq; ad vnum iota. Nonne in Esa. habetur, Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c. Et alibi paruulus natus ē nobis, & filius datus ē nobis, &c. Et alie prophetię quas supra diximus, quę omnes complentur in christo, ego scio ꝙ vos fallimini, & ammisistis fidē, or che stai a dire tu Luca? vide per prophetas ꝙ hic habuit omnia signa, quę debuit habere Messias, sed vr̄a ignorantia adeo excecauit vos, ꝙ non nouistis eum. Dic mihi, o Luca, quali sono quelli segni che nō si verificano in lui? Ait Luc Legi Esai. c. 2. Qui ait erit in nouissimis diebus, Peregrinus, o simpliciotto, qd enim fecisset? si post eius aduētum non essent amplius homines? illa vtilitas quibus fuisset, sai tu quello vole dire, videlicet ex tempore, quo prophetę ceperunt p̄dicare, che al fine quādo serra il termine della pphetia ꝙ tunc veniet, & sic est intelligēdum, in nouissimis diebus. Non cessorno l'Ebdomade di Daniele, & questo significat in nouissimis diebus.

¶Item quādo dicitur, ꝙ mōs Syon exaltabitur super omnes montes. Peregrinus, vult dicere, ꝙ mons Syon erit excelsior, per gloriam celebrationis humanę redemptiōis, & qa in eo facta fuerunt multa stupēda, ibi illuminat⁹ fuit cecus natus, & mundatus languidus in piscina, ibi lauit pedes discipulorū, ibi ministrauit illa excellentissima sacramenta sui sanctissimi corporis, & sanguinis, & sic discurre per multa quæ pro humani generis redemptione operata ibi fuerunt per Christū, sicut instruendo discipulos, & cum eis comedendo, monēdo, & confortando ad amorem mutuū, & in aduersis ad tollerantiam, & perseuerantiam.

¶Ad illud quando dicitur, & fluent ad eum oēs gentes, nō intelligas de singulis generū, sed de generibus singulorū.

¶Illud non leuabit gens cō-

tra gentem gladium, signat, ꝙ in anno natiuitatis suę, ſm carnem, fuit pax vniuersalis ante & post, per .40. annos regnante Cæsare Augusto, qui fecit templum pacis Romæ, ita quòd tutte le prophetię in epso sono adimplete, beniuolus factus est lupus rapax, & leo, & omnia animalia bruta, facta sunt domestica, & venenosa venenum reliquerũt, & Diabolus, qui ante totum mũdum seduxerat, iam eiectus ē, vt habetur in Euangelio, homines qui ante carebãt cognitione dei, nũc plenam habẽt cognitionem, quæ prophetię non sunt implete in eo? vos cognouistis eum, per multos annos, & suã mortem audistis, & illud Esa. 1. impletum fuisse, a plãta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas, & illud Dauid. foderunt manus meas, & pe. &c. Quæ omnia vos vidistis, l'aria fo nebulato, il Sole obscuro, & passus est ecclypsim cõtra naturam, la Luna fo cõuersa in sanguinẽ, saxa ignentia fracta sunt, & hæc omnia viderunt homines, che bisogna più segni? etiam terremotus factus est magnus, velum templi scissum ē in duas partes, Et in sua Natiuitate Angeli cantauerunt Gloria in excelsis deo, & Magi viderũt stellam in media regione aeris, & pero quando in anzi al populo disse Pilato, ego innocens sum a sanguine iusti huius, & populus respondit, sanguis eius, super nos, & super filios nostros. Per questo cito videbitur quid erit, & apparebit vindicta, & la citta andara per terra a foco, & a fiamma, gli huomini, & le dõne, li piccioli, & li grandi, gridaranno misericordia a Dio quam non inuenient, & serrà tanta la fame, chel patre magnara il figliuolo, o che crudelta, o che horrore, o che cosa inaudita, o exterminio inenarrabile, o eccidio indicibile, che maggiori segni di q̃sti vorresti voi? & hoc fuit impletum tempore Titi, & Vespesiani (practica hic vt scis) ita quòd si nõ fuisset deus nõ seriano stati tanti segni. Credi ergo o Luca quòd dominus Iesus christus mortuus est, & resurrexit, & cito ascendet in cœlum, & erit in gloria patris sui. Dixit Lucas, Cleophę, videsne quã subtiliter nobis elucidat scripturas? & forte melius, & clarius ꝙ fecerit magister noster hic certe est verus præceptor, si vult efficia-

mur sui discipuli, & docebit nos omnem scripturam. Tūc ait Lucas Peregrino, Tu n'hai ben satisfatto, Sed habemus vnum dubium cōmune, mihi & Cleo. & iudicio meo est in solubile, nos audiuimus eum dicentem. tertia die resurgā, & hodie est tertia dies, & nódum resurrexit. Si videbimus eum resurgere, credem⁹ ego, & Cleop. Iō voresśimo ne lo declarasśi, quomodo? Peregrinus, resurget, dicit Luc. Scio quia resurget, in nouissimo die. Audite dicit Peregrinus, dico vobis che gli è resuscitato; & vederetilo auāti vi partiti, & sappiate che gli è necessario, rōne vniōis, nā aīa non posset bene frui diuinitate p che non sarebbe coniuncta cō lo corpo, & oportet quòd vniat vt perfectior sit, & cum sit c̄ħ lui disse, ego sum via, veritas, & vita, & deus est iustissimus, & pręmiat secundum merita, piu, o manco, & hauē do il corpo de gesu Christo, patito vna grande passione, necessariū est vt habeat præmium beatitudinis, & ideo oportet ꝙ vniatur cum anima, perche tanto è maggiore la beatitudine a l'anima, per quanto è vnita al corpo, & ecōtra del corpo, et certe sic videbitis.

¶ Etiam patet ratione profectionis, quia totum est perfectius suis partibus, totum est homo, partes sunt anima, & corpus. Iō oportet ꝙ iste partes vniantur, & resultet totū perfectius, & ita oportet resurgere.

¶ Probatur ratione humilitatis, quia dixit, qui se humiliat, exaltabit, declara, vt scis.

¶ Sic ratione reconciliationis, Venit enim vt deo patri reconciliet peccatorem, sed hoc non potest fieri, nisi per resurrectionem, ergo, &c. Dic vt scis, vt etiā prophetia impleatur Zacha. 13. dicentis, in persona christi, his plagis plagatus sum in domo eorum, q diligebant me, ita ꝙ intellexistis qualiter necessarium est ipsum resurgere, & quod est filius dei, et qui interfecerūt eum, portaranno la pœna, et quod dixistis de mulieribus, quę non inuenerunt eum, verum est, quia resurrexit, & cosi andaua parlando con quelli discepuli, et essendo appresso al Castello Emaus. dixit Peregrin⁹, Ego relinquam vos, & finxit se longius ire, tunc discipuli, sereno vultu, et hylari facie, rogabant eum, & fecerunt, vna cortesa forza, che

restassi con esso, loro, per la grande sapientia, et doctrina che conosceuano in lui, erano allegri, et pche si faceua sera & nō hauerrebbe trouato albergo piu auāti, et accio nō audassi piu oltra, et hauessino qllo desiderauano, ⁊ sic restò con essi, et posesi alla mēsa con loro, tūc Iesus vere Peregrinus, in medio discipulolorum suorū dilectorum, accendeua quelli nel core, che gettauano fiamma del spiritu sancto, et infiāmati et bene accessi, et confermati nella fede. prese il pane in mano, vt moris erat, gratias agens patri, benedixit signo Crucis, & dicono i doctori, che'l pane se diuise in quatro parti, vna ando ad dexteram, et l'altra ad sinistram, vna la et l'altra qua, et sic cognouerūt eum in fractione panis, et tūc euanuit ab oculis eorum, et cognouerūt eum esse filium dei, rallegramoci adunq; doppo che'l magno Iddio ha resuscitato il suo figliolo, et spoliauit mūdum a diabolica potestate, et lymbum, liberās il los sanctos patres, et debem' contemplari deuote, quā dulciter alloquebatur cum illis discipulis, quos monebat, et cōfirmabat ī fide, Et sic oportet nos resurgere cum Christo, a vitiis, et peccatis, et mostrarci in forma di Peregrino vt infra declarabimus.

IN tertia parte, videndum est de spirituali peregrinatione, Audistis quā dure dominus reprehenderit discipulos infideles, et non credentes? ben dice qllo, Frater ego nollem esse de istis incredulis sed vellem saluari, qd debeo credere? volo ꝙ credatis ꝙ qlibet est Peregrinus in hoc sęculo, da casa sua ogniuno e Peregrino, et qui vult sequi christum, debet esse Peregrinus, et eius cōditiones habere, dices. quę sunt istę cōditiones? Respōdeo ꝙ sunt sex quę hic infra notantur.

¶ Prima conditio est, ꝙ Peregrinus recedens de domo sua, facit tacitos omnes creditores, pagandoli, o vero dādo fede d'hauere la loro merce, postea bene ordinat facta suę domus, prouidēdo de necessariis, legni, vino, pane, ⁊c. Et informat vxorem et famulos facere, sic et sic, donec reuertatur. O mondani che vole dire questo? Tu qui es peregrinus in hoc mundo, solue debita tuorum peccatorum,

ſolue vota facta deo ĩ baptiſmo,(diſcurre tuo modo)ſolue debita iniuriarum, qui offenderunt tibi, va perdona, ormai cauati il veneno dal ſtomaco.Matth.6. dimittite, dimictetur vobis vt ſic in veritate dicere poſsitis, dimitte nobis debita noſtra, Sicut & nos dimittimus, &c. Solue famam proximo,ꝛ quod iniuſte detines,redde conuicino tuo,reddite quæ ſunt, Cæſaris Cęſari,& q̃ ſunt Dei, Deo, ꝛ poſtea diſpone domui tuę, quia morieris, & non viues. Eſai.38.Domui.i. conſcientię tuę,confitendo, & communicando, & deum non offendendo,domui ſ. familiæ, illã bonis moribus inſtruendo, domui.i.ſepulturę, mandando inanti il lume,ꝛ nõ retro, perche il lume doppo le ſpalle,nihil aut parum valet.

¶Secunda conditio eſt,ꝙ peregrinus non vadat ſolus,ſed bene aſſociatus.Nota fili mi, ſi vis ſecure incedere in hoc mundo,habeas primo, fidos amicos.ſ.homines virtuoſos cum quibus cõuerſeris, quia talis efficitur homo, qualiũ ſocietate fruitur, o deꝰ quot periculati ſunt & occiſi propter malam ſocietatem,& pp ſocios proditores, dices qui ſunt iſti ſocii proditores? Reſpondeo ꝙ ſunt iſti.ſ.mũdus, caro,& diabolꝰ, iſti tales mai te ſeruano la fede, ben ti ridino in facia, ma intus tenent gladium ad ſcãdarti. De mũdo,non te ne fidare, quia omnia prætereunt, tranſitq; florida vita noſtra, deficiunt vires,gloria queq; perit,o mun de proditor, multa ꝓmittis, ma poco attẽdi, promittit il li iuueni, de mantinerlo bello in ſua florida ętate, ti pianta vna penna nella beretta,& videtur eſſe ſecurus, coſi ad quella pompoſa,&vana iouene, de mantenerla in ſua pulchritudine,& giouentu,& ꝓpter hoc ſe ne va ſicura drieto a giochi,& a pompe de malo in peius,& ĩ l'altro giorno, datur vermibus ad veſcendum,adunche e neceſſaria la buona compagnia in queſta Peregrinatione.

¶Tertia conditio eſt,ꝙ Peregrinus voluntariæ recedat, a ſua regione, & recto tramite tendat ad finem ſuum deſtinatum, ſic tu debes facere, ſponte dei amore,dum es iuuenis,ꝛ ſanus,egredere de domo malę conſuetudinis, vbi iaces,fora,fora,de domo ſenſualitatis, & voluptatis, & mũdanarũ ſocietatũ, in figu-

ta hī Hiere.50. Egredimini de Babylone, et fugit a Caldeis, quid vult dicere? de Babylone egredere.i.de confusione. peccatorum, scelerum, et diuitiarum, et offensionum, de Caldęis.i.de concupiscentiis quę militāt aduersus animā. postea vade recto tramite p viam mandatorum dei, non vadas per vias tortas, nec declinādo ad dexteram, nec ad sinistram, ad dexteram dico prosperitatis, neq; ad sinistrā tribulationis, sed dic cum ꝓpheta, ps.128. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, recordare ꝙ qui ponit principiū, debet ponere, et finem.c. Nullus de pœnit.d.1.Et ideo si in pascha te præsenti es rectus, perfice vsq; ad finem.

¶Quarta cōditio est, ꝙ peregrinus non trahat moram in terris, per quas transit, nec ibi quærat amicitiam, che vole dire? che nō debemus subsistere, nec quiescere in vanis cogitationibus, et delectationibus, sed vltra progredi de virtute in virtutē. Vnde Bernard. in quodam serm. in via dei non progredi, retrogredi est, non ti dimorare in hac fece, quia semper nocuit differre paratis, et postea non contrahas amicitiam huius sæculi, quia vt ait Paulus, qui voluerit effici amicus huius sæculi, inimicus dei constituet, et inimici hominis domestici eius, dicit Saluator Matth. 11. Diligite quæso deum, non mundum, deh noli diligere, quia ē totus spinosus, spinis amicitiæ, concupiscētię, saxosus in obstinatione, lutosus. de broda luxuriæ, tediosus, vitiosus i omni genere vitiorum, falsus sine veritate, sed dilige cœlum, ama illum tuū patrem cœlestem, quia diligētibus deum, omnia cooperātur in bonum.

¶Quinta cōditio, ꝙ Peregrinus non quærat delectationem in terra aliena, nec etiā hereditatem. Che vole dire? che non debiamo cercare solatia huius mundi, quia plus Aloes, q̄ mel habent, te so dire che omnia compēsantur, fingūt Poete, ꝙ Iuppiter stat ad portā ciuitatis, cum duobus vasis. Vnum erat plenum melle, alterum felle, et dabat vnicuiq; pars sua, plus, min⁹, sicut volebat. Sed ęqualiter pars mellis, et fellis, et econtra. Practica modo tuo, quia in omni statu, a planta pedis vsque ad verticem. Sunt angustiæ vndiq;, in capitibus;

in mēbris,in diuitibus,in pauperibus,in masculis,& in fœminis. Cui deus dat pauca fercula, ex opposito dat magnā famem,poca robba,grāde superbia,Item non quæras hæreditatem huius mundi,quia diuitię huius mūdi, sono come scarpette, chi se le caua, & chi se le mette,quia omnia prætereūt, nec valent diu stare. Sed dic cū propheta, dn̄s pars hęreditatis meę. p̄s.15.

¶Sexta, & vltima cōditio, ꝙ vadat leuis, & non onustus, & postea computet dietas, & expēsas. d. adhuc habeo tot dies,& poi sępe p hospicia, & vmbras,se reposa, mane,meridię,& sero.confortādosi cū vino,& cibis, & si fit ei qualche villania,est patiens in eūdo & redeundo. Sępe vadit cantando, & semper cū amore,& desiderio redeundi domum,o fili vade,⁊ tu fac hoc & viues.vade leuis,& nō onustꝰ pōdere peccatorū, recolo aliquando, quādo vado per viam,& mihi aggrauant cala podia,& sacula,Si haberem q portaret ea,o che refugio,qd vis dicere frater? Dico ꝙ si tu non potes portare onus peccatorum, vade ad bonos religiosos,porrigas eis elemosynam,fac orare pro te,quia vt habet.p.q.1. c.Ipsi sacerdotes comedunt peccata populi, postea cōputa dietas, numera milliaria vitę tuę,& dic oyme est tātum tempus, ꝙ sum aduena in hoc mundo. Sunt iā.30.40.50.&c.anni, & sic clama cum propheta, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est,postea intra hospicia Ecclesiarum,vade sub vmbra alte arboris Crucis,& ibi refice vires illo vino rubeo sui p̄ciosi sanguinis, comede quia conferet tibi solatium, rumina,mastica infinitam dei charitatem,humilitatem, & pietatem & respice in faciem Christi,& quæ, & quāta, pro amore tuo substinuit & si aliquod qđ tibi displiceat, fiat. disce a dn̄o Iesu quomodo patiēter substinuit persequutiones,qui ait,in speculo speculare meo,cerne qui sum, & qui fuerim (hoc habito) fili mi vade cantando laudes, & dic cum propheta.p̄s.118.Cantabiles mihi erāt iustificationes tuę in loco peregrinationis meę,& cum amore & desiderio, ama reuerti ad patriā, clama cum Paulo, cupio dissolui,& esse cum Christo,tūc letus reuertens ad patriā, habebis ouiam sponsam tuam. virginem Mariam, & fratres

tuos ſanctos Angelos, & affines, omnes ſanctos, & cum lętitia cantabunt, benedictus qui venit in nomine domini, O beatus qui bene faciet hāc Peregrinationem. O igitur ſtulti, ſi non credideritis, credite ergo Chriſto, & prophetis, & ipſe ſaluator dabit vobis illam cœleſtem patriam Hieruſalē, qui viuit, & regnat cum deo patre, & ſpiritu ſancto per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

## FERIA TERTIA Poſt Paſcha.

## DE CONVIVIO Cœleſti.

INEBRIabūtur ab vbertate dulcedinis domus tuæ. ps. 35. Princeps magnus cupiens magnificum facere conuiuium, quatuor ſtudet inter alia obſeruare. videlicet tempus aptū, quo. ſ. gentes a diſtātibus ad conuiuium conuocate, libere poſsint venire. Secūdo exigitur locus aptus. ſ. ſpecioſus & amenus. Tertio inuitatio, ⁊ ciborū pręparatio. Quarto conuiuantium ſituatio, & cōuiuii prolongatio. Sicut legitur de conuiuio Aſſueri Regis magni, qui regnauit ab æthiopia vſq; in Indiam, tertio anno regni ſui, & fecit illud conuiuium magnum, in domo ſua mirabili, quæ colūnis argenteis ſubſtētabatur, habebat gemmas diuerſi coloris ad inſtar ſiderum in tecto, admodum etiam ſignorum ſtellarum firmamenti, erant ibi lectuli aurei, & argētei & innumerabiles ornat⁹, & mēſe mirę pulchritudinis, & pręparatio præcipuorum ciborum, ad quod conuiuiū inuitati fuerunt principes, & incliti prouinciarum, & durauit. 70. diebus, vt habetur Hæſter. primo, hoc conuiuiū Myſtice deſignat conuiuium cœleſte. Sicut infra patebit. de quo pariformiter tria intuemur. videlicet.

¶ Primo, tempus aptum, & locum amenum.

¶ Secundo, conuiuantiū inuitationem:

¶ Tertio, ciborum præparationem.

¶ Quantum ad primum Rex

Assuerus qui interpretaᵗ beatitudo, signat Christum Deũ et hominem, qui regnauit a mari, vsq; ad mare, et a flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ. In ipso enim omnis beatitudo corporis, et animę, cõsistit, et obseruauit tẽpus debitum, videlicet, tertio anno imperii sui. Primus annᵘˢ fuit status naturæ, Secundus status legis, Tertius status gratiæ, istum tertiũ obseruauit, in quo fuit plenitudo temporis, non prohibens inuitatos ad conuiuium. sicut prohibiti fuerant precedentibus annis. tempus igitur aptum, est tempᵘˢ gratiæ prȩsens, in quo quisq; mereri poterit admitti ad tale cõuiuium, licet enim deus possit statim beatificare nos nullo merito præcedẽte de potentia absoluta, per Sco. in. 1. d. 17. Et Franc. de Maro. ibidem, tamen disposuit nullum ȩtate prouectum, ad hoc cõuiuium admittere, nisi prius meruerit de congruo admitti. Sco. vbi supra, et. 3. d. 19. Nam si Adam stetisset non peccando, nunquã tamen admissus fuisset nisi post multa ipsius merita, prius nanq; voluit ipsum temptari, et si temptationẽ vicisset, tũc meruisset in tali victoria, q; amplius tẽptatus non fuisset, nec oẽs alii posteri eius, vt docet Scotus in. 3. d. 19 Et finito tempore determinato merendi, statim translati fuissent in anima, & in corpore, ad illud cœleste cõuiuium, vt ait Sco. in. 3. d. 19. Immo nec Angeli boni admissi fuerunt, ante meritũ eorum, prius enim meruerũt admitti. s. præliando contra Luciferum, & sequaces eius, & habita victoria, statim admissi fuerunt, patet communiter a Theologis maxime a Sco. in 2. d. 5. Sic & nos admitti non possumus nisi prius prȩcesserint merita; vult enim deus prius probare nos, si sumus digni ad tale, ac tantum conuiuium admitti, opportunitas ergo temporis erit finito merito, quod deus determinauit, & i vltimo signo separationis animę a corpore, statim ipsa anima ab Angelis ad illud cœleste conuiuium trãsferetur, tempus enim nobis i via datum, est tempus merendi, aliud tempus, est vel summę gaudendi, vel summe tristandi, de quo opportuno tẽpore, dicit Iob. 14. Cõstituas mihi tempus, in quo recorderis mei, & ps. 101. Quia venit tpˢ miserendi eius. Matth. 21. Reddet ei fructum tempori-

bus suis Luc.19. Non cognouit tempus visitationis suæ. Pau.2.ad Thimo.4. Tempus meæ resolutionis instat.

¶De secundo dico, ꝙ erit locus aptus, ⁊ amenus. Nam cœlum Empireum, habet quatuor singulares conditiones .s. amplitudinem, speciositatem, luminositaté, & diuturnitatem. Primo habet amplitudiné, ſm illud Pauli ad Ro. 1. Inuisibilia enim ipsiꝰ a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur, per hæc enim visibilia cõsiderare possumus Amplitudiné cœli Empirei. Dicit Philosophus in.2 cœ.in fine ꝙ secundum Mathe.rotunditas terræ est quinquaginta millia milliaria. ſm autem Geometras, est vigintiquatuor millia milliaria. vt dicit idem philoso. in lib.de proprietatibus elemen. Secundum auté modernos Astrologos, vt recitat sanctus Thomas in.2.cœ.in fine. rotũditas terræ est .20.millia milliaria, &.40. & inuenerũt ꝙ vnus gradus in cœlo, comprehendit quinquaginta sex millia, & duas tertias milliarii, ſm Alfagranum, ⁊ ideo cũ gradus cœli sint trecenti sexaginta, Si multiplicẽtur modo supradicto, faciunt viginti millia milliaria, & quadraginta. Hoc præsupposito secũdum Philoso. & Theolo. Corpus superius, maius est in decuplo, q̃ inferius, puta elemẽtũ aque, maius est in decuplo quã elementum terræ, vt habetur a Philosopho in lib. de gene c.37. Vbi dicit ꝙ ex vno pugillo aque fiunt decem pugilli aeris, propter maiorem subtilitaté, ⁊ hoc in decuplo, Nunc autem ponamus ꝙ rotunditas terræ quæ est viginti millia milliaria, sit tantum vnũ milliare. Aqua superior est decem, Aer est centũ. Ignis mille, sphera Lunæ decẽ millia, Mercurius centum millia, Venus mille millia. s. vno milliono. Sol. x. millioni, Mars cẽtum millioni. Iuppiter mille millioni. Saturnus decem millia millioni. Cœlum stellatum centum millia millioni. Cristallinum siue primũ mobile millies mille millioni, & de rotunditate terræ, accepimus vnum milliare tantum. Si acciperemus omnia videlicet viginti millia milliaria, tãta resultaret magnitudo cœli vltimi ꝙ intellectus humanus, nũquã capere sufficeret.

¶Aliter ꝓbatur, dicunt astrologi, auctoritate Ptolomæi, q̃ maius corpus ascẽdendo

est sol. Post Solē, sunt. 26. maxime stellæ, & vnaqueq; earū est maior terra cēties septies. Sequunt Iuppiter, & Saturn⁹, post Saturnū, sunt stellę fixę, secundi ordinis, quarū vnaqueq; maior est terra nonagies, sunt aliæ stellę, tertii ordinis, quarum vnaqueq; maior est terra septuagies & bis. Sunt etiam stellæ, quarti ordinis, & vnaqueq; maior est terra quinquagies quatuor, post illas sunt stellæ quinque ordinis, & quelibet maior est terra triginta septem vicib⁹, postea sunt stellæ sexti ordinis, & minima illarum, immo omnium quæ videntur, ē maior terra, decem & otto vicibus, ex his possumus intelligere quātę magnitudinis sit, cœlum stellatum, cum stellæ fixæ in eo sint tantæ amplitudinis. Et super cœlum stellatum, est aliud mobile, secundum Astrologos, quod mouetur motu trepidationis, & pficit cursum suum in quadraginta septem millibus annorum, & supra illud est primū mobile, quod mouetur motu diurno, & perficit cursum suum quolibet die, supra, hoc est cœlum Empireū, qđ continet omnes orbes inferiores, & ē immobile, de magnitudine hui⁹ cœli empirei, habetur Baruch. 3. o israel q̃ magna est dom⁹ tua, & ignēs locus possessionis eius, magnus, & non habens finem.

¶ Secundo, ē speciosum, quā ta enim pulchritudo sit cœlestis Hierusalem, qs exprimere posset? cum enim domin⁹ creauerit vniuersum, quasi palatium suum, secūdum qđ conueniebat magnificentiæ, clementiæ, & sapientię suæ & sui dilecti filii, & sponsę, ac familiæ suę, & mundum. s. terrā istam, omnibus inferioribus, constituit quasi stabulum ꝓ animalibus. i. hoibus, vt ibi humiliati, sub petenti manu dei, in fine exaltentur ad cubiculū summi regis. Ideo ps. 67. Animalia tua habitabunt in ea. i. humanum gen⁹ in ea. i. in terra. parasti in dulcedine tua pauperi deus. i. paradisum, quem solis his qui affectu terrenorum priuati sunt, præparauit Deus, Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū, si ergo tanta pulchritudine fulget stabulum dei. i. figura huius mundi. quę preterit, secūdum Paulum, quanta pulchritudine fulgere đbet Thalamus summi Regis, quoniā manebit in æternum, & est

ſciendum, ꝙ corpus ſuperiꝰ, in ordine elemẽtorum, & cœlorum, eſt ſpiritualius, & lucidius, & pulchrius, in decuplo, quã inferius, Vnde philoſophus.2.cœ.c.16. Dicit quòd cœlum tanto nobiliorem habet naturam, quanto magis eſt elõgatum a terrenis. Vnde vocat ipſum cœlum corpus diuinum, ponamus ergo ꝙ terra ſit pulchra & lucida, in vno gradu, aqua eſt ſubtilior, lucidior, & pulchrior, in decuplo, & habet decem gradus pulchritudinis. Aer centum gradus, per decem multiplicando. Ignis mille, luna decem millia, Mercurius centum millia, Venus mille millia.i.vno millione. Sol decem millioni. Mars centum millioni, Iuppiter mille millioni. Saturnus decem millia millioni. Cœlum ſtellatum, cẽtum millia milliõi. Chriſtalinum ſiue primum Mobile, millies mille millioni, tanta eſt claritas illius vltimi cœli, quod lingua mortalis exprimere nõ poſſet, & ideo vocatur cœlum Empireum, a ſplendore, quia ſecundũ omnes ſui partes ſplendorẽ habet & lucem, & ſecundum aliquos tãta eſt illiꝰ pulchritudo, ꝙ ſi omnes ſtellę firmamenti hẽrent ſplẽdorẽ Solis, nihil eſſet pulchritudo firmamenti, in comparatione cœli Empirei, hanc pulchritudinẽ contemplatus eſt Iohãnes Euangeliſta in ſua reuelatione, quando vidit ciuitatem ſupernam Hieruſalem, totam lucidam, & fulgẽtem, vidit fundamenta eius ex gẽmis, muros ex lapide precioſo, portas ex margaritis ornatas, vidit quòd tota ciuitas erat aurum mũdum, & purum, & quod plateę erant ex auro puriſsimo, & mundiſsimo, & quod ciuitas illa non indiget Sole aut Luna, quia claritas Dei illuminat illam, ⁊ lucerna eius eſt agnus, Apocaly.21. Quia ſecundum multos doctores, habet cœlũ Empireum ſplendorem, & quaſi dotẽ corporis glorioſi, & nõ tantũ eſt ibi claritas propria, ſed eſt ibi claritas beatorum, ſcilicet Apoſtolorum, & Martyrum, &c. Et maxime Virginis Mariæ, & corporis Chriſti. Ideo habetur Eccleſi. 43. Altitudinis firmamẽtum pulchritudo eius, & p̃s.83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, &c. Et Pla. in Phedro. Domiciliorum pulchritudo, quã deus præparauit his qui diligunt eum, nec facilis dictu eſt, nec pręſens

nis est in patre, & spiritus sanctus, posterius origine patre, & filio, quia in productione sua habet omnem perfectionem a patre, & filio, vt notat Sco. in. 1. d. 18. Secundo suppono ꝙ tota trinitas licet prædestinet nullo merito præcedente præuiso, & reprobet sine causa finali. ſ. obduratiõe in peccatis præuisa, vt deducit Sco. in 1. d. 41. Et Franc. ibidem, tamen tam in prædestinatione, quã in reprobatiõe, semper contingẽter se habet, ita ꝙ semper potest prædestinare, & non prædestinare, reprobare, ⁊ non reprobare, vt diximus in sermone de prędestinatione. Tertio suppono, ꝙ licet, non omnes ordinet, seu prædestinet, seu velit voluntate efficaci, vel consequẽti, ad tale conuiuium cœleste æternaliter esse, voluntate tamen absoluta, & quantũ in se est, dãdo sibi bona naturalia, & bonas dispositiões, inuitat omnes ad illud singulare cõuiuium, patet a Sco. in. 1. d. 46. tota ergo trinitas inuitat, ordine tñ quodam (vt dixim⁹) Nam inuitare aliquem ad illud conuiuiũ, contingit multipliciter.

¶Primo dando naturalia q̃bus possit fidelis ad illud ire & sic inuitat omnes dãdo eis intellectum, quo possint illud bonum intelligere, dando etiam tale desiderium, vt nullo modo possit quietari nisi in clara visione dei, & illius summi boni, secundum Sco. in. 1. d. 1 Et in. 4. d. 49. Qui etiam intellectus potest regulare voluntatem in omnibus necessariis ad illud conuiuium, dedit quoq; voluntatẽ, qua possit appetere, amare, ⁊ eligere necessaria ad illud cõsequendum.

¶Secundo inuitat singulariter in baptismo, dando lumẽ fidei, & habitum spei & charitatis, quibus possit mereri vitam æternam. Sco. in. 1. d. 17. quia nunquã infundit vnum habitum, sine altero, vt tenet Sco. in. 3. d. 23.

¶Tertio inuitat, quia dispo suit, semper concurrere cum voluntate nostra, dando rectitudinẽ, vt principalis causa cunctis operationibus nostris, nisi ipsa voluntas deficiat primo a rectitudine. Sco. in. 3. di. 37. Nam pater inuitat sua potentia, filius sua sapientia, Spiritus sanctus sua bonitate. Si enim non deficiam⁹ a rectitudine operandi, statim pater facit nos potentes, filius sapientes, spiritus san-

ctus amantes, & desiderantes tale summum bonum.

¶Quarto tota trinitas inuitat, mittendo filium in mundum, qui nobiscum conuersatus ẽ triginta tribus annis prædicans, & clamans, si quis sitit hoc cœleste conuiuium veniat ad me, per immitationem, & bibat, & vltimo, expãsis manibus in Cruce inuitat omnes dicẽs, Sitio, vnde Bernar. in quodam serm. ait. Scio ꝙ merita mea non sufficiunt mihi, sed quicqd mihi deest, audacter vsurpo, ex visceribꝰ Iesu Christi, quæ misericordia affluunt, nec desunt foramina, per quæ defluãt per arcanum cordis, patent vndiq; viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, considera ergo quis est q te inuitauit, qa pater omnipotens, filius omnia sciens, spiritus sanctus sũmæ bonus. Quis te inuitat? tota trinitas, quæ te creauit, & effectiue redemit, & Iesus Christus merito suæ passionis, hoc tibi meruit, & nõ solum tibi, sed quantum in se erat, pro infinitis personis, Sco. in. 3. d. 19. Ideo dicit Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Et Luc. 22. Ego dispono vobis. si cut pater meus disposuit mihi regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam.

¶Sed si quis diceret, quæ est illa beatitudo ad quam inuitat deus? cui respondemus ꝙ illa quæ ab omnibus naturaliter desiderat, ſm illud Boetii. Omnis mortalium cura, quam multiplicium studiorũ labor exercet, diuerso quidẽ calle ꝓcedit, tñ ad beatitudinis finem nititur peruenire. Sed circa subiectum beatitudinis, diuersi errores processerunt Epicuri enim posuerũt subiectum beatitudinis, esse corpus, & in voluptatibꝰ corporis Stoici posuerũt subiectum beatitudinis esse animã, & hoc in virtute animæ, Dauid ꝓpheta, posuit subiectum, totum hominem. d. in ps. 83. Rex meus & deus meus, beati qui habitant in domo tua dñe, totus enim homo in anima, & corpore, beatꝰ erit. Nam corpus in præsenti, patitur quadruplicem defectum .s. mortalitatem, obscuritatẽ, ponderositatem, & grossitiẽ, & quantum ad hos quatuor defectus, glorificabitur quadrupliciter, vt dicitur prime, Cor. 15. Quia passibilitas trãsibit in immortalitatẽ. Ideo dicit seminatur in corruptiõ

ne,resurget in incorruptiõe obscuritas transibit in claritatem. Ideo dicit seminatͬ in ignobilitate resurget in gloria, ponderositas transibit in agilitatem, ideo dicit. Seminatur in infirmitate, resurget in virtute, grossities transibit in subtilitatem, ideo sequitur, seminatur corpus animale, resurget spirituale.

¶ Etiam beatificabitur quantum ad omnes sensus, visus beatificabitur in dei visione. Nam color albus, est diuinitas christi, color niger ē sua humanitas, ex his duobus resultat vnus color in vna persona Christi, quæ est viridis. Luc. 23. Si in viridi. i. in persona Christi, hoc faciunt, & iste color est delectabilis ad vidēdum, Auditus beatificabitur in dei alloquutione. Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Esai. 51. Gaudiū, & exultationē obtinebūt. Nā inuenietur in eā, gratiarū actio, & vox laudis, odoratus, beatificabitur in carnis Christi odoratione q̄ ē tanq̄ rosa odorifera. Eccle. 50. Quasi flos rosarum in diebus vernis: Si enim corpora sanctorum suauissimū odorem redolent, quanto magis corpus christi? Gustus beatificabitur in plena dei delectatione, quam sentiet ex carne Christi dulcissima. Iob. 31. Dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Tactus beatificabitͬ in personę Christi contrectatiōe, si.n tanta virtus erat in tāgēdo personā xpi, in hac vita, in osculando pedes eiꝰ quid erit in cœlo? Cant. 2. Dextera illius amplexabitͬ me.

¶ Etiā beatificabitur anima quantum ad intellectum, in quo erit perfectissima scientia. Nam scientia nostra in vita præsenti, patitur triplicem deffectum, vt dicitur primæ, Cor. 14. Est enim obscura, iō dicit, videmus nunc per speculum in enygmate, ē imperfecta, ideo dicit, nunc cognosco ex parte, est a sensibilibus accepta, ideo dicit, cū essem paruulus sapiebam vt paruulus. In patria vero sciētia erit clara, ideo dicit tunc autē cognoscam facie ad faciem, erit perfecta, ideo dicit, tunc aūt cognoscam sicut & cognitus sum, erit ab ipso deo infusa, Ideo dicit, euacuaui quę erāt paruuli. Etiā beatificabitur quantum ad voluntatem in affectiua in dei bonitate. Sapiē. 8. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et Au-

gu. Quanta erit ibi fœlicitas? vbi nullum erit malũ, & nullum latebit bonum, appetitiua beatificabitur in dei satietate, quasi in fonte, ps. Apud te est fons vitæ, & iterum satiabor cum apparuerit gloria tua, & iterum inebriabuntur ab vbertate domus dei, & ista beatitudine quæ est præmium nr̃m dicitur in hebreo, Besorah, vt. 2. Re. 4. Cui oportebat me mercedẽ dare p̃ nũcio. i. præmiũ, hinc in hebreo btũs asserim ps. 1. Beatus vir q nõ abiit, quod Hebrei quidã exponunt. bene viro qui nõ abijt, beatitudo, Aser, vt Gen. 30. Dixitq; lia hoc p̃ beatitudine mea. vnde verbũ iser. i. beatifico, & eodẽ loco pro beatificabunt, legimus. iserũ. Gen. 30. Beatam me dicent omnes mulieres, propterea appellãt eam Aser. Sed in Græco beatitudo μακαριότης μακαρισμός, machariotis, macharismos, vnde beatus μακάριος μακαρίτης macharios, macharitis, Sic verbum beo μακαρίζω machariζo.

IN tertia parte, elucidabimus ciborum varietatem, & dico qđ intellectui beatorum præponuntur diuersa fercula, plena omni suauitate, & vt meli⁹ intelligatis, suppono primo q fercula quæ p̃ponuntnr intellectui beatorum, sunt diuersa obiecta, in quibus delectantur, habet. n. intellectus ex natura potentiæ, p̃ obiecto adequato, totum ens, siue ens inquantum ens, secundum Sco. q. 1. prolo. Et habet naturalem inclinationem ad cognitiõem cuiuscunq; entis. Sco. vbi supra. Secundo suppono q quanto obiectum sibi pręsentatũ nobilius, & perfectius est, tanto in illo magis perficitur, & suo modo delectaẽ. Sco. in. 1. d. 3. Nã sciẽtia dr̃ nobilior a nobilitate obiecti, vl' a maiori certitudine. primo de anima, &. primum obiectum primitate perfectiõis, est ipsa essentia diuina. Tertio suppono q essentia diuina respectu intellect⁹ diuini, primo mouet ipsum ad cognitionem sui, Secundo ad cognitionem attributorum, Tertio ad cognitionem proprietatum. quarto ad cognitionẽ quiditatum. Quinto, ad cognitionem passionũ virtualiter inclusarum in illis quiditatibus. Sexto, ad cognitionem omnium continẽtium, patet a Sco. Sparsim in diuersis locis. Primũ ergo fer

culum præsentatum intellectui diuino, est ipsa essentia diuina, quæ est pelagus omnium perfectionũ, ſm Dama. & in tali comestione, siue cognitione infinita, quietatur, & satiatur, & ista fercula ordinate præsentãtur, patri, filio, & spiritui sancto, hoc idem dico de intellectib⁹ beatorum. Nam primum ferculum totaliter quietatiuũ, & repletiuũ, est ipsa deitas quæ fundamentaliter, & originaliter, ẽ obiectũ intellectus, & omnis perfectio eiusdem intellectus, & per cognitionem ipsius essentiæ diuinæ clare visę, potest cognoscere ipsam Trinitatẽ, & oẽm perfectionem in ipsa, & proprietatem. o quot delectatiões, seu gustus hẽt intellectus in cognitiõe huius ferculi. Secundo præsentatur sibi aliud ferculum. s. omnia attributa. Tertio omnes ꝓprietates. s. generatio filii, & spiratio spirit⁹ sancti. Quarto omnes rerũ quiditates, quæ clarissime relucent in ipsa essentia diuina. Quinto omnes ꝓprietates in ipsis quiditatib⁹ incluse, & tunc clarius, & perfectius, demonstrare poterit omnes passiões de subiectis, q̃ si ille passiones, & subiecta essent sibi præsentia in ꝓprio genere. Sexto ostenduntur sibi multa contigentia, videlicet multi prædestinati, & reprobati, & multa alia. Et nota ꝙ ista fercula nũq̃ euacuãtur, sed magis ac magis replẽtur, ratio, quia cũ essentia diuina sit obiectum tm̃ voluntariũ, vt innuit Sco. 1. d. 1. Beati tantum cognoscunt, quantũ ipsa voluntas diuina vult & reuelat. credo enim firmiter ꝙ cõtinue reuelat nouas perfectiones in se relucẽtes, o quot gaudia, quot delectationes, sentit intellectus beati, quando essentia diuina infinite perfecta, prẹsentat tot, & tanta ac talia fercula.

¶ Secundo volũtati eorum, præsentantur etiam diuersa fercula. Nam fercula voluntatis sunt obiecta diligibilia, sibi præsentata, ipsa nanq; voluntas habet ens inquantum ens, pro obiecto, ſm Sco. in 4. d. 49. Et quanto ens est nobilius, tanto nata est in ipso delectari, & ideo primum ferculum, qđ sibi præsentatur, est essentia diuina, quæ est infinite bonitatis radicalis, vt ait Sco. in. 1. d. 1. ipsa enim eẽntia diuina, est ratio formalis quietandi ipsam voluntatẽ, & ratio formalis beatificãdi, patet a Sco. in. 1. d. 1. immo sic

est ratio formalis beatificandi, ꝙ si per impossibile esset circũscripta a personis diuinis, eẽt impossibile, ipsas personas quietare, & beatificare voluntatem nostram. Primũ ergo ferculum, est in amore seu fruitione diuinæ essentię i[?]se. Et sic volũtas diuina. Primo ⁊ per se, & immobiliter in ipsa quietatur, voluntas vero beati, non primo. sed per se, ⁊ immobil'r in ipsa quietatur, Sco. in. 1. d. 1. Ideo Augu. 7. confessionum ait, O æterna, & vera veritas, tu es deus meus in quem suspiro. In comestiõe huius ferculi, quę consistit in amore diuinæ essentiæ, volũtas beatorũ summe delectatur, & iocundatur. Secũdum ferculum est, quando præsentatur diuina essentia, vt in tribus personis, & sic ipsa voluntas beatificatur, in patre, & filio, & spiritu sancto, hoc est mediante essentia diuina existẽte formaliter in ipsis. Sco. vbi supra. Tertium ferculum est quãdo præsentantur idee existentes in essentia diuina, vult enim Augus. ꝙ voluntas beatorũ, beatificet in ydeis. Sed intelligendum est, tãquã in obiectis secundariis, non tanquam in ratione formali beatificandi, quia sic sola diuina essentia est ratio formalis beatificãdi, vt diximus supra. Quartum ferculũ est, qñ præsentantur voluntati beatorum. Alii beati, quos dulciter amat, maxime christus, & beata virgo Maria, & scias ꝙ ista fercula quãuis sint summe delectabilia, nunꝗ tamen euacuantur, nec fastidiũt. qa semper in ipsis, voluntate diuina sic ostendente, reperiũtur noue delectatiões. vt ait Sco. vbi supra, vnde Augu. super Iohan. Homil. 3. Dicit, talis erit illa delectatio pulchritudinis, vt semper tibi p̃sens sit, & nunquã satieris. si enim dixero ꝙ nõ satiaberis, fames erit, si dixero ꝙ satiaberis, fastidium timebis. vbi nec fastidium erit, nec fames. quid dicam, nescio. Deꝰ enim habet quod exibeat, & sic patet, quãta sint varia fercula, ⁊ cibi võlũtati beatorum præparata, de istis cibis habetur. 2. Re. 19. delectare potest seruum tuũ cibus, & potꝰ, de isto cibo dicebat Angelus Raphael Thobiæ. 12. Ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest vtor, ⁊ in ps. 64. Flumẽ dei repletum ẽ aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius, Et Matth. 24. Fidelis seruus, ⁊

prudens quem constituit do minus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore,& Iohan. 6. Operamini nō cibum,qui perit.Sed qui permanet in vitā æternam, quē filius hominis dabit vobis.

¶Sequitur videre de dignitate comessantium. Nā comessales sunt diuersi Beati, qui circunstant essentiæ diuinæ ordinate tamen, ita ꝙ primi in mensa diuinæ essentię,qui sunt primo,per se,& immutabilr beati, sunt pater,& filius & spiritus sanctus, ipsi enim sedent æqualiter in mensa essentiæ diuinę,ita ꝙ inter eos nulla est differentia in tali sessione,nam hoc modo sedere est ipsam essentiam diuinam totaliter cōprehendere.i. tantum ipsam cognoscere,quantum est cognoscibilis, & quātę perfectionis est obiectum comprehensum, tanta etiam sit cognitio, qua comprehendit,vt patet a Sco. q.14. quoli.& etiam ipsam amare amore infinitó,quia in patre, & filio, & spiritusancto, tantum est vna cognitio numero, & vnus amor numero formaliter infinit⁹.Sco.in 1 d.2. Ideo eadem cognitiōe cognoscūt semper essentiam diuinam,& eodē amore amant.⁊ sic sunt primi, qui æqualiter sedēt ad istam mensam diuinæ essentiæ in qua sessione sunt infinite beati.

¶Secundo,alii sancti ꝭm merita eorum,& non ꝭm dignitatem naturarum, vt notant Theologi,⁊ ideo quia anima Christi,habuit summam gratiam possibilem creari, ideo plus meruit,non tantum beatitudinem propriam,essentialem,quia ipsa anima christi a primo instanti suę conceptionis habuit summā grām,& sūmā gloriā essentialē,nullo merito ꝑcedēte,sed ēt primā sessionem, & omnimodam excellentiam in beatitudine,super omnes sanctos in cœlesti gloria. Ideo sedet ad dexteram patris,in potioribus bonis,quia incōparabiliter intellectus animæ Christi, clarius,& acutius, & perfectius, intuetur essentiam diuinam, ⁊ omnem eius perfectionem, & similiter voluntas plus, incomparabiliter ipsam amat, quam alii sancti.Ideo summe iocundatur in tali sessione, ⁊ post Christū,beata virgo Maria plus meruit, qua propter exaltatur super omnes sanctos,& Angelos,& ē post christum in tali sessione,& sic De aliis sanctis, secundum eorū

merita, & omnes sedent in illa mensa per claram visioem essentiæ diuinæ, & cum sit simplicissima, & indiuisibilis. Io quādo videtur, tota videtur, licet ab vno clarius, & perfectius videatur, vnde Chriso. de reparatione lapsi, intuere tecum non solum ex homini bus, sed etiam ex Angelis, atq; Archangelis, Thronis, & Dominatioibus, principatibus, ac potestatibus congregatū. de rege eorum qui medius re sidet, dicere vox nulla sufficit, effugit omnem sermonē, atq; omnem sensum humanę mentis excedit, decus illud, illa pulchritudo, illa gloria, illa magnificentia. In ista mensa. sunt multa alia, ad eius mi nisterium, & ornatum.

¶Primo sunt Ministri animarum beatarum, & isti sunt Angeli, pro quanto illas in para disum portant Luc. 16. Factū est vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ, &c.

¶Secūdo luminariorum claritas. Nā lucerna eius est agn9 vt habetur Apocaly. 20.

¶ Tertio sonorum varietas, & erit Citharedorum citharizantiū in citharis suis. Apocalyp. 14.

¶ Quarto, erit istius mensæ diuturnitas. Nam erit æternę vitę continuatio, actus enim beatificus sanctorum. i. fruitio diuinæ essentiæ, nunq̄ interrumpitur, quia est æterna hoc autem figuratum fuit in illo conuiuio regis Assueri, q᷑ ꝓtrahabatur per septuaginta dies. Iste numerus septuagenarius dicit quādā plenitudinē, septē nāq; diebus, tota cō prehenditur tēporis plenitudo, per denarium vero totus numerus complectitur. nam si vltra progrediaris, repetes quod dixisti. Igitur supernū conuiuium per infinita sæcula sæculorum, in omni perfecta lętitia, omni excluso defectu, pœnitus remanebit.

¶Quinto, erit securitas nunquā amittēdi illam gloriam, quæ licet non sit de essentia beatitudinis, tamen voluntate diuina, sic sūt certi, vt nullo modo dubitent eam amittere. Vnde August. in soli. ibi erit ęterna refectio, perpetua dilectio, Iocunda possessio, ibi dies sine nocte, vita sine morte, iuuentus sine senectute, pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, lętitia sine dolore, tranqllitas sine labore, & sine omni fallacia ꝟitatis vera cognitio.

¶Possumus taliter et contē

plari tale conuiuiũ, habetur, enim Esai.5. Pascẽtur agni iuxta ordinem suũ. Nam sicut in nuptiis bene ordinatis, sẽper quilibet ponitur in loco sibi decenti, puta miles cum militibus, scutifer cum scutiferis, baro cũ baronibus. est. n. ibi paterfamilias, oẽs collocans ẞm vniuscuiusq; dignitatem. Sic Mystice Nuptię æternę beatitudinis, sunt optime ordinatę. Nã ibi nullus introducitur indignus, necq; vnq̃ repellitur dignus, qm̃ paterfamilias ẞm suæ iustitię regulã, vnicuiq; reddit ẞm exigentiã meritorũ. Hoc aũt designat. Gen.43. Ioseph cum dñaretur totius regni ægypti, frẽs suos inuitauit, & illis magnum parauit conuiuiũ. posuit nãq; illos in mensa iuxta primam geniturã, eodem tñ cibo cunctos pauit. in tropico sensu, signatur per Ioseph christus, qui libere dñatur toti⁹ regni cœlestis, per fratres vero ei⁹, sub audi oẽs electos, igit chri stus cũ suscipit ad ęternũ cõuiuium ibi eos collocat ẞm gradus meritorum. Nam christus est primogenitus patris, ideo in æterna hęreditate sedens ad dexterã patris, tenet primum gradum (vt supra diximus) ps. Ego primogenitũ ponam illum, &c. Post ipsum quilibet collocabitur, ẞm ꝓpinquitatem spiritualẽ, quæ est per gradus charitatis, quę in præsenti vita seruatur. Nã qui magis in mundo, tribulationibus, & angustiis, de propinquo sequuti sunt Christi vestigia, ibi propinquiores Christo sedebunt, pascentur tamen eodem cibo, quia eadem perfecta, & lucida, diuinæ essentiæ visione fruentur. Hanc iam Sãctorũ animæ in illa gloriosa ciuitate obtinẽt. Sic igitur ordo in ista patria sancta seruatur talis, q̃ a vna gloria oẽs fruũtur, & tñ plus, & minus secundũ pręcedentia merita pmiantur. Grego. lib.4. dialo. tractans illud in domo patris mei, &c. Si. n. inquit, dispar retributio in illa beatitudine æterna nõ esset, vna potius mãsio, q̃ multe essent. multe ergo mansiones sunt, in quib⁹ & distinctæ bonorum ordines, & pro meritorum consortio cõiter lętantur, & tñ vnum denarium oẽs laborãtes accipiunt, qui in multis mãsionibus distinguntur, quia & vna est beatitudo quã illic percipiunt, & dispar retributiõis qualitas, quã p opera diuersa sequunt. ¶ Sciendũ tamen, q; ordines

ſanctorum multiplici iure aſſequuti ſunt cœleſtẽ gloriã. ideo meruerunt inuitari ad cõuiuium,& refectionem regni cœleſtis. Primo, Angeli acquiſiuerunt eam, per feudariam poſſeſsionem, quãuis enim ſuam beatitudinem, & confirmationem meruerint, eo q̃ aliis ſuperbientibus, ad deum totaliter ſunt conuerſi. tenentur tamẽ ſeruare feudum,& tributũ Regi,& familiæ Regis, qa obligantur deo aſsiſtere. & nobis miniſtrare. Daniel.7. millia millium mini ſtrabũt ei. Ecce tributũ familiæ Regis, & Decies centena millia aſsiſtebant ei, Ecce tributum Regis. p̃s. Preuenerũt principes, id eſt angeli coniũcti pſallentibus. Secundo, Patriarchę acquiſiuerunt eam, per ædificationem, nam ędificauerunt ſibi manſionem cœleſtem, de auro dilectionis diuinæ, de argento dilectionis proximi, de lapidibus precioſis. i. de operibus meritoriis, primæ Cor.3. Superedificat ſuper fundamentũ hoc, aurum, argentum, & lapides precioſos. Elemoſyna dum datur eſt quaſi terra, plumbum,& ſaxũ, ſed in cœlo terra conuertitur in aurum, plũbum in argentum, ſaxum in lapidem precioſum, Auguſt. ſuper p̃s Laudas mercatorem qui vendit plumbum, ⁊ emit aurum,& laudas illũ, qui erogat pecuniam. & acquirit iuſtitiam, & gloriam, iſti vocantur ad conuiuium æternum, ideo dicitur Heſter.1. Rex Aſſuerus fecerat grande conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis. i. patriarchis, q iuxta ætates mundi, fuerunt in eius pueritia. Tertio prophetę acquiſiuerũt eam, per operis locationem,& ſeruitii retributionem. vnde dicitur Matt.21. Quòd paterfamilias locauit vineam ſuam agricolis ſuis. i. ſanctis prophetis, & Eccleſi.46. dicitur. dedit Dominus ipſi Caleph fortitudinem,& vſq; in ſenectute permanſit illi virtus, vt aſcenderet in excelſum terrę locum, ſemen impius obtinuit hereditatem,& viderunt omnes filii eius Iſrael, quia bonum eſt obſequi ſancto deo, iſti vocantur ad conuiuium æternum, ideo dicitur vbi ſupra, fortiſsimis Perſarum, id eſt, ſanctis Prophetis, qui fuerũt fortiſsimi ad defenſionem legis, pro qua mori non dubitauerũt. vt Eſaias ſectus, Hieremias vinculatus, Ezechiel lapidatus, Daniel in Lacum

Leonum missus, &c. Quarto, Apostoli acquisiuerunt eam, per emptionem. Matth. 20. Ecce nos reliquimus oīa, Ecce precium centuplum accipietis & vitam æternam possidebitis. Ecce cōparatū premiū; isti vocantur ad æternū conuiuiū. Ideo dicitur, & medorū inclitis. i. Apostolis æquatis vitæ, & fidei Iesu christi. Quinto martyres acquisiuerunt eam per violentiam, & direptionem. Matth. 11. regnū cœlorū vim patitur, & violēti rapiunt illud. rapuerunt. n. de manibus dei regnū cœlorum, thesaurū desiderabilē, vitam beatorum. Ambro. Aggrediamur dūm, & more latronum, suis eum spoliare nitamur, cupim⁹ illi auferre regnum, thesauros, & vitā, sed ille tam diues est vt non abnuat, non resistat, aggrediamur in q̄ eum non fuste, non ferro, non saxo, sed māsuetudine, bonis operibus, charitate, hæc ille, isti vocant ad cōuiuiū æternū, sequitur ꝓphetia, & prefectis prouinciarū. i. martyribus, qui præsides & ꝑfectos prouinciarū nō timuerūt. Sexto cōfessores acq̄siuerunt eā per hereditariā successionē, fuerunt. n. pacifici & iō filii dei. Matt. 5. Beati pacifici, q̄m filii dei vocabunt, & q̄a filii, Ideo hæredes, Rom. 8. Si filii, & heredes &c. De istā here ditate dicit. ps. Nouit dn̄s dies immaculatorū, & hereditas eorum in æternū erit, isti inuocant ad conuiuium æternū, ideo dicitur in ꝓphetia, ꝙ inuitauit oēm populum. i. doctorū, monachorum, religiosorum, &c. Septimo, virgines acquisiuerunt eā, per gratuitam donationē, sunt enim sponse christi, & ad sponsum spectat, oīa sua sponsæ gratis donare. Vnde cātat Ecclesia, veni sponsa christi, accipe cōronam, quā tibi dn̄s preparauit in æternum, iste vocātur ad cōuiuium æternum, ideo dicitur in figura, fecit conuiuium fœminarum, in palatio .i. regni cœlestis.

¶ In isto nanq̄ conuiuio. sancti continue laudant deum, & in resurrectiōe dabitur lingua ad ipsum laudādum. Eccle. xi. Dedit mihi dn̄s linguā mercedē meam, & in ipsa laudabo eum, & Esai. 44. Populū istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Vnde quantum ad istud officium, creditur ꝙ ibi lingua remanebit. Remigius dicit, ꝙ tūc omnis lingua cessabit, & sola lingua Hebraica, quę fuit lingua

Adę, remanebit. Vnde ps. Inuitat oẽs sanctos, ad laudandum Deum dicens. Laudate dñm de cœlis, laudate eum in excelsis. Primo ad Angelos dicit, laudate omnes Angeli eius. Secũdo ad Patriarchas, dicit laudate eũ Sol, & Luna, laudate eũ omnes stellę, & lumen, patet de Ioseph dicente, Gene. 37. Vidi Solem, & Lunã, & stellas vndecim adorare me. qui omnes fuerũt patriarche, insuper Abraæ dictum ẽ, numera stellas cœli si potes. Sic erit semen tuum. Gene. 15. Tertio, ad prophetas dicit, laudate eum cœli cœlorum, & aque omnes quæ super cœlos sunt laudent nomen dñi, prophetę enim sua cognitione penetrauerunt cœlos, & peruenerunt vsq; ad cœlum Trinitatis, quorũ prophetiæ fuerunt nobis obscure, tenebrosa aqua in nubibus aeris. i. obscura intelligentia in prophetis. Quarto, ad Apostolos dicit. ipse dixit, & facta sunt, id est Apostolos elegit, & facti sunt doctores gentium, ipse mandauit. s. vt irent in vniuersum mundum prædicaturi, Marci, vlti. & creata sunt. s. per spiritus sancti missionem. ps. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Quinto, ad Euangelistas dicit, statuit ea in æternum, & in sæculum sęculi. i. ea quæ continentur in Euangelio. Apoca. 14. Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum, vt Euangelizaret sedentibus super terram &c. Præceptum posuit, & non præteribit. i. cęlum & terra transibunt, verba autem Euangelii non trãsibunt. Luc. 21. Sexto ad Martyres, dicit laudate dñm de terra. i. qui passi ęstis martyrium in corpore formato de terra. Matth. x. Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Dracones, & omnes abyssi. s. vicistis, & superastis. Septimo, ad cõfessores dixit, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciũt verbum eius. Nam confessores, qui obseruãt verba legis dei. Eccle. 44. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, &c. Sunt ignis ex puritate, & subtilitate conscientiæ. Grandõ, diuitias, & voluptates sęculi comprimẽdo, nix, ex honestate conuersationis, glacies, ex mortificatione carnis. spiritus procellarum. i. tempestas ex mortificatione vitiorum. Octauo, ad doctores dicit, montes, &

omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri. Nam doctores fideli sacræ scripturæ expositione, sunt montes in Sensu literali, colles in sensu morali, ligna fructifera, in sensu Allegorico. Cedri, in sensu Anagogico. Et sic omnes electos, & præcipue pœnitentes inuitat. d. confessio eius super cœlum, & terram, Et quia sancti in tali conuiuio continue laudāt deum, & nos semper laudare debemus, vt ad tantum conuiuiū, pertingere valeamus. Et sic per gratiam Christi imponā terminum nostris concionibus, in quibus si dicere voluissem quęcunq; enarrari possent, immo quæ occurrerunt animo, necessario effecissem non modo hos sermones, sed quā plures alios vastæ magnitudinis. Nam Deus cum sit infinitæ sapiētiæ, plus veritatis in doctrina eius conclusit, & implicuit, quā tempore vllo humano ingenio possit explicari. Igitur deo optimo maximo, omni scienti, omnipotenti, omni bonitate pollenti, qui sapientiæ, & veritatis est possessor, atq; largitor, sit honor, & gloria, per infinita sęcula ab omni creatura. Amen.

J. G. R. C. LAVS DEO.

Hoc opus finem optatum accepit in Inclita Venetiarum vrbe opera, peruigilię diligentia, Bartholomęi Cęsani. Anno domini. M. D. L I.

Recognitio autoris in hoc opus.

¶ Errores, si quos alicuius momenti depræhenderis optime lector, castigatos reperies. nonnullos autē minutiores infra anneximus, videlicet, pa. 11. col. 3. lege conculcatum, delete sunt alique dictiones in serm. de cecita. huma. quasi in fine, ad saniorem sententiam. In serm. de iactura temporis, lege bis quoddam, pa. 161. co. 1. timoris, pa. 34. co. 1. superiora. pa. 59. co. 3. principem, pa. 81. col. 1. ipsam, pa. 140. col. 1. responsum, pag. 124. co. 1. cupiditate, in serm. de vera confes. in princ. lege sanum feci. pa. 233. co. 3. verecundari, pa. 313. co lū. 3. hominis. In serm. de effecti. gratiæ, lege in plura operà bona. pa. 350. co. 3. lege his, & ibi. is. In serm. de remi. iniu. lege bis frustra. pa. 193. co. 2. vermium, pag. 123. co. 4. ergo pa. 256. co. 3. vouerat.